Digitized by Google

Co 50. b–

Cape[...]

In leve[...]

Digitized by Google

BIBLIOTECA VITT. EMANUELE FONDO VITTORENSE
36
14 E
5

Digitized by Google

Digitized by Google

I

36.14.E.5.

II

COMMENTARIA

IN IEREMIAM PROPHETAM QVIBVS LATINA VVLGATA

Editio dilucidatur, & cum Hebraico fonte & Septuag. Editione & Paraphrasi Chaldaica confertur.

Auctore. F. Andrea Capella Valentino Cartusiano Theologiæ Doctore Cartusiæ Scalæ Dei Priore.

S. Mariæ



de Scala

CVM LICENTIA.

Excudebat Hubertus Gotardus in Cartusia Scalæ Dei. Anno M.D.Lxxxvj.

36 · 14 · E 5

Digitized by Google

Ego Bartholomæus Rocha D. Theolog. Ecclesiæ Tarracon. Cānonicus Pœniten. iussu & ex cōmissione Illustrissimi ac Reuerendissimi Domini mei Anto. Augustini Archiepiscopi Tarracon. Cōmentaria hæc in Prophetā Ieremiā Auctore F. Andrea Capella Valentino Theo. D. Cartusiæ Scalæ Dei Priore qua potui diligentia legi, in quibus nihil inueni, quod aut Catholicæ fidei, & bonis moribus repugnet, aut ab eo sensu quem sancta Romana tenet Ecclesia, discrepet, aut ab vnanimi sanctorum Patrū consensu abhorreat: sed veterem, et vulgatam Editionem accuratè explicari, cum Hebræo vero & Chaldaico textu, ac editione Septuag. sic conferri, vt eius sensus magis eluceat, multa tecta et obscura (qualia reperiuntur in Prophetis) subtiliter & dilucidè detegi, multa per Allegoriam dicta exquisitè & piè elucidari. Eòq; ea probo, dignaq; esse iudico quæ ad publicā Ecclesiæ utilitatem, & eorum presertim qui sacrarum literarū studiosi sunt, Typis mandentur. Tarracon. 3. idus Maij. 1586.

B. Rocha.

NOS Iacobus Reig. I.V.D. Canonicus Ecclesiæ Tarracon. in spiritualibus & temporalibus Offi. & Vic. Gene. Illustrissimi & Reueren. D.D. Anthonij Augustini Archiepiscopi Tarra. visa relatione desuper contenta licentiam concedimus imprimēdi prefatum librum illumq; vendēdi in ciuitate & diœcesi Tarraconæ, die & mense & anno in eadem relatione contentis.

Reig Offi. & Vicarius
Generalis predictus.

PHILIPPO II. Regi Catholico Monarchæ Potentissimo F. Andreas Capella Prior Cartusiæ Scalæ Dei. S. & Humile obsequium.

EN prodit ex hac tua Cartusia PHILIPPE Rex Catholice potentissime IEREMIAS Propheta elucidatus, proficisciturque ad Regiam tuam Maiestatem, qui olim missus est ad Reges & Principes & Gentes: non iam vt euellat, destruat, et dissipet, Sed vt ædificet, & plãtet: &, vt olim Iudæ, gladi-

um

um Sanctũ aureum tibi porrigat, munus a Deo, in quo deÿcias aduersarios populi Dei. In eo enim Dei timorẽ, fidẽ, religionẽ, clementiam, modestiam, iustitiam, æquitatem leges, quibus regna firmantur, stabiliuntur, amplificantur, & ad æternitatem proficiunt. Tu illum grato animo suscipe pro innata tibi benignitate, & incredibili clementia, qua & minima quæque munuscula hylari vultu suscipere soles: sic enim fiet, vt tuo nomini consecratus, & tuo eximio præsidio munitus, securus in omnium manus veniat. Viuas fœlix Ecclesiæ Catholi. decus columna & firmamentum. vt in æter num cum Christo regnes.

AD LECTOREM.

IN hoc opere, quod in Ieremiã Prophetã elaborauimus, Candide lector, dedimus operã vt illum dilucidũ redderemus, idq; iuxta latinam vulgatã editionem, quam Ecclesia Catholica probat, & amplectitur. Sed & eam cum Hebraico fonte, & cum Septuaginta Interpretum editione cõferimus, & concordare nitimur: quod quàm sit difficile, & laboriosum in nonnullis locis norunt eruditi omnes, qui in hoc argumento aliquando versati sunt. Sed nobis placuit tædiũ hoc deuorare, vt rei literariæ aliquid conferre videremur; Scimus enim, quantopere sacrarum literarum studiosi id desiderent, & exoptent. Sed & voluimus nostro exẽplo alios excitare, qui fœliciùs in hoc argumento versari possunt. Porrò in allegãda Septuag. editione, sequuti sumus exemplar Biblio. Reg. quod cum Complutensi conuenit; quamuis nõ ignoremus diuersum esse ab eo quod sequutus est D. Hiero. cùm in innumeris locis aliter legatur in Regio Exemplari, quàm legerit D. Hieronymus, & multa ibi desiderẽtur, quæ hic habẽtur: quod nos aliquando obseruamus. Proferimus etiam sæpe in medium Chaldaicam Paraphrasim, quę in eisdem Bib. Reg. habetur; nõ vt illi auctoritatem demus: neq; enim ignoramus in alijs libris præterquam in Pentateucho corruptam esse, & fabulis, merisq; Talmudistarum nugis conspersam, quod nos in his Commentarijs nõnullis in locis annotamus; ob quam causam in Complut. Bibl. consultò omissa est, tanquam indigna quæ Sacris

Codici-

Codicibus inscreretur. Sed quia quandoq; ad sensum Sacræ Scripturæ intelligendum nonnihil iuuat, nõ omnino contemnendam duximus, doctissimorum exempla sequuti. Tu interim laboribus his, quales quales illi sint, fruere: quos si gratos tibi esse intellexerimus, curabimus in dies maiora tibi offerre: Nihil enim magis dignum viro Pio & Religioso esse duximus, quàm vt in lege Domini meditetur dies ac noctes.

Omnia verò iudicio & correctioni Catholicę Ecclesiæ, & Doctiorum libenter subijcimus.

Vale.

F. LVDOVICI QVINTANÆ MONAchi Cartusiani domus Scalę Dei ad Lectorem sacræ paginæ studiosum in commendationem Operis Carmen.

MITTITVR ad populum diuino numine tactus
Vates, & falsa linquere idola iubet.
Arguit, exorat, mulcet, rerumq; figuris
Nititur, vt tandem perfida corda domet.
Credere si nolint, vrbis templiq; ruinam
Prædicit propter fœdera rupta Dei.
Deficit auditor, non deficit ille loquendo,
Prospera nunc, iterum tristia fata canit.
Talia dum memorat, tanquam velamine sacro
Perpulchris sermo voluitur inuolucris.
Sed si peruoluas hunc, Lector Candide, librum:
Cuncta leges medio lucidiora die.
Accipe nunc lætus tibi quæ doctissimus auctor
Offert doctrinæ semina magna suæ.
Explicat ambiguos pulsa caligine sensus,
Obscurumque omne iam sine nube refert.
Dissoluit nodos, fulget doctrina trilinguis:
Et pia, quæ laudes, dogmata multa tradit.
Quamque ferunt secum diuersa idiomata, pugnam
Conciliat pulchrè, veraq; sensa docet.
Et magis eloquio pollet, velut alter ab illo,
Cui data Romanæ prisca trophæa togæ.
Iste sub insigni certamina dura Brunone
Militat, & castra Cartusiana tenet.
Sed quid dura voco Claustri certamina? Non sic.
Omnia nam Christi dulcia reddit amor.

LIBER

IN IEREMIAM PROPHETAM.

Præfatio.

LIBER Ieremiæ Prophetæ, qui vnꝰ est ex illis, quos maiores vocãt, inter canonicas scripturas annumeratur: tam á Iudæis, quàm ab Ecclesia Catholica, neqúe vnquàm de illius auctoritate dubitatum est, quemadmodum neque de eius auctore: quem omnes constanter affirmant fuisse Ieremiam Prophetã, excipiente de ore ipsius Baruch Nerię filio. Sed & eundem Ieremiam in vnum volumẽ colligisse Historiã. 3.&.4.lib. Regũm ex lib. dierum regũ Iuda & Israël, & ex scriptis Nathã Prophetæ, Ahiæ Salonitis, Abdo videntis, & Semeiæ, Hozai, Iehu, & Isaiæ prophetarũ, quę sępe in eisdem libris citantur, auctores sunt Procopius Gazensis, & Rab. Moyses, & kimchi, & Isidorus. Cuius rei argumentum est, quòd postremum caput lib. Regum cum vltimo capite libri Ieremiæ idẽ prorsus sit. Quod nonnulli asserunt adiectum fuisse à Baruch, mutuatum ex lib. 4. regum, eo consilio, vt ex commemoratione cladis Ierosolymitanæ, quæ in eo capite refertur, viam sterneret lectoribus ad proximè sequentem librum lamentationum, in quo Ieremias lamentabilem vrbis euersionem, & populi captiuita-

tem, lugubri carmine deflet. Scripsit etiam Ieremias lamentationem siue lugubre carmen, in funere Iosiæ Regis Iuda, qui cum dimicaret aduersus Nechao Regem Aegypti, sagitta vulneratus, interijt. Cuius carminis meminit Secundus liber Parali. cap. 35. Vbi ita legimus. Mortuusq; est Iosias, & sepultus in mausoleo patrum suorum, & vniuersus Iuda & Ierusalem luxerũt eum. Ieremias maximè: cuius omnes cantores atquè cantatrices vsq; in præsentem diem lamentationem super Iosiam replicant: & quasi lex obtinuit in Israël. Ecce scriptum fertur in lamentationibus. D. Hieronymus lib. 1. con. Pelag. c. 9. & nonnulli ex Hebręis, inter quos Rab. Salomon, existimant hanc lamentationem esse postremam partẽ libri Threnorum sub. 4. & vltimo alphabeto comprehensam: & de morte Iosię interpretãtur quod ibi scriptũ est: Spiritus oris nostri Christus dominus captus est in peccatis nostris: cui diximus in vmbra tua viuemus in Gentibus. Sed alijs magis videtur id conuenire Sedeciæ Regi, quẽ Chaldęi catenis vinctum, & exoculatũ in Babylonem duxerunt, statim post vrbis deuastationẽ: quæ toto eiusdem alphabeti metro vnàcum Regis & populi captiuitate defletur. lamentationem vero in Iosiam minimè extare. quamuis Iosephus testetur Epicedion Ieremiæ in Iosiam temporibus suis extitisse. Scripsit quoquè Ieremias de furore & indignatione domini aduersus Iuda & Ierusalẽ, librũ vnũ: in quo excipiente Baruch notario, prænũtiauit tẽpli euersionẽ, vrbis excidiũ, regni vastationẽ, Regis ac totius populi captiuitate, cęterasquè extremas calamitates Iudęis nisi resipiscerent imminẽtes. Huius libri meminit Ieremias

Hier. li. 1. cõ. Pelag. ca. 9.

lib. 11. Antiq.

cap.36.præsentis libri, vbi habes, Regem impium Ioa cim librum hunc igni tradidisse. Rab. Salomon existi mat hūc esse librū Threnorū, quē cū Ieremias iā exu stū rescriberet, quarto adauxit alphabeto. Conscripti sunt etiā iubēte Ieremia libri duo emptionis & venditionis: alter apertus, alter clausus, et sigillis obsigna tus, de quibus Iere. c.32. Sripsit etiā de Babylonis de uastatione, librū vnū, quē saxo alligatū iussit per Sa raiā principē Prophetiæ, quē Sedecias ad salutādum Regē Babylonis miserat, in Ephratē fluuium corā Iu dæis demergi, in præsagiū ꝑpetuæ demersionis quæ Babylonicæ vrbi imminebat, vt habes Iere.51.cap. Su per est adhuc magna huius voluminis pars apud eun dem prophetam. cap.50.&.51. Citantur etiam. 2. Machab. cap. 2. Cōmentarij siue descriptiones Ieremiæ prophetæ, de ijs quæ statim post euersam vrbem eue nerunt, antequàm populus captiuus adduceretur in Babylonē: de legibus quas Ieremias populo in Babylone cōmoraturo præscripsit: de igne perpetuo, quē sacerdotes de altari sublatū in ignotū puteū abscōde rūt: de tabernaculo: Arca fœderis, & altari incēsi in spe cu mōtis Nebo iussu Dei abscōditis: ac de rebus alijs, quę initio trāsmigrationis Babylonicę cōtigerūt. Sūt q hos comētarios vnà cū initio. 2. lib. Machabęorū, ex eisdē cōmētarijs desumpto, tāquā apocryphos & incertę fidei reijciāt, quos tamē Epiphanius in vita Iere mię prophetę, ac plerique Ecclesiastici patres appro bāt. Et ex decreto co. Tridē. Lib. Macha. 1. &.2 cum omnibus suis partibus quemadmodū in editione vul gata cōtinēt, pręcipimur, tāquā Canonicos recipere. Ferī & aliud volumē sub nomine Ieremię, prorsus a-

 pocry-

Mat.27. pocryphũ ex quo Origenes desumptũ existimat à D. Matheo, vaticiniũ illud sub nomine Ieremiæ. Et acceperũt triginta argẽteos pretiũ appretiati: quẽ appretiauerũt à filijs Israël, & dederunt eos in agrum figuli, sicut cõstituit mihi dominus. Vbi. D. Hiero. cũ dixisset hoc testimonium in Ieremia non inueniri, simile autem quid in Zacharia legi, subiũgit, Nuper in quodã Hebraico volumine, quod Nazarenæ sectæ mihi hebręus obtulit, Ieremię apocryphum, in quo ad verbũ hæc scripta reperi. ¶ Ieremias, Propheta fuit, & sacerdos, vt ex initio libri eius constat. Patrem habuit Helciam sacerdotem magnum, qui. 3. anno Iosię Regis Iuda, inuenit in domo Domini librum Legis Diuinæ multis iam annis, pręcedẽtium regum incuria, amissum. vt habes. 4. reg. 22. & . 2. Paral. 34. Patria Ieremiæ fuit Anathoth, viculus tribus millibus ab Ierosolymis distans: vbi turrem fuisse, ad huc tẽpore. D. Hieronymi, quæ turris Ieremiæ vocabatur, idem. D. Hieronymus auctor est. De Ieremia ait D. Gregorius Nazianzenus, Humanitate & côndolentia parẽ ex omnibus Prophetis habuisse neminem. 2. Macha. 15. cap. habes, Quomodo pugnaturus Iudas contra Nicanorem, visionem in somnis habuit, qua vidit Oniam, qui fuerat summus sacerdos, manus protendentem, orare pro omni populo Iudęorum. Post hoc apparuisse aliũ virum, ętate, & gloria mirabilem, & magni decoris habitudine circà illum: respondentem vero Oniam, dixisse, Hic est fratrum amator & populi Israël: hic est qui multum orat pro populo, & vniuersa sancta ciuitate, Ieremias propheta Dei. Extẽdisse autẽ Ieremiã dextram, & dedisse Iudę gladium aureum, & dixisse.

lib. 6. cõ. in Iere. in cap 31.

Gre. Nazian. oratio ad ciues Nazian.

Accipe

Accipe ſanctum gladium, munus à Deo, in quo deijcies aduerſarios populi mei Iſrael. Eccleſiaſtici. 49. cap. dicitur de Ieremia. Malè tractauerunt illum, qui à ventre matris conſecratus eſt Propheta. Ad quē dominus. Priuſquàm te formarem in vtero noui te, & prophetam in gentibus dedi te. De ſanctificatione vero in vtero, D. Hieronymus, hunc locum exponens, ſanctificatum dicit Ieremiam, ea ratione qua D. Paulus ait, ſegregatum ſe fuiſſe ď vtero matris ſuę à Deo, & vocatum per gratiam eius, vt reuelaret filium eius in ipſo, vt euangelizaret illum in gentibus. quod ſecūdum pręſcientiam Dei intelligēdum eſt. Sic & Theodoretus, ſanctificari poſitum eſſe ait, pro ſegregari. D. Auguſtinus in epiſtola ad Dardanum. Difficile concedit aliquem ſanctificari in vtero, cum nemo poſſit renaſci per gratiam antequam naſcatur. Vnde quod dicitur de Ieremia, priuſquàm exires de vulua ſanctificaui te. Nonulli, ait, hoc in typo Saluatoris accipiūt, qui regeneratione non eguit. quod etſi de Propheta accipiatur, poteſt & ſecundum prędeſtinationem intelligi, ſicut filij Dei dicuntur in Euangelio, non regenerati, propter prędeſtinationē, cum dicitur, vt filios Dei, qui erant diſperſi, congregaret in vnum. D. Bernardus Epiſt. ad Canonicos Lugdunenſes, exponens verba illa, priuſquàm te formarem in vtero noui te, & antequam exires de vulua, ſanctificaui te. Quā pulcrè, ait, inter figurationem in vtero, & parturitionem ex vtero, diuinum diſtinxit oraculum, vt illam tantū præcognitam, iſtam, & ſanctitatis munere præornatam oſtenderet: nequis prærogatiuam prophetæ de ſola pręſcientia, ſeu prędeſtinatione putauerit ęſtimā-

Gal. 1. c.

Epiſt. 57.

Ioan. 11.

dam. Quem tamen effectum habuerit contra originale peccatum eiusmodi sanctificatio; non temerè, inquit, dixerim. Sanctificatos tamen nō dubitauerim dicere, quos Deus sanctificauit, & cum eadem sanctitate prodijsse ex vtero, quam acceperūt in vtero: nec reatum quem in conceptione traxerunt, valuisse vllatenus horum natali, iam donatā, prepedire seu preripere benedictionem. Idem sermone de priuilegijs S. Ioannis Baptistæ affirmat S. Ioannem Baptistam & Ieremiam sanctificatos fuisse in vtero, iuxta diuinam scripturam. Sed longè ait, minor Ieremiæ sanctificatio, quàm Ioannis. Ille quidem in vtero matris sanctificatus, hic Spiritu Sācto repletus fuisse cognoscitur. Multò quidem excellentius est spiritu sancto repleri, quàm sanctificari. Ibi enim sanctificatio mūdationē, hìc repletio inundationem signat. Et infra. Ieremiæ quidem admiranda sanctificatio, quia, & si in peccato conceptus est, nascitur tamen sine peccato, antequā enim exiret de ventre, sanctificatus est, nec poterat nasci non sanctus, qui in vtero matris erat sanctificatus. D. Thomas, Ieremiam in vtero sanctificatū dicit: eiusmodi autem sanctificationem operari emundationem à peccato, fomitem verò non auferre, ligare tamen, quatenus ad mortale peccatum inclinat. Ita vt credamus, non posse peccatum mortale admittere, qui hac ratione sanctificatur. Quod verò ait D. Augustinus, non posse aliquem renasci, priusquàm nascatur. Verū est, si de illa regeneratione loquamur, quæ fit per sacramenta. Nullus enim potest sacramentorum particeps fieri, nisi iam natus. Sed virtus diuina [illegible] alligata sacramentis, quin possit, quem voluerit, abs-

3 p. q. 22. a. 20. 6. et super Ierem.

rit, absque sacramento sanctificare, ex speciali priuilegio. Et hoc priuilegium concessum esse D. Ioanni Baptistæ, ait, & Ieremię, quòd ille baptismo suo homines pręparauerit ad Christi baptismum, quo sanctificamur: hic verò, verbis & misterijs passionem Christi, per quam sanctificati sumus, apertissimè prædixerit, & suis passionibus expressissimè præfigurauerit. Fuit Ieremias virgo, et, vt ait D. Hieronymus, virginitate sua, Euangelicum virum Christi Ecclesiæ dedicauit. Est enim virginitas peculiaris Euãgelij virtus. Vnde & idem Hieronymus. Ieremias qui in vtero sanctificatus est, & cognitus in vulua matris, ideo hoc priuilegio fruitur, quia virginitatis erat beatitudini destinatus, & cum omnes capti sint, vasa quoque templi, Babylonio Rege Vastante, direpta, iste solus liber ab hostibus est, & captiuitatis nescit iniurias, & à victoribus accepit stipendia. Et Nabuzardan, cui de sanctis sanctorum Nabuchodonosor non præceperat, præcepit de Ieremia. Hoc enim verum Dei templum est, & hæc sancta sanctorum, quæ virginitatis puritate Domino consecrantur. Cæpit Prophetare Ieremias, ad huc puer: prophetauit autem in Iuda, & in Beniamin: iam enim Assyrij in Medos transtulerant decem tribus Israël, & eorum terras Coloniæ gentium possidebant, totum autem tempus Prophetię eius in Iuda, vnius & quadraginta annorum fuit. A decimo tertio, nimirum, anno Iosiæ, vsque ad Sedeciæ vndecimũ, quo anno Ierusalem capta est à Babylonijs, & Rex ipse cõprehẽsus, vt captiuitatẽ vrbis & Iuda, quã prædixit, proprijs viderit oculis, vixit autẽ vsq; ad transmigrationem reliquiarum Iuda in Ægyptum,

quò & ipſe à Iohanna, filio Carec tranſlatus eſt, ibíque prophetauit in Taphnis: vbi & ocubuit, à popularibus ſuis lapidibus obrutus, quòd non ceſſaret illorum peccata reprehendere, circa annum ab orbe conditum Milleſimum trecenteſimum quinquageſimum. Iacet autē in eodem loco ſepultus, quo Rex Pharao habitauerat. Et quia precibus ſuis, fugatis ab eo loco ſerpentibus, Ægyptios à morſibus aſpidum reddidit ſecuros, magna eum religione venerantur Ægyptij. Victorinus Martyr, ac pleriq; alij vetuſtiſſimi patres, opinati ſunt, Ieremiā adhuc viuere, & vnà cum Elia in vltima ſæculi ætate ab Antichriſto periendum, quam opinionem non probat Hilarius.

Victorinus in Apoc. ca. 11
Hilarius cā. 20. in Math.

Typū geſſit Chriſti in multis Ieremias. Nā, ſi nominis interpretationem attēdamus, Ieremias, excelſus Domini interpretatur. Et de Chriſto, Angelus ad Mariā dixit, erit enim magnus, & filius altiſſimi vocabitur, & D. Paulus. Propter quod & Deus exaltauit illum & dedit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen. Sāctificatur Ieremias adhuc in vtero exiſtens, quod in typum Saluatoris multi dictum accipiunt, & in Chriſto impletum, de quo Angelus. Quod enim ex te naſcetur, ſanctū vocabitur filius Dei. Ieremiæ dicit Dominus, Prophetam ingentibus dedi te. Et Chriſto, per Iſaiam. Dedi te in lucem gētium, vt ſis ſalus mea vſque ad extremum terræ: quod de Chriſto interpretatur D. Paulus in actibus Apoſtolorum, & completum eſſe per Apoſtolos docet. Ieremias deplorat calamitatem Ieruſalem. Et Chriſtus videns ciuitatem: fleuit ſuper illam. Ieremias multa à ſuis patitur, & tādem lapidibus obruitur, Chriſtum voluerunt ſui lapi-

dare

dare, & tandem à Iudæis, gentibus in mortem traditus est. Prænunciat Ieremias in hoc libro diuinitus sibi ostēsam vrbis obsidionem à Babylonijs factam, famem impendentem, Ierusalem euersionem, templi incendium, & populi captiuitatem, Prophetizat etiam captiuorum reditum, Babyloniorum exitium, & aliarum permultarum gētium varia supplicia. Sed & de futura Christi Ecclesia, de Nouo Testamēto, & veteris cessatione, de vocatione gentium, & futura orbis salute, multa prædicit. Apparet autem ex hoc libro, hominum iniustitia, & iustitia Dei, iustéque puniri à Deo homines peccatores, sed & misericordem erga nos, & clementem fore si resipuerimus. Porrò, vt D. Hieronymus ait, Ieremias rusticior videtur sermone apud Hebrços Isaia, & Osea, & quibusdā alijs Prophetis: quamuis sensibus sit par, quippe qui eodē spiritu prophetauit. simplicitas vero eloquij, à loco vbi natus est, ei accidit: fuit enim Anathothites, vt diximus. De quo idem Hieronymus lib. 6. comm. in Ieremiam, Quantum, inquit, in verbis simplex videtur & facilis, tantum in maiestate sensuum profundissimus est. Sed iam ipsum Prophetam loquentem audiamus.

PROPHE

dare, & tandem a Iudæis gentibus in mortem tradi-
tus est. Prænunciat Ieremias in hoc libro diuinitus i-
bi ostensam vrbis obsidionem à Babylonijs [illegible]
nem imminentem, Ierusalem euersionem, [illegible]
incendium, & populi captiuitatem, Prophetizat
etiam captiuorum reditum, Babyloniorum exitium,
& aliarum [illegible] gentium vastationes [illegible]
& de futura Christi Ecclesia, de Nouo Testam[illegible]
veteris cessatione, de vocatione gentium, & futura
orbis salute, multa prædicit. Apparet autem ex hoc
libro, [illegible] & iustitia [illegible]
niri a Deo homines peccatores, [illegible] misericordia
cum eos [illegible] clementem fore [illegible] resipuerint.
[illegible] Ieremias [illegible]
morte apud Hebræos [illegible]
Prophetis: quamuis sensibus [illegible], quippe qui co-
dē spiritu prophetauit. Simplex vero eloquio [illegible]
[illegible]
dicimus. De quo idem Hieronymus [illegible]
Ieremias, [illegible] in verbis simplex [illegible]
[illegible]
distinctus est. Sed iam ipsum Prophetam [illegible]
audiamus.

PROPHETIA IEREMIAE.

ARGVMENTVM.

Ieremias in vtero sanctificatus mittitur ad prophetādum. Ostenditur ei imminens Iudęorū excidium.

CAP. I.

Verba Ieremiæ filij Helciæ, de sacerdotibus qui fuerunt in Anathoth, in terra Beniamin. 2. Quod factū est verbū Domini ad eū in diebus Iosiæ filij Amon regis Iuda, in tertio decimo anno regni eius. 3. Et factum est in diebus Ioacim filij Iosiæ regis Iuda, vsq; ad consummationem vndecimi anni Sedeciæ filij Iosiæ regis Iuda, vsq; ad transmigrationem Ierusalem, in mense quinto. 4. Et factum est verbum Domini ad me, dicens. 5. Priusquàm te formarem in vtero, noui te: & antequam exires de vulua, sanctificaui te, & Prophetā in Gentibus dedi te. 6. Et dixi, A.a.a. Domine Deus: ecce nescio loqui, quia puer ego sum. Et dixit Dominus ad me: 7. Noli dicere puer sum: quoniā ad omnia quæ mittā te, ibis: & vniuersa quæ mandauero tibi, loqueris. 8 Ne timeas à facie eorū quia tecū ego sum, vt eruam te, dicit Dominus. 9. Et misit Dominus manū suā, & tetigit os meū: & dixit Dominus ad me 10. † Ecce dedi verba mea in ore tuo; ecce constitui te hodie super Gentes, & super regna: † vt euellas, & destruas, & disperdas, & dissipes, & ædifices, & plantes. 11. Et factum est verbum Domini ad me, dicens, Quid tu vides Ieremia? Et dixi, virgam vigilantem ego video. Et dixit Dominus ad me, Bene vidisti, quia vigilabo ego super verbo meo vt faciā illud. Et factum est verbum Domini secundò ad me, dicens. Quid tu vides? Et dixi, ollam succensam ego video, & faciem eius à facie

Isa.51.16
59.21.
Inf.18.7

Inf.4.6. 25.9. *omne. o.

*Aquilonis.14. Et dixit Dominus ad me: † Ab Aquilone pandetur * malũ super omnes habitatores terræ 15. Quia ecce ego conuocabo omnes cognationes regnorũ Aquilonis, ait Dominus: & venient, & ponent vnus quisque solium suũ in introitu portarũ Ierusalẽ, & super omnes muros eius in circuitu, & super vniuersas vrbes Iuda. 16. Et loquar iudicia mea cũ eis super omnẽ malitiam eorum qui dereliquerunt me, & libauerunt dijs alienis, & adorauerunt opera manuũ suarũ. 17. Tu ergo accinge lũbos tuos, & surge, & loquere ad eos omnia quæ ego præcipio tibi. Ne formides à facie eorum: nec enim timere te faciam vultũ eorum † 18. Ego quippe dedite hodie in ciuitatem munitam, & in columnam ferreã, & in murum æreum, super omnem terrã, regibus Iuda, principibus eius, et sacerdotibus, et * populo terræ. 19. Et bellabunt aduersum te, et non præualebunt: quia ego tecũ sum, ait Dominus, vt liberem te.*

Inf.6.27 15.20. *omni. o

EXPLANATIO.

V*Erba Ieremiæ filij* Helciæ, Titulus est libri. cohærent autẽ hęc cũ reliquo cõtextu, more Hebręorum. Nomen Auctoris, genus, patria, & tempus quo prophetauit, declarantur: vt rei veritas magis constet. Qui enim falsa conscribũt, ab his omnibus abstinẽt, ne mẽdaciũ deprehẽdi possit. *Verba Ieremiæ*. Sic. Luc.3. sicut scriptum est in libro sermonum Isaię Prophetę. Septuag. verbum Dei quod factum est ad Ieremiam. Verba Ieremiæ verbum est Domini. Chaldęus Paraphrastes habet, verba Prophetiæ Ieremiæ. Propetia, visio, & verbum vel sermo, & onus verbi Domini, solet vocari in sacra scriptura. Videt, enim, propheta mentis oculis, quæ sibi a Deo reuelantur: & audit verbum domini,

inte

interius ad illum loquentis & futura & abſcondita reuelantis, & illa populo annunciat. Quod ſi infælicia & infauſta ſint, quæ reuelantur, & annunciantur, onus dicitur, vel onus verbi domini, præſertim vbi nulla ſubditur conſolatio: quod fieri ſolet, quando vaticiniũ eſt contra Gẽtes idololatras, quæ Meſſiam non expectabant. Nam alioqui Prophetæ non ſolum terrere, ſed & conſolari poſt minas ſolent. Nihilominus Zach. 9. quo loco prophetia eſt de ſtructura Eccleſiæ, & Gẽtium conuerſione ad Chriſtum, ponitur verbum hoc, onus verbi domini. Ea nempe ratione, quod Gentium cõuerſio, ruina fuerit Idololatriæ, & principis huius mundi eiectio. Vnde Chriſtus. Nunc iudicium eſt mundi. Nunc princeps huius mundi eijcietur foras. Et ego ſi exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipſum. Id autem fidelibus fauſtum & fælix eſt nuncium: Idololatris, & infidelibus infauſtum, & infælix. Sed & Euangelium, iugum ſuaue, & onus leue vocatur à Chriſto: quòd onere grauiſſimo legis nos liberet. Dicũtur autem verba vel ſermones Prophetæ, verbum autem Dñi: Semel. n. locutus eſt Deus, & vnicum eſt verbũ Dei, quod eſt filius eius, patri coæternus, & conſubſtãtialis. Hoc eſt verbũ quod erat in principio apud Deum, per quod omnia facta ſunt, in quo omnia relucent, quod caro factum eſt, vt omnia repararet. Nos cũ loquimur, vix poſſum⁹ multis verbis ſenſa animi exprimere: Deus vnico verbo omnia dixit, & fecit. Quod autẽ verba dixit, nõ viſio, vt in Iſaia, ideo factum, vt in fronte libri operis Dei admoneremur, qui linguas infantium facit diſertas. Qui puer erat, nec loqui nouerat, dum mandato

Ioan. 12.

Mat. 11.

Dei obtemperat, disertissimè locutus est, vt adimpletam Dei promissionem manifestè videamus, qua illi dixit, vniuersa quęcunque mandauero tibi loqueris. Vbi intueri licet, quem pariat fructum in Deum cōfidentia, & illi parens prompta obedientia. Præceptor per totam noctem laborantes nihil cepimus; in verbo autem tuo laxabo retia, dixit Simon Petrus: & cū hoc fecissent, cōcluserunt piscium multitudinem copiosam. *Ieremiæ.* De se loquitur, quasi de tertia persona. Sic inf. quod factum est verbum domini ad eū. Ita consueuerunt sacri scriptores, modestiæ causa, & vt ostendant se Dei esse organa. Non. n. voluntate humana allata est aliquādo prophetia, sed spiritu S. inspirāte, loquuti sunt sancti Dei homines. Non addit, prophetæ, vel modestiæ causa, vel quòd statim dicturus sit, qua rationem illum Deus prophetam instituerit, *filij Helciæ.* Fuerunt alij qui Ieremiæ vocati sunt: vt videre est. 1. Paral. 5. & alibi. Helcias autem. 1. Paral. 6. inter filios Aaron annumeratur, cuius pater dicitur Sellum. Hic Helcias fuit sacerdos ille magnus, qui tempore Iosiæ regis Iuda, inuenit in domo domini librū legis Dei multis iam annis deperditum, vid. 4. Reg. 22. & 2. Paral. 34. *De sacerdotibus qui fuerūt in Anathoth in terra Beniamin.* Potest ad Ieremiā, vel ad Helciam referri, vel ad vtrūq. vnde Theodoretus, duplici gratia prędictus erat, ait, propheta, sacerdotali & prophetica. Et illam quidem, traxit a genere, hanc vero, beneficio superno adeptus est. Septuaginta Ex sacerdotibus qui habitabat in Anathoth. Chald. Paraph. De principib⁹ custodiæ sacerdotum, ex prępositis qui erant in Hierusalem: vir qui suscepit hereditatē suā in Anathoth

Luc. 5.

2. Pet. 1.

in terra

in terra Tribus Beniamin. In Hebręo habetur ad literam, De sacerdotibus qui in Anathoth. sub audiri debet, fuerunt, vel habitarunt, vel habitauit, vel habuit hæreditatem, vel habuerunt. Anathoth tribus millia ribus distabat ab Ierusalem: & erat in sorte Beniamin. Iosue. 21. habes, dedisse Iosue filijs Aaron sacerdotis in sorte Beniamin, Gabaon & Gabeæ, & Anathoth & Almon cum suburbanis suis. In Anathoth ait D. Hieronymus, turrim fuisse adhuc suo tempore, quę turris Ieremiæ vocabatur. Anathoth paupercula siue obediens siue humilis interpretari potest. Ieremias, excelsus domini. Recte igitur Ieremias ex Anathoth, ex humilitate sublimitas, ex obedientia celsitudo, ex paupertate gloria. Nam qui se humiliat, exaltabitur. Et Christus qui semetipsum humiliauit factus obediens vsq; ad mortem, exaltatus est à Deo. Et ipse dixit, Beati pauperes spiritu, quoniā ipsorum est regnum celorum.

Hiero. li. 6. com. in Iere.

Quod factum est verbum domini ad eum in diebus Iosiæ filij Amon Regis Iuda in tertio decimo anno regni eius: Hoc fuit initium prophetiæ, quando primum cæpit Ieremias prophetare, tertio decimo, nempe, anno regni Iosiæ. verba Ieremiæ, verbum est dñi, quod factum est ad eū. quę audiuit à Deo, hęc locutus est. Nicolaus de Lyra ait quod, poni pro quia. vox heb. אשר aser, aliquādo ponit pro quemadmodū, Et pro, & & cō quod. Septuaginta habēt ὃς ἐγενήθη λόγος, qui factus est sermo. Verba dixit Ieremiæ, nūc autē verbū dñi. Vide quod superiùs annotauimus. Vtitur scriptura sacra his modis loquēdi. Factū est verbū Dñi ad Prophetā, & in manu Prophetę, & sup Prophetā. quib᷑ significatur habitā

reue-

D. Amb. lib. 2. in Lucam.

reuelationẽ à Deo. D. Ambro. ſup illa verba Luc. 3. Factum eſt verbum domini ſuper Ioannẽ. Bene, inquit, S. Lucas compendio vſus eſt, vt Ioannem declararet Prophetam, dicens, factum eſſe ſupra eũ verbum dñi. Vñ. Chald, Para. Quod factũ eſt verbum prophetiæ à facie dñi ad eũ. Iere. 26. quaſi nota veri prophetę poni tur eſſe in illo, verbũ dñi. Etſi prophetę, inquit, ſunt, & eſt verbũ Dei in illis. Sic ſermo dñi prodono prophe tię. 1. regũ. 3. Sermo dñi erat pretioſus in diebus illis, non erat viſio manifeſta. hoc eſt, rara erat prophetia, & rarò dñs reuelabat arcana ſua, quod publicè innoteſceret. Portò per verbũ dñi quod fiebat ad prophe tã, interiorẽ loquutionẽ intelligere debemus. Vnde D. Hiero. Nec aër voce pulſatus, ad aures prophetarũ perueniebat, ſed Deus loquebatur in animo Prophe tarũ, Et viſionẽ, & eloquiũ dei nõ extrinſecus ad prophetas fiebat, ſed intrinſecus, & in interiori homine reſpondebat. Vnde Zachar. 1. Et Angelus q loquebatẽ in me. & ps. 84. Audiã quid loquatur in me dñs Deꝰ.

Hiero. in 1. lib. cõ. in Eſa. et in. 2. cap. Abac.

Et factum eſt in diebus Ioacim filij Ioſiæ Regis Iuda vſq; ad cõſummationem vndecimi anni Sedeciæ filij Ioſiæ Regis Iuda, vſq; ad transmigrationem Ieruſalem in menſe quinto. Totum tempus, quo Ieremias prophetauit in Iudę, aſignifica tur: nempe à tẽpore Ioacim, vſq; ad vndecimum annum Sedeciæ, quo vſq; captiuus ductus eſt populus, qui erat in Ieruſalem in Babylonem, quod factũ eſt menſe quinto. Prophetauit etiam Ieremias in Ægipto, quo abductus eſt à reliquijs Iudæ, quę illuc ſe recepẽrũt contra verbũ dñi, metuentes ne rurſus Rex Babylonis Iudeã inuaderet, & illiꝰ miſeras reliquias perderet. vt habes. inf. cap. 43. Sermo eſt hìc tãtũ de tẽpo

re quo

rē quo prophetauit in Iudęa. Ex. 4. reg. & 2. Paral. habes, Iosiā regnasse annis vno & triginta, cui successit Ioachaz filius suus, qui regnauit tribus mēsibus: eū, enim, abstulit Rex Ægypti & cōstituit regē pro eo Eliacim filium Iosię, quē vocauit Ioacim, & hic regnauit annis undecim, huic successit Ioachin filius suus, qui & Iechonias dictus est, qui regnauit tribus mensibus. Ductus est enim captiuus in Babylonē, & Rex Babylonis constituit regem pro eo Mathaniam patruū suum, filium Iosię, quē vocauit Sedeciam. Hic regnauit vndecim annis in Ierusalem, vsq; ad desolationē eius, quæ facta est per Nabuchodonosor Regem Babylonis. Venit autem Rex Babylonis in Ierusalem anno nono regni Sedecię, mense decimo decima die mensis, & eam obsedit, & mansit in obsidione vsq; ad vndecimum annū & nonum diem mensis regni Sedecię, quo die capta est, et Rex Sedecias comprehensus, & vinctus cathenis ductus est in Babylonem. Mēse autem quinto, septima die mensis, venit Nabuzardan Princeps exercitus Regis Babylonis, in Ierusalē, & subuertit templum, & domum Regis, & domos Ierusalem, & muros eius, & populum qui remanserat, transtulit in Babylonem, nonnullis relictis. Totum ergo tempus quo prophetauit Ieremias in Iuda, fuit vnius & quadraginta annorū. Nēpe sub Iosia. 19. annis à 13. anno eius, quo cępit prophetare, vsq; ad 31. annū: tot enim, annis regnauit, sub Ioacim. 11. annis, sub Sedecia. 11. annis. Non fit autē mentio hoc loco Regum Ioachaz, neq; Ioachin, quòd paruo tēpore regnauerint, ternis scilicet mensibus. Isaias igitur, & Oseas, & Iœel, & cęteri prophetę prophetarūt ante captiuitatē,

 siue

siue decem tribuum, siue duarum tribuum, Iuda, & Beniamin. Daniel vero, Aggeus, & Zacharias, post vltimam captiuitatē duarum tribuum, Ieremias imminente captiuitate, quo etiam tēpore, tricesimo, nēpe, anno prophetiæ Ieremiæ, prophetauit Ezechiel in Babylone ijs cum quibus captus fuerat. Vide ergo admirabilem Dei benignitatem & clementiam, qui nūquam cessauit etiam imminente captiuitate, & Babylonio exercitu vallante Ierusalem, populum ad pænitentiam excitare, malens saluare conuersos, quā perdere delinquētes, vnde. 2. Paral. 36. ita legimus. Fecit Sedecias malum in oculis dñi Dei sui, nec erubuit faciem Ieremiæ Prophetæ, loquentis ad se ex ore Domini. Sed & vniuersi Principes Sacerdotum & populus præuaricati sunt iniquè, iuxta omnes abominationes gentium, & polluerunt domum Domini, quam sanctificauerat sibi in Ierusalem. Mittebat autem dominus Deus patrum suorum ad illos, per manum nūtiorum suorum, de nocte consurgens, & quotidie cōmonēs, eò quòd parceret populo, & habitaculo suo. At illi subsannabant nuncios Dei, & parui pendebant sermones eius, illudebantq; Prophetis: donec ascenderet furor Domini in populū eius, & esset nulla curatio. hoc est, nulla curationis spes. Vtiq;, misericors & miserator dominus, longanimis & multum misericors. Nunquid voluntatis meæ est mors impij, dicit Dominus, & non magis vt conuertatur à vijs suis, & viuat? Non vult Deus perire animam, sed retractat cogitans, ne penitus pereat, qui abiectus est. Scio quia tu Deus clemens & misericors es, patiens & multæ miserationis, & ignoscens super malicia. Tu doles, ait dominus

Psal. 102
Ezech. 8.
2. *Reg.* 14
Ioan. 4.

minus Ionæ, super hæderam in qua nõ laborasti, neq; fecisti vt cresceret: quæ sub vna nocte perijt, & ego non parcam Niniuæ &c. Parum est nuncios suos misisse, misit & vnigenitum suum. Reuerebũtur forsan, ait, filium meum. Nec tamen cognouit Ierusalem tẽpus visitationis suæ, vnde Christus plorans super Ierusalem, ait. Si cognouisses & tu. Et, Ierusalem, Ierusalẽ quæ occidis Prophetas, & lapidas eos qui ad te missi sunt. Quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos sub alas & noluisti. Recte igitur per Isaiam. Quid est quod vltra debui facere vineæ meę: & non feci? Sed & hanc Dei benignitatem vnusquisq; in se ipso contempletur, audiat. D. Paulum dicentem. An diuitias bonitatis eius & patiẽtiæ & lõganimitatis contemnis? Ignoras quoniam benignitas Dei ad pænitentiam te adducit? Sed & illud hic obseruare oportet, qua ratione post Christi mortem, & deuastationem Ierusalem, quæ facta est à Romanis, & Iudæorum dispersionem, nullos iam Deus ad illos mittat prophetas, qui illos consolentur, liberationem promittant, instaurationem ve tẽpli, & vrbis vaticinentur. Cum iam plusquam mille & quingenti anni ab illa vastatione transierint. Vtiq; translatio legis facta est. Nec iam populus Iudęorum populus est Dei, sed ille quem Christus ex omni gente sanguine suo sibi acquisiuit, & in vnam Ecclesiam congregauit. Quãdiu ille fuit Dei populus, quãtumuis rebellis, quãtumuis in captiuitatem adductus propter scelera sua, quantumuis idololatra, & gentium sceleribus contaminatus, non penitus fuit à Deo derelictus. Vinea enim Dei Sabaoth erat.

Luc. 19.

Mat. 23.

Isa. 5.

Postquam verò desijt populus Dei esse, quāuis legis suæ sit tenacissimus, quātūuis religiosissimos se exhibeant, nulloq; Idololatriæ scelere cōtaminentur, spreti & penitus abiecti iacent inter omnes gentes, absq; templo, sine Prophetis, sine Sacerdotio, sine sacrificio: deniq; tanquam alieni à Deo. Et tamen in tanta luce, sunt inter hereticos nostri temporis, qui Iudaismum colant, vt videas, quem fructum pariat, semel à veræ religionis, & catholicæ Ecclesiæ tramite declinasse.

Et factum est verbum Domini ad me dicens. Priusquam te formarem in vtero noui te, & antequam exires de vulua, sanctificaui te, et Prophetam in gentibus dedi te. Hactenus præfatio, in qua nomē & genus prophetæ, & tempus quo prophetauit explicata sunt. Nunc Prophetiam aggreditur. Docet qua ratione cum Deus in Prophetam elegerit, & ad Prophetandum destinauerit. Elegit eum Deus antequàm in vtero formaretur, sanctificauit adhuc in vtero existentem, vt tāto muneri aptus esset, & suo tempore Prophetam gētibus dedit. Admonet hic. D. Hieron. cauendā esse heresim, ne existimemus Ieremiam fuisse antequàm in vtero cōciperetur, Origenis est hic error, qui dixit animas ab initio creatas, & iuxta varia earū opera, varios sortiri status in hoc mundo, corpori vnitas. Vid. D. Hiero. Eplā. 59. Sed & Manichei cū Pythagoricis, μετεμψύχωσιν, hoc est, trāsmigrationem animarum de corpore in corpus, docebant. Cum ergo dicitur, *priusquā te formarem in vtero noui te.* Secundum Dei præscientiam intelligendum est. Sunt omnia Deo præsentia, etiā quæ nobis futura vel præterita sunt: est enim æternus, & similiter eius sciētia, quæ

tia, quæ nihil aliud quàm ipse est. eternitas autem tota simul est, omni successione carens, vt ait Boetius, quare quæ temporis successu sibi inuicem succedũt, in Dei æternitate sunt præsentia: quemadmodum circuli partes inter se situ distãtes, indiuisibili cẽtro prę-sentes sunt. Vocat, ait D. Paulus, ea quæ non sunt, tanquam ea quæ sunt. Et in Daniele. Qui nosti omnia antequàm fiant. Chal. Para. Antequam crearem te in vtero prępar aui te, *& antequã exires de vulua, sanctificaui te.* Chald. Paraph. Et antequam venires in mundũ parasti te. Dictio Hebręa, à radice קדש cadas quod sanctificare & pręparare significat. Sic etiam noster interpres, sæpe sanctificare, pro pręparare, Deo dicare, trãsfert. Sabbatum sanctificatur, primogenita etiam, & infra in Ieremia habes, sanctificate bellum. Sed præparatus est Ieremias ea sanctificatione quæ mũdum eũ à peccato reddidit. D. Hiero. Eo sensu ait, sanctificatũ esse in vtero Ieremiã, quo D. Paulus ait, segregatũ se fuisse ex vtero: hoc est, electũ secundũ Dei prædestinationẽ. Sic Theodoretus, sanctificaui positũ pro segregaui. Vid. quæ diximus in prefatione, de sanctificatione Ieremiæ in vtero. Theodoretus hoc in loco. Electio, ait, nõ iniqua, hãc enim notitia pręcessit, nouit enim, tũcq; sanctificauit, hoc est, segregauit. Multi ex sacris Doctoribus, electionẽ & prædestinationẽ præsciẽtiã meritorũ subsequi, affirmãt. Nõ ꝙ merita ex nobis habeamus, hoc enim est Pelagianũ, sed præscit Deus merita, quę illius gratia habituri sumus. Vid. D. Tho. 1. p. q. 26. ar. 5. Annotauit multa loca sacrorũ Doctorũ, Sixtus Senẽsis in sua Bibliotheca. Sed & hoc loco interpretari possumus Theodoretum, ea ratione,

Gen. 2.
Exod. 15.
Ierem. 6.
4.
Ga. 1.

quod Deus præcognouerit merita Ieremiæ, & gratiã ad quam illum prædestinauerat, & ideo illum elegit, & segregauit ad munus prophetiæ. Nos per cognitionem, æternam Dei electionem, per sanctificationem, emundationem à peccato & confirmationem in gratia, quæ facta est in tempore, adhuc Ieremia in vtero matris suæ manente, intelligimus: quæ ab electione eterna emanauit. Electio autem gratuita prorsus est, habens causam, Dei volũtatem & beneplacitum. Sic D. Paulus in gemellis illis, Iacob & Esau, docet. Vbi nullam propter hoc iniquitatem esse in Deo, ostẽdit: Nulli enim debitor est, sumus enim oẽs filij iræ, atq; adeo odio digni; nulla igitur est iniquitas si Deus odio habeat eos, qui odio digni sunt, summa autem est misericordia, si alicuius misereatur: miseretur autem, cuius vult. An oculus tuus nequã est, quia ego bonus sum? Respondit bonus ille pater familias conquerenti, quod integram mercedẽ redderet illis, quibus non debebatur, quòd vltima hora ad laborãdũ venissent. Animaduerte hic, quàm imperitè Heretici nostri tẽporis affirment, infantes in matris vtero sanctificari: cum vix id sacri Doctores concedant illis, de quibus sacra scriptura, pro singulari priuilegio, hoc affirmare videtur. Nec minus imperitè, ex Ioãnis Baptistæ exultantis in vtero matris, exemplo, confingunt idem reliquis infantibus vsu venire, vt nescio quos celelestes fidei motus habeant. Absurdissimum est, eximia hęc & singularissima priuilegia ad cõmunẽ legẽ velle trahere. Quod vero D. Paulus infantulos fideliũ filios, sanctos vocat, quantũuis concedamus, de nondum renatis ibi loqui, nam variè sentiũt interpretes, tamen cũ

Rom. 9.

Matt. 20

1. Cor. 7.

Ephes. 2.

ipse aperte dicat, nascimur omnes filij iræ, nequaquã secum ipse pugnare potest. Eo igitur sensu sanctos eos vocat, quòd ex piorum parẽtũ voto & volũtate, huc destinentur, vt statim baptismo & christianismo initientur, Christóq; & Ecclesiæ penitus offerantur: Quos Tertulianus, sanctitati destinatos. Et D. Hieronymus, Christianæ fidei cãdidatos, nullisq; idololatriæ sordibus pollutos, vocauit: vt discernantur ab aliorũ infidelium filijs, qui nequaquam dici possunt sancti, sed profani potius, & impijs parentũ cultibus cõtami nati, Vid. Petrũ Canisium lib. I. Cõmentariorũ de verbi Dei corruptelis cõtra Centuriatores. Obserua quã ratione De9, quos nouit, sãctificat, Est autẽ nosse quasi suũ agnoscere, sic Moysi ait Dñs. Noui te ex nomine. Sic, nõ nosse est, quasi alienũ habere. Vnde virginibus fatuis frustra ad ianuã iã clausam pulsantibus, dicitur, non noui vos. Et de alijs ait Christus. Tunc confitebor illis quia nunquám noui vos, discedite à me qui operamini iniquitatem. Miseri mortales, qui tãto pere laborant, vt nomen suum in terris celebrent, & ab hominibus cognoscãtur, vt verò Deo noti sint, parum aut nihil curant. Perijt memoria eorum cum sonitu. In memoria autem æterna erit iustus. Mortui estis, dicebat Apostolus, & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo: vt cum Christus apparuerit vita vestra, tũc & vos appareatis cum ipso in gloria. Latent hîc sancti, quasi mortui: vix est, qui illos cognoscat, sicut vulnerati dormientes in sepulcris, quorũ nõ est memoria amplius. Sed nouit dominus qui sunt eius. Apparebit aliquando eorum gloria, Et dicent qui modo eos habent in derisum. Nos insensati vitã

Tertull. li. de Monoga.
Hiero. Epl 153.
Exo. 33. c.
Matt. 25.
Matt. 7.
Psal. 9.
Psal. 111.
Colo. 3. a.
Sap. 5.

illorũ ęstimabamus insaniã, & finẽ illorum sine hono re: ecce quomodo cõputati sunt inter filios Dei, & in ter sanctos sors eorũ est. Hinc est, ꝙ Moyses grandis effectus, negat se esse filium filiæ Pharaonis: magis eli gẽs affligi cũ populo Dei, quã tẽporalis peccati habe re iocunditatem: maiores diuitias ęstimãs thesauro Ægyptiorum improperiũ Christi. Ieremias diẽ homi nis non desiderat, hoc solo cõtentus, quod Deo no tus erat. Scio cui credidi, ait Apostolus, & certus sum, quia potens est depositum meũ seruare. Depositũ vo cat, quæcunq; pro Christi amore reliquerat: opes, ho nores, voluptates, cæteráq; omnia quibus renuntiare debet Christi discipulus. Hoc depositum seruat Deus suis: adeóq; auctum & multiplicatum restituit, vt pro paruis magna, pro terrenis cęlestia, pro temporalib[9] sempiterna reddat. Gaudete & exultate, quia merces vestra copiosa est in cœlis. Et Mensurã bonam, & cõ fertam, & coagitatã & supereffluentem dabunt in si num vestrum. Et, Quod in pręsenti est momentaneũ & leue tribulationis nostrę, in sublimitate, ęternæ glo riæ pondus operatur. Quantum vero bonũ sit sancti ficari, & sanctum esse, cogitatione cõpręhendi nõ po test, & multò minus oratione explicari. Hęc est illa sa pientia, quã sapiẽs præponit sedibus, & regnis & diui tias nihil esse ducit in cõparatione illius, nec cõparan dũ illi iudicat lapidẽ prætiosum, in cuius comparatio ne aurũ reputat arenã exiguã, & argentũ lutũ: cũ qua pariter omnia bona sibi aduenisse fatetur. *Et Prophetã in gentibus dedi te.* In Heb. neq; in septuag. non habetur. Et, nec habẽt Biblia regia, sed legũt sine, Et, quasi sit ex plicatio eius quòd dixerat, sanctificaui te. Per Gentes,

Heb. 11. *Iere. 17.* *2. Ti. 11.* *Mat. 5.* *Luc. 6.* *2. Cor. 4.* *Sap. 7.*

vel Iu

vel Iudęos intelligit, qui more gẽtiliũ viuebãt, quasi Deum nõ cognoscerẽt. Vel Iudęos simul & Babylonios, Ægyptios, & alios populos, de quibus etiã prophetat. Colligit ex hoc loco Victorinus martyr. Ieremiã nõdũ mortuũ, sed in paradiso viuere, vt inde in fine seculi veniat, prędicaturus pęnitẽtiã, & ab Antichristo occidẽdus. Sumit autẽ argumẽtũ ex hoc loco, quia quãdiu vixit, in gẽtibus Propheta nõ fuit: oportet autẽ promissionẽ Dei adimpleri. Improbat tamẽ hãc opinionẽ Hilarius. vide in prętatione. Positus ergo est Ieremias Propheta in gẽtibus, nõ quòd mittẽdus esset in regiones gẽtiũ, sed eo modo quo explicauimus. Chald. Parap. Prophetã propinãtẽ calicẽ maledictionis populis constitui te. Obserua, pręclarus ordo, prius sanctificatur, deinde Propheta cõstituitur. Quæ à Deo sunt, ordinata sunt. Nequis illi dicere possit. Qui alios doces, te ipsum nõ doces? Qui prędicas nõ furãdũ, furaris? &c. Oportet Episcopum irrepręhẽsibilẽ esse, ait Apostolus, facilè illius doctrina cõtẽnitur, cuius vita despicitur. Sacerdotẽ in lege vult Deus omni labe carere. In pace, & in æquitate ambulauit, & multos auertit ab iniquitate, ait Dñs de Leui. Labia enim Sacerdotis custodiũt sciẽtiã, & legem requirẽt de ore eius: quia Angelus Dñi exercituũ est. Vos autẽ recessistis de via, ait ad malos Sacerdotes, et scãdalizastis plurimos in lege. Videant illi ad quos Pręlatorũ & Sacerdotũ pertinet electio, et ordinatio, quos eligãt, quibus manus imponãt. Nemini cito manum imposueris, neque cõmunicaueris peccatis alienis. Qui aliter fàcit, Deo iniuriã irrogat: ministrũ illũ constituens, & dispensatorẽ mysteriorum eius, quem ille

1. Tim. 3.

Mal. 3. b.

1. Tim. 5.

non

non probat. Seipsum iniustum & iniquum exhibet, qui animarum dispendia pro nihilo ducat, & dignitatem officij videatur contemnere, & bona Domini infideliter dispēset. Nocet illi quem promouet, dū occasionem prebet, vt insolescat, & peior euadat, maioremque damnationem sibi acquirat, dum officio suo minimè satisfacit. Iniuriā facit dignioribus, quos prętermittit, causa est, vt languescat virtus, dum contemnitur, nulláque eius ratio habetur. Iniuriā irrogat Ecclesiæ, ineptum, & minus idoneum pastorem, vel ministrum, illi præficiendo. Denique causa est omnium malorum, quæ ex inepto regimine oriuntur. In quorum numero collocanda sunt, non tantum mala quę perpetrantur, sed & innumera bona quæ fierent, si plebs idoneum haberet pastorē. Sanctificat ergo Dominus, & Prophetam instituit, tu qui sanctificare nō vales, cura, vt sanctum eligas.

Et dixit, A.a.a. domine Deus, ecce nescio loqui: quia puer ego sum. Recusat officium, suam proponēs imperitiam, & teneram adhuc ætatem. Vix, inquit noui, verba formare, Balbutio adhuc, puer sum, nec tāto officio idoneus. Sic Moyses. Quis sum ęgo, vt vadam ad Pharaonem, & educam filios Israël de Egypto? Et obsecro Domine, non sum eloquens ab heri, & nudius tertius. Et iterum, obsecro Domine, mitte quem missurus es. Septuag. Et dixi quis es dominator dominus, qui cognoscis imbecillitatem meam. Chald. Paraph. Suscipe deprecationē meā domine Deus. Idē quod obsecro Domine, ne mihi munus hoc iniūgas. Dictio Heb. אהה Ahah, Interiectio est dolentis, vt heu. Sic Iosue. 7. vbi habet nostra editio. Heu dn̄e Deus, quid

Exod. 3. & 4.

volui

voluisti traducere populū istū Iordanē fluuiū. & Iud. 6. Heu mihi dñe Deus. & Iud. 11. Heu me filia mea: in quib⁹ omnibus locis est eadē dictio, quę in hoc loco, in Heb. Pro eo quod nos habemus, *nescio loqui*: habét Chal. Para. nescio prophetare. Hic obserua, qua ratione, Quò quis dignior est, eò magis pręesse recúsat. Dū sua imbecillitatē magis perspectā habet, & pōdus officij, & imminens periculū apertius cognoscit. Rara est sui ipsius perfecta cognitio, Sed & hoc magna sapientia est. Iā vero & propriā imbecillitatē palā confiteri, cū illā agnoueris, magnę integritatis & verę virtutis iudiciū est. Nequaquā autē appetitu honoris, & dignitatis ex cęcari, vt pondus supra vires tibi imponas. Summa est prudētia. Si quis Episcopatum desiderat, bonū opus desiderat. An nōne bonū opus est, die noctúque ęstu vri, & gelu pro Christi ouibus, sic pascere, vt steri lis inter eas non sit, ne quippiam à bestia non ostendere. Egregiam sane rem. Hoc est Episcopū agere. Honorē intueris, onus inspice. Dominus scit cogitationes hominum, quoniam vanæ sunt. Beatus quem elegisti & assumpsisti. Nemo assumat sibi honorē. Parū esset honores, officia, dignitates anhelare, nisi & illicitis modis quęrerētur. Adulationibus: Hypochrisi, turpibus largitionibus, sed & criminationibus, calumnijs, falsis testimonijs, vt aliū loco dimoueas, vt sedē eius occupes, quā effrenatè cōcupiscis. Accusat innocens Naboth à filijs diaboli iussu impijssimæ Iezabel, & lapidibus obruitur, vt Achab eius vineā possideat. Sed quid ait Elias? Hæc dicit Dominus, occidisti, insuper & possedisti, & post hæc addes. In loco hoc, in quo linxerunt canes sanguinē Naboth, Lambēt quo

1.Tim. 3.

3.Reg. 21.

que

que ſanguinem tuum. Sed quid eſt, quòd Ieremias recuſat, Iſaias vero ſe offert, dicens. Ecce ego, mitte me. Nihil mirũ. Purgauerat iã Deus calculo labia ei⁹, Et audit illũ dicẽtẽ, Quẽ mittã, & quis ibit ex nobis? vt perſpectã iã haberet Dei volũtatẽ, qui eũ mitti volebat. Ne igiť in vacuũ gratiã Dei recipiſſe videaṫ, ne talentũ in terra abſcondat, offert ſe ad miniſteriũ: nõ temeritate aut arrogãtia, ſed fiducia diuinæ gratiæ: vrgẽte, preſertim, proximi neceſſitate. Sed quia difficile eſt ſeipſum purgatum cognoſcere, tutius declinamus, quamdiu non vrget ſuperioris pręceptum, aut proximi neceſſitas.

Isa. 6.

Et dixit Dominus ad me, Noli dicere, puer ſum: quoniã ad omnia quæ mittã te, ibis: & vniuerſa quæ mãdauero tibi, loqueris.

Hiero. Pueritiæ datur venia, quæ verecũdia & pudore decoratur: ideo mitius cũ Ieremia agitur, quàm cũ Moyſe, qui iã magnæ robuſtęque ętatis erat. Nõ eſt, inquit Dñs, cur pueritiã tuã, & loquẽdi imperitiã mihi obijcias, qui linguas infantium facio diſertas: mẽ adiuuante complebis, quę tibi mandauero. Sic Dominus Moyſi. Quis fecit os hominum? aut quis fabricatus eſt mutum, & ſurdum? Videntem & cæcum? non nè ego? Cognita Dei abſoluta voluntate, acquieſcendum eſt, nec fas eſt reluctari. Quoniã quaſi peccatum ariolandi eſt, repugnare, & quaſi ſcelus idololatrię nolle acquieſcere. Sed quum omnia Deus ſuauiter & ſapienter diſponat, quid eſt, quòd puerum ad tantum munus deſtinat? Vtique, infirma mundi eligit, vt fortia queque confundat. Nequis in carne glorietur, ſed in Domino. Sic Daniel puer iunior, ſenes diiudicat: dedit enim ei Deus hono

Exod. 4.

1. Reg. 15.

Dan. 13.

honorẽ senectutis. Senectꝰ venerabilis est, nõ diutur *Sap. 4. b.* na, neque annorũ numero cõputata. Cani autẽ sunt sensus hominis, hoc est, canities est sapientia hominis, & ætas senectutis vita immaculata. Decreuerat etiam Deus, vnum & eundem prophetam vsque ad excidium Ierusalem prophetando perseuerare, quò magis Iudæorũ obstinatio conuinceretur & Dei iustitia appareret. Adde, quòd ętas apertius demõstrabat eum à Deo missum. Vnde enim puero tãta audatia, vt Prophetæ officium sibi assumeret, non missus?

Ne timeas à facie eorum, quia tecum ego sum, vt eruam te, dicit Dominus. Corroborat ministrum suum, & vt omnẽ deponat metum hortatur, promittens se illi ad futurum suo auxilio, vt liberet eum ab omni periculo, *à facie eorum.* hoc est, propter eos ad quos te mittam. Timere à facie alicuius, idem est, quod illum timere. faciem & vultum Principum, & potentium maximè vereri solemus; sed & ira, furor & indignatio maximè in facie apparere solẽt: idẽ ergo est nõ timere à facie alicuius, quòd non timere illius potentiam, maiestatem, seueritatem, iram, furorem, indignationem. Nolite timere, dicebat Christus discipulis suis, eos qui *Mat. 10.* occidunt corpus, animam autem non possunt occidere. Sed potius timete eum, qui potest & animam, & corpus perdere in gehennam. Quis tu, vt timeres *Isa 51. d.* ab homine mortali, & à filio hominis, qui quasi fenũ ita arescit? Sed proh dolor, timemus homines mortales, formidamus illorum potentiam, terribilem autẽ illum, qui aufert spiritum principum, terribilem apud reges terræ, qui respicit terram & facit eam tremere, in cuius manus horrendum est incidere, minimè

formida

formidamus. Videant qui officium Prophetarum in Ecclesia Dei gerunt, quàm constanter, quàm strenuè officium suum præstent, ne illud audiant, canes muti non valentes latrare. Multa opus est prudētia, fateor, vt quid, & quo tempore, & quo loco, & modo, & apud quos dicere debeas, scias? præsertim dum non apertè audis Deum loquentem & dicentem tibi, hæc loquere. Sed purgādus est animus, ne terreno aliquo affectu impediatur, adhibenda est supplex ad Deum oratio, quibus non admodum obscurè voluntatem Dei cognoscere dabitur, ipsius enim negotium est, cuius agitur causa: cognita autem semel Dei voluntate, intrepide, & strenuè agendum est. Solet aduersarius noster, Principū, & potentum animos commouere aduersus illos qui veritatem liberè prædicant, scandala concitare, seditiones mouere, vt hac ratione, Dei ministri deterreantur, & abstineant, ipse autem interim in Christi ouile liberius grassetur, obmutescentibus canibus. Sed superanda sunt omnia, diuino auxilio. Multa passus est Ieremias propter Dei verbum, sed Deo adiuuante, omnia superauit constantissiméque munus suum obijt, ad mortem vsque.

Et misit Dominus manum suam et tetigit os meum: et dixit Dominus ad me, ecce dedi verba mea in ore tuo. Hoc in visione fieri potuit, vel etiam per Angelum forma visibili apparentem. Vel per manum, Dei potentiam intelligere possumus: tangere vero os, est omnē linguæ defectū auferre, donúmq; rectę loquēdi tribuere. Sic Isaię os calculo tāgitur, quē forcipe Seraphin tulerat de altari, & aufertur iniquitas, & mūdatur peccatum. Sed hoc in Ieremia adhuc puero in vtero matris sanctificato,

cato,

cato, opus non fuit. Dare verò verbū, vel ponere in ore est, docere, & instruere quid nomine Dei loqui debeat. Sic 2. Regū. 14. posuit autē Ioab verba in ore eius, hoc est, instruxit quid loqui deberet, & inferius, ipse posuit in os ancillæ tuę omnia verba hęc. Hoc ipsum apud Ezechielē significat, inuolutū librū comedēdū dari. Chal. Paraph. Et misit Dñs verba prophetiæ suæ, & ordinauit in ore meo. Sic ętiā Christus in Euangelio dicebat discipulis suis. Ego dabo vobis os & sapientiam, cui non poterunt resistere omnes aduersarij vestri.

Ezech. 2.

Luc. 21.

Ecce constitui te hodie super gentes, & super regna: Vt euellas, & destruas, & disperdas, & ædifices, & plantes. Prę teritum pro pręsenti, constituo, quod frequens est apud Heb. idē est constituere super gentes, quod Prophetā dare in gentibus, quod superius dixit. Do inquit, tibi potestatē, & auctoritatē ad annunciandum, & prędicendum nomine meo, tanquam meus Propheta, Gentium, & regnorum ruinas, & deuastationes. Vt intermineris hostibus meis, quos in regionibus suis plantaui, collocaui, confirmaui, ędificaui, me captiuitatibus euulsurum illos, nisi resipuerint. Et cōtra, me ædificaturum rursus, & plantaturum, hoc est, in pristinum statum restituturum eos quos destruxero, & euulsero, si peccata sua agnouerint, sumptę sunt metaphorę ab hortulanis, & vrbiū expugnatoribus, & fabricatoribus. Ecclesi. 49. dicitur de Ieremia. Malè tractauerūt eum, qui à ventre matris consecratus est Propheta, euertere, & eruere & perdere, & iterum ædificare & renouare. Chalde. Paraph. ędificare, & plantare, ad domum Israël refert. Et super domum

Israel,

Israël, inquit, vt ędifices, & confirmes. His autem verbis totum Ieremiæ ministerium compręhenditur, & totius libri huius argumentum exponitur: Prophetia enim est de ciuitatis & templi vastatione, & populi captiuitate, & de reditu ex captiuitate, & reædificatione templi, & ciuitatis, & de aliarum gentium & regnorum excidio. Hęc etiam in Christo cōpleta sunt, qui idololatria, & erroribus destructis, & principe huius mundi foras eiecto, Ecclesiam suam ędificauit & plātauit. Vnde D. Paulus, Dei ędificatio estis, Dei agricultura estis. Et alibi. Vnicuique nostrū data est gratia secundum mēsuram donationis Christi. Et ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios vero Euangelistas, alios autem pastores & Doctores ad consummationē Sanctorum in opus ministerij. in ędificationem corporis Christi, nempe, Ecclesiæ, quæ opera ministrorū Christi construitur: quorum doctrinam dum sequimur, instauramur, ędificamur, perficimur. Quòd si illorum astutia, & nequitia, qui à Christo non missi, honorem & officium magisterij sibi vsurpant, tāquam falsi Prophetæ, & ex capite suo loquūtur, circumueniri contingat: oportet nos tanquam paruulos fluctuare, & circumferri omni vento doctrinæ, seu potiùs erroris: interim autem dissipari, destrui, corruere, & funditus euerti, ad atheismum vsque. Omnis plantatio quā nō plantauerit pater meus cælestis eradicabitur, ait Christus. Et domus non ædificata super petram, sed super arenam, corruet, & fiet ruina eius magna. Vidi stultū firma radice, ait Iob, & maledixi pulchritudini eius statim. quasi dicat, nō multum cogitaui quam de illo

1. Cor. 3. b
Ephes. 4. b.
Mat. 15. b
Mat. 7. d
Iob. 5. a.

ferrem

ferrem sententiam. Radices gentium superbarum a refecit Deus, & plantauit humiles. sed & munitiones & consilia, & omnem altitudinem extollentem se aduersus scientiam Dei, destruet dominus. Arma enim militię nostrę, non carnalia, sed potentia Deo, ad destructionem munitionum. Verbū scilicet Dei, non ex proprio capite interpretatum, sed spiritu Dei, qui catholicam ecclesiam docet omnē veritatem, traditio Ecclesiastica, sacra concilia, Sūmorum Pontificū decreta, quibus Romani Pontifices tanquam Petri legitimi successores, cōfirmant fratres suos, Sanctorū denique & aliorū doctorū Ecclesiasticorū doctrinā. Sic enim hęc turris Dauid ędificata est cum propugnaculis, ex qua mille clypei pendent, omnis armatura fortium. Sed quid est, Quòd cū quatuor tristia proposita sint, duo tantum fausta & læta subiugantur? Infausta & tristia ad omnes, læta & fausta ad populum Dei tantúm pertinent. Sed & multis opus est ad vitia destruenda, & euellenda: quod si semel obtinueris, non multo labore virtutes plantabis. Est enim virtus rationi, atque adeò naturæ nostræ, qua ratione vtimur cōsentanea. Denique multi sunt qui euellant, destruant, disperdant, & dissipent: pauci qui ędificēt, & plantēt. Messis quidem multa, operarij autem pauci. Domine quid multiplicati sunt qui tribulant me. Multi insurgunt versum me. Et sępè expugnauerunt me à iuuentute mea. Non est autem, ait Propheta Isaias, qui inuocet nomen tuum, qui consurgat, & teneat te. Et per Ezechielem ait Dominus. Quęsiui de eis virū, qui interponeret sepem, & staret oppositus cōtra me pro terra, ne dissiparē eam: & non inueni.

Eccl. 10. c

2 Cor. 10 b.

Can. 4. b.

Mat. 9. b

Psa. 3. a

128. a.

Isa. 62.

Ezec. 22.

Quapropter euulsiones, destructiones, perditiones, dissipationes passim, proch dolor, licet videre: restaurationes, & plantationes, rarò. Propterea dilatauit infernus animam suam, & aperuit os suum absque vllo termino. Viæ autem Sion lugent. Sed & copiosus Deus in misericordia, cum primùm nos respicere sua benignitate incipit, in momento nobis restituit, quæ multis ablata fuerant.

Esa. 5.

Thren. 1.

Et factum est verbum domini ad me, dicens. Quid tu vides Ieremia? Et dixi, virgam vigilantem ego video. Húc vsque dominus prophetã suum corroborauit, & instruxit, Hìc iam quæ futura erant, reuelare aggreditur. Ostenditur ei virga vigilans, & quid significet, edocetur. Pro virga vigilanti, quod & Aquila & Symmachus habent, Septuag. Baculum nuceum transtulerunt. Theodotion, virgam amigdalinam. Chald. Paraph. habet, Regem festinantem, ad malefaciendum ego video. Sensum expressit. In Heb. est, שקד sached à radice שקד sacad vigilare, persistere, & festinare significat. Nomen vero שקד sached, amigdalum, & nucem significat, Sicq; omnes interpretationes supradictæ admitti possunt. Vigilat autem virga ait. D. Hiero. cuncta populi peccata considerans, vt percutiat, & corripiat derelinquentes. Ægyptij vetustissimi Sacerdotes moderatorem omniũ, hieroglyphicè significare volentes, pingebant oculum, cui baculum substituebant. quippe summa super omnia natura sit, omnia cõspiciẽs, regiã habens dignitatem, qui omnib⁹ dominetur, & omniũ curã gerat. Nã sceptrũ ferè semper regis intelligitur Symbolũ. Baculus ergo in fastigio habẽs oculũ, virga vigilãs dici potest. Quin

etiam

etiã absq; oculi pictura, plerosq; veterum reperimus per stãtem baculũ Deum figurasse, quod nullo modo diuina natura labefactari possit, sed quasi semꝑ stare, & quodãmodo sustinere & fundare omnia, discatur. vide Cyrillũ lib.9.con. Iulianũ. Per virgã etiam possumus Regem Babylonis, quo Deus vsus est ad percutiẽdos Iudęos, intelligere iuxta Chald. Parah. Sic etiam. Assur virga furoris dñi dicitur: vel plagã ipsam & flagellũ, & vltionem imminentem, ita vt per virgã vigilantem intelligamus, virgam, nõ humi iacentem, sed erectam, & vibrantem, iam iãque percutientem. Sic gladius vibrãs, & arcus tensus, dici potest gladius & arcus vigilans, iuxta illud. Psal. Nisi cõuersi fueritis, gladium suum vibrauit, arcum suum tetendit, & parauit illum. &c. vel noster interpres virgã vel baculum amigdalinum interpretatus est, virgam vigilantem, quòd amigdalus solicita sit, vt suos flores ante alias arbores emittat, quò magis ad significationem visionis accederet.

Isa. 10.

Psal. 7.

Et dixit dominus ad me, Bene vidisti, quia vigilabo ego super verbo meo vt faciam illud. Explicat visionem, aitq; apposité vidisse virgã vigilantem, cum vigilaturus ipse sit, omnémque curam adhibiturus vt verbum suum perficiat. Chald. Paraph. festinabo ego super verbũ meũ. D. Hiero. allusionem esse dicit propter verbi similitudinem. Vt si ostenso homine sedẽte, interroges, quid tu vides? respondeátq; alius, video hominem sedentem, subiungas vero tu, Sedabo ego perturbationes tuas. Sic in Heb. easdem literas radicales habet dictio quę amigdalũ, vel nucẽ significat, & quę vigilare, vt supra diximus. Theodo. vigilias, ait, appellat excita-

tionem ad uindictam, longanimitatem vero somnū. Vnde in Psal. Exurge quare obdormis. Et excitatus est tanquā dormiens dñs, & percussit inimicos suos, &c. Verbū suū vocat, comminationem qua per alios Prophetas, & nouissimè per Ieremiam cōminatus est pœnā impijs. Obserua, Hoc est veluti initium conuersionis, & reparationis nostrę. Deum omnia conspiciētem, & paratum peccata punire, animo intueri. Initiū sapientiæ timor domini. Quia non cito profertur cōtra malos iudicium, absque vllo timore filij hominū perpetrant mala, ait Sapiens, sed ne dixeris, Peccaui, & quid mihi accidit triste? Altissimus enim est patiens redditor. Neque adijcias peccatum super peccatum, & ne dicas miseratio domini magna est, multitudinis peccatorum meorum miserebitur. Misericordia enim & ira ab illo cito proximant, & in peccatores respicit ira illius. Ne tardes conuerti ad dominū, & ne differas de die in diem, subito enim veniet ira illius & in tempore vindictæ disperdet te. Rex Balsasar fecit grande conuiuium optimatibus suis, & iam tumulentus, præcepit afferri vasa aurea & argentea, quæ Nabuchonosor pater eius; adduxerat de templo, quod erat in Ierusalem, Et bibebant in eis Rex & optimates eius, vxores, & concubinæ illius: bibebant vinum, & laudabant deos suos. Et eadem hora apparuerunt digiti quasi hominis scribentis in pariete: continebat autem scriptura sententiam à Deo in Regem latam, Et eadem nocte interfectus est. Retardat quidem Deus aliquando punitionem, sed tarditatem, supplicij magnitudine pensat. Virgam vigilantem videt Ieremias; gladium & hastam

Ps. 43. d. et. 77. g.

Eccle. 8.

Eccle 5.

Dan. 5.

vibrantem, & arcum tensum & paratum Regius Propheta. Quis scit an statim percutiat? Nescitis diem neq́ue horam, ait Christus. Iam securis ad radicem árboris posita est, ait præco Christi, Quis non formidet? Sed vide Dei clementiam, & qua ratione non contineat in ira sua misericordias suas. Antequám percutiat, virgam ostendit, vt consulere nobis possimus. Dedisti metuētibus te significationem vt fugiant à facie arcus. Nempe à facie iustitiæ, ad misericordiam. *Vigilabo ego super verbo meo vt faciam illud.* Vigilante domino super verbo suo, tu noli dormire. Beatus ille seruus, quem inuenerit dominus vigilantem. Tēpus est iam nos de somno surgere. Sed aduerte. Est virga percutiens, & est virga pascens. de qua, Micheas, Pasce in virga tua populum tuū. Et Dauid, Virga tua & baculus tuus, ipsa me consolata sunt. Parasti in conspectu meo mensam &c. Vigilat illa, vigilat etiam ista. Dominus regit me, nihil mihi deerit, in loco pascuæ ibi me collocauit, super aquam refectionis educauit me &c. Et non dormitabit, neque dormiet qui custodit Israël. Et sicut vigilaui super eos, ait dominus, vt euellerem, & demolirer, & dissiparem & disperderem, & affligerem, Sic vgilabo super eos, vt ędificem, & plantem. Videat ergo, qui pastor est dominici gregis, num vtranque virgam vigilantem habeat. Prædica verbū, ait D. Paulus, insta opportuné, importuné: argue, obsecra, increpa in omni patientia & doctrina. Vbi animaduerte, quàm multa proponat, quæ ad pascentem virgam pertinent, quantáque verborum contentione: quę verò ad percutientem, quanto cum moderamine. Cum austeritate imperabatis eis, & cū potētia ait do

Psal. 59.

Mich. 7.

Psal. 22.

Ibid.

Iere. 31.

2. Tim. 4

Ezec. 34.

ait dominus per Ezechielem ad Pastores Israël, apud quos dormiebat prorsus virga pascēs, pascebāt enim semetipsos, gregem autem domini pascere negligebant, virga porro percutiēs, durior erat, quā par esset. Audi B. Petrum, quem Christus vniuersalem pastorē suarum ouium instituit, qua ratione pastores alios inferiores instruat. Pascite, ait, qui in vobis est gregem Dei, prouidentes non coactè, sed spontaneè secundū Deū: neque turpis lucri gratia: sed voluntariè: neque vt dominantes in cleris, sed forma facti gregis ex animo. Vtique audierat Christum dicentem. Reges gentium dominantur eorum, vos autem nō sic. Quid vultis, ait D. Paulus ad Corinthios scribēs, in virga veniā ad vos? an in charitate, & spiritu mansuetudinis? q. d. hoc potius optarem. Quúmque coactus fuisset virga percutere, ex multa, inquit, tribulatione, & angustia cordis scripsi vobis permultas lachrimas, non vt concōtristemini, sed vt sciatis quā charitatē habeā abundātius in vobis. Pascat ergo ouiū dñi pastor spontaneè, percutiat coactè, idque ex charitate, non ex liuore, in multa tribulatione & angustia cordis, ꝑ multas lachrimas: vt plāgat quos percutit, vt lachrimis, & orationib⁹, eorū cōuersionē apud Deū promereri possit.

1. Pet. 5.

Luc. 22.

1. Cor. 4.

Ollam succensam ego video. In prima visione ostensum est, Dominū prospicere populi peccata, & festinare vt puniat. In hac secunda, qualis futura sit punitio ostenditur. Ollam succensam vel ebullientem videt, & facies eius, hoc est, ipsa, vel aspectus eius, à facie Aquilonis, hoc est, ab Aquilone. Versus illam partem videbatur esse, vel inde venire. Chald. Paraph. Regem fernētē quasi lebetē ego video, & vexillū exercitus eius,

qui

quũ ducitur,& veniet à facie Aquilonis.D.Hiero. per ollã,Ierusalē significari ait,quę à facie Aquilonis accēditur,Babyloniorũ Regē significans. Theodor. eodē modo exponit.Vel per ollã,calamitatē ipsam intelligere possum⁹,quę soluēda erat vel mittēda ab Aquilonari Chaldęa cōtra Ierusalē:qua, veluti in olla, decoquēdi erant Incolę Ierusalē,& vrbiũ Iuda.Vel ollã intelligit,exercitũ ex multis gētib⁹ cōgregatũ. Vocat autē succēsam vel ebulliētē, quo furorē & rabiē signi ficet. Eucherius, olla,ait cùm sit condimentorũ,quę ad humanum victum pertinent,receptaculum, in diuinis literis pro sobole vel progenie solet accipi: nam veluti ex olla desumitur quod ad victum facit, cuius beneficio humana vita sustinetur,ita de humano vasculo genitura depromitũ, quę in multas hominũ ętates propagatũ,inde in Psal.60.legimus, Moab olla spei meę:hoc est,Ruth,quæ Moabitis fuit, progenies illa est,quam spe concepi:nam Christi generatio, quantum ad humanitatē,per Ruth ipsam in posteros propagata est. Visitatissimũ autē est, ignē pro bellorũ significatu ponere. Hinc tanti incendia bella, legis apud Maronē. Et Italiã ardere bello, apud Ciceronē. In Ezechiele Ierusalē olla vocatur, & incolæ eius carnes. Quouis modo exponas,idē est sensus:quē dñs satis aperrè explicat. *Conuocabo omnes cognationes Regnorũ Aquilonis.* Nēpe,per Nabuchodonosor Regē Babyloniorũ, cui multæ gētes & regna subijciebātur. Ponere soliũ, obsidionē ciuitatis significat.de qua Cap.25.venit Nabuchodonosor Rex Babylonis,ipse,& omnis exercit⁹ eius aduersus Ierusalē,& obsederũt eã,& ędificauerũt cōtra eã munitiones in circuitu.Sic etiã omnes

Ezec, 11. 24.

Et loquar iudicia mea cum eis, super omnem malitiam eorum. Hoc est, Ostēdā illis me iustis de causis pænas de illis sumere propter idololatriæ scel⁹. Loqui iudicia cū aliquo super eius maliciam est, debitas de illo pænas sumere apertè, & manifestè: vt omnes videant iustè cū illo actum esse. Cap. 52. adducto Sedecia ad Regem Babylonis, locutus est ad eū iudicia, hoc est, acriter illū increpauit, & ostēdit illi quàm iustè in eū insurrexisset, eò quòd à se, rupto fœdere, recessisset. Chald. Paraph. Et loquar vltionem iudiciorum meorum cum eis. Commemorat autem idololatriam, non quòd sola hæc sit peccatum, sed quia potissimū propter hoc peccatum expulsi fuerint Iudæi de terra sancta. Nam cætera vitia quibus subiacet humana conditio, sacrificijs expiabantur. Cap. 5. & in alijs locis huius libri, cō memorantur alia peccata, maximè pauperum & miserabilium oppressiones. Iustus dominus & iustitias dilexit, æquitatem vidit vultus eius. Nihil mihi conscius sum: sed nō in hoc iustificatus sum: qui autem iudicat me, dominus est. Itaqúe nolite ante tempus iudicare: quò ad vsqúe veniat dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarū, & manifestabit consilia cordium. Obserua, qua ratione Deus vtatur tyrannis, & idololatris, ad nostra punienda peccata, quibus ita resistēdum est, vt simul vitam in melius commutemus, & pænitētiam agamus: quod nisi fecerimus, superamur quandoqúe ab illis, Deo id permittente, vt dignas peccatis nostris pænas demus.

Ps. 10. b.
1. cor. 4. a

Tu ergo accinge lumbos tuos & surge. Paratum & expeditum te exhibe, vt loquaris quę ego tibi precipio. Id enim significat accingere lumbos, & surgere. Vnde in

Tob 5.a. Tob. Inuenit iuuenem stantem præcinctum, & quasi *Luc. 12.c* paratum ad ambulandum. Sic in Euangelio: Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris, & vos similes hominibus expectantibus dominũ suum. Sed & continentiam significat, qua præditos esse oportet Dei ministros, ne voluptatũ illecebris, aut terrenarum rerum cupiditate impediantur, quò minus quæ Dei sunt libero animo perficiant. Sic etiã surgere, est, torporẽ omnẽ & pigritiã excutere. Vt alacri, & feruenti, & prõpto animo fiat. Chald. Paraph. Tu autẽ cõfortabis lũbos tuos: hoc est, strenuus esto. *Ne formides à facie eorum.* Intrepido animo vult eum esse: nam formido & pauor, maximo impedimento esse solent Dei ministris. Hoc ipsum superius dixerat, sed instante iam opere, iterum repetit. Quod autẽ ait, *nec enim timere te faciam vultum eorum*, idem est, ac si diceret, non te deseram, non permittam vt succumbas timori. Septuag. & cæteri interpretes, vt ait D. Hieron. habẽt ne fortè timere te faciam, in Bib. Reg. Editio sep. habet, neq; terreri te faciam. In Græco est μήδε quod, ne, & neque, reddi potest. Sensus est. Noli timere eos, habeto meæ confidentiam iussionis: si enim no ostenderis quod habes, vt timere desinas, derelinquã te; & tradã timori, & quodã modo videbor timere te facere, dũ relinquo formidini: indignus est, enim qui beneficium Dei sentiat, qui minus verbis Dei fidit. Alij, Ne cõfringã, aut perdã te illis cõspicientibus. Alij, Ne fortè cõterere faciã te ante eos. In Heb. est particula פן pẽ, quę ne fortè significat. Sic 6. cap. Erudire Ierusalẽ, ne fortè recedat anima meã à te, ne fortè ponã te desertã. Vbi nos legimus ne fortè est dictio פן pẽ. Sed Pro.

5. vbi nos legimus. Per semitã vitę non ambulant. vbi nos habemus, non, est in heb. dictio פן pen & ita videtur interpretãda eo in loco. Sed & Rab. Ionach, exponit פן pē, pro לא lo, hoc est, nō. Et sic illud Esa. 27. Vbi nos legimus ne forte visitetur. vbi est dictio פן pē, vertit, non visitabit. Sicque litera nostra stare potest etiã iuxta hebraicum textum, non consternam te ad facies eorũ, quod est idẽ quod nos legimus, nec enim timere te faciam vultũ eorũ. אחתך achiticha, pro quo noster interpres vertit, timere te faciam, est à radice חתת chatath, conterere frangere, & confringere significat, & refertur ad animã, quasi dicas, frangi animo, consternari, terreri, pauere. Septuag. quia tecum ego sum, vt liberem te, dicit dominus. Et factum est verbũ domini ad me, dicens, vade & lege in auribus filiorum Israël. quę in heb. non habentur, in principio tamen cap. sequentis, habentur verba hęc, in Heb. & in septuag. desunt. Facile scriptorum incuria, ab vno loco in alium transferri potuerunt.

Ego quippe dedi te hodie in ciuitatem munitam. Docet quare non debeat pauere: quòd scilicet suo auxilio illũ munierit, quo nihil fortius. Inexpugnabilem, & insuperabilẽ, ait, feci te, auxilio, & protectione mea, non aliter ac ciuitas munita, quę expugnari nō potest, & colũna ferrea, quę nō potest cōcuti, & murus ęneus, qui non potest penetrari. *super omnẽ terrã.* hoc est, super omnẽ terrenã potẽtiã. Reges autem Iuda, & principes, & sacerdotes, & populũ nominat, quoniã ad illos habiturus erat sermonẽ. Et hi quidem aduersus Ieremiam bellarũt, multisque modis illũ psecuti sunt, sed minimè preualuerũt, cōstãter, n. & strenué admodũ se gessit ad

finẽ vſque. Chald. Paraph. Et ego ecce dedi te hodie fortẽ ſicut ciuitatẽ munitã, & ſicut colũnã ferreã, & ſicut murũ ęreũ, ad propinãdũ caliceni maledictionis omnibus habitatoribus terrę, & Regibus domus Iuda, & principib⁹ eius, & Sacerdotibus eius; & populo terræ. Et erũt cõtẽdẽtes & bellantes aduerſum te, vt celẽt verba prophetiæ tuæ, & nõ pręualebũt tibi, quia in auxiliũ erit verbum meũ, dicit dominus, vt eruam te. Mira ſeruorum Dei, quos Deus ſuo munit auxilio; constantia. Sancti per fidem vicerunt regna, obturauerunt ora leonum, extinxerũt impetum ignis, effugauerunt aciem gladij. &c. Pone me iuxta te, dicebat Iob, & cuiuſuis manus pugnet contra me. Dominus illuminatio mea & ſalus mea, quem timebo? Et, Si cõ ſiſtant aduerſum me caſtra, non timebit cor meum. Sed & veluti ciuitas munita ſunt, dũ alios protegũt, & defendunt ſuis meritis, orationibus, conſilijs. Si decẽ iuſti fuiſſent in Sodomis, pepercisset domin⁹ quinque illis ciuitatibus. Currus Iſraël & auriga eius, clamat Eliſeus dũ ab eo tollitur Elias. Quod ſolus plus Iſraëlem iuuaret, quàm magna currum, & æquitum multitudo. Sunt columnæ ferreæ, quibus infirmi & imbecilles fulciuntur, & domus Dei, quæ eſt Eccleſia, ſuſtentatur, colũna, & firmamẽtũ veritatis. de qua in. Pſal. Ego confirmaui colũnas eius. Sũt murus æneus, qui nulla violatur rubigine, nec cæſus imbribus deperit, ſed vetuſtate fit fortior. *Quia ego tecũ ſum.* Nõ enim in arcu meo ſperabo, & gladius meus non ſaluabit me. Denique, hi in curribus, hi in equis: nos autẽ in nomine Dei nrĩ inuocabimus. Ipſi obligati ſunt, & ceciderũt, nos autem ſurreximus, & erecti ſumus.

Heb. 11. | Iob. 17. | Pſal. 26. | 4. Reg. 2. | Pſ 74. a. | Pſ. 43 b. | Pſal. 19.

ARGV

ARGVMENTVM.

Commemorat Deus beneficia erga Iudæos, arguit illorum malitiam, & Dei contemptum, maximè Sacerdotum, & Principum. Conuincit eos peccatores.

CAP. II.

ET factum est verbũ Domini ad me, dicens. 2. Vade et clama in auribus Ierusalem, dicẽs, Hæc dicit Dominus Recordatus sum tui, miserans adolescẽtiam tuam, et charitatem desponsationis tuæ, quãdo secuta es me in deserto, in terra quæ non seminatur. 3. Sanctus Israël Domino, primitiæ frugum eius: omnes qui deuorant eum, delinquunt mala venient super eos, dicit Dominus. 4. Audite verbum Domini domus Iacob, et omnes cognationes domus Israël: hæc dicit Dominus. 5. Quid inuenerunt patres vestri in me iniquitatis, quia elongauerunt à me, et ambulauerunt post vanitatem, et vani facti sunt? Et non dixerunt, Vbi est Dominus qui ascendere nos fecit de Terra Aegypti: qui traduxit nos per desertum, per terram inhabitabilem & inuiam, per terram sitis & imaginem mortis, per terram in qua non ambulauit vir, neq; habitauit homo? 7. Et induxi vos in terram Carmeli, vt comederetis fructũ eius & optima illius: & ingressi cõtaminastis terrã meam, & hæreditatem meam posuistis in abominationem. 8. Sacerdotes non dixerunt. Vbi est Dominus & tenentes legẽ nesciérũt me, & pastores præuaricati sunt in me: & prophetæ prophetauerunt in Baal, & idola secuti sunt 9. Propterea adhuc iudicio cõtẽdã vobiscũ, ait Dominus: & cũ filijs vestris disceptabo. 10. Trãsite ad insulas Cethim, & videte: & in Cedar mittite, & cõsiderate vehemẽter: & videte si factum est huiuscemodi: 11 Si mutauit gens Deos, suos & certè ipsi nõ sunt dij: populus vero meus mutauit gloriã suã in idolũ. 12. Obstupescite cæli super

Mich. 6. 3.

2. M S. [illegible]

C. Additur autē à. R. & G.

li super hoc, & portæ eius desolamini vehemēter, dicit Dominus. 13. Duo enim mala fecit populus meus Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt sibi cisternas: cisternas dißipatas, quæ continere non valent aquas, 14. Nunquid seruus est Israël, aut vernaculus? quare ergo factus est in prædam? 15. Super eum rugierunt leones, & dederunt vocem suam, posuerunt terram eius in solitudinem: ciuitates eius exustæ sunt, & non est qui habitet in eis. 16. Filij quoq; Mempheos & Taphnes construpauerūt te vsque ad verticē. 17. Nunquid non istud factum est tibi, quia dereliquisti Dominum Deum tuum eo tempore quo ducebat te per viam? 18. Et nunc quid tibi vis in via Aegypti, vt bibas aquam turbidam? & quid tibi in via Assyriorum, vt bibas aquam fluminis? 19. Arguet te malitia tua, & auersio tua increpabit te. Scito, et vide quia malum & amarum est reliquisse te Dominum Deum tuum, & non esse timorem mei apud te: dicit Dominus Deus exercitum. 20. A seculo confregisti iugum meum, rupisti vincula mea: & dixisti, Non seruiam. † In omni enim colle sublimi, & sub omni ligno frondoso tu prosternebaris meretrix. 21. † Ego autem plantaui te vineam electam, omne semen verum, quomodo ergo conuersa es mihi in prauum vinea aliena? 22. Si laueris te nitro, & multiplaueris tibi herbam borith: maculata es in iniquitate tua coram me, dicit Dominus Deus. 23. Quomodo dicis, Non sum polluta, post Baalim non ambulaui? vide vias tuas in conualle, scito quid feceris: cursor leuis explicans vias suas. 24. Onager assuetus in solitudine, in desiderio animæ suæ atraxit ventum amoris sui: nullus auertet eam: omnes qui quærunt eam, non deficient: in menstruis eius inuenient eam. 25. Prohibe pedem tuum à nuditate, & guttur tuum à siti. Et dixisti, Desperaui, nequaquā faciam: adamaui quippe alienos, & post illos ambulabo 26. Quomodo cōfunditur fur quādo deprehenditur, sic confusi sunt domus Israël, ipsi & reges eorum

Inf. 3. 6.
Isa. 5. 1.
Mat. 21. 33.

rum, Principes & Sacerdotes, & Prophetæ eorum. 27. Dicentes ligno, Pater meus es tu: & lapidi, Tu me genuisti.† Verterũt ad me tergum, & non faciem: & in tempore afflictionis suæ dicent, surge et libera nos. 28. Vbi sunt dij tui quos fecisti tibi? surgant, & liberent te in tempore afflictionis tuæ:† Secundum numerum quippe ciuitatum tuarum erant dij tui Iuda. 29. Quid vultis mecum iudicio contendere? omnes dereliquistis me dicit Dominus. 30. Frustra percussi filios vestros, disciplinam non receperũt: deuorauit gladius vester prophetas vestros, quasi leo vastator generatio vestra. 31. Videte verbum Domini. Nunquid solitudo factus sum Israëli, aut terra Serotina? quare ergo dixit populus meus, Recessimus non veniemus vltra ad te? 32. Nunquid obliuiscetur virgo ornamenti sui, aut sponsa fasciæ pectoralis suæ? populus verò meus oblitus est mei diebus innumeris 33. Quid niteris bonam ostendere viam tuam ad quærendam dilectionem, quæ insuper & malitias tuas docuisti vias tuas, 34. et in alis tuis inuentus est sanguis animarum pauperum et innocentium? non in fossis inueni eos, sed in omnibus quæ supra memoraui. 35. Et dixisti, Absq; peccato et innocens ego sum: et proptera auertatur furor tuus à me. Ecce ego iudicio cõtẽdam tecum, eò quod dixeris, Non peccaui. 36. Quam vilis facta es nimis, iterans vias tuas: et ab Aegypto confunderis, sicut confusa es ab Assur 37. Nam et ab ista egredieris, et manus tuæ erunt super caput tuum: quoniam obtriuit Dominus confidentiam tuam, et nihil habebis prosperum.

Inf. 31. 33

Inf. 11. 13

EXPLANATIO.

E*T factum est verbum domini ad me dicens.* Increpaturus Deus per Prophetam habitatores Ierusalem, commemorat prius beneficia Israëlitico populo collata, quò magis illorum ingratitudo, & iniquitas manifesta fiat. *Clama in*

habet. Memor sum vobis beneficiorum dierum anti quorum. Secundus est, vt dicat Populum suum respe xisse, & illius recordatū fuisse misericordia motum, cum in Ægypto opprimeretur, quod tempus, adolescentiam illius populi vocat. Tertius est, quòd dicat De⁹, Multa se beneficia cōtulisse populo Israëlitico, ostēdens se illius memorem, idq; fecisse misericordia motū super adolescentia eius, recordatus scilicet qua ratione illū liberauerit ab Ægypto, & eduxerit in desertum, ne scilicet omnino perire permitteret, quem liberauerat. D. Hieron. vt ardentiorem monstret affe ctum puellam eam, & adolescentulā & desponsatam vocat. *Et charitatem desponsationis tuæ.* Hoc est, misericordia motus propter charitatē quā ostendisti, quando data lege & pacto inito inter me & te, desponsaui te mihi. Ezech. 16. a. Et iuraui tibi & ingressus sum pactū tecum, & facta es mihi, subaudi spōsa. Charitatē autē tunc ostendit erga Deum, dum ad mandatum Dei in desertum exiuit, legem suscepit, & seruare promisit. Septuag. dilectionis perfectionis tuæ. Chald. Paraph. Et dilectionis patrum vestrorum qui crediderūt verbo meo. in Heb. כלולתיך chelulotaiich desponsationū tuarum à radice כלל. calal. quod verbum consumare absoluere. Inde nomen deductum, perfectionem significat, vt transtulerunt Septuag. & desponsationem etiam vt ait Rab. Dan. quòd sponsalium tempore quàm maximè ornari solent sponsæ. Theodoretus Ironice ait, id dictum esse, non enim vnquam Iudæi perfectam dilectionem erga Deum habuerunt: cum dicat Dauid, Dilexerunt eum in ore suo, & lingua sunt mentiti sunt ei. Cor autem eorum non

erat rectum cum eo. &c. D. Hieronymus. Totum hoc ait, non ad meritum eius refert, sed ad suam misericordiam, per quam & charitatem cõsequuta est. vel charitatem intelligit, non populi, sed Dei, quam ostendit populum sibi desponsando, cui instar sponsaliorũ & dotis, legis ornamenta, verborũ monilia cõtulit. quasi dicat, misertus sum tui eò quòd aliquãdo te dilexerim quando scilicet te mihi desponsaui. Sic Ieremię.21. In charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te miserans. *Quando sequuta est me in deserto.* Deus ipse ductor erat in nube, die, & in columna ignis, nocte. *In terra quæ non seminatur.* Hoc est, omnino sterili. Num. 20. Adduxisti nos in locum istum pessimum, quod seri non potest. Vide qua ratione magnificaiat dñs exigua obsequia nostra, quę dona illius sunt. Exiuit in desertũ populus ille, sed quid mirũ, cũ tãtopere præmeretur in Egypto, totq; ac tãta signa corã eis facta fuerint? Secutus est Deũ p desertũ, terrã quæ nõ seminatur, sed quãtũ id fuit, cũ haberet panẽ de cœlo? Sed & hoc ipsum quot murmurationib⁹, cõtradictionibus, & seditionibus plenũ fuit? Et tamẽ miserans inquit, adolescentiã tuã, & charitatẽ despõsationis tuę. Sanè quasi pannus mẽstruatę omnes iustitię nostræ: Et omnia opera nostra ipsę operatus est in nobis. Nõ ego, sed gratia Dei mecum, ait Apostolus. Et tamen nostra vult esse merita, quæ eius sunt dona, ac pro illis debitorẽ se constituit. Redde, ait illis mercedẽ. Et, Merces vestra, copiosa est in cœlis, Et, Reposita est mihi corona iustitiæ. Vtinam immensa Dei beneficia ita expenderemus, sicut expendit dñs minima obsequia nr̃a. Disce nõ paruipẽdere, nõ extenuare, nõ conten

Infr.31.a *Nu.20.a* *Isa.64.a* *1 Cor.15 b.* *Mat.20. a.* *Mat.5.b* *2.Ti.4.b*

cōtēnere aliorū opera, minus autē calūniari, vel sinistrè interpretari: id enim satanæ officiū est: cui cū dn̄s diceret, Nūquid cōsiderasti seruū meū Iob, ꝙ nō sit similis ei in terra: homo simplex, & rect⁹, & timēs Deū, ac recedens à malo? Respōdit Satā officijs Sancti viri detrahēs. Nūquid frustra Iob timet Deū? Nōne tu vallasti eū, ac domū ei⁹. &c. q.d. nō virtute hoc facit, sed veluti mercede cōductus. Magni facit quidē De⁹ opera nr̄a; sed tu noli magnifacere opera tua: noli iactare: noli superbire. Ne dixeris quia diues sum, & locupletatus, & nullius egeo: Ne audias, Quia miser es, & miserabilis, & pauper, & cęcus, & nudus. Noli esse sicut Pharisęus qui iactabat opera sua, ne tibi pręponatur publicanus. Quid habes quod nō accepisti? quod si accepisti, quid gloriaris, quasi nō acceperis? Illū potius time, qui ait, Cū accepero tēpus, ego iustitias iudicabo. Appēsus es ait in statera, & inuentus es minus habēs. Nō te subuertāt adulatores, qui habent stateram Chanaā dolosam, Et dū te beatū dicūt, decipiunt, & in errorē inducūt. Illā potius stateram prę oculis semper habe, quā dn̄s in manu sua habet. Quoniā iustus dn̄s & iustitias dilexit, Mendaces autē filij hominū in stateris. Sicut si flores manu contrectaueris, marcescūt, ita si in operibus tuis, quātūuis egregijs, vanè tibi cōplacueris, corā Deo marcescēt. Quæ retro sūt, ait D. Pau. obliuiscēs, Et laudet te alienus, & nō os tuū, verebar oīa opera mea ait Iob. & Beat⁹ qui sēp est pauid⁹. *Sāctus Israël domino, primitiæ frugū eius: oēs qui deuorāt eū, de* [illegible] *veniēt super eos, dicit dominus.* Ad tātā, ait, dignitatē perduxi Israëlē, ex quo illū tāquā sponsam mihi despōsaui, vt Sanctus dn̄o sit, peculiū & hęreditas

Iob. 1. *Apoc. 3.* *Luc. 18.* *Dan. 5. g.* *Ose. 12. b.* *Psa. 61 d* *Phil. 3 c.* *Pro. 27 a* *Iob. 9. d.* *Pro. 18. b.*

 dn̄i, &

dñi,& veluti primitię frugũ,quę chariores esse solẽt, & quę deo offerũtur,quęq; atrectari nõ dẽbẽt ab alijs, quã à Sacerdotib⁹.Osę,9.Quasi prima poma ficulneę in cacumine eius vidi patres eorũ. Et q̃a Sãcta pollui nõ debẽt,neq; primitiæ ab alijs attrectari, q deuastãt Israẽlẽ immunes nõ sunt à culpa,neq; pęnã effugiẽt. Chal.Para.Sãctitas est domus Israël corã dño, aduersus direptores suos sicut primitiæ oblationis frugũ: quicũq;comederit ex eis re⁹ erit mortis:&sicut principiũ messismanipuli oblationis:ex quo si aliquis comederit,anteq̃ offerãt Sacerdotes filij Aarõ oblationes sup altari,cõd nat̃;sic oẽs q deprędãt̃ domũ Israel,cõdẽnabũt:malũ veniet sup eos,dicit dñs.*Sãctus Israël domino.*vel sanctitas,hoc est, res sacrosancta. Eritis mihi in peculiũ,dicebat dñs,de cũctis populis. Mea est omnis terra,& vos eritis mihi ĩ regnũ sacerdotale, et gẽs sancta.Et iterũ,Quia populus Sãct⁹ es dño Deo tuo. Te elegit dñs De⁹ tu⁹,vt sis ei popul⁹ peculiaris de cũctis populis q sup terrã *omnes qui deuorant eum.* Deuorare pro pdere, Quia comederunt Iacob. &, qui deuorãt plebẽ meã sicut escã panis. Delinquũt aũt q Israëlẽ deuastãt,quãuis diuinã exequantur sentẽtiã, vt ait. D.Hie.oportet enim scãdala esse,verũtamẽ væ homini illi per quem scandalum venit.Theodor. Quia nõ tanquam Deo inseruientes bellum gerebant,qui pugnabant aduersus Israelẽ, sed quasi ipsi Deo superiores euadere possent. Sic Senacherib aiebat. Non te decipiat Deus tuus in quo cõfidis &c.Vtebatur illorũ malitia Deus,ad punienda peccata populi sui ; sed tandem,de illis etiam suppliciũ sumebat. Sicut pater qui virga filium percutit & deinde virgam in ignem proijcit.

Ose. 9.c. *Exo.19.a* *Deu.7.b.* *Psa.78.b* *Ps.13.b.* *Ma.18.a* *Isa.37.*

proijcit. Quòd si tanta erat dignitas populi Israëlici, quantam putabis esse dignitatem populi Christiani, quem Christus suo sanguine sibi acquisiuit? Vos autem genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis. Scientes quòd non corruptibilibus auro vel argento redẽpti estis de vana vestra cõuersatione, sed pretioso sãguine quasi agni immaculati Christi, & incõtaminati, ait B. Petr⁹. Agnosce Christiane dignitatem tuam. noli teipsum deturpare, noli perdere, noli polluere. Nescitis quia templũ Dei estis & Spiritus Sanctus habitat in vobis? Qui tẽplum Dei violauerit, disperdet illum dominus.

1. Pet. 2. b.

1. Cor. 3. c. d.

Audite verbum domini domus Iacob, et omnes cognationes domus Israël. Hæc dicit dominus. Quid inuenerunt patres vestri in me iniquitatis, quia elongauerunt à me. Cõmemoratis beneficijs populo Israëlitico collatis, redarguit domin⁹ illorum ingratitudinem, & malitiam. Similem locũ habes in Michea: Populus meus quid feci tibi. &c. Per domum Iacob & domũ Israël, vnum & eundem populum Iudeorũ significat. Qui enim primò vocatus est Iacob, postea vocatus est Israël. Meminit vtriusq; nominis, vt electionem in Iacob, qui electus est præ Esau; & Dei cognitionem in Israel innuat. Vidi dominum facie ad faciem, dixit Iacob, quando vocatus est Israel. quasi dicat, populus quem ego præ alijs gentibus mihi elegi, quemadmodum Iacob elegi, relicto Esau, & cui me ipsũ manifestaui, sicut ipsi Iacob, quĩdo vocaui nomẽ eius Israël. Commemorat patrum peccata, quorũ filij imitatores erãt, quò significet, nõ recens esse illorum peccatũ, sed inueteratũ, quasi dicat, Quare vos imitamini parentum vestrorum scelera, &

Mic. 6. b.

Gẽ. 32 g.

rit, & à me recessistis, falsosq; Deos colitis? Nunquid a-
liqua iusta ratione ducti, parentes vestri recesserunt à
me? in quo me deprehenderunt iniquum, cum po-
tius expertæ semper fuerint benignum, miseri cor-
dem, & liberalem. Defectionem à vero Dei cultu,
& idolorum cultum, elongari à Deo vocat, idem sig-
nificat per id quod ait: *& ambulauerunt post vanitatem:*
vana enim sunt idola, vitę & sensus experta, & quę
prodesse nulla ratione possunt his qui ea colunt. Sed
& ipsi ea colendo vani fiunt. Similes illis fiant qui fa-
ciunt ea, & omnes qui confidunt in eis. Quid vanius,
Quid stultius, quid magis a ratione alienum, quàm lig
num, & lapidem, & quę manibus fiunt, deos credere,
& spem in illis collocare? Vid. Cap. 10. Theodor. Quis
sit satis idoneus, ad extollendas laudibus pro dignita
te beneuolentiam domini atq; humanitatem? Quippe
qui non vt Iudex iudicat, sed quasi reus defensionē
proponit, & vult conuinci. Cumq; sit Deus sacrosanct̄,
iniquis hominibus dicit, Quid peccaui? Qua iniuria
vos affeci? dicite? redarguite? Sic Christus. Quis ex vo-
bis arguet me de peccato. Summam habet auctorita
tem, supremum imperium, Non est qui possit ei dice
re, Quare ita facis? omnia tamen summa equitate, &
iustitia moderatur? quamuis aliquando homines igno-
rantissimi, & blasphemi, De diuina prouidentia conque
rantur, dum sua tantum commoda quęrunt, quibus
vellent Deum inseruire. Sed iustus dominus in omni
bus vijs suis. Si contēpsi subire iudiciū cum seruo meo,
& ancilla mea, cū disceptarent aduersum me, ait Iob.
Quid enim faciam cum surrexerit ad iudicādu Deus.
& cum quæsierit, quid respondebo illi? Nunquid non

Psal. 113.

Ioan. 8. f.

Iob. 31. b.

in vtero fecit me, qui illum operatus est, & formauit me in vulua vnius? Non sic multi potentes qui omnia conculcant pro libidine sua; sic volo, aiunt, sic iubeo, sit pro ratione voluntas. Sed & potentes, potenter tormenta patientur. *Elongauerunt à me.* Chald. Paraph. à timore mei. Quoniam ecce qui elõgant se à te peribunt. Dicant qui à summa illa bonitate peccãdo elõgantur, quid iniquitatis in equissimo Deo, imò in ipsamet æquitate & iustitia, sed & bonitate, & clementia, & misericordia inuenerint. Obmutescit hic humana peruersitas, & omnis iniquitas opilabit os suum. Inexcusabilis es homo omnis qui peccas. Iam vero si pro humana infirmitate à Deo peccando recesseris, vide ne elongeris ab eo. Ne peccata peccatis addas, ne in peccatis consenescas, conuertere quamprimum, age pænitentiam. *Et ambulauerunt post vanitatem et vani facti sunt.* Filij hominum vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium? vana sunt, caduca, & futilia terrena omnia quæ extra Deum quæruntur, Vanitas vanitatum & omnia vanitas dixit Ecclesiastes: Nec temerè hoc & veluti effutiendo dixit, sed postquam omnia expertus est. Vanissimi autem illi & deplorandi, qui propter vana hæc, summum bonum relinquunt, & ab eo peccando recedunt & elongantur. Quid nobis profuit superbia, aut diuitiarum iactãtia, quid cõtulit nobis? Transierunt omnia illa tanquam vmbra. &c & in malignitate nostra cõsumpti sumus. *Et non dixerunt vbi est dominus qui ascendere nos fecit de terra Aegypti, qui traduxit nos per desertũ, per terram inhabitabilem, et inuiam, per terram sitis, et imaginem mortis, et per terram per quam non ambulauit vir, neq; habitauit homo.*

Sap. 6 a.
Psa. 72 b.
Rom. 2. a.
Psal. 4. a.
Eccle. 1. a.
Sap. 5. b.

Obliuioni, ait, tradiderunt beneficia illis collata, quæ si cogitassent, nequaquam à me recessissent. Nō dixerunt, pro non cogittauerūt apud se, quis ille esset qui ascēdere eos fecerat de Ægypto. Notat autē itineris difficultatē, vt ostēdat ꝙ nulla ratione potuissent iter illud perficere, nisi Deum habuissent ducem, qui & viam ostendisset, & vitę necessaria subministrasset in vasta illa & horrifica solitudine, in qua per quadraginta annos peregrinati sunt. Nullus enim ibi habitabat qui posset viam ostendere, nulla erat via quam se qui possent, deficiebant aquæ ad sitim sedandam, id enim significat terra sitis, imaginem mortis vocat, ob multa & magna pericula, tum ob feras, & bestias quibus abūdabat, tū etiā quod victui necessaria deessent, *non ambulauit vir neq; habitauit homo*, Hoc est, nullus. Describitur his verbis, vt ait D. Hiero. secūdum Anagogem, seculum istud, in quo peregrinamur à domino, vbi perfectio non est, sed eá Sanctis pręparatur in cęlestib⁹. Terra est desertá & inhabitabilis, quā Sāct⁹ habitare non debet, nō enim habemus hìc ciuitatem permanentem, sed futuram inquirimus. Et qui vtuntur hoc mūdo tanquam si nō vtantur. Inuia est, propter itineris difficultatē. Terra sitis, vbi semper maiora cupimus, nec pręsentibus contenti sumus, imago siue vmbra mortis, quia semper in periculo consistimus, & vbiq; diabolus tendit laqueos suos. Terra in qua non ambulauit vir, qui perfectæ ætatis in Christo est, neq; vnquā in ea habitauit homo, qui homo Dei est, sed semꝑ ad maiora festinat. Magna fuerūt illa beneficia populo Israëlitico collata, sed maiora multo sūt quę ꝑ Christū donata sūt nobis, hęc si assiduè cogi

tauerí

tauerint, detestabimur offensā, ne tāto benefactori ingrati sim⁹, sed & illū ex corde amabim⁹. *Et induxi vos in terrā Carmeli, vt comederetis fructū eius & bona illius.* Per terrā Carmeli, totā terrā promissionis intelligit, quæ ita vocatur, quod frugifera admodū sit, & amęna, & omnibus bonis abundans, Carmelus enim mons est admodum frugifer, & amænus. Est autem non procul ab Ierusalem, in sorte Aser, vnde Iacob: Aser, pinguis panis eius, & præbebit delicias regibus. Hoc est, Terra Aser abundabit omnibus quæ ad victum pertinent, & tam suaues fructus proferet, vt possint illis esse contenti etiam Reges: & pro delicijs sint habituri. Chald. Para. Et introduxi vos in terram Israel, quæ erat plantata sicut Carmelus. *Et ingressi contaminastis terram meam, & hæreditatem meam posuistis in abominationem.* Propter scelera nēpe vestra, & idololatriam. Et infecta est terra in sanguinibus, & contaminata est in operibus eorum, ait Propheta. Hæreditatē suam vocat, quòd eam sibi elegisset, vt in ea coleretur, & veluti hęreditariā dederat populo suo, Ponere in abominationem, est, abominabilem, & execrabilem reddere. Habemus terram Carmeli, montem domini, montē pinguem, montem coagulatum, Ecclesiā Sanctam, quæ cælesti rore impinguatur, pinguissimum panem, regū delicias, corpus & sanguinem Christi, verbum Dei purum, ab omni corruptione & errore liberum, Sacramenta mirabilis efficatiæ, vt mirū sit, quomodo macilentæ possint esse oues, quæ in hoc monte pascuntur. Caueamus ne hęreditatem domini contaminemus, sceleribus, flagitijs, erroribus, hæresibus, ne propter nos nomen bonum blasphemetur inter gentes.

Gē. 49. c.

Ps. 105. f.

Sacerdo

Sacerdotes non dixerunt vbi est dominus, et tenentes legem nescierunt me, et pastores præuaricati sunt in me, et Prophetæ prophetauerunt in Baal, et idola secuti sunt. Enumerat scelera quibus terra contaminata erat, & abominabilis facta. Commemorat autem peccata Sacerdotum, legis Doctorum, Pastorum, siue Regum, & Prophetarum. Quoniam hinc manifestum fiebat, quantis populus contaminaretur sceleribus. Omne caput languidum, & omne cor mœrens, à planta pedis vsq; ad verticem non est in eo sanitas, ait Isaias. Sacerdotum erat curam habere diuini cultus, quod minime fecerūt, quin potius cū viderēt populum idola colere, nō dixerunt vbi est Dñs? quasi dicat: Nū Deū nō habetis, vt idola colatis? vel nō dixerūt vbi est dñs, hoc est, nullā Dei memoriā habuerūt, penitus eius obliti sunt. Chald. Paraph. Nō dixerūt timeamus à facie Dñi. Modus hic dicēdi, obliuionē Dei & timoris illi⁹ significat sic supra, Nō dixerūt vbi est dñs qui ascēdere nos fecit. &c. *Tenentes legē:* Chal. Paraph. legis Doctores. Qui legē quotidie habebāt in manib⁹, *nescierūt me*: qui alios docere debebāt, quó Deū cognoscerēt, Deū ignorauerunt: operibus nempe suis ostēderūt se ignorare Deū. Chald. Paraph. non didicerunt scire timorem mei. Si ergo Dominus vbi est timor meus? Qui igitur nescit Deum timere, ostendit se ignorare Deum. Pastores vocat, Reges. Sic Theodor. & Chald. Paraph. Ad Reges & Principes pertinebat scelera punire, non enim sine causa gladium portat, Dei enim minister est, vindex in iram ei qui malum agit, ait D. Paulus. Ipsi verò magis leges Dei transgressi sunt, à præscripto officij sui declinauerunt in mei contumeliam. Chald. Paraph. Reges rebellarunt

Isa. 1. b.

Mal. 1. b.

Rom. 9. b.

rum t in verbum meum. Septuag. impiè agebant in me. Per Prophetas, pseudo prophetas intelligit, quos populus tanquam veros Prophetas venerabatur. *Prophetauerunt in Baal.* hoc est, non dicebant hæc dicit dominus, sed hęc dicit Baal, quasi verus Deus esset. Heb. בעל Bahal est dominari, hinc est q̃ Baal, vocet. Idolũ, quod vt dominus habeatur a cultoribus suis; est autem nomen appellatiuum, non proprium, significatq; Idolum, siue simulacrum in genere. 3. Reg. 16. ponitur pro Astaroth idolo Sidoniorum, quod coluit Achab. & in hac significatione nonnulli hoc in loco accipiunt nomen hoc. Chald. Paraph. Prophetæ falsi prophetauerunt in nomine idolorum. Non vnũ idolum, sed multa coluerunt Iudęi, vt inferius constabit. *Et idola sequuti sunt.* Septuag. & post inutile abierũt, Chald. Paraph. & post ea quæ non proderunt eis ambulauerunt: ita etiã habetur in Hebræo. Noster interpres sensum reddidit, idola enim intelligit, quæ suis cultoribus non prosunt, sic etiam superius in hoc capite, vanitatem vocauit idolorum cultum, hoc est, rē vanam, & inutilem. ...

Propterea adhuc iudicio contendam vobiscum, ait dominus, et cum filijs vestris disceptabo. Hiero. Ne videatur percutere per potentiam, quasi cum paribus ratione contendit, iuxta illud. Vt iustificeris in sermonibus tuis & vincas cũ iudicaris. Theod. perseuerat in modestia, non ait iudicabo, sed iudicium ineo, & conuincam transgressores. Quod dixit adhuc, sæpe se fecisse insinuat, ... benigniter ad pænitentiam expectare, & ... fortè rationibus conuicti resipiscant. Quod autem ait cum filijs vestris, ostēdit non melio

res futuros filios, vel vt hinc intelligant filij vestri iustè uos punitos, occultè autem significat, quòd antiquam in Deum negationem etiam filij eorum in aduentu domini essent secuturi. Vnde Christus dicebat ad eos. Et vos implete mēsuram patrum vestrorum. *Mat. 23. d* Iudicio contendere, disceptare, rationibus contendere idem est, Septuag. & cum filijs filiorum vestrorum disceptabo. Paraph. Chald. propterea ego sumā vindictam de vobis dicit Dominus, & de filijs filiorū vestrorum. Noster interpres, cum filijs vestris dixit, posteros omnes significans.

Transite ad insulas Cethim, & videte, & in Cedar mittite, & considerate vehementer, & videte si factū est huiuscemodi. si mutauit gens Deos suos, & certe ipsi non sunt dij. Populus verò meus mutauit gloriam suam in idolum. Euidens ratio; & qua Iudæos omni ex parte conuincit. Gentes nō deserunt Deos suos, qui tamen nō sunt dij, & vos deseruistis me verum Deū. Per Insulas Cethim Insulas intelligit maris mediterranei. Ciprum intelligit D. Hiero. quę vicina est terrę Iudęę, in qua vrbs est, quę hoc nomine vocatur de qua Zenon Princeps Stoicorum fuit. Theod. Ciprum & adiacentes insulas intelligit. Sed & Ciprus, Citium vocatur. Genes. 10. Cethim inter filios Iauan filij Iaphet filij Noe annumeratur, à quo Berosus ait. Italos vocatos. Cedar regio est Arabiæ à Cedar filio Ismaelis dicta. *Considerate vehementer.* Hoc est, attentè, diligenter, ad stuporem vsq; *gloriam suam*, hoc est, me à quò gloriā, & splendorē habent, in quo solo gloriari possunt, quod sim verus De⁹ omnipotēs, ęternus. &c. Sic in Psal. Mutauerunt gloria sua in similitudinem vituli comedentis fœnum, vel quasi

dicat

dicat, Me quidem non lesistis, neq; vlla noxa ad me peruenit, vos metipsos affecistis ignominia, gloriam meam non imminuistis, sed vestram ipsorum, *in idolum* Heb. in id quod non prodest. Idolũ nempe, q̄ expressit noster interpres, vt supra. Chald. Paraph. transite ad insulas Cethim, & videte, ad prouincias Arabũ mittite, & contemplamini diligenter, & videte populos qui migrauerunt de arce in arcem, & de prouincia in prouinciam, portantes idola sua, & ducentes ea: & in loco in quo subsistunt extendunt tabernacula sua, & statuunt idola sua, & adorant ea, quęnam est enim gens & lingua quæ fecerit sicut vos. Ecce populi non relinquerunt cultum idolorum, cũ sint idola in quibus nulla est vtilitas: & populus me⁹ deseruit cultũ meũ, propter quem ego induco super eos gloriam, & abierũt post ea, quæ nõ prosunt eis. Obserua, Constantiores sunt impij in malo, quàm fideles in bono: vt non obscurè hinc liceat demonum impugnationem deprehendere. Sic Iudęos videas modo, legis suæ tenacissimos, quando iam legis obseruatio mortifera est, vt verum sit quod in illos Beatus Stephanus dixit, vos semper Spiritui Sancto restitistis, hoc est, in hoc semper incubuistis, vt quęcũq; Deus pręceperit, ijs contraria faciatis. Humanum dico, ait Apostolus, sicut exhibuistis mẽbra v̄ra, seruire immũditię & iniquitati ad iniquitatẽ, ita nunc exhibite mẽbra vestra seruire iustitiæ in sanctificationẽ, indigna res est, vt maiori studio sequamur vitia quã virtutes, lassati sumus, [illegible] impij, in via iniquitatis & perditionis. Cur non [illegible] nos laborabimus in via iustitię & salutis?

Act. 7. f.

Rom. 6. d

Sap. 5. a.

Obstupescite cœli super hoc, & portæ eius desolamini vehementer di

ter dicit dominus: duo enim mala fecit populus meus, me dereliquerũt fõtẽ aquæ viuæ, et foderũt sibi Cisternas: cisternas dissipatas, quæ cõtinere nõ valent aquas. Adeò, inquit, indigna res est mutasse populum meum gloriam suam in idolum, vt cœlos possit in obstuporem adducere, ita vt propter stuporem portæ eius desolentur, & concidant. Loquitur de cœlo veluti de palatio quodam, quod tremore concutitur, & portę excidunt propter concussionem, sic etiam dicere solemus, res hæc etiã saxa commouere potest. Sic etiã Christus, Si hi tacuerint, lapides clamabunt. Possumus etiã per portas cœli, solem & lunam & stellas intelligere, quod per illas videatur cœlum veluti patere, & lumen ad nos transmittere, desolari autem portas has sit, obscurari, & lumen non reddere. Obstupuit cœlũ, & portæ eius desolatæ sunt, quando auctore naturæ in cruce pendente, & moriente, tenebræ factæ sunt super vniuersam terram. Sic etiam obstupescet ad illius aduentum ad Iudiciũ. Sol enim vertetur in tenebras, & luna in sanguinem antequã veniat dies domini. Vel per cœlos, aërem intelligere possumus: vt cœlum obstupescere, & portas eius desolari sit, maximam aliquam tempestatem excitari, horrenda audiri tonitrua, fulgura coruscare, & ingentem aquæ copiam descẽdere, vt portas eius desolatas dicas, de quibus Genes. 7. Cataractę cœli apertę sunt, hoc est, fenestrę vel portę: ita vt nubes in aquã dissolui, sit veluti dirũpi, & perfissuras aquam dilabi. Sed & cœlorum ciues, Angelos nempe, intelligere possumus: res enim hæc etiam Angelos in stuporem adducere potest, de quibus alibi, Angeli pacis amarè flebunt. *Duo enim mala.* Etc. Explicat quantã

Lu. 19. f.

Ioel. 2. b.

Isa. 33. a.

in se

in ſe contineat iniquitatem, abiecto Dei cultu idola coluiſſe. Duo mala ait hic cōtineri, alterum eſt, verū Deum à quo cuncta bona in nos manant deſeruiſſe, alterum falſos Deos, hominum manibus factos, qui prorſus inutiles ſunt, neq; in aliquo iuuare poſſunt eorū cultores, coluiſſe. quemadmodū ſi quis derelicto fonte qui aquam manantem & perpetuo fluētem habet, multo labore fodiat ſibi ciſternas rimoſas & male conglutinatas, quę cum aquam manantē nō habeant, neq; etiam aquam aliunde collectam continere poſſint. Chald. Paraph. Quia duo mala cōmiſit populus meus, cultum meū reliquit, cuius cauſa adducebam ſuper eos bona, ſicut fontem aquarum qui nō deficit, & errauerunt poſt idola quæ ſunt quaſi ciſternæ confractæ, quæ non poſſunt cōtinere aquas. Aqua viua eſt, aqua manens & perpetuo fluens. Dicitur autem Deus fons aquę viuæ, ſiue vena aquarum viuentium, quod à ſe vitam & omnia bona habeat, à quo in creaturas deriuantur. Propterea dixit Chriſtus, Nemo bonus niſi ſolus Deus, quòd ſolus ipſe bonitatem ex ſe habeat non aliunde emēdicatam, vt cętera omnia quę bona aliqua ratione dicuntur. Ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia, ait D. Paulus. Qui credit in me, ait Chriſtus, flumina de vētre eius fluent aquæ viuæ, hoc autem dicebat, ait Euangeliſta, de Spiritu quem accepturi erant credentes. Et aquam viuam promittebat Samaritanæ mulieri. Dum enim cœleſtem doctrinam à Spiritu Sancto diſcimus, aquam viuam haurimus, non ab humana ratione conquiſitā, ſed ab ipſo fonte veritatis manantem, qui cum in nobis maneat, fit in nobis fons aquæ ſalientis in vitam ęternā.

Luc. 18. b.

Rom. 11.

Ioan. 7. f.

Ioā. 4. b.

ęternam: eò enim cælestis hæc doctrina perducit, vt æternam vitam desideremus, illam anhelemus, illã diligamus, ad eámq; per bona opera, quę à Dei gratia emanant, tendamus, vt ad eam tãdem perueniamus, eadem gratia subsequẽte, & ad finem vsq; concomi- *Cant. 4. d.* tãte. Sic Ecclesia, puteus aquarum viuẽtium dicitur: quia Spiritum Sanctum in se manentem habet, qui illam docet omnem veritatem. Falsæ autem religiones Cisternæ sunt dissipatæ, quæ veram doctrinã non habẽt, sed & si humano studio conatus quis fuerit mẽdacium ipsum ornare, quasi velut aquam veritatis in cisternam deducerę, id diutius durarę non potęst, nam falsitas ipsa se prodit, nec potest multo tempore fucata manere. *Foderunt cisternas*, quasi dicat, me dereliquerunt, qui me vltrò illis obtuli non quæsitus, imò qui illos quæsiui vt meos facerem, meisq; bonis illos ditarem, & foderunt sibi, multo labore, magnis sudoribus, nullis promissionibus inuitati, imò dato auro & argento, vt vitulus conflaretur. O stupendam hominum impiorum stultitiam, ô deplorandam insaniam. Recessit iunior filius à paterna do- *Luc. 15. d* mo, vbi etiam mercenarij abundabãt panibus, vt porcos multo labore pasceret, & fame periret. Vtinã alii quando cum ipso ad nos reuertamur, vt dicamus, ibo ad patrem meum. Sic etiam hæretici cisternę sunt dissipatæ, qui dum à Catholica Ecclesia separantur, neq; inter se conuenire possunt, in varias sectas scindũtur. Hic etiam obserua duo illa mala quę in peccato repęriuntur: Auersio nempe ab incommutabili bono & cõuersio ad bonum commutabile. Primum punitur pœna dãni vt perpetuo peccator careat, summo illo

bono,

bono, à quo sponte auersus est: secundum, pœna sensus, vt quantum quis se delectauit in delitijs, tantum detur ei tormentorum.

Nunquid seruus est Israël, aut vernaculus? Quare ergo factus est in prædam? super eum rugierunt leones & dederunt vocem suam, posuerunt terram eius in solitudinem: ciuitates eius exustæ sunt, & non est qui habitet in eis. Filij quoq; Mempheos & Taphnes constupauerunt te vsq; ad verticem. Nunquid non istud factum est tibi quia dereliquisti dominũ Deum eo tempore quo deducebat te per viam? Non solum, ait, idolorum cultus inutilis fuit populo meo, sed maximam ei perniciem attulit, hinc enim factum est, vt datus sit in prędam hostibus suis, veluti si seruus esset, & res quædam vilis. Per seruum, emptitium intelligit, per vernaculum, seruum domi natum. Idem est autem ac si dicat, Nunquid res vilis & despecta est Israel, vt ita contemnatur, & tradatur in manus hostium suorum? Exod. 4. Israëlem filium suum primogenitum vocat Deus: reliquæ gentes, tanquam serui reputabantur, alieni à Dei hæreditate, hinc illa tam diligens, cura Israëlis, vt diceret, Qui vos tãgit, tangit pupillam oculi mei, Et, Custodiuit eos sicut pupillã oculi sui. Cum ergo filius sit Deo dilectissimus, quid est, quòd tanquam si seruus esset, a Deo contemnatur, vsq; adeò vt etiam Ægyptij, ex quorum manibus olim Deus Israëlem liberauerat tot signis & mirabilibus, pro sua nunc libidine illum deuastent? Vel etiam per hæc verba latenter voluit significare, Israëlem seruum factum peccati. De qua seruitute dicebat Christus Iudæis, qui se nequaquam seruos esse iactabant, Qui facit peccatum, seruus est peccati. Per leones hostiũ ferocita

Zach. 2. c
Psal. 16. c

ferocitatem significat. Reges habet Chald. Paraph. ponere terram in solitudinem est, ciuitates deuastare, & perdere habitatores, id quod magis explicatur cũ subditur, *ciuitates eius exustæ sunt, & nõ est qui habitet in eis.* Memphim & Taphnim, duę sunt vrbes Ægypti maximæ: p filios igitur vel ciues harũ vrbium, Ægyptios intelligit, ad quos Israëlitæ confugere solebant vt auxilium ab illis peterent contra Chaldæos, illi autem insurgebãt in Israëlitas. Quod autem ait, *construpauerũt te vsq; ad verticem,* idem est ac si dicat, ad summum vsq; te deuastarunt, suam in te expleuerunt libidinem. 4. Reg 23. habes Iosiam occisum à Pharaone Nechao Rege Ægypti, qui & Ioachaz vinctum in Ægyptum duxit, & imposuit mulctam terræ centũ talentis argẽti, & talento auri. Septua. agnouerunt te, & illuserunt te. Chald. Paraph. occidũt fortes tuos & diripiunt facultates tuas. Vox Hebræa. ירעוך iirhuch à radice רעה rahah quod verbũ. pascere affligere frãgere depascere significat. Rab. Salo. cõfregerũt tibi verticem interpretatur Pagninus. Idem est sensus cum nostra lectione. D. Hieronymus, id ad idololatriam refert, ab Ægyptijs enim Israëlitæ idololatriam didicerunt, & eorum idola adorarunt. Dissipationem ergo religionis veræ, & deturpationem per idololatriam, construpationem vsq; ad verticem vocat. Sic Ezech. 23. polluerunt eam strupis suis, & polluta est ab eis. *Nunquid non istud. &c.* Causam & originem omnium malorũ quæ Israëlitico populo superuenerũt declarat. In Hebręo. Nõne hoc facies tibi, vel pro preterito fecisti tibi, quasi dicat, tu ipse causa es tuæ ruinæ. [illegible] tua Israël, Et, Deus mortem non fecit, neq; lætatur in per-

Ose. 13. c.

in perditione viuorum. impij autem manibus & verbis accersierunt illam. Meminit autem idololatriæ in deserto comissæ, quando adorauerunt vitulum: eò quòd fuerit initium huius sceleris post liberationem ex Ægypto. possumus interpretari, ex eo tempore, iuxta illud, Perseuerauerunt irritantes me ex die qua egressi sunt patres eorum ex Ægypto. Vel meminit illius pecati, quod illud simul cum alijs punitum fuerit in filijs, parentum peccata imitantibus, de quo tunc dixit Deus, Ego autem in die vltionis visitabo & hoc peccatum eorum. Septuag. dereliquisti cultum Domini Dei tui, qui ostendit tibi viam rectam, & non ambulasti in ea, iuxta hunc quoq; sensum interpretari possumus literam nostram, vt per tempus quo Deus Israël deducebat per viam, totum tempus illud intelligamus, in quo Deus per Prophetas populum Israëliticum per rectam viam deducere conatus est: quod semper fecit. D. Hieronymus. Hæc autem iccirco eueniũt ei quia dereliquit Dominum Deum suum, & illo maximè tempore, quo ipsum ductorem sequi debuit. Theodoretus. Mox enim vt liberatus es ab Ægypto, me dereliquisti, & vitulum pro Deo constituisti. Alij, Tempore quo aderat tibi, vel quo deducere te volebat per viam mandatorum suorum. Punit ergo nos Deus & flagellat propter peccata. Id nolumus cogitare, sed quasi casu omnia fiant, immobiles in peccatis permanemus: conquerimur quasi iniustè affligamur, qui æterna meremur supplicia. Sed quod magis est formidandum, permitti ... inimicorum nostrorum libidini, vt construpent nos vsq; ad verticem: vt qui sordidus est, sordescat &

Sap. 1.d.

4.Reg. 21

Exo.32.g

cat & amplius. Sic peccatum pœna solet esse peccati, & quidem omnium durissima: occulta superbia, manifesta luxuria punitur: vt qui bonum adhuc retinebat nomen, deturpetur, & disco operiatur illius ignominia. Exinanite, exinanite, vsq; ad fundamentum in ea. Sic D. Paulus, eos qui bonam conscientiam repellunt, in fide naufragium fecisse ait. Rugiunt Leones super nos, leuant vocem suam. Euge euge, aiunt, viderunt oculi nostri. Et deuorauimus eum. Flagellantur etiam iusti, vt veluti aurum in fornace, probentur, & puriores euadant. Trituratur granum, vt reponatur in horreo: quadratur lapis, vt sine sonitu mallei in ædificio templi collocetur: incenduntur aromata, vt fragantiam suam expandant: mouetur turbo, vt Elias rapiatur in cœlum: & vt flagrantissimus Christi martir. D. Ignatius dicebat, Frumentum sum Christi, bestiarum dentibus molor, vt panis purus efficiar.

Psal. 136. 1. Ti. 1. d.

Et nunc quid tibi vis in via Ægypti, vt bibas aquam turbidã? Et quid tibi cum via Assyriorum, vt bibas aquam fluminis?

Reprehendit eos, quòd fiduciam in hominibus, magis quàm in Deo, qui illorum erat fortitudo, collocarẽt. Cum præmerentur ab Ægyptijs, ad Assyrios confugiebant, cum ab Ægyptijs, ad Assyrios. Hoc est ergo quod ait, vt quid frequentas viam Ægypti & viã Assyriorum, vt ab Ægyptijs & ab Assyrijs auxilium postules frustra, quod tibi non sit profuturum. Per aquã turbidam, aquam Nili intelligit, quæ re vera turbida est. Vnde Ios. 13. A fluuio turbido qui irrigat Ægyptum &c. per aquam fluminis, Euphratis aquam significat. Extendebatur terra à promissionis

vt habes Genes.15.à Torrente Egypti vsq; ad flumen magnum Euphratem. aquam vero Nili vel Euphratis bibere, significat, ab Ægyptijs vel ab Assirijs auxilium postulare. Hiero. de falsa doctrina id intelligit, vt quod superius per cisternas dissipatas, hìc per aquam turbidam & aquam fluminis significet, Nam & Deos Ægyptiorum & Assyriorum coluerunt Iudęi, vt videre est in Ezech. cap. 16. & 23. Quod autem dicit aquam turbidam, optimè quadrat, siue de auxilio, siue de doctrina interpretemur. Si quando enim Ægyptij Israëlitis auxilium ferebant aduersus eos insurgebant. Hęreticorum porrò doctrina & omnium falsarum religionum, si aliquid verum continet id multorum errorum cæno admixtum est. Vbi nos legimus aquã turbidam Septuag. habent aquam Geon, hoc est, Nili. In hębr. aquas שחור sichor, quo nomine vocatur Nilus, quod illius aquæ sint nigræ & turbidæ, a radice שחר sachar, quod nigrum esse significat. Optimè sensum expressit noster interpres, interpretatus aquam turbidam. Chald. Paraph. Nunc autẽ quid vobis est vt consortium iungatis cũ Pharaone Rege Ægypti, ad proijciendum masculos vestros in fluuium? & quid vobis est, vt ineatis pactum cum Assur ad transferendũ vos vltra flumen Euphratem? Hæc in peccatores omnes conueniunt, qui relicto summo bono & incõmuttabili, caduca bona diligunt: maximè in hæreticos, qui relicta doctrina catholicæ Ecclesiæ, quæ nihil aliud quam puram veritatem continet, Nouatorum errores sequuntur.

[illegible] malitia tua, & auersio tua increpabit te. Hoc est, dabis pœnas propter malitiam & auersionem tuam,

 id quòd

eò quòd recesseris à me, & pena ipsa erudieris, & cognosces malũ fuisse recessisse à me. D. Hiero. Malitia siue præuaricatio postquam saturauerit præuaricātem, & instar coturnicum vsq; ad nauseam venerit, erudit agentem pænitentiam. Seipsum & animum suum quisq; seuerum Iudicem sui vltorem sceleris, & vindicem criminis habet. Hinc ille, Nullum consciũ peccatorum tuorũ magis timueris, quã teipsum: aliũ enim potes effugere te, autẽ nunquã. Quandiu vulnera recentia sunt, & adhuc calent, non tantũ sentimus doloris, vbi refriguerint, augetur dolor. Sic feruore concupiscẽtiæ veluti sopiti & ebrij, iniquitatẽ douoramus, neq; illius amaritudinẽ sentimus: vulneramur, & quidẽ vsq; ad mortem, neq; dolemus. Quasi romphea bis acuta omnis iniquitas. Et dentes eius dentes Leonis, interficientes animas: vbi vero concupiscentia tepescit, & delectatio transacta est, peccati amaritudinem & vulnerũ dolorem sentimus. Arguuntur impij omnes, & in perpetuũ arguentur à malitia & auersione. De quibus Christus, vermis eorum non moritur. Chald. Paraph. induxi super te afflictiones, & nõ cessasti à malitia tua: & quia non es conuersa ad legem, vltio fiet de te. *Scito & vide, quia malũ & amarũ est, reliquisse te dominum Deum tuũ, & non esse timorem eius apud te, dicit dominus Deus exercituum.* Priusquam pæna ipsa arguaris, te ipsam argue & increpa: agnosce malũ & amarũ fuisse, dereliquisse dominum, & timorem eius abiecisse: vt doleas & emendes, vt sic pænam possis euadere. vel edocta iã ipsa pæna quam pateris, [illegible] malum quod fecisti: vel argueris ipsa pæna: vt scias & cognoscas vel inuita, malũ fuisse recessisse à Deo. Septuag.

Eccl. 12. a

Mar. 9. g

tuãg. Et ſcito & vide, quia amarum tibi, relinquere te me dicit dñs Deus tuus; & non cõplacui in te dicit dominus Deus tuus. Quia à ſeculo cõfregiſti. &c. Chal. Parap. Et vide & cognoſce quia malũ & amaritudinẽ induxi ſuper te Ieruſalẽ, eò quòd dereliquiſti cultum dñi Dei tui, & nõ poſuiſti timorem meũ ante oculos tuos, dicit dñs Deꝰ Exercituũ. Neſcierũt neq; intellexerũt in tenebris ambulãt. Vtinã ſaperẽt & intelligerent. Hoc ſummũ malũ eſt, nõ agnoſcere quãtũ malũ ſit à Deo recedere. Malũ eſt, propter deordinationẽ, dũ à recta ratione & ab obediẽtia diuinę legis peccãdo recedimus. Amarũ propter remorſum & amaritudinẽ conſcientię, quę peccatũ cõſequũtur, Et ob ingẽtia dãna quę ſecũ culpa deffert. Vę qui dicũt malũ bonũ, & amarũ dulcę. Et letãtur cũ male fecerint, & exultant in rebus peſſimis. Quaſi à facie colubri fuge peccatũ. Et ne dixeris peccaui, & quid mihi accidit triſte. Malũ eſt animę & corporis, cũ corpus & animam perdat in gehẽnã. Malũ in preſẽti, dũ hominẽ deordinat, gr̃a Dei priuat, peccati & demonis ſeruum facit, Deo inimicũ reddit, reũ eternę mortis conſtituit. Et malũ in futuro quãdo mittẽtur impij in caminum ignis, vbi erit fletus & ſtridor gentiũ. Et vermis eorũ nõ morietur neq; ignis extinguetur. Si Deus omne bonũ eſt, plane ab illo recedere ſummũ erit malũ. Hic egeſtas. hic ſeruitus, captiuitas, vincula, cruciatus, dolor, ignominia, fames & ſitis, ęgritudo, languor, mors. Quẽ fructũ habuiſtis in ijs de quibus nũc erubeſcitis? [illegible] peccati mors. Et quemadmodũ de Sapiẽtia dixit ſapiens, omnia bona venerũt mihi pariter cũ illa, ita de ſtultitia, quę peccatũ eſt, dicere poſſumus oĩa

Pſa. 81. a. *Iſa.* *Eccl. 5. b.* *Rõ. 6. d.* *Sap. 7. d.*

Pro.18.a. mala venerũt mihi ſimul cũ illa. Iã vero ſi timorẽ dñi
Pſal.118. exuas, actũ eſt de te. Impius cũ in profundum malorũ venerit, cõtemnit. Ora cum propheta confige timore tuo carnes meas vt à juditijs tuis timeam.

A ſeculo confregiſti iugum meum, rupiſti vincula mea, & dixiſti non ſeruiam. Inueterata, eſt, ait, hæc tua iniquitas, iã ab initio, ex quo tibi legis iugum impoſui, & mãdatis, veluti vinculis vinciui, vt in officio continerem, neq; ad illicita efflueres, confregiſti legis iugum, & mandatorum vincula rupiſti, & renuiſti mihi parere, & inſeruire. Infra. Cap.5. eandem phraſim habes, Et ecce magis hi ſimul cõfregerunt iugum, ruperũt vincula. Vel, quaſi ad adulteram loquitur, vt ait D. Hiero. quæ coniugalia fędera rupit, & marito fidem non ſeruat, neq; illi parere vult: ita vt per iugum & vincula, coniugalia fædera intelligamus; ſignificat autem legem ipſam: eo enim pacto Deus ſynagogam ſibi copulauit, vt legem illi datam obſeruaret. Sic in ſequentibus veluti ad meretricem loquitur. Sed & nos à ſeculo confregimus iugum, & rupimus vincula. Ex quo natura noſtra condita fuit in Adam, transgreſſi ſumus pactum: et tanta eſt in nobis ad peccandum pronitas, vt vix formare verba nouerimus, quando iam mentiri, conuitiari, & maledicere nouimus. Hinc eſt quod præcocas fic⁹ deſiderat Dominus, hóc eſt primos ætatis noſtræ fructus, quos cum oporteret veluti primitias Deo conſecrare, carni & mundo & dęmoni offerimus. Beatus vir cum portauerit iugum ab adoleſcẽtia ſua. Confre
Thrẽ.3.d giſti iugum, ait, & rupiſti vincula. Ecce libertatẽ carnis quam filij Belial, hoc eſt, abſq; iugo, [illegible]
2.Pet.2.d dicãt: de quibus Princeps Apoſtolorum, Hi ſunt fon-

tes ſi-

tes ſine aqua & nebulæ turbinis exagitatę: quibus cali go tenebrarum reſeruatur: ſuperba enim vanitatis lo quentes, pelliciunt in deſiderijs carnis luxuriæ eos qui paululum effugiunt, qui in errore conuerſantur, liber tatem illis promittentes, cum ipſi ſerui ſint corruptio nis. Liberati quidem ſumus per Chriſtum à iugo le-gis: ſed ſucceſſit iugũ Euangelij: de quo ipſe Chriſtus, Tollite iugũ meum ſuper vos. Vocati ſumus in liber-tatem, non carnis, ſed Spiritus: vt non iam tanquam ſerui, propter timorem pænę, ſed tanquam filij, amo-re cæleſtis patris voluntatẽ eius perficere ſtudeamus. Septuag. confregiſti iugum tuum, & dirupiſti vincula tua habẽt, ſunt enim impoſita à Deo nobis; vt & Dei, & noſtra, dici poſſint. Chald. Paraph. A ſeculo confre gi iugũ populorũ de collo veſtro, ſuccidi vincula ve-ſtra, & dixiſtis nõ addemus vltra trãsgredi verbũ tuũ. Refert ad liberationẽ ab Ægypto, poſtquã liberatio nẽ data eſt lex, quã popul⁹ ſeruare promiſſit. In Heb. habetur. Quia à ſeculo cõfregi iugum tuum: rupi vin cula túa, & dixiſti nõ ſeruiam, nempe idólis. Idem eſt ſenſus cum Chald. Paraph. Poteſt in hanc eandẽ ſen-tentiam litera noſtra interpręṭari, vt dicamus, iam ab initio cum eſſes in Ægypto excuſiſti iugum Egyptia-cæ captiuitatis meo auxilio, qui te liberaui: & egreſſa in deſertum promiſiſti non ſeruire amplius idólis, ſed me ſolum colere, quod tamen non obſeruaſti, Quòd autem in Heb. ſit prima perſona, confregi & rupi, & tuum & tua, noſtra autem litera habet, confregiſti & rupiſti, & meum & mea, id factum eſt quod voluerit [illegible]pres ſequi Septuag. qui nõ ſine myſterio ita tranſtulerunt, volens per eos Spiritus Sanctus, for-

ſan

Ma. 11.d

ſam ſignificare Iudæorum perfidiam & contumaciã in reſpuendo Euangelio, iugo Chriſti ſuauiſſimo. Sed iugum Ægyptiacæ ſeruitutis, poteſt iugum Dei dici, quod permiſerit Deus ita durè premi Iudęos ab Ægyptijs, vt ſic tandem ex Ægypto eos educeret, qui fortaſſis noluiſſent aliàs inde exire: Nã ſi tam dura ſeruitute oppreſſi, deſiderabant adhuc eò reuerti, quid feciſſent, ſi proſperè in Ægypto agere licuiſſet?.
In omne colle ſublimi, & ſub omni ligno frondoſo tu proſternebaris meretrix. vtitur metaphora meretricis quæ ſe lenonibus exponit, vt idolorũ cultum ſignificet. In locis ſublimibus & amænis idôla ſolebant coli. Vnde Oſe. 4. Super capita mõtium ſacrificabãt, & ſuper colles accendebant Thymiama: ſubtus quercum, & populũ, & terebinthũ, quia bona era vmbra eius. *Proſternebaris* ſcilcet, vt adorares. quod nihil aliud erat, quàm demoni ſuccumbere, ſe vero deijcere ac deturpare. Chald. Paraph. pro proſternebaris, habet colebas idola Septuag. Dixi nõ ſeruiam, ſed ibo in omnem collẽ ſublimem, & ſub omni ligno vmbroſo illic diffundar in fornicatione mea, Pag. pro proſternebaris, habet diſcurrebas, idololatriæ nempe cauſa, quaſi meretrix quietis impatiẽs, quæ huc atq; illuc diſcurrit vt ſuam poſſit explere libidinẽ. Verbũ צעה ſochah ꝙ in hebr. habetur, poteſt eſſe à radice צעה ſachah quod eſt migrare, & ire de loco in locum, & à radice יצע naſach quod eſt ſternere: ſiue autem legas diſcurrebas, ſiue proſternebaris, idem eſt ſenſus.
Ego autem plantaui te vineam electam, omne ſemen verũ quo modo ergo conuerſa es mihi in prauum vinea [illegible] de hæc tanta iniquitas? ait, cum ortum habeas à patribus

bus illis fideliſſimis, & ſanctiſſimis Abraham, Iſaac, & Iacob. Plantaui te vt eſſes vinea electa, ex electis palmitibus, *Omne ſemen verum.* hoc eſt, omnes palmites germani erant & probi, nullus erat adulterinus. Patres illi quos Deus elegit vt eſſent principium populi ſui, veram fidem, & verum Dei cultum retinuerunt. Quomodo ergo degeneraſti à prima illa plantatione? deprauata es, quaſi non ex ſurculis illis electis propagata eſſes: à quibus prorſus es aliena, cum veram fidem deſerueris, & a vero Dei cultu receſſeris, falſoſq; Deos colas. *Mihi* ait, hoc eſt, in meam contumeliam, in meum damnum, ſic enim loquitur quaſi vtilitatē ex vinea captare deberet. Septuag. Ego autem plantaui te vitem fructiferam, omnem veram, quomodo conuerſa es in amaritudinem vitis alienæ? Chald. Paraph. Ego autem ſtatueram vos coram me ſicu plantā vitis electę, omnes faciētes veritatē: & quomodo mutati eſtis coram me in operibus veſtris corruptis? declinaſtis à timore mei, facti eſtis ſicut vitis in qua nulla eſt vtilitas. pro, *Vineam electam.* In Heb. eſt שורק ſorech. Quod verbum ſignificat vitem optimam. Quod vero nos habemus omne ſemen verū, in Heb. legimus ad literam, totam ipſam ſemen veritatis. Idem eſt ſenſus. Sic pro conuerſa es mihi in prauum vinea aliena, conuerſa mihi es in palmites degeneres vitis alienæ, dictio סורי ſure à radice סור ſur, reducere, & declinare, & deducere, peruerti, deprauari, & rebellare ſignificat, & ita nomen סור ſur prauum, deprauatum, peruerſum, declinans, deficiens, ſig[illegible]ctum cum nomine vinea, quod ſequitur, poteſt interpretari, in palmites degeneres de-

praua

prauatos. Idem est sensus cum nostra versione. De vinea hac vide in Isaia, & in Euangelio, Matth. 21. de generationem autem hanc quam dominus hic improperat, explicat Moyses in cantico dum ait, De vinea Sodomorum vinea eorum, & de suburbanis Gomorrhæ: vua eorum vua fellis & botri, amarissimi, fel draconum vinum eorum, & venenum aspidum insanabile, Et Isaias. Expectaui vt faceret vuas, & fecit labruscas. Plantauit Deus vineam Synagogã de qua dicitur, Vinea Dñi Dei exercitum domus Israël est. Hanc vero nostram, Ecclesiam nẽpe, nõ tantũ plantauit, sed suo etiam sanguine irrigauit. Patriarchæ illi, Abraham, Isaac, & Iacob, primi palmites fuerunt illius vineæ, huius vero nostræ Sancti Apostoli. Sic Christus. Ego, inquit, sum vitis, & vos palmites, vbi maius quid & dignius intueri licet, vt non solum vineam plãtet ex electis palmitibus, sed vt ipse vitis sit, cui nos tanquam palmites inseramur. Cum oleaster esses, ait D. Paulus, insertus es in bonam oliam, & particeps pinguedinis eius factus es. De plenitudine quippe eius, vt ait D. Ioan. nos omnes accepimus gratiam pro gratia, quasi pinguedinem pro pinguedine, vt pingues sint palmites pinguedine vitis. Benedixit nos in omni benedictione spirituali in celestibus in Christo. Qui manet in me, ait vitis, hic fert fructum multum, quia sine me nihil potestis facere. Quid vero erit si palmites huic nobilissimæ viti inserti degenerauerint, & in prauum conuersi fuerint? Omnem palmitem non ferẽtem fructum tollet eum, & in ignem mittet. Iam vero videre vineam illam Sorech a Domino plantatam, deuastatam, impletumq; quod per Isaiam Dñs commi-

Isa. 5. *Matt. 21.* *Deut. 32.* *Rom. 11.* *Ioan. 1.* *Ephe. 1.* *Ioan.* *Isa. 5.*

cōminatus fuerat. Auferā sepem eius, & erit in direptionem: diruam maceriam eius, & erit in conculcationem. Et ponam eam desertam: non putabitur, & non fodietur; & ascendent super eam vepres, & spinæ, & nubibus mandabo ne pluant super eam imbrem, quātum incutiat timorem vnusquisq; cōsideret. Hinc D. Paulus, Fracti sunt rami, vt ego inserar. Bene, propter incredulitatem fracti sunt, tu autem fide stas, noli altum sapere, sed time, si enim Deus naturalibus ramis non pepercit, ne forte nec tibi parcat. Vide ergo bonitatem & seueritatem Dei, in eos quidem qui ceciderunt, seueritatem; in te autem bonitatem Dei, si permanseris in bonitate, alioquin & tu excideris.

Rom. 11.

Si laueris te nitro, & multiplicaberis tibi herbam borith, maculata es in iniquitate tua coram me, dicit Dominus Deus. Hoc est, quantumcunq; nitaris excusare peccata tua, vel externis tantum operibus, & legalibus expiationibus & sacrificijs mundam te ostendere, nihil efficies, neq; enim me fallere poteris, qui te intus & incute noui. Sine vera pænitētia, qua præterita peccata plāgimus, ac serio vitā in melius cōmutare proponimus, peccata minime delētur, Pro nitro in Heb. est נתר neter à verbo נתר natar, ꝙ remouere significat, & ita nitrū, saponem, & quamuis aliam rē qua vtimur ad maculas diluendas & remouendas interpretari possumus. Sep. & Chald. Paraph. nitro habent, dicitur autem ἀπὸ τοῦ νίζειν eò quod purgandi abluendiq; habeat facultatē, siue vt alij volunt à Nitria Ægypti regione, in qua co[illegible] prouenit, Pro herba borith. Septuag. ποίαν habent, vt significarent, vt ait D. Hieronymus

[illegible] herbam

herbam fullonum, quæ iuxta ritum prouinciæ Palestinæ, in virentibus & humectis nascitur locis, & ad lauãdas sordes eandem vim habet quam & nitrum. Chal. Paraph. Saponem interpretatur; sic enim habet. Quoniam si putatis emundari à peccatis vestris, sicut mundant nitro, & dealbant sapone: ecce quasi nota maculæ quæ non est munda: sic multiplicata sunt peccata tua coram me dicit dominus Deus. In Hebr. est ברית borit. Saponem interpretantur nõnulli. alij genus herbæ esse aiunt qua panni lauantur. alij materiam quãdam qua vtuntur aurifices, ex qua etiam dicunt colari lixiuiũ. alij herbam fullonum. omnia in idem recidunt. Quod autem ait maculata es coram me, hunc habet sensum, quasi dicat, Poteris quidem hominũ oculos fallere, & munda & pulchra illis aparere, sed mihi maculata eris: omnis enim gloria filiæ Regis ab intus. Non prosunt coram Deo rationes, vel argumẽta, & verba composita, neq; simulatio, aut exterior cultus, sine interiori pietate. Nunquid oculi carnei tibi sunt, ait Iob, aut sicut videt homo, & tu vides? Conabatur pharisęus nitro se & herba borith lauare, dũ orat, dum ieiunia sua, & decimas quas soluebat commemorat, sed maculatus erat coram Deo. Sic etiam Saul nitebatur se apud Samuelem lauare semel atq; iterum, sed frustra, audit enim. Stultè egisti. Et, pro eo quod abiecisti sermonem Domini, abiecit te Dominus ne sis Rex. Nõ iuxta intuitũ hominis ego iudico dicit Dñs. Homo enim videt ea quæ apparent, dominus autem intuetur cor. Dũ excusare niteris peccata, magis teipsum maculas: & vt est in Prouerbio, [illegible] πηλὸν καθαίρεις. lutum luto purgas. agnosce, detestare, confite-

Psal. 44

Iob. 10. a

Luc. 18. c

confitere,& lauaberis. Peccaui, ait Dauid,& Propheta ad eum, transtulit Dominus peccatum tuum. Hiero. Nitrũ nostrũ & herba fullonis pænitẽtia est: Ecclesiasticus quoq; sermo, qui arguit & increpat, & corripit delinquẽtes, mordatioris nitri habet similitudinẽ. *Quomodo dicis: non sum polluta, post Baalim non ambulaui! vide vias tuas in conualle*, conuincit eos esse peccatores. Qua fronte, ait, dicis te non esse pollutam, & deos alienos non coluisse, cum appareant vestigia tua in cõualle, quo ire soles Idolatriæ causa, vel, Vide viam planam factam frequentibus ambulationibus tuis. Vel, p vias, studia & actus intellige, vnde subdit, *Scito quid feceris*. Nomine Baalim omnes falsos deos intelligit. Diximus superius in hoc eodem Cap. de voce hac. Ambulare post Baalim est falsos deos colere, falsam religionem profiteri, & sectari. Per conuallem, intelligit cõuallem filiorum Ennon de quo infra Cap. 7. Ædificauerunt excelsa Tophet quæ est in valle filij Ennon, vt incenderent filios suos & filias suas igni. Septuag. habẽt, In sepulcro multitudinis. Theodoretus, Sepulcrum vocat locum monumentorum, in quo filios & filias idôlis cõcremabãt. Chald. Paraph. Leua oculos tuos super vias tuas, & vide quãdo habitabas in valle contra Bethphegor. refert ad idololatriã comissam cum idôlis Phagor in cãpestribus Moab. de quo Numero. 25. Initiatusq; est Israël, Beel-Phegor. & in Ps. Et initiati sunt Beel-Phegor, & comederunt sacrificia mortuorum. In eundem sensum interpretur Rab. Salomon. *Scito quid feceris*. Oculos aperit denegantis, vt cernat quod erubescit aspicere, & non vult confiteri, quasi dicat. Noli negare, noli excusare. *Cursor leuis explicans*

Num. 25
Psal. 103

plicans vias suas. Effrenatam in peccando libidinẽ signi ficat. ferebaris, ait, in idololatriã celeritate maxima, quasi cursor velox qui citissimè iter suum conficit: lõga tibi videbatur omnis mora prę nimia cupiditate. Chald. Paraph. Similis fuisti Camelæ iuuenculæ velocissimæ, quæ deprauat vias suas. Hoc est, quæ confuso cursu huc illúcq; discurrit. In Heb. est. בכרה bichrah, quod camelum fœminam, aut dromedariam significat. Rab. Da. Genus esse ait Cameli lactentis, vel paruæ, quæ currit velocius masculo. D. Hier. Quomodo caprea leuis, quam nos, ait, genere communi cursorẽ diximus, significãtiusq; Aquila, Symmachus & Theodotio vertere δρομεὺς κοῦφος explicat vias suas, & velox fertur ad pabula, sic Israël, siue Ierusalem totò impetu ad desideriũ libidinis ferebatur. Isa. Cap. 6. vbi nos legimus dromedarij, habetur eadem vox in Heb. quę in hoc loco. Sensum igitur apertius reddidit noster interpres, communi vtens voce, dum dixit cursor leuis. Quod vero nos legimus, explicãs, alij circũ cursitans, vel confundens, vel implicans, vel capiens vias suas, interpretantur, hoc sensu, quod camela concitatioris cum sit cursus, institutum suum subinde mutat, nunc huc, nũc illuc prorruẽs, sic Israël, idola p circuitũ quærebat. In Heb. est. משרכת mesarechet à radice שרך sarach, quod verbũ capere & tenere significat. ab hoc verbo est, nomẽ שרך sarach quod corrigiã significat: inde משרכת mesarechet interpretantur capiens, vel circuiens quemadmodũ ligatur corrigia in circuitu calcei. Rab. Selo. camelus fæmina electa dilig[illegible] currere, tenet vias suas, hoc, est adolescentię [illegible] septua. multò aliter habent ad vesperum vox vlulauit. Theo

Isa. 6.

deretus

doretus legit,sero voce sua vlulauit, hoc est tardè: de decem tribubus in captiuitatem iam ductis intelligit, ostendens eas lugere,ac dicere post captiuitatem,me pęnituit.D.Hiero.aliter interpretatur textũ.Septuag. hoc scilicet sensu,quod Meretrix Ierusalẽ iuxta illam mulierem,quę in Prouerbijs describitur:ad vesperum vlulauit voce sua, & amatores ad libidinem prouocabat. Videtur.Septuag. pro משרכת mesarechet legisse מערבת meharebet nam ב beth & כ caph similia sunt, & si literę Haiin virgulam apponas,fiet sade. *Vide vias tuas.* Tu quidem gressus meos dinumerasti,ait Iob.Et omnes viæ meæ in conspectu tuo,ait propheta, omnia nuda & aperta sunt oculis eius.dixi forsitan tenebræ cõculcabunt me,& nox illuminatio mea in delitijs meis.Quia tenebrę nõ obscurabũtur à te, & nox sicut dies illuminabit. Quæ in dẽsissimis noctis tenebris perpetrãtur,ita sunt Deo manifesta, sicut quæ in media luce fiunt,Nihil cũ latere potest:vide ergo, tu, quoniã ipse videt,cogitaui vias meas, & conuerti pedes meos in testimonia tua.Hoc initiũ salutis nostræ est,si vias nostras cõsideremus,& quidẽ in cõualle dũ scilicet descendimus ab Ierusalem in Iericho,vt in latrones incidamus,dum nos demittimus,& à sublimitate,in qua conditi sumus,cadimus, infima & caduca diligimus,cælestia contemnimus,vel in sepulchro multitudinis, vt habent Sep. dũ nõ sequimur arctã & angustam viam, quæ ducit ad vitam quam pauci inueniunt,sed latam & spatiosam,per quã ingrediuntur plurimi,quæ ducit ad perditionem, qui viuentes mortui sunt, & veluti sepulti, Deniq; Behemoth sub vmbra dormit,in secreto calami,& locis humentibus.

Prou. 5.a

Iob. 14.c

Ps. 138.

Psal. 118

Iob.40.c

Onager assuetus in solitudine, in desiderio animæ suæ attraxit vẽtum amoris sui. Septuaginta, Vias suas dilatauit super aquas solitudinis, in desiderijs animæ suæ spiritũ portabat. Duo illa verba, vias suas, in superiori sententia habentur. pro eo autem quod nos habemus, onager. in Hebr. est פרה pereh à radice פרא para quod multiplicare & augere significat, vnde. Septuag. ἐπλάτυνε. i. dilatauit amplificauit, transtulerunt: Pro eo autem quod nos habem⁹ assuetus. In Hebręo est למד lamud à radice למד lamad discere & assuescere. & Sep. fortè legerunt למי lime super aquas, Nos literam nostram sequamur. In peccando auiditatem magis declarat, Nõ solum, inquit, summa velocitate in idololatriam ferebaris, sed & cum non licebat, vel non vacabat ad idola pergere, illorum amore & desiderio feruebas, quemadmodum onager qui solitudinem incolit, dũ herbam desiderat, anhelat quod amat. sermo concisus est & methaphoricus. Vocauit Israëlem vel Ierusalem cursorem leuem, nunc onagrum vocat. attrahere ventum amoris sui est, anhelare rẽ amatã, Sic infra. Onagri steterunt in rupibus, traxerunt ventum quasi dracones, quia defecerunt oculi eorum, quia non erat herba. Sic in Psal. Os meum aperui & attraxi spiritum, quia mandata tua desiderabam. Onager, asinus est siluester, qui dum liberè in solitudine vagatur, ad quæ voluerit Pascua fertur. Iuxta illud Iob. Quis dimisit onagrum liberum, & vincula eius quis soluit? Vocat ergo Ierosolimitanum populum onagrum, quod cum domestica pascua quær[illegible] debe-ret, paternam seruando religionem, nouos [illegible]os quæreret. Sic in Ose. onager solitarius sibi Ephraim,

Inf. 14. a

Psal. 118.

Iob. 39. a.

Ose. 8. c.

hoc

hoc est; liberè agere vult, persuadet sibi liberum se esse, & licere quò voluerit discurrere, & quæ libuerit pascua quærere. Asinus verò domesticus laudem habet in Isaia, quod cognoscat præsepe Domini sui, neq; alia quærat pascua. Sed & laudem habet in Euangelio, dum Dominus super asinam sedens, ingreditur Ierosolimam magna populi acclamatione. Et asina alligata erat, non vagabatur. Sed vir vanus, ait Iob, in superbiam erigitur, & tanquam pullus onagri se liberum natum putat. Hoc est quod supra dixit, A seculo confregisti iugum meum rupisti vincula mea, dixisti, non seruiam. Non sic Isachar de quo Iacob. Isachar asinus fortis, accubans inter terminos, vidit requiem quod esset bona, & terram quod optima, & supposuit humerum ad portandum. *Nullus auertet eam*, de Ierusalem & populo Iudæorum intellige, cum enim continuo amore idololatriæ ferueat, nullus poterit eā ab idololatria auertere. Sep. habent, tradita est, quis conuertet eam. illud tradita est, adiūctū est ad maiorē explicationē. Quod verò subditur, *omnes qui quærunt eam non deficient, in menstruis eius inuenient eam*. Potest, & ad hostes Ierusalem, & ad amatores, quorum scilicet idola colebat refferri: si ad hostes, sensus est præualebunt qui ad impugnandā Ierusalē venerint, vel nō deficiēt, donec expugnēt, nā in immūditijs suis eā inuenient, à quibus nunquā auertitur, ob eamq; rem, tradet eā Dn̄s in manus inimicorū suorum. De quibus Ezech. 16. Cap. Ecce ego cōgregabo omnes amatores tuos quibus cōmista es, & oēs quos dilexisti cū vniuersis quos oderas, & nudabo ignominiam tuā coram eis, & videbunt omnē

Isa. 1.

Iob. 11.c.

Gē. 49.g

turpitudinē tuā. Et Ezech.23. Ecce ego suscitabo oēs amatores tuos cōtra te, ā quib⁹ satiata est anima tua, & cōgregabo eos aduersum te in circuitu filios Babylonis & vniuersos Chaldęos nobiles tyrānosq; & principes oēs filiorū Assyriorū. vel ī mēse suo, quasi dicat, cū alia animalia bruta certis mēsib⁹ ad coitū soleāt incalescere, hæc semper libidine feruet, vt semp sit eius mēsis. Si ad amatores, quorū idola colebat, referatur, sensus est, omnes qui eā quęrūt, vt ad idololatriā trahāt, nō deficiēt laborādo, vt ad idolorū cultum inducāt: inueniēt enim eā semper libidini vacātem, & insanientē. Sic maligni spiritus animā in mēstruis suis inueniūt, ait. D. Gregorius, quādo in pollutis cogitationibus positā, facilè ad peruersam operationē trahūt. Chald. Paraph, Sicut onager qui moratur in deserto, & ambulat in volūtate animę suæ, bibens ventū sicut draco; sic cætus Israël transgressus est, & aberrauit à lege; & noluit agere pænitētiam. Propheta dic ei: omnes qui quęrunt legem meam non fatigabuntur, in tēpore suo inuenient eam. Alij ita interpretantur. Tu similis es onagræ velocissimę, cum tibi iter est ad idola: quotquot voluerint capere onagram illam non conabuntur eam assequi currendo, ne frustra id faciāt, sed expectabunt tempus, quo grauida est, & tunc facilè eam capient: sic tandem tu à me capieris, & punieris, cum grauida eris. i. quū ad summū peruenerit peccatum tuū. Rab. Dau. in mēse eius qui decisus est ei, vt nō possit euadere. Sermo est hic de Onagro fęmella. Sunt autem Onagri velocissimi, quod facit respirandi facilitas. & hoc est quod ait, attraxit ventum, hoc est, maxima facilitate respirationis, cum decreuerit

 aliquò

aliquò se conferre, velocissimè currit. Alij impulsum quendam fatalem ferunt esse, quo se onager carpendæ auræ gratia, irreuocabiliter ad certum locum impellit, nec ab insequentibus capi posse, quantumlibet illi insidientur, donec in illo mense id fecerint, quo vterum gestat. Lyra de onagro præsentiente odorem fęminæ interpretatur, cum enim persenserit velocissimè ad eam fertur. Sic Ierusalem in idololatriam, vt nullus possit auertere: omnes autem qui eam quæsierint, vt ad idololatriam pertrahant, inuenient eam paratam quantumuis tempus mēstruorum sit, ad instar salacissimę cuiusdam meretricis, quę etiam mēstruorum tempore, libidini se exponit. pro eo quod nos legimus *amoris sui*. In Hebr. est תאנתה taanatath, quod occasionem significat, à radice אנה anach, quod in Hithpael occasionem quærere significat. Sic Iud. 14. vbi eadem est dictio Hebręa, occasionem trāstulit noster interpres. Hoc in loco quo sensum magis explicaret, amorem transtulit. Pro eo autem quod nos legimus *in menstruis eius*. In Hebr. est בחדשת bechadsat à radice חדש chadas quod significat renouare, innouare, restaurare, inde nomen חדש chodes quod mensem, & innouationem, & mētrua significat. Vnde Pag. & Symmachus, in mense suo, transtulerunt. Septuag. habent. Vias suas dilatauit super aquas solitudinis, in desiderijs animæ suæ spiritum portabat: tradita est, quis conuertet eam. Theodor. ita interpretatur. Propterea dilatauit infidelitatem: quæquidem impie agere docuit. aquas solitudinis vel deserti appellauit idola, eo quod parsant desertum, & exitium procurent. Legit autem deinde, in desiderijs animæ suæ spiritu pro-

phetico ducebatur. quod ita exponit. Quæ enim audire cupiebant, Pseudoprophetę arrogãter profitebantur se prædicere, Nam verbum istud ἐπηνωματοφορᾶτο de pseudoprophetis posuit. Tradita est, à Deo scilicet, iuxta illud Moysi, Quomodo persequebatur vnus mille: &c. Nonne ideo quia Deus tradidit eos, & Dominus conclusit illos? vt nemo possit auertere eã, hoc est liberare. Quũ autẽ qui amplectuntur impietatẽ faciles sint captu, inueniẽt eã qui quæsierint. D. Hiere. aliter interpretatur. Meretrix ait Ierusalem, aperiebat vias turpitudinis suę, & diuaricabat pedes omni transeunti. Erat autẽ locus amænitatẽ habẽs aquarũ fluentiũ, qui delectabilior fit, quando in circuitu solitudo est, vt nullus videat fornicantẽ. In desiderio animæ suæ peruerso spiritu ducebatur, siue trahebat amoris refrigerium, vel certe canebat turpitudinis suæ carmina. Tradita est vitijs suis & libidini, nullus eã cõuertere poterit: omnes qui voluerint eam inuenire, in turpitudinis humilitate repetient, vt nũquàm possit voluptatis amore satiari. Obserua hic impiorum hominum studia: quanta animi contentione in vitia ferantur. Pedes illorum ad malum currunt, & festinant vt effundant sanguinem. Ecce isti festinant ad mortem, quo ergo studio, quo feruore equum est nos ad vitam properare? Si introiero in tabernaculum domus meę, si ascendero in lectum strati mei, si dedero somnum oculis meis, & palpebris meis dormitationẽ, donec inueniã locũ dño. Et viã mãdatorum tuorũ cucurri. Et curremus in odorẽ vnguẽtorũ tuorũ.

Deut. 32. — *Pro. 16. b* — *Psal. 131.* — *Canti. 4.*

Prohibe pedem tuum à nuditate, & guttur tuum à siti. ... pro pedes singul. pro plural. verba sunt prophetæ auocantis

cātis populum ab idololatria vel ab auxilio humano petēdo, quaſi dicat ceſſa iā poſt Baalim ambulare, ne teras calceamenta tua, dū frequentas vias conuallis, ne prouoces ſitim nimio itineris labore, vel ne pete regiones longinquas pro auxilio, nā atteres tuos calceos, & ſiti afligeris. Chald. Paraph. prohibe pedē tuū ne iungas populis: & os tuum, ne colas idola. Lyra cōminationem hanc eſſe dicit: quaſi dicat, recede ab idololatria, ne captiua ducaris, nudis pedibus, & ſitiēs ſicut ſolent duci captiui. Iſa. 20. Sicut ambulauit ſeruus meus Iſaias nudus & diſcalceatus, ſic minabit rex Aſſyriorum captiuitatem Ægypti, nudā & diſcalceatā. &c. Septua. Auerte pedē tuū à via aſpera. Allegoricē: prohibem⁹ pedes nr̄os à nuditate, dū iuxta Apoſt. calceatos habemus pedes ad Euangeliū pacis, præparando nos ad aduerſa tolerāda propter Chriſtum, & eius Euāgeliū, ne dum per ſeculi huius ſolitudinē gradimur, pedes noſtri venenatis pareāt animātibus, quę debēt Euāgelico pede calcari & cōteri. Iuxta illud. Ecce dedi vobis poteſtatem calcandi ſuper ſerpentes, & ſcorpiones. Sic etiam Paſcha facturi calceamēta iubētur habere in pedibus. Guttur prohibemus à ſiti, quādo Saluatoris noſtri præcepta implemus, dicētis, Qui ſitit, veniat ad me, & bibat. Laſſati ſumus in via iniquitatis, & perditionis, aiunt impij. Et ſeruietis dijs alienis qui nō dabūt vobis requiē. Et Chriſtus. Venite ad me oēs qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiā vos. A labore ad requiē vocat, Et inuenietis requiē animab⁹ vr̄is, Qui extra Chriſtū requiē quęrit, fruſtra laborat *Et dixiſti, deſperaui, nequaquam faciam: adamaui quippe alienos, et poſt eos ambulabo,* deſperaui, ait, poſſe me ab idolo-

Ephes. 6.

Luc. 10. c

Exod. 12.

Ioan. 7. f.

Sap. 5. a.

Iere. 16. c

Ma. 11. d.

latria abstinere, quod autē sequitur, nequaquā faciā, potest duplicem sensum habere, primus est, Nolo facere, quin potius volo post Deos alienos quos adamaui, ambulare. Secundus est. Nequaquam spero me id facturum, cum enim alienos amauerim, nihil iam aliud facturū spero, quàm vt post illos ambulem. primus sensus maiorem præsefert impudentiā, secundus desperatum animū ostendit. Vterq; timorem maximum incutit, vt videamus in quod baratrum peccandi consuetudo inueterata precipitet: siue vt obdurati, omni pudore amisso, dicamus, nequaqum faciam, siue vt propter nimiam difficultatem, oppressi peccatorum pondere, & prauæ consuetudinis vi et potentia, animum despondeamus, & desperemus conuersionem nostram. Chald. Paraph. Et dixisti auersus sum à cultu tuo. Nequaquam, sed amaui coniungi populis, & post cultum idolorum ibo. In Hebr. desperatū est, nequaquā, sub. faciā. quod interpres noster addidit vox Heb. נואש noas a radice יאש ianas hoc est desperare. in Nifhal sumitur pro eo quod dicimus Actū est. Desperatū est. Rab. Dan. desperatū est cor meum vt eat post Dn̄m. Nō ibo post illū. Subaudiēdū enim est לב leb, i. cor. Alij abhorrēs est. subaudi cor meū à Domino. Septu. viriliter agā, in malo scilicet proposito, & in meo cōfortabor errore. Talis est hereticorū obstinatio, & impudētia, traditi enim sunt in reprobū sensum, vt nemo possit corrigere quos Deus despexit.

Quomodo confunditur fur quādo deprehēditur, sic confusi sunt domus Israël, ipsi & reges eorū, principes, & sacerdotes, et Prophetæ eorum: dicentes ligno, Pater meus es tu: & lapidi, genuisti. Confusi sunt, ait, rei indignitate quemadmo-

dum

dum erubescit fur, cum in furto fuerit deprehensus, quantumuis impudēs sit, & procax. Nihilominus nō eiusmodi est confusio, quę emendationem secum adferat. Vel confundentur, vt præteritū sit pro futuro. Cum Chaldæi ciuitates eorum destruxerint, & captiuos eos duxerint, cum reipsa conspexerint nihil illis profuisse idola lignea & lapidea, quæ vt parentes & progenitores venerabantur. Prophetæ eorum ait, nō mei, falsos intelligens, quos vt veros habebant, quòd loquerētur illis placentia. Chald. Paraph. Sicut confusio viri, qui cum habitus esset fidelis, inuenitur latro, sic confusi sunt, &c. & falsi prophetæ eorum. Omnes qui spem suam in bonis caducis collocant, in diuitijs, potentia, principū fauore, corporis viribus, humana astutia, quę tāquā idola colūt diuinis spretis legibus, cōfundet. In omni facie cōfusio, & in vniuersis capitibus caluitiū, argētū eorū foras proijcietur, & aurū eorū in sterquiliniū erit. Argētū eorum & aurum eorū non valebit liberare eos in die furoris Domini. Et nolite confidere in principibus, neq; in filijs hominum in quibus non est salus, Exibit spiritus eius & reuertetur in terram suam in illa die peribunt omnes cogitationes eorum. Et non in fortitudine equi voluntatē habebit, neq; in tibijs viri beneplacitum erit ei.

Ezech. 7.

Psal. 145

Psal. 146

Verterunt ad me tergum, & non faciem: & in tempore afflictionis suæ dicent. Surge & libera nos. Vbi sunt dij tui quos fecisti tibi; Surgant & liberent te in tempore afflictionis tuæ: secundum numerū quippe ciuitatum tuarum erant dij tui Iuda. Cōtempserunt, ait, me & sermones meos, ita vt neq; audire voluerint. Vertere tergum, gestus est hominis contemnentis & nolentis audire. Sic in Zacharia. No

lucrnut

luerunt attendere,& auerterunt scapulam recedẽtes.
& aures suas aggrauauerunt, ne audirent,vel idololatriam significat,& recessum à vero Dei cultu.Faciem enim conuertimus ad illum quẽ colimus,& corã illo procumbimus,vnde à contrario vertere tergum,erit ab illius cultu recedere.Sic in Ezech. dorsa habentes contra templũ Domini.Chald.Paraph.Quoniã auerterunt terga cultui meo, & non proposuerunt timorem mei ante faciem suam.Nihilominus, ait, cũ afflictione aliqua premuntur, ad me confugiunt.Summa est impudentia, tempore afflictionis ab eo auxilium quærere,quem in pace cõtempseris. Cum occideret eos,ait Propheta, quærebant eum & reuertebantur & diluculo veniebant ad eum.Ecce nunquam Dei recordamur,nisi dum afflictione premimur, sed vtinã vel tunc ex corde ad Deum conuerteremur.Inuocamus Dominum,sed vt liberet tantum,non vt cor illustret,non vt voluntatem suam perficere nos doceat, vt medicum se corporis exhibeat,non animæ.Manet in arca argentum male partum: odium in corde seruatur: concubina foras non pellitur.Deniq; idola nostra nõ proijcimus.*Vbi sunt dij tui*.Increpatio est, quasi dicat,vt quid ad me confugis quem deseruisti? confuge ad Deos tuos.Vbi sunt? Quare potentiam suã non ostendunt? Si veri dij sunt,ostendant diuinitatem suã opem ferẽdo cultoribus suis.Sic Deut.32. vbi sunt dij eorum in quibus habebãt fiduciam? surgant & opitulentur vobis.&c. *Secundum numerum*. &c. Et quidem, ait,satis multi sunt,mirũ est cum tot sint, quomodo non possint tibi auxilium ferre,vna quæq; ciuit... Deum habebat. Septuag. addunt hic, Et secundum nume

Ezec. 8.f

Psal.77.

numerũ viarum Ierusalem immolabant Baal. Obser ua qua ratione secum pugnet superstitio. Dilapsos semel à veritate, per varios errores vagari necessum est. Et dum proprium iudicium sequuntur hæretici, vnusquisq; suam inuenit sectam, elatus animus, gloriæ cupidus, recusat alterius subijci magisterio; & nisi nouæ sectæ inuentor, & Magister extiterit nullam gloriam suam esse existimat.

Quid vultis iudicio mecum contendere? omnes dereliquistis me, dicit Dominus. Nihil habetis, ait, quo possitis causam vestram defendere, digna factis recepistis, imo maiora meremini supplicia, sine ratione igitur conquerimini & expostulatis me, cum omnes à me recesseritis. In Heb. est: תריבו taribu à radice ריב rub litigare, contendere, increpare significat. Septuag. vt quid loquimini ad me? Chald. Paraph. Quare vos putatis iudicio contendere aduersum verba mea? Quod ait, *omnes dereliquistis me,* non sic accipiendum est, quasi nullus esset verus Dei cultor, sed quod paucissimi essent in tãta multitudine, vel omnes intellige, tam reges & principes, quã sacerdotes, & Prophetæ vt superius dixit. Prona est ad excusationẽ suã humana peruersitas ait. D. Hiero. vt quidquid meritò sustinẽt, iniustè sustinere videãtur, & propriã culpã referant ad iudiciũ Dei, volũt etiã videri cũ ratione peccare. Sed frustra, imo in malum suum. Septuag. hic addunt. Et omnes vos impiè egistis in me. Quod in Heb. nõ habetur.

Frustra percussi filios vestros, disciplinam non receperunt. filios vocat, ipsos Israëlitas, loquitur enim ad vniuersum populum quasi ad vnam personam, cuius filios vocat populares: vnde Sep. habent disciplinã nõ recepistis:

vt non

vt non alios intelligamus per filios, quam illos ipsos cum quibus loquitur. frustra igitur, ait, vos percussi, cũ meliores flagellis effecti non fueritis. Percutit Deus, tanquã pater, vt corrigat, & vt medicus, vt sanet. Quoniam ira in indignatione eius & vita in volũtate eius. Sed cum sciret non subsequuturam emendationem, quare percussit? Nempe, vt iustitiam suam manifestã faciat, Et causam suam iustam ostendat: cum nihil prętermiserit pro salute nostra. Frustra ergo illis qui non emendantur, sed non frustra Deo. Quoniam omnia seruiunt tibi, ait propheta. Si omnia, etiam impij. In hoc ipsum excitaui te, dictũ est de Pharaone, vt ostẽdam in te virtutem meã; & annuntietur nomen meũ in vniuersa terra.

Psal. 29. *Psal. 118.* *Rom. 9. d* *Exod. 9. b*

Deuorauit gladius vester prophetas vestros, quasi leo vastator generatio vestra. Possumus de veris prophetis à Iudæis occisis intelligere, vt sit sensus. Tantum abest vt disciplinã receperitis, vt eos qui vitia vestra redarguebant, occideritis; sicq; generatio vestra facta est quasi leo vastator. Sic Christus, Ierusalem, Ierusalem, quæ occidis prophetas, & lapidas eos qui missi sunt ad te. Zacharias interfectus est, tempore Ioas, & Isaias tempore Manasses. Potest & de falsis prophetis intelligi, vt interpretatur D. Hiero. gladiũ vero eorum vocat, quẽ sustinuerunt pro peccatis suis, sicq; eos cõparat Leoni vastanti, quod illorũ peccata vastationis causa sint. Septuag. gladius deuorauit prophetas vestros quasi leo vastator. Chal. Paraph. occidit gladius vester prophetas vestros, quasi leo qui deuastat. D. Hieronymus verba illa generatio vestra, non cũm superioribus coniungit, sed cum sequentibus, generatio vestra videte

videte verbū Dñi, quasi dicat, o vos homines huius ętatis audite: &c. in Heb. הדור אתם hador atē generatio vos vt possit cū superiorib⁹ & cū sequētibus cōnecti. Chal. Pa. Popule generatiōis vos suscipite verbū dñi. Sep. hic addūt, & nō timuistis, q̄ nō habetur in Heb. *Videte verbum Domini; Nunquid solitudo factus sum Israëli aut terra serotina? Quare ergo dixit populus meus, recessimus, non veniemus vltra ad te.* Hoc est, audite, & attētè cōsiderate verbum Domini. Solitudo nō colitur, atq; adeò neq; fructum reddit. Sic terra serotina, quæ propter aëris intemperiem suo tempore fructus non reddit, tanquam inutilis reputatur. Hoc est ergo, quod ait. Nunquid aliquid defuit Israëli, quandiu me coluit? Nunquid vel omnino inutilis fui populo meo, vt est solitudo? vel non suo tēpore, quæ illis necessaria erāt, contuli tanquā terra serotina? vel cùm aliquid à me postulant, nunquid vel non concedo, vel multum differo, quasi dicat, minimè, non ita se habet. Chald. Paraph. Nunquid sicut solitudo deserta, in qua nulla est vtilitas, fuit verbum meum Israëli, aut sicut terra vasta? quare dixerunt populus meus. Migrauimus, non reuertemur vltra ad cultum tuum. Septuag, pro terra serotina, habent terra plena sentium. D. Hieronymus aliter interpretatur. Miratur, ait, quomodo populus Israël Deum habuerit quasi solitudinem, cum idola quasi celebritatem vrbium sit secutus, quasi dicat, quare nullus ad me accedit? quare deserta est domus mea, vt nullus ad eam veniat colendi causa? Vbi nos legimus serotina. In Heb. est מאפליה mapeleiah caliginosam, & serotinam significat. Sic Exod. 9. vbi nos habemus, triticum autem & far nō sunt lęsa, quia seroti-

ſerotina erant, eſt eadē dictio. Porro illud יה iac, quod vnum eſt ex diuinis nominibus, adiunctum eſt augendi gratia: quaſi dicat, admodum ſerotina vel vt legamus. Nūquid ſolitudo factus ſum Iſraëli, aut terra ſerotina Deus? vt ſit tranſitus à prima pſona ad tertiā, quod frequens eſt in prophetis. Vbi aduerte, nomen hoc יה iah vſurpari potiſſimùm in ſacris literis ad res iam ipſo euentu ſpectatas, & confirmatas, atq; ad exhibita diuinitus beneficia oſtendenda, hoc ergo in loco Emphaſim habet nomē hoc, quaſi dicat, Ego qui opere compleo quod populo meo promiſi, qui fieri poterit vt eſſem veluti terra ſerotina vel caliginoſa? Sic etiam terra quę caliginoſa eſt, quę Soli non eſt expoſita, & quę non eſt ſub cœlo libero, infęcunda eſt. Idem ergo eſt ſenſus, ſiue ſerotinam, ſiue caliginoſam legas. Quod autem nos legimus Receſſimus. In Heb. eſt רדנו radnu à radice רדה radah dominari ſignificat. vnde alij dominamur vel dominium accepimus transferunt, quaſi dicat, habemus reges & principes, neq; opus nobis eſt alio duce. vel dominati ſumus, excuſſimus iugū ſeruitutis, nolumus Deo ſeruire: quod eſt idem quod receſsimus. Septuag. Non ſeruiemus, & non veniemus ad templum.

Nunquid obliuiſcetur virgo ornamenti ſui, aut ſponſa faciæ pectoralis ſuæ? populus vero meus oblitus eſt mei diebus innumeris. Virgines nupturæ ornamenta ſua chariſſima habent, vt ornatæ placere poſſint illi, cui nubere cogitāt. Sic ſponſæ faſciam pectoralem, quą pectus comprimitur, ne turpiter effluat, vel quo pectus ornatur, vt ſponſo placeant. Cum ergo ornamento ego fuerim populo meo, quo nobilior & excelſior cūctis po-

pulis

pulis effectus est, quomodo potuit mei obliuisci tāto tempore, à diebus nempe Moysi, ex quo idola colere cæpit? Vide quot modis conetur induratum populū emollire. Superi⁹ dixit, Nō fuisse solitudinē aut terrā serotinam populo suo, sed terram omnibus bonis affluentem. Hic dicit ornamētum esse & fasciam pectoralem, ob datam legem. Hæc est enim vestra sapiētia dicebat Moyses, & intellectus coram populis, vt audientes vniuersi præcepta hæc dicant. En populus sapiēs. &c. Vnius veri Dei cultus populum illum excellenter ornabat, quemadmodum idololatria cæteras omnes gentes deturpabat. Sic lex ornamentum erat pectoris, dum populum sapientem reddebat, sed & affectus comprimebat, ne ad turpia & illicita defluerent. pro fascia pectorali, ornamentum suum habet Chald. Paraph. In Hebr. est קִשֻּׁרֶיהָ chisureach significat autem קשרים chisurim, murenulas, torques, ornamenta quæ collo aut capiti, aut gutturi alligantur, sic fascia pectoralis pectus ornat. Iam vero quàm incomparabile ornamentum Ecclesiæ sit Christus, quis explicare valeat? Factus est nobis ait. D. Pau. Sapientia à Deo, & iustitia, & sanctificatio, & redemptio, vt quemadmodum scriptum est. Qui gloriatur in domino glorietur. Fasciculus mirræ dilectus meus mihi: inter vbera mea cōmorabitur. Pulcherrimū pectus quod Christo decoratur. Hic nihil est ꝙ effluat, omnia sunt munda. Hoc est rationale, siue pectorale iudicij, vbi est Vrim & Thumin, doctrina & veritas, quod summus sacerdos portat in pectore. Hinc eructat cor verbum bonum, Et scriba doctus in regno cœlorū, profert de thesauro suo noua, & vetera, quæ Christi familiæ dis-

Deu. 4. a

1. Cor. 1.

Can. 1. c.

Exo. 28. c

Mat. 13. g

liæ dispenset.

Quid niteris bonam ostendere viam tuam, ad quærendam dilectionem, quæ insuper & malitias tuas docuisti vias tuas, & in alis tuis inuentus est sanguis animarum pauperum, & innocentium? non in fossis inueni eos, sed in omnibus quæ supra memoraui. Adhuc illam conuincere conatur. Frustra, ait, niteris verborum te arte defendere, vt persuadeas bona esse opera tua, vt à me diligaris, cum adeò manifesta sit iniquitas tua, & manus tuæ maculatę sint sanguine pauperum & innocentium, quos occidisti. neq; id occultè factum est, quemadmodum qui in fossis interficiuntur, sed palàm, quemadmodum qui in plateis ciuitatis occiduntur, vbi inuenti sunt, & iacuerunt occisi. Via. pro viuendi instituto & ratione: conari ergo ostẽdere viã suã bonã, est velle se iustũ ostendere, Chald. Paraph. Et quid gloriaris in vijs tuis. Sep. Quid adhuc bonum exercebis in vijs tuis. quasi dicat, quid boni facies, vt meũ erga te cõcilies amorẽ? In Hebr. חישבי che tibi à radice יטב iatab ꝙ bonũ vel bene esse, placere, iocũdũ esse ornare, decorare, benefacere, vel bonũ facere significat. Nõnulli trãsferunt, cur bonificas viã tuã, quasi dicat. Cur tito studio apparas profectionẽ, vt ineas amicitiã cũ populis externis. Eodẽ sensu litera nostra interpretari potest. Cur niteris ostẽdere optimum esse studiũ tuum, quo conaris amicitiam inire cum populis externis. Interpretatio, quã primo loco sequuti sumus, est Hiero. & Theodor. *quæ insuper & malitias tuas docuisti vias tuas*. Hoc est, ostendisti vias tuas & studia tua mala esse, & malitia plena. D. Hiero. docuisti alios vias tuas & exemplum fuisti omnibus malorũ operum. Cald. Paraph. insuper & mala

docui-

docuisti ex vijs tuis: idem est sensus. Verbum Hebr. הרעות harachot, malas & malitias interpretari possumus. Quod subdit. *Et in alis tuis inuentus est sanguis animarum. &c.* Per alas manus interpretatur. D. Hiero. sic etiã habẽt Sep. ꝙ manus in homine sint veluti alæ in auibus. Chal. Par. in occulto quoq; inuẽta es effudisse sãguinẽ innocẽtẽ. Intelligit autẽ D. Hiero. de illis, quos dijs immolabãt, siue quorũ animas ꝑdebãt sacrificiorũ similitudine, malo scilicet exẽplo. Sic etiã Theod. iuxta illud Psal. Et effuderũt sanguinẽ innocentẽ, sanguinẽ filiorũ suorũ. &c. vel sumpta est metaphora ab Aquila vel Miluo, quibus sanguis auiũ raptarũ adhuc adhæret. 4. Reg. 21. habes Manassen effudisse sanguinẽ innoxiũ multũ nimis, vt impleretur Ierusalẽ vsq; ad os, hoc est, ad summũ vsq; Verbũ Heb. כנף canaph. alã, orã vestis, partẽ, angulũ significat, quò fit, vt variè trãsferatur hic locus. *Non in fossis.* Interpretati sumus, hoc est, non occultè id factũ est, quemadmodũ qui in fossis occidũtur. D. Hiero. nõ inueni in foueis interfectos, quod solet plerunq; accidere latronum insidijs. Chald. Paraph. Non sicut inueniuntur in fouea. Theodor. Quia non quemadmodum parietum effractores clam facinus committũt, ita hi iniquè agentes latere nitebãtur. Alij interpretãtur nõ in suffosione, hoc est, in insidijs inuenisti eos, vt liceret tibi interficere, quasi alludat ad id, quod habetur Exod. 22. si effringens fur domum, siue suffodiens fuerit inuentus, & accepto vulnere mortuus fuerit: percussor nõ erit reus sanguinis. Verbum Hebræ. במחתרת machteret, suffosionem, foramen, fossam latibulum significat, à radice חתר chatar. *Sed in omnibus, quæ supra memoraui.* Nos

Psal. 36.

4. Reg. 21.

ad alas retulimus, hoc est in locis publicis. D. Hieron. quercum atq; Therebinthum, sub cuius vmbra dijs immolabant, intelligit: ita vt quæ supra memoraui, referatur ad id quod supra dixerat. In omni colle sublimi & sub omni ligno frondoso, tu prosternebaris. &c. Sic Theodo. sequutus. Sep. qui habent, sed sub omni quercu. Chald. Paraph. Sed ob hæc omnia fecisti. quasi dicat, occidisti nō ob eā causam, ob quā occiditur qui inueniūtur in foueis, in insidijs, vel furātes: sed ꝙ carperent te propter hæc omnia, hoc est, propter idololatriā. Hic vero obserua, quanta sit impudentia, publicè mala perpetrare, & iustum velle videri.

Et dixisti absq; peccato, et innocens ego sum, et propterea auertatur furor tuus à me. Hoc est, quod supradixit. Quid niteris bonam ostendere viam tuam ad quærendam dilectionem, hoc est, vt auertatur furor meus à te, & à me diligaris. His vtendum est, ait D. Hieronymus, aduersus eos, qui nolūt sua peccata cognoscere, sed in tempore afflictionis, & angustiæ, dicunt se iniustè sustinere, quæ sustinent.

Quàm vilis facta es nimis iterans vias tuas. Hoc est, dum non agnoscis peccatum, dum non confiteris, dum non deles pœnitentia, dum multiplicas, vilis admodum facta es. Quò magis peccata augentur, viliores efficimur, magisq; peccati serui, pluribusque maculis fœdati: vt meretrix quæ pluribus se exponit, vilior fit. vnde illa paterna adhortatio. Fili peccasti? Non adijcias vltra: sed de pristinis deprecare, vt tibi dimittantur. Chald. Paraph. Quare tu contemplaris admodùm, ad corrumpendam viam tuam? hoc est, id semper magis magisq; cogitas, vt viam tuā magis

Eccl. 21. a

corrumpas iteratis peccatis. Septuag. Quia despexisti vehemẽter, vt iterares vias tuas. Theodor. legit, quia leue admodùm putasti, si iterares vias tuas. impudentia, ait, valde conuenit iniquitati, vt pro nihilo ducat peccata iterare. Insinuat etiam occultè ait Theodoretus, nihil illi profuturum auxilium postulare ab Ægyptijs, quemadmodum neq; profuit postulasse ab Assyrijs. Alij legunt. Et quid tam crebrò discurris, vt iteres, vel mutes viam tuam: quasi dicat, cur toties mutas itinera, huc illucq; discurrens auxilij quærendi gratia. Pag. Cur discurris, ita repetẽdo viam tuam. Particula מה mah, quid, & vt quid, & cur, & quomodo verti potest. Porrò תזלי chezeli, si sit à radice אזל azal, significat ambulabis, abibis, discurres: si verò à radice זול zul, vel זלל zalal, significat vilipendêris, sperneris, vilis fies, vel facta es, vt nostra habet lectio: quã etiam hoc sensu interpretari possumus; quam vilis facta es iterans vias tuas, dum scilicet ad alienos pergis auxilij postulandi gratia, qui te magis contemnunt, & tibi illudunt. Sicq; cohærent optimè hæc cum sequẽtibus, cùm ait.

Et ab Ægypto confunderis, sicut confusa es ab Assur. Nam et ab ista egredieris, et manus tuæ erunt super caput tuum: quoniam obtriuit Dominus confidentiam tuam, et nihil habebis prosperum. Israëlitæ, vt Ægyptiorum impetum declinarent, confugiebant ad Assyrios, quorum cassum fuit presidium: victos enim eos ab Ægyptijs legimus. Rursum vt iram Assyriorum fugerent, Ægyptiorum adiutorio vtebantur, quos ab Assyrijs superatos narrat historia. Tandem qui relicti fuerant ab Assyrijs, contra Dei voluntatem ad Ægyptum cõfugerũt, sed

neq; hoc illis profuit: illuc enim venit Nabuchodonosor, & eos partim gladio deleuit, partim captiuos duxit. vid. Cap. 43. Increpātur ergo, q̄ omissa spe in Deū, hominū vtātur auxilijs: cōfunderis ergo, ait, ab Ægypto, nihil tibi proderit Ægyptiorum auxiliū implorasse, sicut neq; Assyriorum. Quod autē ait. *Nam & ab ista egredieris.* D Hier. Ægyptum intelligit, quasi dicat: discedes confusa ab Ægypto. vel significat migrationem ab Ægypto, quò se contulerunt post deuastationē factā ab Assyrijs, vt diximus. Alij terrā Iudææ intelligūt: ab ista scilicet, terra tua egredieris, cùm captiua duceris à Chaldæis. Chal. Par. Etiā ex hoc egredieris. Sep. Quia & hinc egredieris. *Et manus tuæ erunt super caput tuū.* Hoc est, lugebis te frustra ab Ægyptijs expectasse auxiliū: gestus est mulieris lugētis, manus sup caput ponere. Sic Thamar postquā violata fuit ab Amnō, super caput sparsum cinere man' posuit, & ita reuersa est in domū suam. Hispan. dicimus, saldras cō las manos en la cabeça, vel, descalabrada. Chald. Paraph. Et confusio peccati sui super caput tuum. *Quoniā obtriuit Dominus confidētiam tuam.* Lugebis scilicet, quòd videas te delusam, permittēte Domino. vel vanā faciet Dominus cōfidentiam tuam, quam in hominibus collocasti. vel per confidentiam eos intelligit, à quibus Ierusalem pendebat. Chald. Paraph. quia procul submouit Dominus fiduciam tuam. Septuag. quia repulit Dominus spem tuam. Alij transferunt, quia spreuit Dominus, vel reprobauit Dominus confidentias tuas. Verbum מאס maas, reprobare, abijcere, repellere, spernere, contemnere significat. Idem est sensus, siue hoc, vel illo modo interpreteris.

2. Reg. 13

Et ni-

Et nihil habebis prosperum. Chal. Paraph. Et non prosperaberis in eis. Sep. in ea, hoc est, nō prosperè succedet, quod sperabas, excidisti ab spe. Maledict⁹ homo qui confidit in homine, & ponit carnem brachiū suum, & à Deo recedit cor eius. Erit enim quasi myricę in deserto, & non videbit, cùm venerit bonum. Quòd si nonnunquam videantur prosperè agere, hoc illis in maius malum cedit. Iuxta illud. Prosperitas stultorū perdet illos. Vnde Propheta. Noli æmulari in malignantibus, neq; zelaueris facientes iniquitatem: quoniam tāquam fœnum velociter arescent, & quemadmodum olera herbarum cito decident.

Iere. 17.

Prou. 1.

Psal. 36.

ARGVMENTVM.

Reuocat populum ad pænitentiam, veniam promittens, increpat illius duritiem quod Dei benignitatem contemnat. Conuersionem gentium, & reliquiarum Israel ad Christum prædicit.

CAP. III.

VVLGO dicitur, si dimiserit vir vxorem suam, & recedens ab eo duxerit virum alterum: nunquid reuertetur ad eam vltra? nunquid non polluta, & contaminata erit mulier illa? tu autem fornicata es cum amatoribus multis: tamē reuertere ad me, dicit dominus. 2. * *Leua oculos tuos in directū, & vide vbi† non' prostrata sis: in vijs sedebas, expectans eos quasi latro in solitudine: & polluisti terram in fornicationibus tuis, & in malitijs tuis.* 3. *Quamobrem prohibitæ sunt.† stillæ' pluuiarum, & serotinus imber nō fuit: frons mulieris meretricis facta est tibi, noluisti erubescere.* 4. *Ergo saltem*

* & ego suscipiā te 18. M S. verū ī R. Hier. H C.G. nō legitur.
† nūc. o
† stellę. o.

go saltem à modo voca me, Pater meus, dux virginitatis meæ tu es. 5. Numquid irasceris in perpetuum, aut perseuerabis in finem? Ecce locuta es, & fecisti mala, & potuisti. 6. Et dixit Dominus ad me in diebus Iosiæ *regis,* † *Nunquid vidisti quæ fecerit auersatrix Israël? abijt sibimet super omnem montem excelsum, & sub omni ligno frondoso, & fornicata est ibi. 7. Et dixi cùm fecisset hæc omnia. Ad me reuertere: & non est reuersa. Et vidit præuaricatrix soror eius* Iuda, *8 quia pro eo quòd mœchata esset auersatrix* Israël, *dimisissem eam, & dedissem ei libellum repudij: & non timuit præuaricatrix Iuda soror eius, sed abijt, & fornicata est etiam ipsa. 9. Et facilitate fornicationis suæ contaminauit terram, & mœchata est cum lapide & ligno. 10. Et in omnibus his non est reuersa ad me præuaricatrix eius Iuda in toto corde suo, sed in mendacio, ait Dominus. 11. Et dixit dominus ad me. Iustificauit animam suam auersatrix Israël, comparatione præuaricatricis Iudæ. 12. Vade, et clama sermones istos contra Aquilonem, et dices, Reuertere auersatrix Israël, ait Dominus, et non auertam faciem meam à vobis. quia sanctus ego sum, dicit Dominus, et non irascar in perpetuum. 13. Veruntamen scito iniquitatem tuam, quia in dominum Deum tuum præuaricata es: et dispersisti vias tuas alienis sub omni ligno frondoso, et vocem meam non audisti, ait Dominus. 14. Conuertimini filij reuertentes, dicit Dominus: quia ego vir vester: et assumam vos vnum de ciuitate, et duos de cognatione, et introducam vos in Sion. 15. Et dabo vobis pastores iuxta cor meum, et pascent vos scientia et doctrina. 16. Cùmque multiplicati fueritis, et creueritis in terra in diebus illis, ait Dominus, non dicent vltra, arca testamenti Domini: neque ascendet super cor, neq; recordabuntur illius, neq; visitabitur, nec fiet vltrà. 17. In tempore illo vocabunt Ierusalem solium Domini: et congregabuntur ad eam omnes gentes in nomi*

† Su. 20.

nomine Domini in Ierusalem, et non ambulabunt post prauitatem cordis sui pessimi. 18. In diebus illis ibit domus Iuda ad domum Israël, et venient simul de terra Aquilonis ad terram quam dedi patribus vestris. 19. Ego autem dixi. Quomodo ponam te in filios, et tribuam tibi terram desiderabilem, hæreditatem præclaram exercituum gentium? Et dixi, Patrem vocabis me, et post me ingredi non cessabis. 20. Sed quomodo si contemnat mulier amatorem suum, sic contempsit me domus Israël, dicit Dominus. 21. Vox in vijs audita est, ploratus et vlulatus filiorum Israel: quoniam iniquam fecerunt viam suam, obliti sunt Domini Dei sui. 22. Conuertimini filij reuertentes, et sanabo auersiones vestras. Ecce, nos venimus ad te: tu enim es Dominus Deus noster. 23. Verè mendaces erant colles, et multitudo montium: verè in Domino Deo nostro salus Israel. 24. Confusio comedit laborem patrum nostrorum ab adolescentia nostra, greges eorum et armenta eorum, filios eorum et filias eorum. 25. Dormiemus in confusione nostra, et operiet nos ignominia nostra: quoniã Domino Deo nostro peccauimus nos, et patres nostri ab adolescentia nostra vsq; ad diem hanc: et non audiuimus vocem Domini Dei nostri.

EXPLANATIO.

V*ULGO dicitur, si dimiserit vir vxorem suam.* Summa Dei benignitas, & clementia cõmendatur, qui paratum se exhibet, vt recipiat eos qui ab ipso recesserant, etiam post quam multis, & nefandissimis sceleribus se contaminauerint. Vide vim & energiam parabolæ. Dimissa, quæ occasionem aliquam habuit quærendi alium, & quæ vnicum tantùm virum duxit, non admitti-

tur: sed vt polluta repellitur, etiam si reuertatur. Tu autem non dimissa recessisti, neq; vnum aliquem virum tibi accepisti, sed multorum te libidini exposuisti, & tamen non solùm paratus sum te recipere, sed etiam vt reuertaris inuito. *Vulgo dicitur.* In Heb. dicendo. Sic etiã Chald. Paraph. Septuag. tantum habēt si dimiserit vir. &c. quamuis D. Hier. dicat Septuaginta habere, dicitur. In Bib. reg. non habetur. Subaudiēdũ ergo est in textu Heb. dicitur, ita vt sit sensus, dicēdo dicitur, quod significātius expressit noster interpres tranferendo, vulgo dicitur, vel gerundium dicēdo interpretandum est, dicunt, vt Pag. habet. vid. devt. 24. repudiatam quæ altero viro nubit, & ab illo etiam repudiatur, non potest maritus prior recipere, quia polluta est. Nōnulli cohęrere hec volunt cum ijs, quę in fine superioris capitis dicta sunt. hoc modo, quoniã obtriuit Dominus confidentiam tuam, & nihil habebis prosperũ, & dicit, si dimiserit vir. &c. Quod nos legimus *mulier illa.* In Heb. est terra illa. Chald. Paraph. nonne peccando peccabit terra illa? Alludit ad illud, quod habetur Deuter. 24. Ne peccare facias terram tuã. Septuag. mulier illa habęnt. D. Hier. in Cōmēta. vtranq; lectionem ponit, mulier illa, siue terra illa. Et quidem terra prophanatur propter mulieris pollutionem, & contaminationem. vnde in Deut. Non poterit prior maritus recipere eam in vxorem: quia polluta est, & abominabilis facta est corã domino: ne peccare facias terram tuam. sed loquitur etiam Dominus de terra Israël sub typo mulieris, & ita polluta & contaminata dicitur terra, vel mulier quæ terram significat. *cum amatoribus multis.* Septuag. cum pastoribus mul

Deu. 24. a.

tis, nam

tis, nam verbum Heb. רעים Reechim, pastores, & amatores significat, nõ absq; magno mysterio, quòd nemo possit bonus pastor esse, nisi oues diligat. vnde Christus bonus pastor animam suam dat pro ouibus, maiorem autem charitatem nemo habet. &c. & cum Petrum pastorem vellet suarum ouium instituere, priùs interrogat, amas me? Chald. Paraph. Et tu fornicata es, & adiunxisti te populis multis. idola intelligit, quę amauit, & coluit. vel reges, & populos, in quibus cõfidẽtiam suam, relicto Deo, collocabat. Rectè autẽ fornicata dicitur, neq; enim alteri poterat adhęrere, vero Deo relicto, nisi fornicando & adulterando, cùm præter ipsum nullus sit verus Deus: atq; adeò quicũq; alius colatur pro deo, fornicatio est, adulteriũ iniquitas, scelus maximũ. *Tamẽ reuertere ad me dicit Dominus.* Hæc Dei benignitas eò maior est, quo minùs nr̃o obsequio indiget. Deus meus es tu, qm̃ bonorum meõrum non eges. Si peccaueris, ait Iob, quid ei nocebis? Et si multiplicatæ fuerint iniquitates tuæ, quid facies contra eum? porrò si iustè egeris, quid donabis ei, aut quid de manu tua accipiet? Quid ergo est, quòd tãtopere nostram sitiat salutem, quasi sine nobis viuere nõ possit, aut esse beatus? Summa illius est bonitas, & clementia, quæ tanta est, vt maiestatem suam videatur veluti contemnere, & gloriã suam prodigere, dũ ita se demittit, vt occasionem præbeat existimandi gloriam eius minuendam, si nos ab illo recesserimus. Quid tu diceres, si videres regem aliquem potentissimum deperire vilissimum aliquod scortum, & turpissimum mancipium? Quò vero maior est hæc bonitas, & clementia, eò magis ingratitudo nostra, & degener animus

Ioã. 10. b
Ioan. 15. b
Psal. 13.
Iob 35.

animus apparet. Deus te diligit, Tu illum contemnis: Ille te vocat, Tu illum nõ curas. quærit, tu despicis. Si dimiserit, ait, quasi dicat. Quamuis te dimisisset, qui iratus è domo te flagellis, & [illegible] eiecisset, debuisses non recedere, sed lachrymis, & lamentis iram Dei tui placare, ne eijcerer. tantum abest, vt sponte, non dimissa recederes. Septuag. hic habent. Et reuertebaris ad me. eo sensu, nõ vt prouocet ad pœnitentiam, sed vt arguat impudentiam meretricis, quòd post adulterium reuerti audeat ad maritum, non quidem ex corde, sed simulatè, sicut hæretici, qui simulant se reuerti ad fidem, vt alios erroribus suis inficiãt. Chal. Paraph. Tamen reuertere iam ab hoc tempore (hoc est ex nunc) ad cultum meum, dicit Dominus.

Leua oculos tuos in directum, & vide vbi non prostrata sis. Tot, inquit, sunt fornicationes tuæ, vt nullus sit locus in quo non fueris fornicata. Chald. Paraph. Tolle oculos ad loca edita, & vide vbi non te iunxisti, vt coleres idola. Verbum Hebr. שְׁפָיִם sepaiim, pro quo nos habemus directum, Excelsa loca, vias etiam, colles, & plana significat. Noster interpres omnia comprehendit transferendo in directum, quod D. Hieronymus ita iterpretatur. Eleua oculos, & huc illucq; circũspice, & vide vbi non fornicatione prostrata sis. Impij oculos suos statuerunt declinare in terram, quasi dicant. nihil considerabo, nihil curabo, hoc tantùm faciam. Qui peccati turpitudinem considerauerit, detestabitur, fugiet. postquam ostendisti mihi, egi pœnitẽtiam, percussi femur meum.

Psal. 16.

In vijs sedebas, expectans eos quasi latro in solitudine, & polluisti

luisti terram in fornicationibus tuis, & in malitijs tuis. Ardentissimum peccandi, & idola colendi studium significat. Qui magno desiderio alicuius tenetur, egreditur ad vias, si quomodo videre possit, quē desiderat. Sic Anna vxor Tobiæ de filij reditu sollicita, quotidie exiliens circunspiciebat, & circuibat vias omnes, per quas spes remeandi videbatur, vt procul videret eum, si fieri posset reuertentem. Sic de muliere fornicaria dicitur, quietis impatiens, non valens in domo consistere pedibus suis, nunc foris, nunc in plateis, nunc iuxta angulum insidians. Sed & meretrices solebant in vijs sedere. Sic Thamar sedebat in biuio itineris. *Expectans eos*. Nempe amatores tuos, vel nuncios quos miseras, vt idóla adducerent, vel ad auxilium postulandum, de quibus Ezechielis. 17. & 23. Chald. Paraph. idóla, interpretatur. Diuus Hieronymus de illis, quos ad idololatriam trahere conabātur, intelligere videtur: sic enim interpretatur. Sic tu iuxta fornicariam mulierem, de qua sermo est in Prouerbijs Salomonis, sedebas in vijs ad vesperam, vt cōcubitu tuo animas interficeres fornicantiū. In Hebręo ad literā habetur in vijs, vel iuxta vias, vel super vias sedisti eis, vel illis, subaudiendum est amatoribus, de quibus dixerat, fornicata es cum amatoribus multis. hoc est, expectando amatores tuos, quod expressit noster interpres. Chald. Paraph. Super viam domus mansionis eorum expectabas ea. Septuag. in vijs sedisti eius *quasi latro in solitudine*. Qui scilicet sūmo desiderio expectat, quēs possit deprędari. Sed ille vt spoliet, tu vt spolieris, & animā pdas. Chal. Paraph. sicut Arabes q morāt in tabernaculis in deserto. Verbum

Tob. 10.

Prou. 7.

Gene. 38.

bū heb. ערבי charabi Arabē significat. Sed gēs hęc, vt ait D. Hier. latrocinijs dedita, vsq; hodie incursat ter minos Palestinæ, & descēdentibus de Ierusalē in Ieri cho obsidet vias, cuius rei & Dominus in Euangelio recordatur, vbi ait. Homo quidam descendebat à Ierusalem in Ierico, & incidit in latrones, &c. rectè igit noster interpres trāstulit, quasi latro. Septu. quasi cornix deserta interpretantur: ex eadē enim radice mutatis pūctis fit ערב choreb. i. coruus. Theodor. legit. Nō modò suscipiebas accedentes, sed etiam exibas inquirens, & cornicum more sedebas in vijs expectans illorum aduentum. Et polluisti terram in fornicationib' tuis, & in malitijs tuis. In altero turpitudinem, in altero deprauatum animū significat. Sic superiori Cap. cōtaminastis terram meam. Chald. Paraph. Ream fecisti terram in idolis tuis, & in malitia tua. D. Hiero. in Cōment. legit, Polluisti siue interfecisti terram: interpretatur autē ea ratione, vt interfecta, vel polluta sit terra propter interfectionem eorum, qui idololatriæ fornicatione perierunt, Alij præuaricare fecisti terrā. Alij, effecisti, vt falleret terra: hoc est, fructū nō daret. Alij, prophanasti. Hæc autē tāta varietas nascitur ex multiplici significatione verbi חנף chanaph, à qua radice est verbum, quod hoc in loco habetur in Heb.

Luc. 10.

Quamobrem prohibitæ sunt stillæ pluuiarum, & serotinus imber non fuit. Aufert beneficia sua Deus propter peccata, maximè vbi obstinatio accedit, & absq; vllo pudore peccamus: terram abominabilem factā non visitat Deus. Serotinus imber est pluuia, quæ vere cadit, quę valde necessaria est. In Ose. Cap. 6. mentio fit imbris temporanei, & serotini. sic in Ioel. 2. Cap, matutini

& sero

& serotini. temporaneus, vel matutinus est; qui tempore sementis cadit. quando serotinus deficit, maior dolor est, dum segetes, quæ iam adoleuerant, ariditate pereunt. 3. Reg. 17. habes clausum fuisse cœlũ propter peccata. Sic Amos. 4. Cap. prohibuit quoq; à nobis imbrem, &c. Sic Deus beneficia spiritualia subtrahere solet ob ingratitudinem, & animi obstinationẽ, immiteréq; famem & sitim verbi Dei. Dimisi eos secundùm desideria cordis eorum, ibunt in adinuentionibus suis. Et tradidit eos in reprobum sensum. Indigemus imbre temporaneo, & serotino, gratia præueniente, & cõcomitante. A spiritu tuo concepimus, & quasi parturiuimus. Sunt quibus aufertur serotinus imber, propter superbiam maximè, & animi elationem, vt cùm multo tempore perseuerauerint in bono, tandem deficiãt. Vnde Paulus admonet: qui se existimat stare, videat ne cadat. Et cum timore, & tremore vestram salutem operamini. Et castigo, ait, corpus meum, & in seruitutẽ redigo, ne cùm alijs prædicauerim, ipse reprobus efficiar. Et in Apocalyp. tene quod habes, vt nemo accipiat coronam tuam. Sep. hìc habent multò aliter. Et habuisti pastores multos in offensionem tuam. Lectio nostra concordat cum Heb. & cũ Chald. Paraph. Videtur deesse in Sep. sententia illa quamobrem prohibitæ sunt stillæ. &c. nam quod habent, habuisti pastores multos in offensionem tuam; ad sequentẽ sententiã pertinet: sequitur enim in textu Sept. Facies meretricis facta est tibi, sine rubore facta es ad omnes. Quare videtur additum à Septuagin. illud, habuisti pastores multos in offensionem tuam, pro maiori claritate sequentis senten

Psal. 80.
Rom. 1. d
Isa. 24.
1. Cor. 10.
Philip. 2.
1. Cor. 9.
Apoc. 3.

sentētiæ: cogimur autem ita dicere, cùm nulla possit esse ratio, quare ita trāstulerint ex Hebræo. D. Hiero. per pastores, principes, Sacerdotes, & prophetas intelligit, qui cùm Magistri esse debuissent, vt alios ab errore prohiberēt, auctores impietatis extiterūt. Theod. legit multis pro vno pastore vsa, idola interpretatur. Sicut enim vocabantur dij suffurantes denominationē diuinam, sic etiam dicebantur pastores, subrepto pastoris veri nomine.

Frons meretricis facta est tibi, noluisti erubescere. Epexegesis, prior pars per posteriorē declaratur. Id autem dicit, vt exponit D. Hiero. quia quasi procax mulier, & nimiæ impudentiæ, non ad vnum solum procaci vultu feratur, sed nullum erubescat: diuersa nempe colēdo idola. Sic Septuag. sine rubore facta es ad omnes. Theodo. Quemadmodum quæ pulchritudinem vendunt, frontis absterso pudore, pariter omnibus se prostituunt: ita tu nulli amicitiam conseruasti: sed cùm fructuum vbertatē à me datam colligeres, seruiebas idolis: vt autem in calamitates lapsa illorum impotētiam sensisti, auxilium meū exposcebas, vel absq; vllo rubore peccasti; quemadmodum procaces meretrices. Chald. Paraph. Impudentia quasi mulieris meretricis fuit tibi: noluisti te humiliare. Extremum malū quando pudorem omnē exuimus. huc effrenata peccandi libido adducit, vt neq; Deum timeamus, neq; homines vereamur, sed & đ peccatis gloriemur. Qui eiusmodi est, fit supra modum peccas, dum nihil est, quod eum retineat.

Ergo saltē à modo voca me. Pater meus, dux virginitatis meæ tu es. Nunquid irasceris in perpetuum, aut perseuerabis in finē?

Etiam

Etiam procacem meretricem reuocat: & vocari se ab ea patrē non dedignatur. Saltem ait, à modo, ex nūc, quasi dicat, oportuisset à me nō recessisse, & postquā recesseras, statim reuerti, nec tanto tempore in sceleribus me spreto perseuerasse: sed saltē nunc voca me. Expleuisti iam libidinem tuam, satiata es, vel nunc saltem conuertere. Exijt ille bonus pater familias, etiam vndecima hora, & vocat ad vineam. Summa impudētia est, neq; etiam in senio velle peccatum dimittere. *Pater meus*. Docet modum orādi, vt veniam possit impetrare. Pater vocatur propter creationē. Iuxta illud. Nonne ipse est pater tuus qui possedit te, qui fecit, & creauit te? *dux virginitatis*, Hoc est, adolescentiæ, Vox Heb. נעורי nechuri adolescentiam significat. Noster interpres sequutus est Septua. qui habent παρθενίας. i. virginitatis. Neq; abhorret à significatione vocis Hebrææ, nam adolescentia solet vt plurimùm cùm virginitate esse coniuncta. Cùm primùm Deus populum ab Ægypto liberauit, dux eius fuit per desertum: fuit autem illud tempus adolescentiæ: virginitatis etiam, quòd non fuisset idololatria corruptus ante adorationem vituli. Sic in Apocalyp. Virgines sequūtur agnū quocunq; ierit, ducem eum habentes. Nullus virginitatem seruare potest, nisi Deo duce. Cùm scirē, quia non possem esse cōtinens, nisi Dominus dederit. &c. Sed & Deo duce nemo est, qui nō possit. Omnia possum in eo, qui me confortat. Sed & dux est Deus adolescētiæ, in qua difficile valde est nisi Deo duce in officio cōtineri. Vnde Prouer. 30. post tria difficilia, quartum quod penitus ignorat vir etiam sapiens, dicitur esse, via viri in adolescētia, vt habent nōnulli codices

Mat. 20.

Deu. 32.

Apoc. 14

Sap. 8.

Philip. 4

vulgatæ editionis, & Septuag. Chald. Paraph. Ab hoc tempore vtiq; orabis corã me, dicens: Domine meus es tu, redemptor meus, qui à seculo es. Septua. Nõne vsq; nunc me vocasti & patrem, & ducem virginitatis tuæ. quasi dicat, solebas me ita vocare, sed nõ iam nunc, ex quo ad idola conuersa es. vnde supra. dicentes ligno Deus meus es tu, & lapidi tu me genuisti.

Cap. 2.

Nunquid irasceris in perpetuum, aut perseuerabis in finem. Modus est, & forma deprecandi: quasi dicat, placare Domine, ne in perpetuum irascatis, neq; perseueres iratus vsq; in finem, vel in perpetuum. Qui ita docet orare, placari desiderat. Quæ maior benignitas, & clemẽtia esse potest, quàm vt ipsemet qui iniuria affectus est, & iustè irascitur, formam orandi doceat, qua eum placare possimus? Quantò autem ille clementior, qui post fornicationem salutis ostẽdit viam, tantò impudentior meretrix, quæ non vult post vulnera recipere sanitatem, ait D. Hiero. Septuag. Nunquid permanebit in seculum, aut custodietur in victoriam? De Ierusalem intelligit, quasi dicat, permanebit ne peccatum tuum semper? perseuerabis semper in peccato, vt superior, & victrix euadas? In Heb. Nũquid obseruabit, vel reseruabit in seculum? sub. iram: num seruabit in æternam? sub. scelera: Idem est sensus. Chald. Paraph. Num fieri potest, vt reseruentur tibi peccata in æternum, aut roborabitur super te plaga in finem.

Ecce loquuta es, & fecisti mala, & potuisti. Pro verbis pœnitentiæ, verba superbiæ blasphemasti, quasi dicat. Nõ ita orasti, sed superbè admodùm locuta es, vt supra. Desperaui, nequaquam faciam, vel iactasti te patraturam scelera: vel cogitasti, & decreuisti facere mala, &

opere

opere perfecisti. Loqui pro cogitare, & apud se statue re. Illud autem, & potuisti, tacitam habet reprehēsionem, quasi dicat. Egregiam sanè laudem, quòd potue ris aduersùm me peccare. patientiam etiam Dei ostē dit, qui vires tribuit, quibus in illum peccamus. Sic in Psal. Quid gloriaris in malitia, qui potens es in iniquitate? Et in Isaia. Vę qui potentes estis ad bibēdum vinum, & viri fortes ad miscendam ebritatem. Hæc potentia imbecillitas est: posse enim peccare, est posse deficere. Pro potuisti, Chald. Paraph. habet multiplicasti. Eodem sensu potest litera nostra interpretari: vt dicamus, & potens fuisti, ad multiplicanda nempe peccata.

Psal. 59. *Isa. 5. c.*

Et dixit Dominus ad me in diebus Iosiæ Regis, Nunquid vidisti quæ fecerit auersatrix Israël; Ostēdit obstinationē, & impudētiā duarum tribuū, quę cùm vidissent decem tribus in captiuitatem adductas ob idololatriam, nequaquam illarum pœna meliores factæ sunt, neq; ab idololatria abstinuere. Vid. 4. Reg. 18. Per Israëlem, decē tribus intelligit: per Iuda, duas tribus, Iuda scilicet, & Beniamin. vocantur sorores, quia de vna stirpe generatæ, Abraham, Isaac, & Iacob. In Israël prophetarunt Amos, & Oseas, & conati sunt populū ab idololatria auertere, sed nihil profecerunt. *Auersatrix Israël.* D. Hieronymus ita ait vocari decem tribus, quòd Deum penitus auersatæ sint adoratis statim vitulis aureis in Dan, & Bethel: Sed Iuda præuaricatrix vocatur, apud quam erat templum, et veri Dei religio, quia imitatione sororis suæ paulatim recessit à Domino. Septuaginta habent, habitatio Israel. Chald. Paraph. domus Israel, quæ induratur, vt conuer-

tatur ad cultum meum. Alij rebellis, vel refractaria vertunt. Libellum repudij dare, vocat eiecisse à se decem tribus: quod factum est, quando captiuæ ductæ sunt ab Assyrijs. *facilitate fornicationis suæ.* Quasi nihil esset, aut leue aliquid, relicto Deo, idola colere. Qui bibit quasi aquam iniquitatem, ait Iob. Septuag. & facta est in nihilum fornicatio eius. hoc est, nihil facere se putabat. Chald. Paraph. Leuia videbantur in oculis eius idola eius. Deploranda res est, quàm facilè Deum offendamus, cùm nihil sit grauius, nulla iactura maior. Porrò hoc ipsum, quod ait hìc Ieremias, fusiùs describitur ab Ezechiele Cap. 23. sub parabola duarum sororum Oolla & Ooliba.

Iob. 15.

Et in omnibus ijs non est reuersa ad me præuaricatrix soror eius Iuda in toto corde suo, sed in mendacio, dicit Dominus. Externis signis simulabat aliquando conuersionem, sed interiùs aliud agebat. Et dilexerunt eum in ore suo, & lingua sunt mentiti ei. Sed frustra nitimur eum fallere, qui renes scrutatur & corda. Nolite errare, ait Apost. Deus non irridetur.

Psal. 77. *Psal. 7.* *Galat. 6.*

Et dixit Dominus ad me. Iustificauit animam suam auersatrix Israël, cõparatione præuaricatricis Iudæ. Grauius fuisse peccatum duarum tribuum, quàm decem, ostendit. Iustificauit animam suam, hoc est, se. quasi dicat. Iusta videri potest, si cum Iuda conferatur. Adeò graue fuit peccatum Iuda, vt præ illo quasi nullum sit peccatũ Israël. Creuit supra modum idololatria in Iuda, ita vt in templo Dei posita sit statua Baal. Vid. 4. Reg. 21. & Ezech. 8. Tum etiam, vidisse punitionẽ decẽ Tribuũ, & fuisse templum in Iuda, grauius illius peccatum fecit. Quò plura accepimus beneficia, quò diutus nos

Deus

Deus ad pœnitentiam expectat, eò grauiùs delinquimus, dū Dei beneficia, & diuitias bonitatis, & longanimitatis eius cōtemnimus. Terra sæpe venientē super se bibens imbrem, & generans herbam opportunam illis à quibus colitur, accipit benedictionē à Deo, proferens autē spinas ac tribulos, reproba est, & maledicto proxima, cuius cōsummatio in combustionem. *Heb.6.b*

Vade, & clama sermones istos cōtra Aquilonem, & dices. Reuertere auersatrix Israël, ait Dominus. Videtur hic prædicere reditum decē tribuū, quo significatur illarum conuersio ad fidem Christi, quę facta est prędicato Euangelio. Vnde D. Iacobus ad duodecim tribus, quæ erāt dispersæ, scribit. & D. Petrus primam Epistolā scribit ad eos, qui dispersi erāt per Pōtum, Galatiā, Cappadociā, Asiā, & Bithyniā. Vel hac forma loquēdi significare voluit Dn̄s id, quod antea dixerat, grauius nempe fuisse peccatū Iuda, quàm Israël: quasi dicat. Non est cur diutiùs in captiuitate permaneat, cùm nullū ferè sit eius peccatū, si cū peccato Iudę conferatur. Vel vt trahat Iudā ad se, inuitat Israëlē ad pœnitētiā, vt vel saltē æmulatione Israëlis Iuda conuertatur. *Vade.* Nō est intelligendum Prophetam in aliquem locū abijsse, sed sermonem suū iubetur ad Aquilonē versùs dirigere, nēpe versus Medos, apud quos Israël captiuus tenebatur. *Nō auertā faciem meā à vobis.* Hoc est, Nō negabo vobis misericordiam meā, propitio vultu respiciam vos, propitius vobis ero. Sic Ostēde nobis faciē tuā. hoc est, ostende te nobis propitium. Auertimus faciem ab illis, quibus irascimur, quos detestamur. At cōtrà respicere peccata, est punire. Vnde orat propheta. Auerte faciem tuā à peccatis meis. Et ne proijcias *Psal. 79.* *Psal. 50.*

me à facie tua. Chald. Para. non immittã furorẽ meũ in vos. Septuag. Non firmabo faciẽ meã super vos. In Heb. nõ faciã cadere faciẽ meam in vos. hoc est, iram meã. i. non irascar vobis. *Quia sanctus ego sum.* bonus ac clemẽs, quasi dicat, propriũ mihi est, & ex meo habeo diligere, misereri, propitiari, benefacere: peccata verò sunt, quæ me veluti cogunt irasci, & punire. Hoc signum est sanctitatis, & verę iustitiæ, facilè relinquere iram, placari, condonare. Vnde Christus. Estote misericordes, sicut & pater vester cęlestis misericors est. Septua. quia misericors ego sum. Para. Chal. Quia ego multa cõfero beneficia. Verbũ Heb. חסיד chasid, misericordẽ, piũ, beneficũ, probum, clementẽ, & sanctum significat. *Verũ tamen scito iniquitatem tuã.* Non aliter ignoscit Deus, nisi tu agnoscas, & detesteris, & doleas. Sed & dimissa iniquitate, nõ excidat à mẽte tua, vt humilieris, nec vllis fauoribus extollaris, vt cautior in posterum sis. Sic Apostolus raptus vsq; ad tertium cœlũ, & vsq; ad paradisum, recordatur se persequutũ fuisse Ecclesiam Dei: vnde humiliat se dicẽs. Ego sum minimus Apostolorum, qui non sum dignus vocari Apostolus. Spinis euulsis, solemus illis agrũ sepire, vt ferę arceãtur. Sic pręteritorũ peccatorũ memoria arcet feras, superbiã & elationẽ animi, vanã cõfidentiã: humilẽq; & modestũ, ac de cætero cautũ hominem reddit. *Dispersisti vias tuas alienis.* Dijs nempe, vel populis externis. Hoc est, exposuisti te alienorũ libidini, coluisti alienos Deos. Vias, pro pedibus, quibus via cõficitur, posuit. vt idem sit, dispersisti vias tuas, quod in Ezech. 16. diuisisti pedes tuos omni trãseunti. Perstat semper in metaphora mulieris meretricis. Septuage.

Luc. 6.

1. Cor. 15.

Effudisti

Effudisti vias tuas in alienos. hoc est, alienis adhęsisti relicto Domino. Chald. Paraph. Corrupisti viam tuã, adiunxisti te populis colentibus idola. *Et vocem meam non audisti.* Qua scilicet, per Prophetas meos conabar te ab idololatria reuocare, & vt ad me reuertereris, hortabar. Malũ est in Deũ præuaricari. Peius est vocã tis vocem, vt resipiscamus, non audire, Vocaui, & renuistis, ait Dominus. Extendi manum meam, & non fuit qui aspiceret. &c. *Et tamen reuertere, ait, & non auertã faciem meam à te.* Miserator & misericors Dñs. Longanimis & multùm misericors. *Conuertimini filij reuertentes, dicit Dominus: quia ego vir vester: & assumam vos vnum de ciuitate, & duos de cognatione. & introducam vos in Sion.* Conuersionem ad Christum prædicit, & paucos eos futuros significat, qui Christi fidem essent recepturi. Sic etiam Rab. Salo. filij reuertentes, siue vagi & recedentes. Septuag. Apostatæ, Chald, Paraph. filij qui vos obfirmatis, ne conuertamini. Vox Heb. à radice שוב. sub, quod reuerti, redire, conuerti, auerti significat, & etiam rebellare. Possumus ergo ita interpretari, Conuertimini filij reuertẽtes ad patrem vestrum, de quo suprà. Voca me Pater meus. Vide inexplicabilẽ Dei benignitatem: adhuc post tot scelera, post tot rebelliones, vocat filios. *Quia ego vir vester.* Despõdi vos vni viro virginem castã exhibere Christo, ait Apostolus. Et in Euãgelio. Qui habet spõsam, spõsus est. Chal. Paraph. Quia ego elegi vos. Septuag. quia ego dominabor vobis. Alij, quia ego patronus fui vobis. vel cõnubium vobiscum conciliabo, vel futurus sum sponsus vester. Verbum Heb. à radice. בעל bachal, quod dominari, possidere vt dominum, maritum esse significat.

Pro. 1. c.

Psal. 102

2. Cor. 11.

Ioan. 3.

 Est au

Est autem dictio in præterito, sed per futurum interpretari potest, quemadmodum frequens est in Prophetis præterita pro futuris poni. Despondit quidem Dominus sibi synagogã, sed multò arctiori vinculo Ecclesiam sanctam homo iam factus, & nostræ naturæ particeps, cui nunquam libellum repudij daturus sit. *Vnum de ciuitate.* Hoc est, ex tota vna ciuitate vnũ assumã: & ex tota vna cognatione duos, hoc est, paucos. Ostendit paucos fidẽ Christi suscepturos. Chald. Paraph. Applicabo vos, ac si relicti sitis vnum de ciuitate, duo de cognatione. Alij in hunc sensum interpretantur. Et si solus vnus fuerit in tota ciuitate, aut duo in tota cognatione vel tribu, qui ad me conuerti voluerint, nõ respuam eos. Sic ex tam magna multitudine eorum, qui ex Ægypto liberati sunt, duo tantùm terram promissionis sunt ingressi. Per Sion, Ecclesiam intelligit. Vnde D. Paulus. Accessistis ad Sion montem Sanctum. In Sion congregati erant Apostoli, quando missus est super eos Spiritus Sanctus: & ibi prædicatio Euangelij initium habuit. Sion speculam significat. Et Apost. Nos autem gloriam Domini speculantes, in eandem imaginem transformamur. Quidam hoc de fine temporum intelligunt, quando subintrante plenitudine gẽtium, omnis Israel saluus fiet, vt ait Apost. ad Rom. 11.

Heb. 12.

2. Cor. 3.

Et dabo vobis pastores iuxta cor meum, & pascent vos sciẽtia, & doctrina. Apostolos nempe. Vnde ad D. Pet. Apostolorum principẽ, pasce oues meas. Ipse dedit quosdam Apostolos, quosdam Prophetas, alios verò Euãgelistas, alios autem pastores & Doctores, ait Apost. de Christo loquens. *Iuxta cor meum.* Hoc est, quales

Ioã. 21. c.

Ephe. 4.

ego eos esse volo. Sic de Dauid. Quæsiuit Dominus sibi virũ iuxta cor suũ. Qui ergo nõ est iuxta cor Dei, nõ exhibet se verũ Ecclesię pastorē: disce autem cor Dei ex verbis Dei. Bonus pastor animã suam dat pro ouibus suis. Et proprias oues vocat nominatim, & educit eas, Et cùm proprias oues emiserit, ante eas vadit, & oues illum sequuntur, quia sciunt vocem eius. Et qui intrat per ostium, pastor est ouium. P*ascent vos scientia et doctrina*. Hoc est, docebunt vos veram, & syncerram doctrinam: nõ vt illi, de quibus Apostolus, prurientes auribus. Non intelligentes neq; quæ loquuntur, neq; de quibus affirmant: vel scientia, ad fidem rectã refertur, doctrina ad mores, vt sciamus, quid credere, & quid facere debeamus. Prędicate Euangeliũ, ait Christus, baptizantes in nomine patris, & filij, & Spiritus Sancti, docẽtes eos seruare, quęcũq; mãdaui vobis. Chald. Par. Cõstituã vobis gubernatores faciẽtes voluntatem meam, & gubernabunt vos in scientia, & in sapientia. Septuag. cum scientia, tantùm habent.

1. Reg. 13

Ioan. 10.

2. Tim. 4

1. Tim. 1.

Mat. 28.

Cumq; multiplicati fueritis, & creueritis in terra in diebus illis, ait Dominus: non dicent vltra arca testamenti Domini: neq; ascendet super cor, neq; recordabuntur illius, nec visitabitur, nec fiet vltra. Legalia omnia cessatura docet. Translato sacerdotio, necesse est, ait Aposto. vt legis translatio fiat. Loquitur autem de multiplicatione fidelium ad Ecclesiam ex vtroq; populo venientium, Iudaico, scilicet, & gentili. de qua multiplicatione Isaias loquitur in multis locis, maximè Cap. 49. 54. & 60. vnde *in terra*, ait, hoc est, non in hac, vel illa. In omnem terram exiuit sonus illorum, quibus Christus dixit.

Heb. 7.

Psal. 18. Euntes in mundum vniuersum prædicate Euangelium omni creaturæ. Per arcam testamenti, reliqua omnia legalia intelligit. Nihil magis diuinum apud Iudæos; & vbi arca erat, offerebantur sacrificia.
Mar 16.

Non dicent vltrà arca testamenti. Hoc est, nulla illius ratio habebitur, non vltrà in ea gloriabuntur, neq; eam honoris causa nominabunt. Ascendere in cor, & recordari, idem est. *Nec fiet vltrà.* Nẽpe alia arca. Vel nõ fiet vltra quid simile, sicut fieri solebat, vt arca Domini feratur in bellum, pro victoria adipiscenda. Chald. Paraph. Nec commouebuntur, nec in ea ampliùs inibũt prælium: hoc est, non recedent ab vno loco in alium. Vel fieri, ponitur pro offerri. quasi dicat, nõ ampliùs offerent sacrificia ante arcam. Nam & verbum. עשה. asah, quod hìc habetur in Heb. facere, præparare, & sacrificare, & offerre significat. vt Exod. 10. vbi nos habemus, holocausta dabis nobis quę offeramus Domino, in Heb. est idem verbum, quod hìc ponitur. & similiter Leuit. 16. vbi nos legimus, Cuius exierit sors, Domino offeret illũ. &c. Sic Leuit. 15. vbi nostra litera habet, faciet vnũ pro peccato, eadẽ est vox in Heb. quæ offerre, significat: sic Num. 6. & 8. De trãslatione porrò Sacerdotij, & sacrificiorum, & illorũ cessatione, vid. D. Paulum ad Heb. 9.

In tempore illo vocabitur Ierusalem solium Domini: *& cõgregabũtur ad eam omnes gentes in nomine Domini in Ierusalem, & non ambulabunt post prauitatem cordis sui pessimi.* Per Ierusalẽ Ecclesiã intelligit. vnde D. Pau. Accessistis ad ciuitatem Dei viuentis Ierusalem. Et in Apocalyp. Vidi ciuitatem sanctam Ierusalem descendẽtem de cælo. Hęc est soliũ Domini: sic enim ipse dixit. Ego ero
Heb. 11. *b*
Apoc. 21.

vobis

vobiſcum vſq; ad conſummationē ſeculi: quaſi dicat, *Matt.28.* Non ſedebit vltra Dominus ſuper Cherubin, neq; erit illius ſolium, propitiatorium, neq; templum, ſed ipſamet Ieruſalem erit ſoliū eius. Super ſoliū Dauid, & *Iſa.9.* ſuper regnum eius ſedebit, ait Iſayas. Et Angelus ad *Luc.1.* Mariā. Dabit illi Dominus Deus ſedem Dauid patris eius. *Et congregabūtur ad eam omnes gentes.* Hoc eſt, nomē Domini inuocantes, ipſum ſolum colentes. vel in virtute Domini, qui eos ad fidem vocabit, & adducet. *Non ambulabunt poſt prauitatem cordis ſui peſsimi.* hoc eſt, Nō ſequētur praua ſua deſideria, prauos errores. Qui vult venire poſt me, ait Chriſt[9], abneget ſemetipſum. *Luc.9.* Et Apoſt. Qui Chriſti ſunt, carnem ſuam crucifixe- *Gal.5.* runt cum vitijs & concupiſcentijs. Et idem paulò inferiùs. Spiritu ambulate, & deſideria carnis non perficietis. Poſt cogitationes cordis ſui mali, habent Sept. & Chald. Paraph. Alij obſtinationem, vel duritiam vertunt.

In diebus illis ibit domus Iuda ad domū Iſraël, et veniēt ſimul de terra Aquilonis, ad terram quam dedi patribus veſtris. De conuerſione ad fidem manifeſtè loquitur. Per terrā datam patribus, Eccleſiā intelligit, quę per illam pręfigurata eſt: ſicut enim illa non irrigabatur aqua Nili, vt terra Ægypti, ſed de cœlo expectabat pluuias: ſic Eccleſia non innititur argumentis ex humana Philoſophia petitis, ſed de cœlo Spiritum Sāctum accepit, cuius ſapientia & donis irrigatur. Per terram Aquilonis, infidelitatem intelligit, vel mundum, vbi diabolo, & cōcupiſcentijs, & peccato ſeruimus, ſicut Iſraëlitę in captiuitatem adducti ſeruiebant gentibus. Porrò quod ait, *Ibit domus Iuda ad domū Iſraël,* hūc habet ſenſum con-

ſum. Cõiugetur domus Iuda, cum domo Iſraël. Sic Chald Paraph. Sed & de Ieruſalem, quæ ad Iudã ſpectabat, profecti ſunt prædicatores Euangelij, vt ex omnibus partibus vocarent ad fidem, Vnde Iſa. 3. De Sion exibit lex, & verbum Domini de Ieruſalem. Qui audit, dicat veni, dicitur in Apocalypſi. Qui charitate Dei feruet, ſitit aliorum ſalutem, neq; ſatis eſt illi ad Deum veniſſe, ſed vt alios etiam adducat, omni ſtudio curat.

Apoc. 22

Ego autem dixi. Quomodo ponam te in filios, & tribuam tibi terram deſiderabilem, hæreditatem præclaram exercituum gentium? Et dixi. Patrem vocabis me, & poſt me ingredi non ceſſabis. Illis, quos ad fidem vocaturus eſt, promittit etiam daturum ſe cæleſtem patriam, terrã viuentium. *Dixi.* Cogitaui, qua ratione inter filios meos te annumerẽ. & hæreditatem cęleſtis patriæ tibi conferam. Alij dialogum quendam dicunt eſſe, quo interrogat, quomodo quis poſſit fieri filius Dei: & reſpondet, id fieri poſſe per fidem in Deum, & charitatem, & bona opera, quæ à charitate emanãt. Vel quomodo ponam. hoc eſt, profectò ponam. Vel quaſi complacẽs ſibi de eo, quod facturus erat: Quomodo, inquit, ponã. &c. Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri: his qui credũt in nomine eius, ait D. Ioannes. Et idem alibi. Videte, qualẽ charitatẽ dedit nobis pater, vt filij Dei nominemur, & ſimus Et D. Pau. Si filij, ergo hęredes. Vocatur autẽ cæleſtis patria, hæreditas pręclara exercituũ, vel multitudinis gentium: iuxta illud quod legimus in Apoc. Vidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat ex omnibus gentibus, & populis, & linguis. &c. Alij ponere in filios, exponunt, dare innumerabilem proge-

Ioan. 1
1. Ioan. 3
Rom. 8.
Apoc. 7

progeniẽ; quod Ecclesiæ sanctæ cõcessum est. Chald. Paraph. Quomodo prosperabo te in filios. Septuag. habent, Et ego dixi: fiat Domine, quia ordinabo te in filios. Sunt autẽ, vt interpretatur Thedor. verba illa, fiat Dñe, ipsius Prophetę, qui lętus đ promissionibus ait, fiat Dñe vt promittis. Amẽ. Deinde diuinam promissionem concludit; ordinabo te. &c. *Et dixi patrẽ vocabis me.* Me solum coles, me solum patrem, & Dominum vocabis, non iam lignum, vel lapidem, mihi inseruire studebis. Vel hæc ad promissionem adhuc spectant, iuxta illud D. Pau. Non accepimus spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepimus spiritum filiorum Dei, in quo clamamus, Abba pater. Iuxta alios, hic respõdet, qua ratione possit aliquis filius Dei fieri, & hæreditatem filiorum adipisci: si rectam scilicet fidem teneamus, & Deo adhæserimus per charitatem, & illius voluntatem facere studuerimus. Frustra Deum patrem vocat, qui post illum non ingreditur voluntatem ipsius perficiendo. Vos ex patre diabolo estis, & desideria patris vr̃i vultis perficere, dicebat Christus. *Non cessabis.* Cõstantia opus est, & perseuerãtia vsq; in finẽ. Non enim coronabitur, nisi qui legitimè certauerit. Sic etiã qui cęlestem hæreditatẽ consequuntur, patrẽ Deũ vocant, cuius præclaræ hęreditatis participes facti sunt: & incessanter illi adhærent, à cuius voluntatę nunquam vel latum vnguẽ recedunt. Chald. Paraph. Dominum meũ inuocabis corã me, & à cultu meo non reuerteris. Septuag. Et si patrem inuocatis me, & à me non auertemini, perseuerabitis in meo cultu, si me vt patrem ac Dominũ agnoscitis. *Sed quomodo si contẽnat mulier amatorẽ suum, sic contempsisti*

Rom. 8. c

Ioã. 8. f.

me domus Israel, dicit Dominus. Hoc de Iudęis incredulis Christi tempore intelligi potest, qui oblatam salutem cōtēpserunt: vel de illis, ad quos Ieremias sermonē habebat, quasi dicat. Frustra ego tot ac tanta promitto eximio cū amore, nā ecce cōtēnor. Amatori se cōparat Deus, qui mulierē aliquā deperit, à qua tamē cōtēnitur. Vbi & immēsam Dei bonitatē, & summā hominis ingratitudinem cōtēplari licet. Dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. Et dilexit me, & tradidit seipsum pro me. In hoc est charitas Dei, ait D. Ioan. nō quasi nos dilexerimus Deum, sed quoniam ipse prior dilexit nos. Et misit filium suum propitiationem pro peccatis nostris. Et cùm inimici essemus, Christus pro nobis mortuus est. Et tamē ad tam immēsum Dei amorem frigemus. Magnes amoris amor. Si amare pigebat, redamare non pigeat. Sed heu piget redamare, imo & amatorem nobilissimū, pulcherrimum, ditissimum contemnimus nos vilissimi vermes. *Contempsit* (ait) *me domus Israel.* Filios enutriui, & exaltaui: ipsi verò spreuerunt me. Quòd chananæus contemnat, quòd Scytha, quòd Arabs, nihil mirum: nō enim cognoscunt me. Sed Israël, vbi magnū est nomen meum, quem ego coęquaui primogenito meo, obstupescite cæli super hoc. Quòd si Israëlem Deum contemnere immanissimum scelus est, quid erit Christianum Deum contemnere? Post sanguinis effusionem, post flagella, post crucem, post acerbissimam mortem, hìc mens deficit, obstupescit animus, lingua palato adhæret. Chald. Paraph. Sicut præuaricatur mulier in maritum suum, sic præuaricata est in verbum meum domus Israël. Quidam legunt. Quemadmo-

Apo.1.b. *Gala.2.d* *1.Ioan.4* *Rom.5.* *Isa.1.* *Psal.75.* *Eccle.36.*

madmodum fidem frangit fœmina amatori suo, sic fidem fregisti mihi. Verbum quod in Hebr. habetur est à radice בגד bagad, quod præuaricari, fidem frangere, & contemnere significat.

Vox in vijs audita est, ploratus & vlulatus filiorum Israel: quoniam iniquam fecerũt viam suam, obliti sunt Domini Dei sui. D. Hiero. & Theodor. ita intelligunt hunc locum, vt sit vox, & ploratus pœnitẽtiũ, & plorãtiũ propter peccata sua. In Heb. Vox super loca edita audita est, fletus deprecationum filiorum Israel. Lyra intelligit voces esse, & vlulatus populi, eorũ nempe, qui vastata Ierusalẽ captiui ducebantur: contemptum enim sequuta est pœna, quam hic prophetat.

Conuertimini filij reuertẽtes, & sanabo auersiones vestras. Occurrit Dominus pœnitentibus, & deflentibus peccata sua. vel viam ostendit, qua possint Deum placare, & pœnã effugere, nẽpe si ex corde cõuertantur. Non satìs est plorare, nisi conuertaris, & vitã in meliùs mutes: vtrunq; necessariũ est ad verã pœnitẽtiã. *Filij reuertentes.* vide supra. *Sanabo auersiones.* Hoc est, rebelliones, peccata, & iniquitates vr̃as condonabo. Sũt ergo peccata ęgritudines, & vulnera animę: quę sanãtur, quando condonãtur. Quoniã putruerũt, & corruptæ sunt cicatrices meę à facie insipientiæ meæ. Dum vulnera negligis, dum medicinam non quæris quasi insipiens ac demens, putrescunt vulnera, cicatrices corrumpũtur. Sapiens ille, qui omni studio vulnera declinat: quòd si vulnerari contingat (Militia est enim vita nostra. & varius est euentus belli) dolens ac flens ad eum properat, qui ait, Sanabo auersiones vestras.

Psal. 38.

Iob. 7. a.

Ecce nos venimus ad te, tu enim Dominus Deus noster. Loqui

tur

tur in ꝑsona eorũ,q recipiẽtes admonitionẽ factã, ad Deũ ex corde reuertũtur. Agnouim⁹, aiũt, peccata & vulnera nostra, venimus ad te tanquam ad medicum, vt sanes. Nemo potest venire ad me, ait Christus, nisi pater meus traxerit eum. Priùs vocauit, conuertimini ad me, quã dicerent, Ecce nos venimus ad te. Neq; solùm vocauit, sed traxit. Vox Domini in virtute, vox Domini in magnificentia, vox Domini confringentis cedros. Fac me audire vocẽ tuam, orabat sponsa. Voca, & fac vt audiam, da voci tuæ vocẽ virtutis. *Tu enim es Dominus Deus noster.* Fugitiuos se seruos fatẽtur, qui à Domino suo recesserant. Reuertimur fugitiui serui ad te, qui es Dominus noster, sine quo non potest nobis bene esse.

Ioan. 6. e.
Psal. 26.
Can. 8. d.

Verè mendaces erant colles, & multitudo montium: verè in Domino Deo nostro salus Israël. Fefellerunt nós, aiunt, falsi Dij, quos colimus, & in quibus spem nostrã collocauimus, à te solo salus nostra depẽdet, tu solus salus nostra es. Per colles, & montium multitudinem, idóla intelligit, quæ in collibus, & in mõtibus colebãt. Magno numero, quasi dicat, quantumuis multi essent, nihil nobis profuerũt. Noli in collibus, noli in mõtibus spem tuam collocare, neq; illorum celsitudine decipiaris: mendaces enim sunt, & omnis collis & mõs humiliabitur. Et perdet Dominus sapientiam sapientũ, & dissipabit consilia principum. D. Hiero. Dicat hoc pœnitens, & omnem superbiam derelinquẽs, & multitudinem montium, & collium, per quam superbiebat contra Deum: & humilitate prostratus loquatur, verè in Domino Deo nostro salus Israël. Septuag. Verè in mendacium erãt colles & fortitudo montium.

Luc. 3. b.
1. Cor. 1

Chald.

Chald. Paraph. Vtiq; in vanũ coluimus super colles, & in nullum vsum congregati sumus super mõtes. In Heb. ad literam habetur. Verè in vanũ à collibus, turba, mõtibus (sub.) expectauimus salutem. Sentẽtiam explicauit optimè noster interpres. Turba enim vel multitudo (in montibus) multitudo est mõtium, hoc est, idolorum mõtium. Alij, frustra multitudo nostra collecta fuit in montibus, vt ab idolis, quæ ibi coleba mus, opem peteremus. In eandem sententiam potest litera nostra interpretari: vt per multitudinem montium, multitudinem collectam in montibus intelliga mus. *Verè in Domino Deo nostro salus Israël.* Neq; enim aliud nomen est sub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri. Et vocabis nomen eius Iesus: ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorũ. Salutare tuũ expectabo Dñe, dicebat Iacob morti propinquus. Et viderũt oculi mei salutare tuũ, dixit Simeon. Hic verus Deus est: neq; enim saluare posset, nisi esset Deus, quoniã in Dño Deo nostro salus Israël. Ecce Deus noster veniet, & saluabit nos, clamat Isaias. Et saluabo eos in Domino Deo suo, non saluabo eos in arcu, & gladio & bello, & in equis, & in equitibus, ait Oseas Propheta.

Act. 4. b. *Matt. 1. d* *Ge. 49. c.* *Isay 35.* *Ose. 1.*

Confusio comedit laborem patrum nostrorum ab adolescẽtia nostra, greges eorum, & armenta eorum, filios eorum, & filias eorum. Per confusionem, idololatriam intelligit: quę & mendacium, & confusio vocatur, quòd fallat, & confusos reddat eos, qui spem collocant in falsis dijs, iuxta illud. Confundantur omnes qui adorant sculptilia, & qui gloriantur in simulachris suis. Per laborem; opes labore partas intelligit. Idololatriam ergo, aiunt, perdi-

Psal. 96.

perditionis & vastationis sibi causam fuisse ab adolescentia sua. Ex quo populus ex Ægypto eductus vitulum adorauit, multis cladibus est affectus, donec tandem in captiuitatem adductus est. Vid. lib. Iudicum, & Regum. Comedere, pro consumere, & vastare. Theodo. interpretatur eo sensu, quòd idólis greges, & armenta, & filios & filias offerebant: ideoq; idololatria consumpsit greges, & filios. Ex quo nihil vtilitatis habuerunt, sed vltra animarum interitum, pudorem, & confusionem sibi acquisierunt. Chald. Parap. Confusio autem peccatorum cõsumpsit laborem patrum nostrorum. &c. Hoc est, pœna cõfusionem adducens peccatis nostris debita. quo etiam sensu possumus literam nostram interpretari.

Dormiemus in confusione nostra, & operiet nos ignominia nostra: quoniam Deo nostro peccauimus nos, & patres nostri ab adolescentia nostra, vsq; ad diem hanc: & non audiuimus vocẽ Domini Dei nostri. Hoc est, manebimus captiui multo tempore confusione pleni, ignominia quasi stragula cooperti. Per dormitionẽ, diuturnã captiuitatem significauit. Sic in Ezech. per dormitionem Prophetæ, diuturnitas captiuitatis designatur. Sic in Isaia, In doloribus dormietis. Sic D. Paulus fructum peccati pudorẽ esse dixit. Quem fructum habuistis in ijs, in quibus nunc erubescitis? Sic impij omnes, qui à Deo recedunt, neq; volunt Deum audire, vt ad illum reuertantur, & pœnitẽtiam agant, dormient in cõfusione sua, operti perpetua ignominia.

Ezech. 4. *Isai. 50. d* *Rom. 6. d*

ARGVMENTVM.

Ad verã cõuersionẽ populũ hortatꝰ. Iudęę vastatiõ prędicitꝰ propter cordis malitiã: Cõpatitꝰ Propheta.

CAP. IIII.

¶ CAP. IIII.

SI reuerteris Israël, ait Dominus, ad me conuertere: si abstuleris offendicula tua à facie mea, non commoueberis. 2. Et iurabis, Viuit Dominus, in veritate, & in iudicio, & in iustitia: & benedicent eum gentes, ipsumq; laudabunt. 3. Hæc enim dicit Dominus viro Iuda, * et Ierusalem, Nouate vobis nouale, & nolite serere super spinas. 4. Circuncidimini Domino, & auferte præputia cordium vestrorum viri Iuda, & habitatores Ierusalem: ne forte egrediatur vt ignis indignatio mea, & succendatur, et non sit qui extinguat, propter malitiam cogitationum vestrarum. 5. Annuntiate in Iuda, et in Ierusalem auditum facite: loquimini, et canite tuba in terra: clamate fortiter, et dicite, Congregamini, et ingrediamur ciuitates munitas, leuate signum in Sion. 6. Confortamini. nolite stare, quia malum ego adduco ab Aquilone, & contritionem magnam. 7. Ascendit leo de cubili suo, et prædo Gentium se leuauit: egressus est de loco suo, vt ponat terram tuam in solitudinem: ciuitates tuæ vastabuntur, remanentes absq; habitatore. 8. Super hoc accingite vos cilicijs, plangite et vlulate: quia non est auersa ira furoris Domini à † vobis. 9. Et erit in die illa, dicit Dominus, Peribit cor regis, et cor principum: et obstupescent sacerdotes, et prophetæ consternabuntur. 10. Et dixi, Heu, heu, heu Domine Deus, ergóne decepisti populum istum et Ierusalem, dicens, Pax erit vobis: et ecce peruenit gladius vsque ad animam? 11. In tempore illo dicetur populo huic et Ierusalem, Ventus vrens in vijs quæ sunt in deserto, viæ filiæ populi mei, non ad ventilandum, et ad purgandum. 12. Spiritus plenus ex his veniet mihi: et nunc ego * loquar iudicia mea cum

Conuerteris. 16. MS. *habitatori MS. G. C. Verum R. Hier. & H. nõ addunt. Oseæ. 10. 12. sup. 1. 14 Inf. 59. 9 † nobis. 7. M. S. Hie. R. H. G. C. Similiter textuilegũt G q. atq; ita trãstulerũt Hier. teste Sep. *Sed MS. Q. n.

Est autem dictio in præterito, sed per futurum interpretari potest, quemadmodum frequens est in Prophetis preterita pro futuris poni. Despondit quidem Dominus sibi synagogã, sed multò arctiori vinculo Ecclesiam sanctam homo iam factus, & nostræ naturæ particeps, cui nunquam libellum repudij daturus sit. *Vnum de ciuitate.* Hoc est, ex tota vna ciuitate vnũ assumã: & ex tota vna cognatione duos, hoc est, paucos. Ostendit paucos fidẽ Christi suscepturos. Chald. Paraph. Applicabo vos, ac si relicti sitis vnum de ciuitate, duo de cognatione. Alij in hunc sensum interpretantur. Et si solus vnus fuerit in tota ciuitate, aut duo in tota cognatione vel tribu, qui ad me conuerti voluerint, nõ respuam eos. Sic ex tam magna multitudine eorum, qui ex Ægypto liberati sunt, duo tantùm terram promissionis sunt ingressi. Per Sion, Ecclesiam intelligit. Vnde D. Paulus. Accessistis ad Sion montem Sanctum. In Sion congregati erant Apostoli, quando missus est super eos Spiritus Sanctus: & ibi prædicatio Euangelij initium habuit. Sion speculam significat. Et Apost. Nos autem gloriam Domini speculantes, in eandem imaginem transformamur. Quidam hoc de fine temporum intelligunt, quando subintrante plenitudine gẽtium, omnis Israël saluus fiet, vt ait Apost. ad Rom. 11.

Heb. 12. *2. Cor. 3.*

Et dabo vobis pastores iuxta cor meum, & pascent vos sciẽtia, & doctrina. Apostolos nempe. Vnde ad D. Pet. Apostolorum principẽ, pasce oues meas. Ipse dedit quosdam Apostolos, quosdam Prophetas, alios verò Euãgelistas, alios autem pastores & Doctores, ait Apost. de Christo loquens. *Iuxta cor meum.* Hoc est, quales

Ioã. 21. c. *Ephe. 4.*

ego

ego eos esse volo. Sic de Dauid. Quæsiuit Dominus sibi virũ iuxta cor suũ. Qui ergo nõ est iuxta cor Dei, nõ exhibet se verũ Ecclesię pastorẽ: disce autem cor Dei ex verbis Dei. Bonus pastor animã suam dat pro ouibus suis. Et proprias oues vocat nominatim, & educit eas, Et cùm proprias oues emiserit, ante eas vadit, & oues illum sequuntur, quia sciunt vocem eius. Et qui intrat per ostium, pastor est ouium. *Pascent vos scientia et doctrina.* Hoc est, docebunt vos veram, & syncerã doctrinam: nõ vt illi, de quibus Apostolus, prurientes auribus. Non intelligentes neq; quæ loquuntur, neq; de quibus affirmant: vel scientia, ad fidem rectã refertur, doctrina ad mores, vt sciamus, quid credere, & quid facere debeamus. Prędicate Euangeliũ, ait Christus, baptizantes in nomine patris, & filij, & Spiritus Sancti, docẽtes eos seruare, quęcũq; mãdaui vobis. Chald. Par. Cõstituã vobis gubernatores faciẽtes voluntatem meam, & gubernabunt vos in scientia, & in sapientia. Septuag. cum scientia, tantùm habent.

1. *Reg.* 13 · *Ioan.* 10. · 2. *Tim.* 4 · 1. *Tim.* 1. · *Mat.* 28.

Cumq; multiplicati fueritis, & creueritis in terra in diebus illis, ait Dominus: non dicent vltra arca testamenti Domini: neq; ascendet super cor, neq; recordabuntur illius, nec visitabitur, nec fiet vltra. Legalia omnia cessatura docet. Translato sacerdotio, necesse est, ait Aposto. vt legis translatio fiat. Loquitur autem de multiplicatione fidelium ad Ecclesiam ex vtroq; populo venientium, Iudaico, scilicet, & gentili. de qua multiplicatione Isaias loquitur in multis locis, maximè Cap. 49. 54. & 60. vnde *in terra,* ait, hoc est, non in hac, vel illa. In omnem terram exiuit sonus illorum, quibus Christus dixit.

Heb. 7.

Psal. 18. Euntes in mundum vniuersum prædicate Euangelium omni creaturæ. Per arcam testamenti, reliqua omnia legalia intelligit. Nihil magis diuinum apud Iudæos; & vbi arca erat, offerebantur sacrificia.

Mar. 16.

Non dicent vltrà arca testamenti. Hoc est, nulla illius ratio habebitur, non vltrà in ea gloriabuntur, neq; eam honoris causa nominabunt. Ascendere in cor, & recordari, idem est. *Nec fiet vltrà.* Nẽpe alia arca. Vel nõ fiet vltra quid simile, sicut fieri solebat, vt arca Domini feratur in bellum, pro victoria adipiscenda. Chald. Paraph. Nec commouebuntur, nec in ea ampliùs inibũt prælium: hoc est, non recedent ab vno loco in alium. Vel fieri, ponitur pro offerri. quasi dicat, nõ ampliùs offerent sacrificia ante arcam. Nam & verbum. עשה. asah, quod hìc habetur in Heb. facere, præparare, & sacrificare, & offerre significat. vt Exod. 10. vbi nos habemus, holocausta dabis nobis quę offeramus Domino, in Heb. est idem verbum, quod hìc ponitur. & similiter Leuit. 16. vbi nos legimus, Cuius exierit sors, Domino offeret illũ. &c. Sic Leuit. 15. vbi nostra litera habet, faciet vnũ pro peccato, eadẽ est vox in Heb. quæ offerre, significat: sic Num. 6. & 8. De trãslatione porrò Sacerdotij, & sacrificiorum, & illorũ cessatione, vid. D. Paulum ad Heb. 9.

In tempore illo vocabitur Ierusalem solium Domini: *& cõgregabũtur ad eam omnes gentes in nomine Domini in Ierusalem, & non ambulabunt post prauitatem cordis sui pessimi.* Per Ierusalẽ Ecclesiã intelligit. vnde D. Pau. Accessistis ad ciuitatem Dei viuentis Ierusalem. Et in Apocalyp. Vidi ciuitatem sanctam Ierusalem descendẽtem de cælo. Hęc est soliũ Domini: sic enim ipse dixit. Ego ero

Heb. 11. *b*
Apoc. 21.

vobis

vobiſcum vſq; ad conſummationē ſeculi: quaſi dicat, *Matt.28.*
Non ſedebit vltra Dominus ſuper Cherubin, neq; erit illius ſolium, propitiatorium, neq; templum, ſed ipſamet Ieruſalem erit ſoliū eius. Super ſoliū Dauid, & *Iſa.9.* ſuper regnum eius ſedebit, ait Iſayas. Et Angelus ad *Luc.1.* Mariā. Dabit illi Dominus Deus ſedem Dauid patris eius. *Et congregabūtur ad eam omnes gentes.* Hoc eſt, nomē Domini inuocantes, ipſum ſolum colentes. vel in virtute Domini, qui eos ad fidem vocabit, & adducet. *Non ambulabunt poſt prauitatem cordis ſui peſsimi.* hoc eſt, Nō ſequētur praua ſua deſideria, prauos errores. Qui vult venire poſt me, ait Chriſt⁹, abneget ſemetipſum. *Luc.9.* Et Apoſt. Qui Chriſti ſunt, carnem ſuam crucifixe- *Gal.5.* runt cum vitijs & concupiſcentijs. Et idem paulò inferiùs. Spiritu ambulate, & deſideria carnis non perficietis. Poſt cogitationes cordis ſui mali, habent Sept. & Chald. Paraph. Alij obſtinationem, vel duritiam vertunt.

In diebus illis ibit domus Iuda ad domū Iſraël, et venièt ſimul de terra Aquilonis, ad terram quam dedi patribus veſtris. De conuerſione ad fidem manifeſtè loquitur. Per terrā datam patribus, Eccleſiā intelligit, quę per illam pręfigurata eſt: ſicut enim illa non irrigabatur aqua Nili, vt terra Ægypti, ſed de cœlo expectabat pluuias: ſic Eccleſia non innititur argumentis ex humana Philoſophia petitis, ſed de cœlo Spiritum Sāctum accepit, cuius ſapientia & donis irrigatur. Per terram Aquilonis, infidelitatem intelligit, vel mundum, vbi diabolo, & cōcupiſcentijs, & peccato ſeruimus, ſicut Iſraëlitę in captiuitatem adducti ſeruiebant gentibus. Porrò quod ait, *Ibit domus Iuda ad domū Iſraël,* hūc habet ſenſum con-

sum. Cõiugetur domus Iuda, cum domo Israël. Sic. Chald Paraph. Sed & de Ierusalem, quæ ad Iudã spectabat, profecti sunt prædicatores Euangelij, vt ex omnibus partibus vocarent ad fidem, Vnde Isa. 3. De Sion exibit lex, & verbum Domini de Ierusalem. Qui audit, dicat veni. dicitur in Apocalypsi. Qui charitate Dei feruet, sitit aliorum salutem, neq; satis est illi ad Deum venisse, sed vt alios etiam adducat, omni studio curat.

Apoc. 22

Ego autem dixi. Quomodo ponam te in filios, & tribuam tibi terram desiderabilem, hæreditatem præclaram exercituum gentium? Et dixi. Patrem vocabis me, & post me ingredi non cessabis. Illis, quos ad fidem vocaturus est, promittit etiam daturum se cælestem patriam, terrã viuentium. *Dixi.* Cogitaui, qua ratione inter filios meos te annumerẽ. & hæreditatem cęlestis patriæ tibi conferam. Alij dialogum quendam dicunt esse, quo interrogat, quomodo quis possit fieri filius Dei: & respondet, id fieri posse per fidem in Deum, & charitatem, & bona opera, quæ à charitate emanãt. Vel quomodo ponam. hoc est, profectò ponam. Vel quasi complacẽs sibi de eo, quod facturus erat: Quomodo, inquit, ponã. &c. Dedit eis potestatem filios Dei fieri: his qui credũt in nomine eius, ait D. Ioannes. Et idem alibi. Videte, qualẽ charitatẽ dedit nobis pater, vt filij Dei nominemur, & simus Et D. Pau. Si filij, ergo hęredes. Vocatur autẽ cælestis patria, hæreditas pręclara exercituũ, vel multitudinis gentium: iuxta illud quod legimus in Apoc. Vidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat ex omnibus gentibus, & populis, & linguis. &c. Alij ponere in filios, exponunt, dare innumerabilem

Ioan. 1
1. Ioan. 3.
Rom. 8.
Apoc. 7

proge-

progeniẽ; quod Ecclesiæ sanctæ cõcessum est. Chald. Paraph. Quomodo prosperabo te in filios. Septuag. habent, Et ego dixi: fiat Domine, quia ordinabo te in filios. Sunt autẽ, vt interpretatur Thedor. verba illa, fiat Dñe, ipsius Prophetę, qui lętus đ promissionibus ait, fiat Dñe vt promittis. Amẽ. Deinde diuinam promissionem concludit, ordinabo te. &c. *Et dixi patrẽ vocabis me.* Me solum coles, me solum patrem, & Dominum vocabis, non iam lignum, vel lapidem, mihi inseruire studebis. Vel hæc ad promissionem adhuc spectant, iuxta illud D. Pau. Non accepimus spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepimus spiritum filiorum Dei, in quo clamamus, Abba pater. Iuxta alios, hìc respõdet, qua ratione possit aliquis filius Dei fieri, & hæreditatem filiorum adipisci: si rectam scilicet fidem teneamus, & Deo adhæserimus per charitatem, & illius voluntatem facere studuerimus. Frustra Deum patrem vocat, qui post illum non ingreditur voluntatem ipsius perficiendo. Vos ex patre diabolo estis, & desideria patris vr̃i vultis perficere, dicebat Christus. *Non cessabis.* Cõstantia opus est, & perseuerãtia vsq; in finẽ. Non enim coronabitur, nisi qui legitimè certauerit. Sic etiã qui cęlestem hæreditatẽ cōsequitur, patrẽ Deũ vocant, cuius præclaræ hęreditatis participes facti sunt: & incessanter illi adhærent, à cuius voluntate nunquam vel latum vnguẽ recedunt. Chald. Paraph. Dominum meũ inuocabis corã me, & à cultu meo non reuerteris. Septuag. Et si patrem inuocatis me, & à me non auertemini, perseuerabitis in meo cultu, si me vt patrem ac Dominũ agnoscitis. *Sed quomodo si contẽnat mulier amatorẽ suum, sic contempsisti*

Rom. 8. c

Ioã. 8. f.

me do

me domus Israel, dicit Dominus. Hoc de Iudęis incredulis Christi tempore intelligi potest, qui oblatam salutem cōtēpserunt: vel de illis, ad quos Ieremias sermonē habebat, quasi dicat. Frustra ego tot ac tanta promitto eximio cū amore, nā ecce cōtēnor. Amatori se cōparat Deus, qui mulierē aliquā deperit, à qua tamē cōtēnitur. Vbi & immēsam Dei bonitatē, & summā hominis ingratitudinem cōtēplari licet. Dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. Et dilexit me, & tradidit seipsum pro me. In hoc est charitas Dei, ait D. Ioan. nō quasi nos dilexerimus Deum, sed quoniam ipse prior dilexit nos. Et misit filium suum propitiationem pro peccatis nostris. Et cùm inimici essemus, Christus pro nobis mortuus est. Et tamē ad tam immēsum Dei amorem frigemus. Magnes amoris amor. Si amare pigebat, redamare non pigeat. Sed heu piget redamare, imo & amatorem nobilissimū, pulcherrimum, ditissimum contemnimus nos vilissimi vermes. *Contempsit* (ait) *me domus Israel.* Filios enutriui, & exaltaui: ipsi verò spreuerunt me. Quòd chananæus contemnat, quòd Scytha, quòd Arabs, nihil mirum: nō enim cognoscunt me. Sed Israël, vbi magnū est nomen meum, quem ego coęquaui primogenito meo, obstupescite cæli super hoc. Quòd si Israëlem Deum contemnere immanissimum scelus est, quid erit Christianum Deum contemnere? Post sanguinis effusionem, post flagella, post crucem, post acerbissimam mortem, hìc mens deficit, obstupescit animus, lingua palato adhæret. Chald. Paraph. Sicut præuaricatur mulier in maritum suum, sic præuaricata est in verbum meum domus Israël. Quidam legunt. Quemadmo-

Apo.1.b. *Gala.2.d* *1.Ioan.4* *Rom.5.* *Isa.1.* *Psal.75.* *Eccle.36.*

madmodum fidem frangit fœmina amatori suo, sic fidem fregisti mihi. Verbum quod in Hebr. habetur est à radice בגד bagad, quod præuaricari, fidem frangere, & contemnere significat.

Vox in vijs audita est, ploratus & vlulatus filiorum Israel: quoniam iniquam fecerũt viam suam, obliti sunt Domini Dei sui. D. Hiero. & Theodor. ita intelligunt hunc locum, vt sit vox, & ploratus pœnitẽtiũ, & plorãtiũ propter peccata sua. In Heb. Vox super loca edita audita est, fletus deprecationum filiorum Israel. Lyra intelligit voces esse, & vlulatus populi, eorũ nempe, qui vastata Ierusalẽ captiui ducebantur: contemptum enim sequuta est pœna, quam hic prophetat.

Conuertimini filij reuertẽtes, & sanabo auersiones vestras. Occurrit Dominus pœnitentibus, & deflentibus peccata sua. vel viam ostendit, qua possint Deum placare, & pœnã effugere, nẽpe si ex corde cõuertantur. Non satìs est plorare, nisi conuertaris, & vitã in meliùs mutes: vtrunq; necessariũ est ad verã pœnitẽtiã. *Filij reuertentes.* vide supra. *Sanabo auersiones.* Hoc est, rebelliones, peccata, & iniquitates vr̃as condonabo. Sũt ergo peccata ęgritudines, & vulnera animę: quę sanãtur, quando condonãtur. Quoniã putruerũt, & corruptæ sunt cicatrices meę à facie insipientiæ meæ. Dum vulnera negligis, dum medicinam non quæris quasi insipiens ac demens, putrescunt vulnera, cicatrices corrumpũtur. Sapiens ille, qui omni studio vulnera declinat: quòd si vulnerari contingat (Militia est enim vita nostra. & varius est euentus belli) dolens ac flens ad eum properat, qui ait, Sanabo auersiones vestras.

Psal. 38.

Iob. 7. a.

Ecce nos venimus ad te, tu enim Dominus Deus noster. Loqui-

tur

tur in pſona eorũ, q recipiẽtes admonitionẽ factã, ad Deũ ex corde reuertũtur. Agnouim⁹, aiũt, peccata & vulnera noſtra, venimus ad te tãquam ad medicum, vt ſanes. Nemo poteſt venire ad me, ait Chriſtus, niſi pater meus traxerit eum. Priùs vocauit, conuertimini ad me, quã dicerent, Ecce nos venimus ad te. Neq; ſolùm vocauit, ſed traxit. Vox Domini in virtute, vox Domini in magnificentia, vox Domini confringentis cedros. Fac me audire vocẽ tuam, orabat ſponſa. Voca, & fac vt audiam, da voci tuæ vocẽ virtutis. *Tu enim es Dominus Deus noſter.* Fugitiuos ſe ſeruos fatẽtur, qui à Domino ſuo receſſerant. Reuertimur fugitiui ſerui ad te, qui es Dominus noſter, ſine quo non poteſt nobis bene eſſe.

Ioan. 6. e. *Pſal. 26.* *Can. 8. d.*

Verè mendaces erant colles, & multitudo montium: verè in Domino Deo noſtro ſalus Iſraël. Fefellerunt nós, aiunt, falſi Dij, quos colimus, & in quibus ſpem noſtrã collocauimus, à te ſolo ſalus noſtra depẽdet, tu ſolus ſalus noſtra es. Per colles, & montium multitudinem, idóla intelligit, quæ in collibus, & in mõtibus colebãt. Magno numero, quaſi dicat, quantumuis multi eſſent, nihil nobis profuerũt. Noli in collibus, noli in mõtibus ſpem tuam collocare, neq; illorum celſitudine decipiaris: mendaces enim ſunt, & omnis collis & mõs humiliabitur. Et perdet Dominus ſapientiam ſapientũ, & diſſipabit conſilia principum. D. Hiero. Dicat hoc pœnitens, & omnem ſuperbiam derelinquẽs, & multitudinem montium, & collium, per quam ſuperbiebat contra Deum: & humilitate proſtratus loquatur, verè in Domino Deo noſtro ſalus Iſraël. Septuag. Verè in mendacium erãt colles & fortitudo montium.

Luc. 3. b. *1. Cor. 1*

Chald.

Chald. Paraph. Vtiq; in vanũ coluimus ſuper colles, & in nullum vſum congregati ſumus ſuper mõtes. In Heb. ad literam habetur. Verè in vanũ à collibus, turba, mõtibus (ſub.) expectauimus ſalutem. Sentẽtiam explicauit optimè noſter interpres. Turba enim vel multitudo (in montibus) multitudo eſt mõtium, hoc eſt, idolorum mõtium. Alij, fruſtra multitudo noſtra collecta fuit in montibus, vt ab idolis, quæ ibi colebamus, opem peteremus. In eandem ſententiam poteſt litera noſtra interpretari: vt per multitudinem montium, multitudinem collectam in montibus intelligamus. *Verè in Domino Deo noſtro ſalus* Iſraël. Neq; enim aliud nomen eſt ſub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos ſaluos fieri. Et vocabis nomen eius Ieſus: ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorũ. Salutare tuũ expectabo Dñe, dicebat Iacob morti propinquus. Et viderũt oculi mei ſalutare tuũ, dixit Simeon. Hic verus Deus eſt: neq; enim ſaluare poſſet, niſi eſſet Deus, quoniã in Dño Deo noſtro ſalus Iſraël. Ecce Deus noſter veniet, & ſaluabit nos, clamat Iſaias. Et ſaluabo eos in Domino Deo ſuo, non ſaluabo eos in arcu, & gladio & bello, & in equis, & in equitibus, ait Oſeas Propheta.

Act.4.b. *Matt.1.d* *Ge.49.c.* *Iſay 35.* *Oſe.1.*

Confuſio comedit laborem patrum noſtrorum ab adoleſcẽtia noſtra, greges eorum, & armenta eorum, filios eorum, & filias eorum. Per confuſionem, idololatriam intelligit: quę & mendacium, & confuſio vocatur, quòd fallat, & confuſos reddat eos, qui ſpem collocant in falſis dijs, iuxta illud. Confundantur omnes qui adorant ſculptilia, & qui gloriantur in ſimulachris ſuis. Per laborem; opes labore partas intelligit. Idololatriam ergo, aiunt,

Pſal.96.

perdi-

¶ CAP. IIII.

SI reuerteris Israël, ait Dominus, ad me conuertere: si abstuleris offendicula tua à facie mea, non commoueberis. 2. Et iurabis, Viuit Dominus, in veritate, & in iudicio, & in iustitia: & benedicent eum gentes, ipsumq; laudabunt. 3. Hæc enim dicit Dominus viro Iuda, * et Ierusalem, Nouate vobis nouale, & nolite serere super spinas. 4. Circuncidimini Domino, & auferte præputia cordium vestrorum viri Iuda, & habitatores Ierusalem: ne fortè egrediatur vt ignis indignatio mea, & succendatur, et non sit qui extinguat, propter malitiam cogitationum vestrarum. 5. Annuntiate in Iuda, et in Ierusalem auditum facite: loquimini, et canite tuba in terra,: clamate fortiter, et dicite, Congregamini, et ingrediamur ciuitates munitas, leuate signum in Sion. 6. Confortamini. nolite stare, quia malum ego adduco ab Aquilone, & contritionem magnam. 7. Ascendit leo de cubili suo, et prædo Gẽtium se leuauit: egressus est de loco suo, vt ponat terram tuam in solitudinẽ: ciuitates tuæ vastabuntur, remanentes absq; habitatore. 8. Super hoc accingite vos cilicijs, plangite et vlulate: quia non est auersa ira furoris Domini à † vobis. 9. Et erit in die illa, dicit Dominus, Peribit cor regis, et cor principum: et obstupescent sacerdotes, et prophetæ consternabuntur. 10. Et dixi, Heu, heu, heu Domine Deus, ergóne decepisti populum istum et Ierusalem, dicens, Pax erit vobis: et ecce peruenit gladius vsque ad animam? 11. In tempore illo dicetur populo huic et Ierusalem, Ventus vrens in vijs quæ sunt in deserto, viæ filiæ populi mei, non ad ventilandum, et ad purgandum. 12. Spiritus plenus ex his veniet mihi: et nunc ego * loquar iudicia mea cum

Conuerteris. 16. MS.
*habitatori MS. G. C.
Verum R. Hier. & H. nõ addunt.
Osæe. 10. 12.
sup. 1. 14
Inf. 59. 9
† nobis. 7. M. S. Hie. R. H. G. C. Similiter textu legũt G q. atq; ita trãstulerũt Hier. teste Sep.
*Sed MS. Q. n.

eis.13 Ecce, quasi nubes ascēdet: et quasi tempestas currus eius: velociores aquilis equi illius: væ nobis quoniam vastati sumus. 14. Laua à malitia cor tuũ Ierusalē, vt salua fias: vsquequo morabuntur in te cogitationes noxiæ. 15. Vox enim annunciantis à Dan, & notum facientis idolum de monte Ephraim. 16. † Concitate Gentes, Ecce, auditum est in Ierusalem custodes venire de terra longinqua, & dare super ciuitates Iuda vocem suam. 17. Quasi custodes agrorum facti sunt super eam in gyro: quia me ad iracundiã prouocauit, dicit Dominus. 18. Viæ tuæ, & cogitationes tuæ fecerunt hæc tibi: ista malitia tua, quia amara, quia tetigit cor tuum. 19. Ventrem meũ, ventrē meum doleo, sensus cordis mei turbati sunt in me: nõ tacebo quoniã vocem buccinæ audiuit anima mea, clamorem prælij. 20. Cõtritio super contritionē vocata est, et vastata est omnis terra: repente vastata sunt tabernacula mea, subitò pelles meæ. 21. Vsquequo videbo fugiētē, audiã vocem buccinæ? 22. Quia stultus populus meus me nõ cognouit: filij insipientes sunt, et vecordes: sapientes sunt, vt faciãt mala, bene autem facere nescierũt. 23. Aspexi terrã et ecce vacua erat, et nihili: et cœlos, et nõ erat lux in eis. 24. Vidi mõtes, et ecce mouebãtur: et omnes colles cõturbati sunt 25. Intuitus sum, et nõ erat homo, et omne volatile cœli recessit. 26. Aspexi, et ecce Charmelus desertus, et omnes urbes eius destructæ sunt à facie Domini, et à facie iræ furoris eius. 27. Hæc enim dicit Domin⁹, Deserta erit omnis terra, sed tamen consummationem nõ faciã. 28. Lugebit terra, et mœrebunt cœli desuper: eo quòd loquutus sum, cogitaui et non pœnituit me, nec auersus sum ab eo. 29. A uoce equitis, et mittentis sagittã fugit omnis ciuitas: ingressi sunt ardua, et ascenderunt rupes: uniuersæ urbes derelictæ sunt, et nõ habitat in eis homo 30. Tu autem uastata quid facies? cùm uestieris te coccino, cũ ornata fueris monili aureo, et pinxeris stibio oculos tuos, frustra cõponeris, contēpserũt te amatores tui, animã

† Dicite gētibus M.S.R. Hiero. Q.n. Sa. 1,3,5.

tuam

tuā quærent.31.Vocē enim quasi parturientis audiui, angustias vt puerperæ. Vox filiæ Sion † inter morientes, expādentesq; manus suas: Væ mihi, quia defecit anima mea propter interfectos.

† inter morientis expā dentisq; B M S. H.G.C.

EXPLANATIO.

SI *reuerteris Israël, ait Dñs, ad me cōuertere.* Hoc est, si decreueris ad me reuerti, plenè & pfectè cōuertere: vel ne tardes, facito hoc firmo & cōstāti animo, quò pigritiā omnem excutias, impedimēta omnia dirūpas. Sep. Si cōuersus fuerit Israël, dicit Dñs, ad me, cōuertet̄: hoc est, reuertet̄ ex captiuitate. siue cū fecerit, ꝙ in se est, vt ad me cōuertat̄, cōferā ego auxiliū meū, vt possit verè & plenè cōuerti. Chal. Para. Si cōuertêris Israël ad cultū meū, dicit Dñs, acceptabilis erit cōuersio tua, antequā signetur sentētia tua. quasi dicat, cōuertere, dū tēpus habes. Dū tēpus habemꝰ, operemur bonū. Et ambulate dū lucē habetis, vt nō tenebrę vos cōprehēdant. Alij interpretant̄. Si reuerti voles, ô Israël, in me quiesces, trāquillè ages apud me, pace animæ & corporis frueris. Possumus etiā hoc de conuersione ad Christi fidē intelligere: vt sit sensus. Cùm ad me reuertêris Israël relicta obstinatione tua, cōuertéris ad me perfectè, relinques omnē idololatriā, omnē iniquitatem, & quiesces in me, nō timebis inimicos tuos, inuenies requiē animæ tuæ. Multa sunt, quę cōuersionē nr̄am impediūt, etiā postquā decreuimus cōuerti: Nā & funibus peccatorū cōstringimur, & peccādi inueterata cōsuetudine premimur. Et aduersarius noster, quos semel suæ ditioni subiecit, ne illius manus euadāt, totis viribus conat̄ detinere: non secus ac Pharao filios Israël, ne ex Ægypto egrederētur. Cōstātia igitur opus est,

Gal. 6. c.
Ioā. 12. c.

 & vigo

Mat.11.b & vigore animi. Hinc illud. Regnū cœlorū vim patitur, & violenti rapiūt illud. *Si abstuleris offendicula tua à facie mea, nō cōmoueberis.* Fructū verę cōuersionis ostendit. Offendicula vocat idôla, quæ offendiculo illi fuerāt, vt rueret, & quorū cultu Deū offendebat. Alij, abominationes tuas: ita Chal. Par. idololatriā nēpe, & flagitia omnia, quibus De⁹ offendit, & quę Deus abominatur. A *facie mea*, hoc est, corā me, qui omnia video, quē nihil latet. *Nō commoueberis*, Vel nō demigrabis, hoc est, nō ibis in exiliū, nō ducéris captiu⁹. Peccatū peccauit Ierusalē, propterea instabilis facta est. Vel nō cōmoueberis, pacificè ages, non timebis. fugit impius nemine ꝑsequēte. Iustus autē quasi leo cōfidens absq; terrore erit. Et semꝑ pręsumit seua ꝑturbata cōsciētia. Et vir hypocrita inconstās est in omnibus vijs suis. Et nō est pax impijs. Sep. cū superiori clausula cōiūgūt, Si abstuleris abominationē ei⁹ ab ore ei⁹, & à facie mea timuerit. Sic etiā alij exponūt nr̄am literā, cōiungendo clausulā hāc cū superiori, hac ratione. Si reuertaris Israël, ait Dn̄s: si ad me, inquā, reuertaris, si abstuleris offendicula tua à facie mea, nō cōmoueberis. *Et iurabis, Viuit Dominus in veritate & in iudicio, & in iustitia.* Hoc est, Deum solum coles, non iurabis per falsos Deos, sed per nomē meū. Iuramētū enim suo loco, & tēpore, & debitis cū circūstantijs præstitū, in honorē Dei cedit: profitemur enim Deū omnia videre, & veracē esse. Nō hortatur ad iuramētū, sed vt nō iuret ꝑ falsos Deos, sed ꝑ verū Deū, idq; debito modo. Nolite iurare, ait Christus in Euangelio, sed sit sermo vester, est, est, nō, nō: ꝙ ampli⁹ est, à malo est, quasi dicat. sic viuite, sic cōuersamini omni mēdacio profligato,

Thrē.1.c. Pro.28.a Sap.17.c. Matt.5.f.

vt nullo opus ſit iuramento. propterea enim neceſſarium eſt aliquando iuramentũ, quia mentiri ſolemus. Comites autem iuramẽti hìc explicãtur; ſunt autem Veritas, vt verum ſit, quod Iuratur: iudicium, vt nõ temerè, ſed vbi opus eſt, iuramento vtamur: Iuſtitia, ne quid iniuſtum facturos iuremus, ſed quod licitũ eſt, & iuſtum: iniuriam enim Deo facit, qui eum in teſtẽ adducit rei, quam ipſe deteſtatur, quaſi illum iniquitatis ſociũ, & participẽ velit facere. *Viuit Dominus.* Hac iuramenti forma vtebantur Sancti Patres in veteri teſtamento, vt ait D. Hierony. ad condemnationem mortuorum Deorum, per quos iurabant Idololatræ. *Et benedicent eum gẽtes, ipſumq; laudabunt.* Deum nempe, quaſi dicat, Tuo exemplo prouocabis gentes, vt Deũ benedicãt, & eum laudent, quòd talem habeat populum. Sic Chriſtus, Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt glorificent patrem veſtrum, qui in cœlis eſt. Contrà de impijs dicebat Paulus. Propter vos nomẽ Dei blaſphematur. Sic Theodor. Vel de Iſraele intelligit, vt ſit tranſitus à ſecunda ad tertiam perſonam, quod frequẽs eſt in Prophetis, quaſi dicat. Ita proſperè habebis, ſi ad me fueris conuerſus, & iuſtitiam colueris, vt omnes te benedictionibus proſequantur, & laudibus extollant. Chald. Paraph. Benedicẽtur populi in Iſraël, & in ipſo laudabũtur. Sic etiam in Heb. ad literam. Et benedicent ſe in eo gentes, & in eo laudabunt ſe. Hoc eſt, cùm voluerint bona ſibi precari, dicent: faciat mihi Deus ſicut Iſraeli, & cùm aliquẽ laudare voluerint, dicent: ſimilis eſt Iſraëlitico populo, vel Iſraëlitis. D. Hiero. Cùm hoc fecerit Iſraël, quod ſupradictum eſt, & per Apoſtolos magiſter fuerit gẽtium,

Matt. 5. b

Rom. 2. d

tium, tunc benedicent, siue benedicentur in eo omnes gentes, & ipsum laudabūt, quòd salus processerit ex Israel.

Hæc enim dicit Dominus viro Iuda & habitatori Ierusalem. Nouate vobis nouale, & nolite serere super spinas. circuncidimini Domino, & auferte præputia cordiū vestrorū viri Iuda, & habitatores Ierusalem. Ne fortè egrediatur vt ignis indignatio mea, & succendatur, & nō sit qui extinguat, propter malitiam cogitationum vestrarum. Modū & rationē veræ conuersionis docet, & qua ratione animū præparare debeant ad verbum Euangelij suscipiendum, vt scilicet diligenti & studiosa oratione animum purgent per pœnitentiam ab omni crimine, mūdent ab omni prauo desiderio & cogitatione, & promptos & faciles se exhibeant ad parendum Deo. Nouale est, quod alternis annis seritur, vel aruus nunc primùm ad sementē proscissus. Nouare verò nouale, est diligenti & studiosa oratione purgare, oēs suffodere vepres, sentesq; auferre, vt munda semina, mūda arua suscipiāt. Id spiritualiter fit per pœnitentiam. Serere autē super spinas vocat, cultū idolorū simul cum vero Dei cultu retinere, religionem exteriùs colere, & vitia sectari. Sed non potestis, ait Apost. mensæ Dñi participes esse, & mensæ dæmoniorū. Quæ cōuentio lucis ad tenebras, & Christi ad Belial? Sunt qui vellent Deo inseruire, & carni simul, & mundo. Sed nemo potest duobus dominis seruire, ait Dñs. Et, Qui vult venire post me, abneget semetipsum. Et, Qui voluerit animam suam saluam facere, perdet eam. Rursus aliud, inquit, cecidit super spinas, & simul exortæ spinæ suffocauerūt illud: semen nempe verbi Dei. Quod autem in spinis cecidit: hi

1. Cor. 10. e.
2. Cor. 6. d.
Matt. 6. c.
Luc. 9. c.
Luc. 8. a.

dit:hi sunt,qui audierunt,& à sollicitudinibus, & diuitijs,& voluptatibus vitæ, euntes suffocantur, & non referũt fructum.Ille ergo perfectè nouat nouale,qui non tantùm animum ab omni scelere expurgat, sed nec etiam vitę sollicitudinibus implicatur,aut diuitiarum amore occupatur, quinimo omnibus relictis, Christũ sequitur. Volo vos sine sollicitudine esse,ait D.Pau.Sed qua ratione? Audi. Qui habent vxores,tã quam non habentes sint: & qui flent, tanquam non flentes: & qui gaudent, tanquam non gaudentes: & qui emunt,tanquam non possidentes: & qui vtuntur hoc mundo,tanquam non vtantur.Chal.Paraph.Facite vobis opera bona, & nõ quæratis salutem in peccatis. *Circuncidimini Domino.* Explicat, quid sibi velit, cùm subiungit.*auferte præputia cordium vestrorum.* Epexegesis. Exteriori circuncisione hominibus circuncidimur: sed interiori cordis circuncisione Domino, qui cor intuetur. Præputia cordium sunt, cordis obduratio,praua desideria,pessimæ cogitationes. Vnde Christus.Ex corde exeunt cogitationes malæ,adulteria, &c. & hæc sunt, quæ coinquinant hominem. Incircuncisos auribus, & corde vocauit D. Stephanus Iudæos,quòd haberent cor induratum, & aures obturatas ad verbum Dei suscipiendum, & illi obtemperandum.Septuag.Circuncidite duritiam cordis vestri.Chald. Paraph. Conuertimini ad cultum Domini,& auferte impietatem cordis vestri.*Ne fortè egrediatur vt ignis indignatio mea, & succendatur, & non sit qui extinguat.* Hoc est,q vos liberet è manib⁹ meis, cùm puniero. Cõtinet indignationẽ Deus,quãdiu nõ punit: egredit autẽ,cũ punit. Vnde D.Pau. Tu autẽ secundũ

1.Cor.7.f.

Mat.15.b

Rom.2.a.

duritiam tuam,& impœnitẽs cor thezaurisas tibi irã in diem vindictæ,& reuelationis iusti iudicij Dei. Quã diu ergo in peccatis perseueramus thesaurizamus nobis irã, vt maiori postea impetu egrediatur, instar fluminis,quod impedimento sublato, quo aquæ fluxus detinebatur, magno impetu fluit. Hinc Daniel. Fluui' igneus rapidus egrediebatur à facie eius. Chald. Par. Ne fortè egrediatur,quasi ignis,furor meus: & consumat absq; misericordia. *Propter malitiam cogitationũ vestrarum.* Obserua,ait D.Hiero. aduersus eos,qui dicũt in cogitationibus non esse peccatum. Hæc sunt præputia cordiũ circuncidenda, quę nisi circuncidantur, excandescet in nos ira Dei, cuius est illa vox. Masculus,cuius præputij caro circuncisa non fuerit, delebitur anima illa de populo suo.quod nunc de spirituali circuncisione venit intelligẽdum. Sic reuertẽte Moyse in Ægyptum, occurrit Dominus volens occidere eum,nempe quòd filium suum non circuncidisset, & tulit Sephora acutissimam petram,& circuncidit præputium filij sui. Magna certè Dei ira,vt etiam Moysen sibi charissimum,per quem statuerat salutem populo suo dare, velit occidere. sed hæc propter nos scripta sunt. Circũcisio cordis in spiritu,nõ litera (ait Apost.) cuius laus nõ ex hominibus, sed ex Deo est. Et nos sumus circuncisio,qui spiritu seruiuimus Deo:& gloriamur in Christo Iesu,& nõ in carne fiduciã habẽtes.

Dan.7.c. *Genes.17* *Exod. 4.* *Rom. 2.* *Phili.3.d*

Annunciate in Iuda, & in Ierusalẽ auditum facite: loquimini & canite tuba in terra: clamate fortiter, & dicite. Congregamini, & ingrediamur ciuitates munitas, leuate signum in Sion. cõfortamini, & nolite stare, quia malum ego adduco ab Aquilone, & contritionem magnam. Prędicit terribilem aduentum

Nabucho

Nabuchodonosor. Vtitur autē Prosopopœia quadā, quasi adhortantis, vt se ad loca tuta quā citissimè recipiant, vt imminentem Chaldęorum aduentum significet. Annunciate, ait, imminere calamitatem, adesse iam hostem, qui deuastet. Clangite tuba, vt omnes se recipiant in ciuitates munitas, & loca tuta. ferte vexillum in fastigium arcis Sion, vt omnes intelligāt bellū imminere. *Confortamini, nolite stare.* Hoc est, nolite foris manere, recipite vos in loca tuta. Chal. Par. migrate & non moremini. vel fugite: non quòd eos velit fugere, sed vt ostendat adeò potentem futurum hostē, vt neq; securi possint manere in ciuitatibus, quātumuis munitissimis. *Ab Aquilone.* Hoc est, à Chaldęa, vt sępe diximus. Excitabo, ait, à Chaldęa Nabuchodonosor, qui cōterat, & perdat vos. Omnia quę hìc dicūtur, fieri solent imminente hoste aliquo crudeli: quod significare voluit Propheta hoc genere locutionis.

Ascendit leo de cubili suo, & prædo gentium se leuauit: egressus est de loco suo, vt ponat terram tuam in solitudinem: ciuitates tuæ vastabuntur, remanentes absq; habitatore. Nabuchodonosorem leonem uocat, & eius speluncam Babylonem: quem & prædonem gētium dicit, quòd multas gentes debellasset, & suo imperio subiecisset. Chald. Paraph. Migrauit rex de arce sua, & disperdens populos profectus est cum exercitu suo; egressus est de loco suo, vt ponat terram tuam in desolationē. Iam verò truculentissimo leone sæuiente, & vastāte omnia, de quo. D. Petrus aduersarius vester diabolus, tanquā leo rugiens circuit, quærens quem deuoret: qui & prædo gentium, quòd nemo sit, quem illius venena non tangāt: congregemur in vnam fidem, in Ecclesiā catholicā

1. Pet. 5.

catholicam ciuitatem munitam, vt ab erroribus protegamur, & Christi munimenta nos teneant. Nemo saluatus est in diluuio nisi in arca: Neq; in vastatione Iericho, nisi in domo Raab. Hic signum leuatum est, Christus crucifixus, Iudæis scandalum, gentibus stultitia, nobis autem Dei virtus & sapientia. signum, cui contradicitur ab infidelibus, à carnalibus, à superbis, quibus positus est in ruinam: sed in resurrectionem pœnitētiū, humilium, errores & culpas suas agnoscētium & detestantium, & qui ex animo ad illum cōfugiunt. Neq; contra errores tantùm protegimur in arce ista munitissima, sed etiā contra omnia diaboli tētamēta. Est hic lorica iustitiæ, scutū fidei, galea salutis, & gladius spiritus verbi Dei. Sæuiat quantūuis leo, rugiat vt terrorē incutiat, super aspidē & basiliscū ambulabim⁹, & cōculcabimus leonē & draconē. Vicit leo de tribu Iuda leonē sæuientem, vt iam cū leone deuicto nobis sit congrediendum: in cuius ore Sanson fauum mellis reperit, vt sæuitia vertatur in dulcedinē, & suggamus mel de petra, & oleum de saxo durissimo: quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, & faciet etiā cum tentatione prouētū.

1. Cor. 1.

Luc. 2. e.

Ephe. 6. c

Psal. 90.

Rom. 8. e

Cor. 10. c.

Super hoc accingite vos ciliciјs, plangite et vlulate, quia non est auersa ira furoris Domini à vobis. Ad mœrorem, & planctum hortatur ob imminentia mala, quæ non aliter vitare poterant, nisi per verā pœnitentiā. Accingi cilicijs vel saccis, gest⁹ est hominis mœrētis, & dolentis. Hortatur ergo ad pœnitentiā, vt possint auertere à se irā Dñi: quæ, quandiu in peccatis perseuerabant, non erat auersa ab eis. Niniuitę vestiti sunt saccis, & ieiunarūt, & placatus est Dñs. Non ergo Deo displicent externę

Ion. 3.

ternæ carnis macerationes, cilicia, ieiunia, humicubitationes, lachrymæ & plāctus: quinimo eiusmodi placatur, si modò ex corde verè cōtrito prodeāt: sed carnales homines dānant ea, à quibus abhorrēt, quia volunt genio indulgere, inimici crucis Christi, quorum Deus vēter est, & finis in interitū, & æternā pditionē. Philip. 3.

Et erit in die illa dicit Dñs, peribit cor regis, et cor principū, et obstupescēt sacerdotes, et prophetæ cōsternabuntur. Quemadmodū superiùs peccata regū, & principū, & sacerdotū, & prophetarū cōnumerauerat, q͂ hi primi essent in præuaricatione, & illorum scelera essent grauiora, sic hic illorū capitibus calamitatē maximè impēdere docet. Perire cor, est deficere præ timore. dissoluetur pauore, ait, fugiet consiliū, aberit fortitudo, despondebunt animū, ne possint se, & alios tueri. Obstupescent sacerdotes, qui scilicet nō dixerūt, vbi est Dñs, cùm illi⁹ manū, & quidem grauissimā, adesse sentient, quā effugere nulla ratione valebunt. Prophetæ falsi, qui prophetabāt in Baal, cōsternabuntur, cùm se de mēdacio cōuictos viderint, & seuerissimā Dei vindictā, quē cōtēpserāt, pręsentē cōspexerint. Sed & adeò graue erit malū, vt & veri prophetę etiā cōsternātur. Vnde Ieremias verus Dei Propheta in Spiritu hæc videns ait. *Heu, Heu, heu Domine Deus, ergone decipisti populum istum, et Ierusalē, dicens, pax erit vobis? et ecce peruenit gladius vsq; ad animā.* Inde obstupefactio, inde consternatio. Quid aliud expectarēt, quàm quod illis accidit: illis nempe à falsis prophetis deceptis. D. Hiero. inde turbationē prophetæ natā interpretatur, quòd ea, quæ superiùs prophetarat prospera non intelligeret, quando essent adimplenda, quasi videri possit Deū mentitum

fuisse

tur in ꝑsona eorũ, q recipiẽtes admonitionẽ factã, ad Deũ ex corde reuertũtur. Agnouim⁹, aiũt, peccata & vulnera nostra, venimus ad te tãquam ad medicum, vt sanes. Nemo potest venire ad me, ait Christus, nisi pater meus traxerit eum. Priùs vocauit, conuertimini ad me, quã dicerent, Ecce nos venimus ad te. Neq; solùm vocauit, sed traxit. Vox Domini in virtute, vox Domini in magnificentia, vox Domini confringentis cedros. Fac me audire vocẽ tuam, orabat sponsa. Voca, & fac vt audiam, da voci tuæ vocẽ virtutis. *Tu enim es Dominus Deus noster.* Fugitiuos se seruos fatẽtur, qui à Domino suo recesserant. Reuertimur fugitiui serui ad te, qui es Dominus noster, sine quo non potest nobis bene esse.

Ioan. 6. e. *Psal. 26.* *Can. 8. d.*

Verè mendaces erant colles, & multitudo montium: verè in Domino Deo nostro salus Israël. Fefellerunt nós, aiunt, falsi Dij, quos colimus, & in quibus spem nostrã collocauimus, à te solo salus nostra depẽdet, tu solus salus nostra es. Per colles, & montium multitudinem, idóla intelligit, quæ in collibus, & in mõtibus colebãt. Magno numero, quasi dicat, quantumuis multi essent, nihil nobis profuerũt. Noli in collibus, noli in mõtibus spem tuam collocare, neq; illorum celsitudine decipiaris: mendaces enim sunt, & omnis collis & mõs humiliabitur. Et perdet Dominus sapientiam sapientũ, & dissipabit consilia principum. D. Hiero. Dicat hoc pœnitens, & omnem superbiam derelinquẽs, & multitudinem montium, & collium, per quam superbiebat contra Deum: & humilitate prostratus loquatur, verè in Domino Deo nostro salus Israël. Septuag. Verè in mendacium erãt colles & fortitudo montium.

Luc. 3. b. *1. Cor. 1*

Chald.

Chald. Paraph. Vtiq; in vanũ coluimus ſuper colles, & in nullum vſum congregati ſumus ſuper mõtes. In Heb. ad literam habetur. Verè in vanũ à collibus, turba, mõtibus (ſub.) expectauimus ſalutem. Sentẽtiam explicauit optimè noſter interpres. Turba enim vel multitudo (in montibus) multitudo eſt mõtium, hoc eſt, idolorum mõtium. Alij, fruſtra multitudo noſtra collecta fuit in montibus, vt ab idolis, quæ ibi colebamus, opem peteremus. In eandem ſententiam poteſt litera noſtra interpretari: vt per multitudinem montium, multitudinem collectam in montibus intelligamus. *Verè in Domino Deo noſtro ſalus Iſraël.* Neq; enim aliud nomen eſt ſub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos ſaluos fieri. Et vocabis nomen eius Ieſus: ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorũ. Salutare tuũ expectabo Dñe, dicebat Iacob morti propinquus. Et viderũt oculi mei ſalutare tuũ, dixit Simeon. Hic verus Deus eſt: neq; enim ſaluare poſſet, niſi eſſet Deus, quoniã in Dño Deo noſtro ſalus Iſraël. Ecce Deus noſter veniet, & ſaluabit nos, clamat Iſaias. Et ſaluabo eos in Domino Deo ſuo, non ſaluabo eos in arcu, & gladio & bello, & in equis, & in equitibus, ait Oſeas Propheta.

Act. 4. b.
Matt. 1. d
Ge. 49. c.
Iſay 35.
Oſe. 1.

Confuſio comedit laborem patrum noſtrorum ab adoleſcẽtia noſtra, greges eorum, & armenta eorum, filios eorum, & filias eorum. Per confuſionem, idololatriam intelligit: quę & mendacium, & confuſio vocatur, quòd fallat, & confuſos reddat eos, qui ſpem collocant in falſis dijs, iuxta illud. Confundantur omnes qui adorant ſculptilia, & qui gloriantur in ſimulachris ſuis. Per laborem, opes labore partas intelligit. Idololatriam ergo, aiunt,

Pſal. 96.

perdi-

¶ CAP. IIII.

SI reuerteris Israël, ait Dominus, ad me conuertere: si abstuleris offendicula tua à facie mea, non commoueberis. 2. Et iurabis, Viuit Dominus, in veritate, & in iudicio, & in iustitia: & benedicent eum gentes, ipsumq; laudabunt. 3. Hæc enim dicit Dominus viro Iuda, * et Ierusalem, Nouate vobis nouale, & nolite serere super spinas. 4. Circuncidimini Domino, & auferte præputia cordium vestrorum viri Iuda, & habitatores Ierusalem: ne fortè egrediatur vt ignis indignatio mea, & succendatur, et non sit qui extinguat, propter malitiam cogitationum vestrarum. 5. Annuntiate in Iuda, et in Ierusalem auditum facite: loquimini, et canite tuba in terra,: clamate fortiter, et dicite, Congregamini, et ingrediamur ciuitates munitas, leuate signum in Sion. 6. Confortamini. nolite stare, quia malum ego adduco ab Aquilone, & contritionem magnam 7. Ascendit leo de cubili suo, et prædo Gẽtium se leuauit: egressus est de loco suo, vt ponat terram tuam in solitudinẽ: ciuitates tuæ vastabuntur, remanentes absq; habitatore. 8. Super hoc accingite vos cilicijs, plangite et vlulate: quia non est auersa ira furoris Domini à † vobis. 9. Et erit in die illa, dicit Dominus, Peribit cor regis, et cor principum: et obstupescent sacerdotes, et prophetæ consternabuntur. 10. Et dixi, Heu, heu, heu Domine Deus, ergóne decepisti populum istum et Ierusalem, dicens, Pax erit vobis: et ecce peruenit gladius vsque ad animam? 11. In tempore illo dicetur populo huic et Ierusalem, Ventus vrens in vijs quæ sunt in deserto, viæ filiæ populi mei, non ad ventilandum, et ad purgandum. 12. Spiritus plenus ex his veniet mihi: et nunc ego * loquar iudicia mea cum

Conuerteris. 16. MS.
*habitatori M S. G. C.
Verum R. Hier. & H. nõ addunt.
Oseæ. 10. 12.
sup. 1. 14
Inf. 59. 9
† nobis. 7. M. S. Hie. R. H. G. C.
Similiter textuilegũt G q. atq; ita trãstulerũt Hier. teste Sep.
*Sed M S. Q. n.

eis. 13 Ecce, quasi nubes ascēdet: et quasi tempestas currus eius: velociores aquilis equi illius: væ nobis quoniam vastati sumus. 14. Laua à malitia cor tuū Ierusalē, vt salua fias: vsquequo morabuntur in te cogitationes noxiæ. 15. Vox enim annunciantiū Dan, & notum facientis idolum de monte Ephraim. 16. †Concitate Gentes, Ecce, auditum est in Ierusalem custodes venire de terra longinqua, & dare super ciuitates Iuda vocem suam. 17. Quasi custodes agrorum facti sunt super eam in gyro: quia me ad iracundiā prouocauit, dicit Dominus. 18. Viæ tuæ, & cogitationes tuæ fecerunt hæc tibi: ista malitia tua, quia amara, quia tetigit cor tuum. 19. Ventrem meū, ventrē meum doleo, sensus cordis mei turbati sunt in me: nō tacebo quoniā vocem buccinæ audiuit anima mea, clamorem prælij. 20. Cōtritio super contritionē vocata est, et vastata est omnis terra: repente vastata sunt tabernacula mea, subitò pelles meæ. 21. Vsquequo videbo fugiētē, audiā vocem buccinæ? 22. Quia stultus populus meus me nō cognouit: filij insipientes sunt, et vecordes: sapientes sunt, vt faciāt mala, bene autem facere nescierūt. 23. Aspexi terrā et ecce vacua erat, et nihili: et cœlos, et nō erat lux in eis. 24. Vidi mōtes, et ecce mouebātur: et omnes colles cōturbati sunt 25. Intuitus sum, et nō erat homo. et omne volatile cœli recessit. 26. Aspexi, et ecce Charmelus desertus. et omnes urbes eius destructæ sunt à facie Domini, et à facie iræ furoris eius. 27. Hæc enim dicit Domin⁹, Deserta erit omnis terra, sed tamen consummationem nō faciā. 28. Lugebit terra, et mœrebunt cœli desuper: eo quòd loquutus sum, cogitaui et non pœnituit me, nec auersus sum ab eo. 29. A voce equitis, et mittentis sagittā fugit omnis ciuitas: ingressi sunt ardua, et ascenderunt rupes: uniuersæ urbes derelictæ sunt, et nō habitat in eis homo 30. Tu autem uastata quid facies? cùm uestieris te coccino, cū ornata fueris monili aureo, et pinxeris stibio oculos tuos. frustra cōponeris, contēpserūt te amatores tui, animā

† Dicite gētibus M S. R. Hiero. Q.n. Sa. 1,3,5.

tuam

tuā quærent. 31. Vocē enim quasi parturientis audiui, angustias vt puerperæ. Vox filiæ Sion † inter morientes, expādentesq; ma nus suas: Væ mihi, quia defecit anima mea propter interfectos.

† inter morientis expā dentisq; B M S. H.G.C.

EXPLANATIO.

SI *reuerteris Israël, ait Dn̄s, ad me cōuertere.* Hoc est, si decreueris ad me reuerti, plenè & pfe- ctè cōuertere: vel ne tardes, facito hoc firmo & cōstāti animo, quò pigritiā omnem excu tias, impedimēta omnia dirūpas. Sep. Si cōuersus fue rit Israël, dicit Dn̄s, ad me, cōuertet: hoc est, reuertet ex captiuitate· siue cū fecerit, ꝙ in se est, vt ad me cō- uertat, cōferā ego auxiliū meū, vt possit verè & plenè cōuerti. Chal. Para. Si cōuertêris Israël ad cultū meū, dicit Dn̄s, acceptabilis erit cōuersio tua, antequā sig- netur sentētia tua. quasi dicat, cōuertere, dū tēpus ha bes. Dū tēpus habem⁹, operemur bonū. Et ambulate dū lucē habetis, vt nō tenebrę vos cōprehēdant. Alij interpretant. Si reuerti voles, ô Israël, in me quiesces, trāquillè ages apud me, pace animæ & corporis frue- ris. Possumus etiā hoc de conuersione ad Christi fidē intelligere: vt sit sensus. Cùm ad me reuertêris Israël relicta obstinatione tua, cōuertéris ad me perfectè, re linques omnē idololatriā, omnē iniquitatem, & quies ces in me, nō timebis inimicos tuos, inuenies requiē animæ tuæ. Multa sunt, quę cōuersionē nr̄am impe- diūt, etiā postquā decreuimus cōuerti: Nā & funibus peccatorū cōstringimur, & peccādi inueterata cōsue tudine premimur. Et aduersarius noster, quos semel suæ ditioni subiecit, ne illius manus euadāt, totis viri- bus conat detinere: non secus ac Pharao filios Israël, ne ex Ægypto egrederētur. Cōstātia igitur opus est,

Gal. 6. c.
Ioā. 12. e.

vt nullo opus ſit iuramento. propterea enim neceſſarium eſt aliquando iuramentū, quia mentiri ſolemus. Comites autem iuramēti hìc explicātur; ſunt autem Veritas, vt verum ſit, quod Iuratur: iudicium, vt nō temerè, ſed vbi opus eſt, iuramento vtamur: Iuſtitia, ne quid iniuſtum facturos iuremus, ſed quod licitū eſt, & iuſtum: iniuriam enim Deo facit, qui eum in teſtē adducit rei, quam ipſe deteſtatur, quaſi illum iniquitatis ſociū, & participē velit facere. *Viuit Dominus.* Hac iuramenti forma vtebantur Sancti Patres in veteri teſtamento, vt ait D. Hierony. ad condemnationem mortuorum Deorum, per quos iurabant Idololatræ. *Et benedicent eum gētes, ipſumq; laudabunt.* Deum nempe, quaſi dicat, Tuo exemplo prouocabis gentes, vt Deū benedicāt, & eum laudent, quòd talem habeat populum. Sic Chriſtus, Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt glorificent patrem veſtrum, qui in cœlis eſt. Contrà de impijs dicebat Paulus. Propter vos nomē Dei blasphematur. Sic Theodor. Vel de Iſraele intelligit, vt ſit tranſitus à ſecunda ad tertiam perſonam, quod frequēs eſt in Prophetis, quaſi dicat. Ita proſperè habebis, ſi ad me fueris conuerſus, & iuſtitiam colueris, vt omnes te benedictionibus proſequantur, & laudibus extollant. Chald. Paraph. Benedicentur populi in Iſraël, & in ipſo laudabūtur. Sic etiam in Heb. ad literam. Et benedicent ſe in eo gentes, & in eo laudabunt ſe. Hoc eſt, cùm voluerint bona ſibi precari, dicent: faciat mihi Deus ſicut Iſraeli. & cùm aliquē laudare voluerint, dicent: ſimilis eſt Iſraëlitico populo, vel Iſraëlitis. D. Hiero. Cùm hoc fecerit Iſraël, quod ſupradictum eſt, & per Apoſtolos magiſter fuerit gē-

Matt. 5. b

Rom. 2. d

tium,tunc benedicent, siue benedicentur in eo omnes gentes,& ipsum laudabūt, quòd salus processerit ex Israel.

Hæc enim dicit Dominus viro Iuda & habitatori Ierusalem. Nouate vobis nouale, & nolite serere super spinas. circuncidimini Domino,& auferte præputia cordiū vestrorū viri Iuda, & habitatores Ierusalem. Ne fortè egrediatur vt ignis indignatio mea,& succendatur,& nō sit qui extinguat,propter malitiam cogitationum vestrarum. Modū & rationē veræ conuersionis docet,& qua ratione animū præparare debeant ad verbum Euangelij suscipiendum, vt scilicet diligenti & studiosa oratione animum purgent per pœnitentiam ab omni crimine,mūdent ab omni prauo desiderio & cogitatione,& promptos & faciles se exhibeant ad parendum Deo. Nouale est,quod alternis annis seritur, vel aruus nunc primùm ad sementē proscissus. Nouare verò nouale,est diligenti & studiosa oratione purgare, oēs suffodere vepres, sentesq; auferre,vt munda semina,mūda arua suscipiāt. Id spiritualiter fit per pœnitentiam. Serere autē super spinas vocat,cultū idolorū simul cum vero Dei cultu retinere,religionem exteriùs colere,& vitia sectari. Sed non potestis, ait Apost. mensæ Dñi participes esse,& mensę dęmoniorū. Quæ cōuentio lucis ad tenebras, & Christi ad Belial? Sunt qui vellent Deo inseruire,& carni simul,& mundo. Sed nemo potest duobus dominis seruire,ait Dñs. Et, Qui vult venire post me,abneget semetipsum. Et, Qui voluerit animam suam saluam facere,perdet eam. Rursus aliud, inquit, cecidit super spinas,& simul exortę spinę suffocauerūt illud: semen nempe verbi Dei. Quod autem in spinis cecidit:hi

1.Cor.10.c. 2.Cor.6.d Matt.6.c. Luc.9.c. Luc.8.a.

dit:hi sunt,qui audierunt,& à sollicitudinibus, & diui tijs,& voluptatibus vitæ, euntes suffocantur, & non referũt fructum.Ille ergo perfectè nouat nouale,qui non tantùm animum ab omni scelere expurgat, sed nec etiam vitę sollicitudinibus implicatur,aut diuitia rum amore occupatur, quinimo omnibus relictis, Christũ sequitur. Volo vos sine sollicitudine esse,ait D.Pau.Sed qua ratione? Audi. Qui habent vxores,tã quam non habentes sint: & qui flent, tanquam non flentes: & qui gaudent, tanquam non gaudentes: & qui emunt,tanquam non possidentes: & qui vtuntur hoc mundo,tanquam non vtantur.Chal.Paraph.Facite vobis opera bona, & nõ quæratis salutem in pec catis. *Circuncidimini Domino.* Explicat, quid sibi velit, cùm subiungit.*auferte præputia cordium vestrorum.* Epexegesis. Exteriori circuncisione hominibus circuncidimur: sed interiori cordis circuncisione Domino, qui cor intuetur. Præputia cordium sunt, cordis obduratio,praua desideria,pessimæ cogitationes. Vnde Christus.Ex corde exeunt cogitationes malæ,adulteria, &c. & hæc sunt, quæ coinquinant hominem. Incircuncisos auribus, & corde vocauit D. Stephanus Iudæos,quòd haberent cor induratum, & aures obturatas ad verbum Dei suscipiendum, & illi obtemperandum.Septuag.Circuncidite duritiam cordis vestri.Chald. Paraph. Conuertimini ad cultum Domini,& auferte impietatem cordis vestri.*Ne fortè egrediatur vt ignis indignatio mea, & succendatur, & non sit qui extinguat.*Hoc est,q vos liberet è manib⁹ meis, cùm puniero. Cõtinet indignationẽ Deus,quãdiu nõ punit: egredit̃ autẽ,cũ punit. Vnde D.Pau. Tu autẽ secundũ

1.Cor.7.f.

Mat.15.b

Rom.2.a.

Nabuchodonoſor. Vtitur autē Proſopopæia quadā, quaſi adhortantis, vt ſe ad loca tuta quā citiſſimè reci piant, vt imminentem Chaldęorum aduentum ſigni ficet. Annunciate, ait, imminere calamitatem, adeſſe iam hoſtem, qui deuaſtet. Clangite tuba, vt omnes ſe recipiant in ciuitates munitas, & loca tuta. ferte vexillum in faſtigium arcis Sion, vt omnes intelligāt bellū imminere. *Confortamini, nolite ſtare.* Hoc eſt, nolite foris manere, recipite vos in loca tuta. Chal. Par. migrate & non moremini. vel fugite: non quòd eos velit fugere, ſed vt oſtendat adeò potentem futurum hoſtē, vt neq; ſecuri poſſint manere in ciuitatibus, quātumuis munitiſſimis. *Ab Aquilone.* Hoc eſt, à Chaldęa, vt ſępe diximus. Excitabo, ait, à Chaldęa Nabuchodonoſor, qui cōterat, & perdat vos. Omnia quę hìc dicūtur, fieri ſolent imminente hoſte aliquo crudeli: quod ſignificare voluit Propheta hoc genere locutionis.

Aſcendit leo de cubili ſuo, & prædo gentium ſe leuauit: egreſſus eſt de loco ſuo, vt ponat terram tuam in ſolitudinem: ciuitates tuæ vaſtabuntur, remanentes abſq; habitatore. Nabuchodonoſorem leonem uocat, & eius ſpeluncam Babylonem: quem & prædonem gētium dicit, quòd multas gentes debellaſſet, & ſuo imperio ſubieciſſet. Chald. Paraph. Migrauit rex de arce ſua, & diſperdens populos profectus eſt cum exercitu ſuo; egreſſus eſt de loco ſuo, vt ponat terram tuam in deſolationē. Iam verò truculentiſſimo leone ſæuiente, & vaſtāte omnia, de quo. D. Petrus aduerſarius veſter diabolus, tanquā leo rugiens circuit, quærens quem deuoret: qui & prædo gentium, quòd nemo ſit, quem illius venena non tangāt: congregemur in vnam fidem, in Eccleſiā

1. Pet. 5.

catholicā

catholicam ciuitatem munitam, vt ab erroribus protegamur, & Christi munimenta nos teneant. Nemo saluatus est in diluuio nisi in arca: Neq; in vastatione Iericho, nisi in domo Raab. Hìc signum leuatum est, Christus crucifixus, Iudæis scandalum, gentibus stultitia, nobis autem Dei virtus & sapientia. signum, cui contradicitur ab infidelibus, à carnalibus, à superbis, quibus positus est in ruinam: sed in resurrectionem pœnitētiū, humilium, errores & culpas suas agnoscētium & detestantium, & qui ex animo ad illum cōfugiunt. Neq; contra errores tantùm protegimur in arce ista munitissima, sed etiã contra omnia diaboli tētamēta. Est hìc lorica iustitiæ, scutū fidei, galea salutis, & gladius spiritus verbi Dei. Sæuiat quantūuis leo, rugiat vt terrorē incutiat, super aspidē & basiliscū ambulabim⁹, & cōculcabimus leonē & draconē. Vicit leo de tribu Iuda leonē sæuientem, vt iam cū leone deuicto nobis sit congrediendum: in cuius ore Sanson fauum mellis reperit, vt sæuitia vertatur in dulcedinē, & suggamus mel de petra, & oleum de saxo durissimo: quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, & faciet etiã cum tentatione prouētū.

1. Cor. 1. — Luc. 2. e. — Ephe. 6. c — Psal. 90. — Rom. 8. c — Cor. 10. c.

Super hoc accingite vos ciliciis, plangite et vlulate, quia non est auersa ira furoris Domini à vobis. Ad mœrorem, & planctum hortatur ob imminentia mala, quæ non aliter vitare poterant, nisi per verã pœnitentiã. Accingi cilicijs vel saccis, gest⁹ est hominis mœrētis, & dolentis. Hortatur ergo ad pœnitentiã, vt possint auertere à se irã Dñi: quæ, quandiu in peccatis perseuerabant, non erat auersa ab eis. Niniuitę vestiti sunt saccis, & ieiunarūt, & placatus est Dñs. Non ergo Deo displicent externę

Ion. 3.

ternæ carnis macerationes, cilicia, ieiunia, humicubitationes, lachrymæ & plāctus: quinimo eiusmodi placatur, si modò ex corde verè cōtrito prodeāt: sed carnales homines dānant ea, à quibus abhorrēt, quia volunt genio indulgere, inimici crucis Christi, quorum Deus vēter est, & finis in interitū, & æternā pditionē.

Philip. 3.

Et erit in die illa dicit Dñs, peribit cor regis, et cor principū, et obstupescēt sacerdotes, et prophetæ cōsternabuntur. Quemadmodū superiùs peccata regū, & principū, & sacerdotū, & prophetarū cōnumerauerat, ꝙ hi primi essent in præuaricatione, & illorum scelera essent grauiora, sic hìc illorū capitibus calamitatē maximè impēdere docet. Perire cor, est deficere præ timore. dissoluetur pauore, ait, fugiet consiliū, aberit fortitudo, despondebunt animū, ne possint se, & alios tueri. Obstupescent sacerdotes, qui scilicet nō dixerūt, vbi est Dñs, cùm illi⁹ manū, & quidem grauissimā, adesse sentient, quā effugere nulla ratione valebunt. Prophetæ falsi, qui prophetabāt in Baal, cōsternabuntur, cùm se de mēdacio cōuictos viderint, & seuerissimā Dei vindictā, quē cōtēpserāt, præsentē cōspexerint. Sed & adeò graue erit malū, vt & veri prophetę etiā cōsternātur. Vnde Ieremias verus Dei Propheta in Spiritu hæc videns ait.

Heu, Heu, heu Domine Deus, ergone decepisti populum istum, et Ierusalē, dicens, pax erit vobis: et ecce peruenit gladius vsq; ad animā. Inde obstupefactio, inde consternatio. Quid aliud expectarēt, quàm quod illis accidit: illis nempe à falsis prophetis deceptis. D. Hiero. inde turbationē prophetæ natā interpretatur, quòd ea, quæ superiùs prophetarat prospera non intelligeret, quando essent adimplenda, quasi videri possit Deū mentitum

fuisse

fuisse per ipsum. Theodoretus de falsis prophetis intelligit, qui nomine Dei pacem promittebant, cùm tamen Deus non loqueretur per illos. Ergóne decepisti, ait, quasi dicat. Non equidem: ipsi se deceperunt, qui falsis Prophetis aures accomodarunt. Chal. Paraph. certè ecce Prophetæ mei decipiunt populum istum, & Ierusalē dicentes: pax erit vobis, & ecce gladius occidit in populo. Heu, heu, heu. in Hebr. est אהה ahah, de qua dictione diximus in principio huius libri. Septuag. ô dominator Domine. Chald. Paraph. Suscipe deprecationem meam Domine Deus. *Ergòne decepisti.* In Heb. est אכן achen, quę particula certè, aut verè significat. sic etiam interpretari possumus literā nostrā. ergone decepisti, hoc est, verè decepisti, idest, permisisti decipi. *peruenit gladius vsq; ad animam.* vsq; ad intima. Acerbissimā plagā significat. Permittit Deus decipi p falsos Prophetas eos, qui se flagitijs coinquinare non cessant, & verbum Dei æquo animo non sustinent. Sic Achab, qui Prophetam Dei odio habet, quòd non loquatur secundum ipsius voluntatem, decipitur per falsos prophetas. Vid. Ezech. 14.

3. *Reg.* 22.

In tempore illo dicetur populo huic, & Ierusalem, ventus vrēs in vijs, quæ sunt in deserto viæ filiæ populi mei, non ad ventilandum, et ad purgandū, spiritus plenus ex his veniet mihi. Et nūc ego loquar iudicia mea cum eis. Tempus aduentus exercitus Chaldæorum significat: multis verbis futuram calamitatē describit, si fortè timore percussi resipiscāt. Tunc ergo, ait, nuntij & exploratores, cùm viderint exercitum aduētare, dicent. Ecce venit ventus vrens per viam deserti (sunt enim deserta inter Babylonē, & Ierusalem) non vt ventilet, & purget, sed vt deua-

ſtet,& perdat.Comparat exercitum Caldæorum ven to vrēti;qui omnia penetrat,cui nemo poteſt reſiſtere,neq; eum declinare.*Ventus vrens.*Apud Hebreos ea dem dictio ventum,& ſpiritum ſignificat. Vnde non nulli,ſpiritus,hic legunt.Sic etiam Sept.ſpiritus erroris in ſolitudine viæ filiæ populi mei , non ad purum, neq; ad ſanctum.quem locū ita interpretatur Theodoretus. Ipſa experientia diſcent tempore calamitatum,quòd ſpiritus ſeductionis erat ille , qui loquebat̄ per pſeudoprophetas, nō purus,nō ſanctus,neq; ſpiritus plenitudinis,cōpletiuus nēpe veritatis , à quib⁹ ſcilicet pſeudoprophetis mala iſta mihi prouenerunt. *In vijs quæ ſunt in deſerto viæ filiæ populi mei.* Hoc eſt,in deſerto,per quod venimus à Babylone in Iudæam. Alij legunt,ventus exiccans per vertices venit in deſerto, via filiæ populi mei.hoc eſt,vbi eſt via,qua venitur Ierusalem.In Heb.eſt vox שְׁפָיִם ſepaiim, quę excelſa loca,colles,& vias etiā ſignificat.*filiæ populi mei.* hoc eſt, Ieruſalem , vbi eſt populus meus. Filiā vocat populi, quòd ędificata eſſet à populo.vel filia populi,hoc eſt, filia quę eſt populus.*Non ad purgādum.*&c.Hoc eſt,nō cōmodi cauſa,ſed in maximā perniciem.*Spiritus plenus ex his veniet mihi.*Vehementiā calamitatis, & vbertatē ſupplicij ſignificat, quaſi dicat. Nō erit inanis,efficiet ꝙ volo.plenā faciet vindictā.*Ex his.*hoc eſt,ex vijs deſerti,vel ex Chaldęis.Alij legunt,prę his.i. ventus vehementior,quā vt conueniat iſtis rebus, ventilationi nempe,& purgationi tritici, veniet cōtra me. Chald. Par.Quaſi ventus meridianus ſuper capita fluentorū aquarum in deſerto,ſic eſt via congregationis populi mei,nō ad ventilandū,nec ad diſpergendū.Pro eo ꝙ

errauerunt sequentes falsos prophetas, qui prophetabant eis in spiritu falsitatis: propterea exercitus populorum leuiores his sicut ventus, venient contra eos. Nunc enim in verbo meo adducam eos, & loquar vltionē iudiciorum meorum de eis. Iuxta hanc sententiam Chal. Paraph. Possumus etiam literam nostram interpretari, hac ratione, Quia populus meus ad suā perditionem profectus est per desertum, vt ad exteros populos auxilij postulandi gratia se conferret, vel ad idóla quærenda, faciam ego, vt per eandem viā deserti veniat exercitus Chaldęorum tanquam tempestas, & ventus vehemēs, qui populū meum deuastet. *Et nunc ego loquar iudicia mea cum eis.* Hoc est, iam ostendam iustitiam meam in eis, & dabūt pœnas pęccatis debitas.

Ecce quasi nubes ascendet, & quasi tempestas currus eius. velociores aquilis equi illius. væ nobis quoniam vastati sumus. Comparat exercitum Chaldęorum nubi caliginosæ, quæ citissimè in grandinem, & in tonitrua, & fulgura cōuertitur: vnde post nubem posuit tempestatē. Loquitur autem de curribus quib⁹ in bello vtebant̄, vel curuum strepitum tempestati sæuissimæ comparat. *Væ nobis, quoniam vastati sumus.* Iuxta Hiero. vox est populi, cui cùm propheta veluti digito demonstrasset Chaldæorum exercitum, ingemiscit, quasi iam vastationem suam præsentem videat.

Laua à malitia cor tuum Ierusalem, *vt salua fias: vsq; quo morabuntur in te cogitationes noxiæ?* Si vis mala hæc effugere, mūda cor tuū ab omni scelere, neq; pmittas, vt vltrà in te moram faciāt cogitationes prauæ. Lauatur cor lachrymis, & pœnitētia: sine qua non potest salus esse

his

his,qui peccauerunt.

Vox enim annũtiantis à Dan, & notũ facientis idolũ de monte Ephraim. Hoc est, Vox nũtiorũ, vel exploratorũ annũciãtiũ aduẽtare exercitũ Chldæorum, quasi dicat. Videor me audire iã annũciãtis vocem. Dã sors iuxta libanum erat aquilonem versus, vbi erat Babylon: dein de venientibus Ierusalem occurrebat sors Ephraim, propterea à Dan & Ephraim nũcios annunciare ait. Vocem annnuciantis vocat nuncium, quemadmodũ Isaias vocem clamantis, pro clamante dixit. Idolum vel iniquitatem, vel vanitatem vocat pœnam idololatriæ, & vanitatis, & iniquitatis, vel Regem ipsum Nabuchodonosor, qui vt Deum se fecit adorare in statua, quam erexit, vt videre est in Daniele. Septua. Audietur dolor de mõte Ephraim. Chal. Para. Quia vox prophetarum, qui prophetãt aduersus eos, qui migrauerunt ad vitulum, qui est in Dan, & nunciant annunciationes malas, venient sup eos occisores, eo quòd seruierint simulachro, quod erexerat Micheas in mõte domus Ephraim.

Isa.40.a

Danie..3.

Dicite gentibus. Ecce auditum est in Ierusalem custodes venire de terra longinqua, & dare super ciuitates Iuda vocem suam. Hoc est, sciant omnes gentes imminere iam vltionẽ, vt cognoscant Deum iustũ esse, neq; iniquitates inultas relinquere. Custodes vocat milites, Vnde subdit. *Quasi Custodes agrorum facti sunt super eam in gyro: quia me ad iracundiam prouocauit, dicit Dominus.* Qui scilicet tam diligenter obsideant, & munitionibus vrbẽ claudant, vt vinearum agrorumq; custodes putes, ne scilicet aliquis effugere possit. Vid. 4. Reg. 24. & infra. 52. Super muros tuos Ierusalẽ cõstitui custodes, ait Dominus.

Isa.62.b.

hoc est

hoc est prophetas, qui prædicatione sua vigilabāt, vt Dei populum custodirent, ne idololatria, & vitia alia vineam Domini deuastarent. Qui pios hos custodes contempserunt, iustè in manus crudelium custodum traduntur, qui inuigilent vt perdant, & deuastent. Custodit te Dominus, custodiunt et Angeli, quibus Dominus mandauit de te, vt custodiant te. Custodit etiā aduersarius tuus, qui circuit quærens quem deuoret. Si neglexeris angelos, & Deū custodiētem vt saluet, deuoraberis à leone custodiente vt rapiat, & perdat. *Viæ tuæ & cogitationes tuæ fecerunt hoc tibi: ista malitia tua, quia amara, quia tetigit cor tuum.* Non est, quòd culpam in Deū reijcias, aut in hostes: perditio tua ex te Israël. tu teipsam destruis, & perdis scelerib⁹ tuis. *Viæ tuæ.* hoc est, opera tua, & cogitationes tuæ pessimæ, quas dū reprimere negligis, ad praua opera te pduxerūt, & Deū sæuire nolētē coegerūt. *Ista malitia tua.* Hic fructus est, & pœna malitiæ tuæ, & quidē amarissima, quę ad intima vsq; penetret, acerbissimèq; affligat. Vel malitiā vocat amarā, q dulcē Deū ad amaritudinem prouocet, & sęuire cogat clementē. Pereat Samaria (ait propheta) quia ad amaritudinē prouocauit Deum suū. *Ventrem meum, ventrem meum doleo, sensus cordis mei turbati sunt in me: nō tacebo, quia vocē buccinæ audiuit anima mea, clamorem prælij.* Dolet propheta præuidens populi vastationem, & imminentia mala. Ventrem posuit pro visceribus, & corde ipso vel mente, quasi dicat. Crucior valde prę dolore, mentis afflictionem patior, sic in Psal. cōturbatus est in ira oculus meus, anima mea, & venter meus: sensus mei turbati sunt, & quasi in stuporem ob vehementē dolorem veni, exanimis factus sum.

Psal. 90.

Ose. 14. a

Psal. 30.

ſum. Septuag. Ventrem meum doleo. ventrem meũ doleo, & ſenſus cordis mei me premit, anima mea la cerabitur & cor meum. Chald. Paraph. Viſcera mea, viſcera mea dolent mihi; mota eſt ſuſtentatio cordis mei: rugit in me cor meum. In Heb. ad literam viſcera mea vel venter, viſcera mea doleo (et) parietes cor dis mei tumultuantur, vel dolet mihi cor meum. Parietes vocat præcordia, quibus quaſi parietibus circũdat̃ cor, Verbũ Heb. קיר chir, parietẽ ſignificat: metaphoricè ſumit̃ pro præcordijs. Noſter autẽ interpres ſignificãti⁹, ſenſus cordis mei, trãſtulit. Sic verbũ Heb. המה hamah, tumultum facere, vel ſtrepitũ ſonare reſo nare ſignificat. pro quo ſignificãtiùs, conturbati ſunt, trãſtulit, eadẽ ſentẽtia manẽte. *Nõ tacebo.* clamabo, eiu labo præ dolore, ſi fortè dũ me dolẽtem audierint, & ipſi doleãt. Iã enim videor audire me vocẽ buccinę, & clamorẽ prælij: voces ſcilicet & clamores militũ ſe inuicẽ adhortantiũ ad occidendũ, vaſtandũ, ꝑdendũ. *Contritio ſuper contritionem vocata eſt, & vaſtata eſt omnis ter ra: repẽte vaſtata ſunt tabernacula mea, ſubitò pelles meæ.* Mul tis cladibus afficiendum populum prędicit, nam & fa me, & peſte, & obſidione vexatus eſt, & tandem gladio, & captiuitate attritus. Vel contritio ſuper contritionem, dicit: quòd cum iam decem tribus fuiſſent in captiuitatem adductæ, nunc duæ, quæ remanſerant, eſſent conterendæ, & captiuæ ducendæ. Porrò per ta bernacula, & pelles idem intelligit, quòd tabernacula ex pellibus fierent. Sic autem vocat domos Ieruſalẽ, quòd ea facilitate deſtructæ ſint, qua tabernacula, vel tentoria auferuntur: vel quòd cito cõpulſi ſint inde migrare, vt nõ domus, ſed tentoria potiùs dicas, quæ

ad breue tempus parantur. Quando inimicus noster aduersus nos præualere incipit, nō vno tātùm modo vastat: contritio super contritionem, & Abyssus abyssum inuocat, & vnū peccatum in aliud trahit. Tabernacula autem sunt, quæ hìc possidemus: non enim habemus ciuitatem permanentem. Vt quid tāto sumptu palatia construis? cito relinques, breui migrabis. fac tibi amicos de Māmona iniquitatis, vt quando ab his tabernaculis migraueris, recipiant te in æterna tabernacula. *Vsq; quo videbo fugientē, audiā vocem tubæ?* Hoc est, quādiu afflictio hæc durabit? Vel vtinā pœnitentiam ageret populus, vt placaretur Deus, & fæliciora populo annunciarem. Chald. Para. Quādo videbo ego signa, audiam vocem cornu. In Hebr. נס nes, à radice נסס nasas, vexillum significat. à radice נוס nus, fugientem significat, quemadmodum habet noster interpres, sic etiam Septuag. *Quia stultus populus meus me nō cognouit: filij insipientes sunt, et vecordes. Sapientes sunt, vt faciant mala: bene autem facere nescierunt.* Verba sunt Dei quasi respondentis Prophetæ, quasi dicat. Quid aliud visurus es quàm fugiētem, & quid aliud auditurus es quàm vocem tubæ, cùm nihil nisi mei contemptum in populo isto intueri liceat, nihil exhortationibus, neq; minis, aut terroribus proficiant, in nulloq; meliores fiant, quasi stulti & vecordes, quibus frustra quis seriò loquitur? Quid stultius? Cognouit bos possessorem suū, Israël autē me non cognouit. Insipientes, dum veris prophetis non credunt: vecordes, dum falsis fidem adhibent. Noli blandiri tibi de sapientia, noli te prudentem iactare: quandiu peccato locū das stultus es, insipiēs, vecors: talē te Deus iudicat, talem te Spi-

Luc. 16. c

Isai. 1. a.

te Spiritus Sanctus vocat. *Sapientes sunt, vt faciant mala.* Quot fraudes, quot doli. Quot insidiæ, quot calũniæ. Sed sapiẽtia hæc stultitia est apud Deũ, terrena est, diabolica est. Serpẽs callidior erat cũctis animãtibus terræ: sic isti ex patre diabolo, furor illis secũdũ similitudinẽ serpentis, astuti sunt, callidi sunt, vt decipiant, vt subuertãt, vt opprimãt, vt supplãtent, vt assequantur, ꝙ in perniciẽ suã exoptãt: ad virtutẽ verò veluti stolidi sunt, indignũ reputãt virtuti operam dare, sed eos qui virtuti studẽt, irrident, & stultos reputãt. Sed nos æquo animo feramus stulti videri propter Christũ, vt cũ ipso sapiẽtes simus, qui stulta fecit sapientiã mũdi. 1. Cor. 1. c

Aspexi terrã, et ecce vacua erat et nihili: et cœlos, et nõ erat lux in eis. Idem significat, quod superiùs dixit, stultus populus meus: Terrã vacuã, & nihili, vocat homines, qui nihil nisi terrã cogitãt, & vera sapientia vacui sunt. Per terrã, homines plebeios: per cœlos, eos qui superioris ordinis sunt, vt Reges, Principes, Sacerdotes, legis doctores intelligit, qui stulti facti fuerãt, & lumen sapientiæ in illis extinctum erat. Sic ꝑ mõtes & colles infra homines mediocris cõditionis. Vel desolatiõnẽ magnã his verbis describit, quę & cęlos mœrere faciat, & montes & colles in stuporem adducat. sic Ezech. 32. Omnia luminaria cœli mœrere faciam super te. Et infra. Lugebit terra, & mœrebũt cœli. Terra ergò desolata erat absq; habitatore, inculta erat, quòd non esset, qui eam coleret, & cœli lucem retraxerãt ob mœrorem. Theodoretus. Hæc euenire solent his, qui delabuntur in calamitates, quibus lux non videtur esse lux, nec dies esse dies, neq; dulcia habere dulcedinẽ, sed omnia mutantur eis in contrarium.

Vidi mõtes, et ecce mouebãtur: et oẽs colles conturbati sunt. Præ stupore scilicet, & mœrore. Sicut etiã in Psal. mõtes & colles exultare dicunt, ad lętitiã magnã significãdã.

Psal. 113.

Intuitus sum, & non erat homo, & omne volatile cœli recessit. Hoc est, nullus erat in terra Iuda propter desolationẽ à Chaldęis factam, sed & volatilia recesserant, vt & ipsa etiam desolationem sentirent.

Aspexi, & ecce Carmelus desertus: & omnes vrbes eius destructæ sunt à facie Domini, & à facie iræ furoris eius. Carmelus amænissimus, & fertilissimus, oleis cõsitus & arbustis, vineisq; condensus ad tantam venit solitudinem, vt eremi habeat vastitatem. *à facie Domini & à facie iræ furoris eius.* Hoc est, ob grauem Dei iram. Chald. Paraph. Vidi, & ecce terra Israël, quæ erat plantata sicut Carmelus, conuersa est, vt esset sicut desertũ. Lamentabilis sanè ruina. Sic aduersario nostro animam vastantẽ, vbi quondam virtutum chorus, & spiritualis lætitia, & exultatio, ibi vitiorum multitudo, & mœror versatur. Pertimescenda inimici nostri potentia. Montes mouet, eximiæ nempe virtutis viros. Colles conturbat, sapientes & consilio potentes. Ecce absorbebit fluuiũ, & non mirabitur: fiduciam habet, quòd Iordanis influat in os eius. Neq; enim est potestas, quæ comparetur ei super terram. Porrò quẽ non moueat videre Carmelum in desertum conuersum? qui delitijs spiritualibus affluebãt, stercora, obscœnas nempe carnis voluptates, amplecti. Quomodo cecidisti de cœlo lucifer, qui manè oriebaris?

Iob. 40. c

Isa. 14. c

Hæc enim dicit Dominus deserta erit omnis terra, sed tamen consummationẽ non faciam. Admixta est clementia irę, & cùm iratus fuerit misericordiæ recordatur. Desertam facit

Hab. 3. d.

facit terram, sed non funditus perdit. Remanserunt nonnulli post vastationem à Chaldæis factam: sed & post septuaginta annorum captiuitatem, qui captiui erãt, redierunt. Misericordiæ Domini, quia non sum' consumpti: quia non defecerunt miserationes eius. *Thrẽ.3.c.*

Lugebit terra, & mœrebũt cœli desuper, eo quòd locutus sum, cogitaui, & non pœnituit me, nec auersus sum ab eo. Terram lugere, est desolatam esse, & incultam iacere: & tãta, inquit, erit eius desolatio, vt cœlos mœrere faciat: id autem fiet, quia ita prædixi me facturum per prophetas meos, ita facere decreui, neq; sententiam mutaui, neq; auertar ab eo, quod semel statui.

A voce equitis & mittentis sagittã fugit omnis ciuitas: ingressi sunt ardua, et ascenderunt rupes, vniuersæ vrbes derelictæ sunt, et non habitat in eis homo. A clamore, ait, equitum, & sagittariorum omnes perterriti fugient, & quærent sibi loca inaccessa, vbi tueri se possint, vrbibus derelictis. Equitis, pro equitũ. Singulare pro plurali, sic mittẽtis sagittam, pro sagittarijs. intelligit autem omnes reliquos milites alijs armorum generibus instructos.

Tu autem vastata quid facies? cùm vestieris te coccino, cum ornata fueris monili aureo, et pinxeris stibio oculos tuos: frustra cõponeris, contempserunt te amatores tui, animam tuam quærunt. Quò confugies? Quod capies consilium? Quod remedium? cogêris sedere mœrens, calamitatem tuam deplorando. Sanè vastata anima non habet, quid facere possit: potuit seipsam perdere, sed minimè reparare, nisi eam Deus reparauerit. Nihil, ait, proderunt tibi diuitiæ, aut pulchritudo, vt iram & furorem hostium tuorum delinire possis, cùm id tantùm quærant, vt te perdant, & deuastent. Per amatores, Gentes intelli

git, quorum Deos colebat, vel in quibus fiduciam suã collocabat. *Stibiũ* vim habet dilatandi oculos, inhibet etiam eorum fluitiones & exulcerationes, vnde Græci πλατυοφθαλμον vocant ab oculorũ dilatatione. vtebãtur eo mulieres ad oculos venustãdos, vt pulchriores viderentur. Sep. si vnxeris honore oculos. Chald. Paraph. stibio habet. In Heb. est פוך puc. quę dictio stibiũ interpretari potest, vel fucus. Alij transferũt: si pinxeris fuco faciem tuam, vt à parte totũ intelligat, oculos pro facie. *animam tuam quærunt.* hoc est, vitam: occidere te volunt, vitam tollere, perdere, Hìc eorum studium carpitur, qui hominibus placere student, & nõ Deo, Quoniã Deus dissipauit ossa eorum, qui hominibus placent, confusi sunt quoniã Deus spreuit eos. Fallax est gratia; & vana est pulchritudo, mulier timẽs Deum ipsa laudabitur. Nimius ornatus exterior à mente incomposita, & suarum cupiditatum serua proficiscitur. Quid profuit diuiti Epuloni, indui purpura & bisso? Pingunt oculos stibio, qui sapientiores videri volunt, quàm sint, vt nihil non videre, nihil nõ scire se iactent. Qui autem Deo placere desiderat, induat se coccino charitatis, ornet se monili aureo veræ sapientiæ, de qua Apost. Ego nihil existimaui me scire inter vos, nisi Iesum Christũ & hunc crucifixũ. vngat oculos stibio veræ fidei, vt dilatati cælestia intueãtur, & vanitatẽ nõ videãt. Qui ita fecerit, non frustra cõponetur. Nõ illũ cõtẽnet animarũ sanctarum amator, & spõsus Iesus, sed cõcupiscet rex decorem suũ. Iam verò quãtę stultitię est, dũ hostes animã quęrũt, corpus ornare, & animã negligere, vt hostiũ prędæ pateat? Hãc orna, hãc muni, hanc serua, hæc tibi sit cha-

Psal. 52.

Prou. 31.

1. Cor. 2. a

rissima

rissima. Habemus thesaurũ in vasis fictilibus. Tu vas fictile magnifacis, thesaurum verò negligis. 2. Cor. 4. c

Vocem quasi parturientis audiui, angustias vt puerperæ. Vox filiæ Sion inter morientes expandentisq; manus suas: væ mihi quia defecit anima mea propter interfectos. Post vastationem audit lamẽtantem. Hoc est, quod dixit. Tu autem vastata quid facies? Vox parturiẽtis, vox est ex acerbissimo dolore proficiscẽs. quod magis declaratur, cùm subditur, *angustias vt puerperæ*. Sep. vt primiperæ. & Chal. Par. angustia quasi mulieris, quæ incipit parere primogenitũ. hoc est, quę primũ experitur partum. In Heb. est. כמבכירה chemabechidah. à radice. בכר nachad, in Hiphil parere primogenitum significat. Filiã Sion vocat Ierusalem, habitatores intelligens, qui iacebãt vulnerati inter morientes, expandentesq; manus: nam deficiente spiritu manus defluunt. Septuag. deficiet, & dimittet manus suas. Chald. Paraph. vocem cœtus Siõ, qui prosternit se, & expandit manus suas dicens, vę nunc mihi &c. Iuxta interpretationem hãc possumus & nos interpretari hoc modo. Vox populi Sion dum alij clamantes prę doloribus exhalant spiritum, alij prostrati manus expandũt, & precibus contẽdunt hostes propitios sibi reddere. Alij interpretãtur. Vocem (audiui) filiæ Sion, quæ fremit, & frangit manus suas. Diuus Hieronymus. Quomodo mulier pariẽs & necdum dolorem parturitionis experta penè moritur, & angustias sustinens vix potest respirare, sparsisq; manibus collabitur, sic & filia Siõ cùm suos viderit filios interfectos, in hęc verba prorumpet, & dicet, vę mihi. &c. In Hebr. vbi nos legimus, inter morientes, est verbum תתיפח titiapecha, à radice יפח iapach, in Hithpael

thpael conqueri, & lamentari significat. Vnde ad literam sic legimus. Vocem (audiui) filiæ Sion, conqueretur, expandet manus suas, væ nūc mihi. &c. Sed etiam dictio illa תתיפח titiapecha, potest esse à radice פוח puach, quod flare, & spirare significat: & quia morientes efflare dicuntur, animam morientem quoq; significare potest, quemadmodum habet nostra litera. D. Hiero. intermorientis legit, vt sit vna dictio. intermoriens autem vocatur, qui inter mortem & vitam ex dolore procumbit similis expiranti: & ita conuenit rectè voci Heb. sic etiam habent multi codices manu scripti. *Væ mihi.* vox potest esse prophetę, vel Siō. Chal. Paraph. Vocem facit Sion, sic etiam interpretatur D. Hier. Defecit (inquit) anima mea præ dolore propter interfectos. Iam verò quis nō doleat, cùm tot passim videamus interfectos, tantamq; animarum stragem? Sed id parum cogitamus: corporum vel leuissima dāna sentimus: pereunt animæ, & nullus est sensus. Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontē lachrymarum, & plorabo die ac nocte interfectos populi mei? Interfectos, inquam, non tam corpore, q̄ animo.

Inf. cap. 9

ARGVMENTVM.

Quàm esset iustitia profligata à Iudęa docet. Vastationis causam, & Chaldęorum ferocitatem describit.

❡ CAP. V.

CIRCVITE vias Ierusalem, et aspicite, et considerate, et quærite in plateis eius, an inueniatis virum facientem iudicium, et quærentem fidem: et propitius ero ei. 2. Quòd si etiam, Viuit Dominus, dixerint: et hoc falsò iurabunt. 3. Domine oculi tui respiciunt fidem: percussisti

*sisti eos, et non doluerunt: attriuisti eos, & renuerunt accipere disciplinam: indurauerunt facies suas supra petrã, & noluerunt reuerti. 4. Ego autem dixi, Forsitan pauperes sunt & stulti, ignorantes viam Domini, iudicium Dei sui. 5. Ibo igitur ad optimates, & loquar eis: ipsi enim cognouerunt viam Domini, iudiciũ Dei sui. & ecce magis hi simul confregerunt iugum, ruperunt vincula. 6. Idcirco percussit eos leo de sylua, lupus ad vesperam vastauit eos, pardus vigilãs super ciuitates eorũ: omnis qui egressus fuerit ex eis, capietur: quia multiplicatæ sunt præuaricationes eorũ, confortatæ sunt auersiones eorũ. 7. Super quo propitius tibi esse potero? filij tui dereliquerunt me, & iurãt in his qui non sunt dij: saturaui eos, & mœchati sunt, & in domo meretricis luxuriabãtur. 8. Equi amatores, * et emissarij facti sunt: Vnusquisq; ad vxorẽ proximi sui hinniebat. 9. Nũquid sup his nõ visitabo, dicit Dñs? et in gẽte tali nõ vlciscetur anima mea? 10. Ascẽdite muros eius et dissipate, cõsũmationẽ autẽ nolite facere: auferte propagines eius, quia nõ sunt Dñi. † Præuaricatione enim præuaricata est in me domus Israël, et domus Iuda, ait Dñs. 12. Negauerũt Dominũ, et dixerũt, Nõ est ipse: neq; veniet super nos malũ: gladiũ et famẽ non videbimus. 13. Prophetæ fuerũt in ventũ loquuti, et responsum nõ fuit in eis, hæc ergo euenient illis. 14. Hæc dicit Dominus Deus exercituũ, quia loquuti estis verbũ istud: ecce ego do verba mea in ore tuo in ignem, et populum istũ ligna, et vorabit eos. 15 Ecce ego adducã super vos gentẽ de longinquo domus Israël, ait Dominus: gentem robustã, gentem antiquã, gẽtem cuius ignorabis linguã, nec intelliges quid loquatur. 16. Pharetra eius quasi sepulchrum patens, vniuersi fortes. 17. Et comedet segetes tuas, et panem tuum: deuorabit filios tuos, et filias tuas: comedet gregem tuum, et armenta tua: comedet vineã tuam et ficum tuam: et conteret vrbes munitas tuas, in quibus tu habes fiduciam, gladio. 18. Veruntamen in diebus illis, ait*

* in fæminas MS. Hiero. R. Q. n.

Eze. 22. 11.

Ini. 9, 9.

Inf. 14. 13. 27, 17. 7 MS. H. G. C. S. MS. vt C.

Dominus,

Inf.16. *Dominus, nõ faciam vos in cõsummationem. 19. Quod si dixeritis, Quare fecit nobis Dominus Deus noster hæc omnia? dices ad eos, Sicut dereliquistis me, & seruistis Deo alieno in terra vestra: sic seruietis alienis in terra non vestra. 20. Annunciate hoc domui Iacob, et auditum facite in Iuda, dicentes, 21. Audi popule stulte, qui non habes cor: qui habentes oculos non videtis: & aures, & non auditis. 22. Me ergo non timebitis, ait Dominus: et à facie mea non dolebitis? Qui posui arenã terminũ mari, præceptum sempiternũ, quod non præteribit: & cõmouebuntur & non poterunt: & intumescent fluctus eius & non transibũt illud. 23. populo autem huic factũ est cor incredulũ & exasperans, recesserunt & abierunt. 24. Et non dixerunt in corde suo, Metuamus Dominũ Deum nostrũ, qui dat nobis pluuiã temporaneã et serotinã in tempore suo: plenitudinẽ annuæ messis custodientẽ nobis. 25. Iniquitates† vestræ declinauerunt hæc: et peccata† vestra prohibuerũt bonũ à† vobis 26. Quia inuenti sunt in populo meo impij, insidiãtes quasi aucupes, laqueos ponentes, et pedicas ad capiendos viros. 27. Sicut decipula plena auibus, sic domus eorũ plenæ dolo: ideo magnificati sunt et ditati. 28. Incrassati sunt et impinguati: et præterierunt sermones meos pessimè. Causam † viduæ non iudicauerũt, causam pupilli nõ direxerũt, et iudiciũ pauperum non iudicauerũt. 29. Nunquid super his non visitabo, dicit Dominus? aut super gentem huiuscemodi non vlciscetur anima mea? 30. Stupor et mirabilia facta sunt in terra. 31. Prophetæ prophetabãt mẽdaciũ, et sacerdotes applaudebãt manib⁹ suis: et populus meus dilexit talia: quid igitur fiet in nouissimo eius?*

> †nostræ. 20. MS. R.
> †nostra 20. MS. R.
> †nobis 20. MS. R. Verũ H. C. & G. Text⁹ lectionẽ comprobant.
> Isa. 1, 23. Zac. 7. 10
> 2. MS. R. Hier. H. †veritatis. C.

EXPLANATIO

C*IRCVITE vias Ierusalem, et aspicite, et considerate, et quærite in plateis eius, an inueniatis virũ facientẽ iudiciũ, et quærentẽ fidem: et propitius ero ei.* Raram esse iustitiam docet. Perlustrate, ait, vicos

vicos & plateas Ierusalem, & diligenter inspicite, num aliquem virum iustum inuenire possitis, & parcam ei. *Virum*. hoc est, aliquem. Vir est, qui iustitiã colit forti, & constanti animo. Vir erat in terra Hus, nomine Iob. Et, Beatus vir, qui non abijt in consilio impiorum. &c. In numero populi Dei non annumerantur mulieres. Et agnus masculus offerri præcipitur in lege. Melior est patiẽs viro forti: & qui dominatur animo suo expugnatore vrbium. Facere iudicium, est iustitiam sectari. Chal. Para. Si inueneritis virũ, cuius opera sint bona, si est faciens iudicium rectũ. Quærere fidem, est veritatem colere. Verbum Heb. אמונה emunach, veritatem, & fidem significat. Tales quærit Deus. Sic in. Psal. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requiescet in monte sancto tuo? Qui ingreditur sine macula, & operatur iustitiam. Hoc est facere iudiciũ, malum à bono discernere, & hoc amplecti, illud autem fugere. Qui loquitur veritatem in corde suo, qui non egit dolum in lingua sua: hoc est fidem quęrere. *Et propitius ero ei*. Ad iustum, vel ad Ierusalem referri potest. D. Hier. ad Ierusalem refert. Vnde ait. Grãdis amor iustitiæ, vt nequaquam iuxta interrogationem Abrahę, & responsionẽ Dei, pro decẽ viris iustis Deus liberauerit ciuitatẽ, sed si vnũ inuenerit Deus, misereatur Ierusalẽ iam iã periturę. Sic Theodo. Immẽsa, ait, est tum illorum impietas, tũ Domini beneuolentia. illi enim tẽdunt vnanimiter ad iniquè agẽdum: hic autem vel vnius beneficio vitã legi cõsonã agentis, pollicetur omnibus veniã. Septuag. propitius ero eis, habent. Chald. Paraph. dimittam eis. Quamuis in Hebręo. ei, sit in singulari, sicut

Iob. 1. a.
Psal. 1.
Pro. 16. d
Psa. 14.

ſicut nos habemus. Sed, ei, poteſt ad Ieruſalē referri. Vide quanti faciat Deus homines iuſtos, quos mundus contemnit. Mihi autē nimis honorati ſunt amici tui Deus. Vidiſti ſeruum meum Iob, ait Dominus Satanæ, qui terram totam circuierat, & perambulauerat: quaſi nihil eſſet in toto orbe præſtantius, neque viſu dignius viro iuſto. Sed & commune bonum eſt iuſtitia. Sic nato Ioanne multi gaudent, tanquam de communi bono; & propter iuſtos parcet Dominus ciuitatibus. Attendant id Reges; & Principes, qui regna ſua ſalua eſſe volunt. Ne in ſolis pecunijs, equis, armis, & militibus ſpem ſalutis collocatam habeant: virtutem & iuſtitiam foueant, iuſtos viros amplectantur, honore & fauore proſequantur. His enim tanquam muris æneis defenditur ciuitas. Vnus Moyſes condonari iniquitatem numeroſo populo à Deo impetrat. Sed difficilia quæ pulchra, & rara quæ difficilia: ideo tam pauci iuſti.

Pſal.138. *Iob. 1.b.* *Exod.32.*

Quòd ſi etiam viuit Dominus, dixerint, et hoc falſò iurabunt. Iurabis, viuit Dominus, dixerat ſupra: quod ad Dei cultum pertinet, dum non per falſos deos, ſed per vnum verum Deum iuramus. Sed hæc eſt tantùm exterior religio, quæ non ſufficit: ſed & ſi falſò iuratur, iniuria Deo irrogatur. Vnde, in veritate, dixit. Iſti autem ſi quando per Deum verum iurabant, falſò iurabant. Vel non recordantur mei, neque nominis mei, niſi ad mei iniuriam, vt faſò nempe iurent.

Sup. cap. 4.

Domine oculi tui reſpiciunt fidem. Hoc eſt, placet tibi veritas, & diſplicet mendacium, & dolus & iniquitas. Vel non falluntur oculi tui in hominum iudicio, ſicut oculos noſtros falli contingit, quaſi dicat. multi ſunt

falſam

falsam ostentantes iustitiam, sed in illorum iudicio tu non falleris, Theodo. Testimonium perhibes de his, quę dico: intueris enim omnia. Magno, & attēti opus est studio, vt Dei oculis placere possimus: neque facilè potest quis sibi de propria iustitia blādiri, cùm Dei iudicium subire oporteat. Chald. Paraph. Domine nonne reuelatū est coram te, vt benefacias fidelibus? *Percussisti eos, & non doluerunt: attriuisti eos, & renuerunt accipere disciplinam, indurauerunt facies suas supra petram, & noluerūt reuerti.* In hóc, ait, manifestasti iustitiam tuam, quòd antequam permitteres populum tuum vastari funditus, sæpius illum flagellis, vt resipiscerent, excitasti: nec tamen meliores facti sunt. *Non doluerunt*, hoc est, veluti si flagella non sentissent, immobiles permā serunt in impietate sua. Indurare faciem, est pudorē omnem abijcere. Qui pudore afficitur, oculos demittit, & faciem abscondit: qui verò impudēs est, apertis oculis respicit facie immota.

Ego autem dixi, forsitan pauperes sunt & stulti, ignorantes viā Domini. Modus hic loquendi attentionem magis excitat. Sed & liberum hominis demonstrat arbitrium, vt animaduertit D. Hieronymus: potuissent enim bene facere, si voluissent: sed noluerunt. Id quod significauit, cùm ad modū dubitantis dicit, *ibò igitur &c.* Sic in Euāgelio, Reuerebuntur forsitan filiū meū: loquitur autē de hominibus plebeis. *pauperes sunt, & stulti, ignorantes viam Domini*, Hoc est, inopes consilio, & parum cordati, multaqúe laborantes ignorātia. Chald. Para. Ego autem dixi. Pro eo quòd pauperes sunt, insipientes facti sunt, quia non didiscerūt vias, quæ rectę sunt coram Domino, vt facerent iudicium verum coram

Marc. 12 a.

Deo

Deo suo. Dictio Heb. דלים dalim, pauperes, tenues, infirmos significat. Iudiciū Dei, pro lege Dei, qua quid fugiendum, quid verò amplectendum sit, docemur: atque adeò quid bonum sit, & quid malum. *Ibo igitur ad optimates.* Principes intelligit, sacerdotes, & legis doctores. Confringere iugum, & rumpere vincula, est legem Dei transgredi, neque velle ei subijci. de quo dicēdi genere suprà in. 2. Cap. Magis, inquit, cōfregerūt iugum, quia illorum peccatum grauius est, cùm maiorem habeant cognitionem Dei, & diuinorum, maiora receperunt beneficia, maiori cum scandalo aliorū peccant: adde etiam, quia quò potentiores, & doctiores sunt, quum Dei timorē abijciunt, peiores euadūt alijs. Dæmō etiam, cui desiderabilior est de illis victoria, potētiùs in eos grassatur, cuius potestati iusto Dei iudicio permittuntur ob illorum maliciam, quoniam apertis oculis cadunt, & cùm Deum cognoscāt, non sicut Deū glorificant. Hinc illud. Impossibile est, eos qui semel illuminati sunt, gustauerunt etiam donū cæleste, & participes facti sunt Spiritus Sācti, & prolapsi sunt, rursus renouari ad pœnitentiā. quo dicto Apostolus difficultatem magnam significat.

Heb.6.a.

Idcirco percussit eos leo de Sylua, lupus ad vesperam vastauit eos, pardus vigilans super ciuitates eorum. Nabuchodonosorem, & Chaldæorum exercitū multis ferarum nominibus significat, quò magìs ferocitatem declaret. Per leonem potentiam, per lupū qui nocte solet gregem inuadere insidias, per pardū vigilātem, studium hostiū in deuastando significat. D. Hiero. Leonem de Sylua, regnū Babyloniū interpretatur. Lupū, Medos & Persas, quorum regnū in Daniele significatur per

Dan.7.a

Vrsam

Vrsam, in cuius ore tres erant ordines. Pardum vigilantem Alexandri imperium, qui magna velocitate ab Oriente in Occidentem suum dilatauit imperium, multas etiam gentes morum, & linguarum varietate dissimiles in exercitu suo habuit, quibus dimicauit contra Medos, & Persas: id quod per varietates pardi significatur. Per id autē, quod dicitur, *omnis qui egressus fuerit ex eis, capietur*, potest Romanorū imperium significari, per quos facta est vltima deuastatio. Theodo. per leonem Nabuchodonosorē intelligit, per lupum Nabusardā, qui postremò missus quasi in nocte ciuitatem, & templum Dei incendit. Per pardum Antiochum Epiphanem, nam & Daniel Macedonicum regnum videt Pardo assimilatum. Sep. Lupus vsque ad domos deuastauit eos, & pardus vigilauit super ciuitates eorum. Chald. Paraph. Propterea Rex cū exercitu suo ascendit super eos, quasi leo de Sylua: & occident eos populi, qui fortes sunt sicut lupi vespertini, deprędabūtur eos dominatores, qui robusti sunt sicut pardi insidiantes ciuitatibus eorū. In Heb. pro lupo ad vesperā, quod nos habemus, est dictio ערבות charabut, quæ solitudinū, & vespertinus interpretari potest. Obserua in hostibus Ierusalē, Ecclesię sanctę hostes significari. Sic ergo sanctā hanc Ierusalem impugnarunt leones de Sylua, Imperatores, Reges, & mūdi Principes, & potētes: aduersum quos muniebat Christus suos, cùm dicebat. Nolite timere eos, qui occidunt corpus. Lupi ad vesperam, Hæretici nempe insidiantes, & sub specie verbi Dei decipientes, de quibus Christus. Attendite à falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecùs

Mat. 10. c

Mat. 7. c.

autem

autem sunt lupi rapaces. Pardi vigilantes. Philosophi videlicet, & mundi sapientes suis argumentis, quibus sapientes videri volunt, & vigilantes: contra quos armabat Christus suos, cùm diceret, Ego dabo vobis os & sapientiam, cui non poterunt resistere omnes aduersarij vestri. De quibus etiã Paulus. Videte, ne quis vos decipiat per Philosophiam, & inanem fallaciam. Sic aduersarius noster leo est, cùm violentis tentationibus nos pulsat: contra quem D. Petrus, Cui resistite fortes in fide. Lupus est ad vesperam, quando insidiatur, vt sub specie boni decipiat, tenebras offundẽs. Vnde D. Paulus. Ipse Satanas transfigurat se in angelum lucis. Pardus est vigilans, cùm assiduitate & importunitate tentationis subuertere nititur. Sic domina Ioseph, ꝑ singulos dies molesta erat adolescẽti. Vnde D. Pau. Ne defatigemini animis v̄ris deficientes. *Super quo propitius tibi esse potero.* Confortatas dixerat auersiones Iudęorum, vel rebelliones: hoc est, valde nimis creuisse numero & grauitate, ita vt misericordiæ locũ nõ relinquerẽt: vnde ait. Sup̱ quo propitius tibi esse potero, quasi dicat. Nihil in te bonũ video, quod possit me ad misericordiã prouocare. *fily tui dereliquerunt me.* recedendo à meo cultu, Idoláq; colendo, in quorum nominibus iurant, quasi vera in eis esset diuinitas. ditaui illos multis bonis, & ad luxum abusi sunt illis. *in domo meretricis luxuriabantur.* Meretricem intelligere possumus ciuitatem Ierusalem propter idololatriam, in qua ciues Dei obliti idololatrię, & libidini, & luxui operã dabant. Vę qui consurgitis mane ad ebrietatem sectandam, & potandum vsque ad vesperam, vt vino ęstuetis: cithara, & lyra & tympanum, & tibia, & vinũ

Luc. 21. c. — *Colos. 2. b* — *1. Pet. 5. d.* — *1. Cor. 11. d.* — *Heb. 12. b.* — *Isa. 5. c.*

& vinum in conuiuijs vestris, & opus Dñi nō respiciētis, nec opera manuū eius consideratis, dicebat Isaias. Hic taxātur, qui bona Christi possident, & illis ad pōpam, & luxū abutuntur, neglectis pauperibus, viduis, orphanis, quorum cura peculiariter illis demandata est, cùm bona Ecclesiæ bona sint pauperum.

Isa. 5. c.

Equi amatores in fœminas, et emissarij facti sunt: Vnusquisque ad vxorem proximi sui hinniebat. Studium idololatriæ ardentissimū significat, vel etiam libidinis petulantiam. Insaniunt equi libidine, & maximè emissarij vel admissarij, qui ocio vacant, & ad conscendēdas tantùm equas nutriuntur. His ergo comparat Ierosolymitanos. Septuaginta, equi amatores, habent. Chald. Paraph. Emissarij moram facientes. In Hebr. est מוזנים משכים meuzunim masichim, quod quidā interpretantur, equi saginati manè educti. alij equi pasti manè vel saturati singulo manè. Sed &, equi emissarij, optimè interpretari possumus, vt habet nostra litera. dictio enim מוזנים meuzunim, si sit à radice זנה zanah, quod fornicari significat, interpretari potest fornicarij, hoc est, emissarij & dictio משכים masechim, à radice משך masac, quod extrahere significat, exponi potest extracti, vel educti, vt scilicet equas conscendant: vt dicamus, equi educti ad fornicandum, hoc est ad conscēdendum equas. vel equi fornicarij, aut libidinosi extrahentes, rem turpem honestè significans, Optimè igitur interpretatus est noster interpres, emissarij. Porrò equi hinnitu equas ad coitum prouocāt. Vnde vnusquisque (ait) ad vxorem proximi sui hinniebat, hoc est, insaniebant libidine ad eas, & gestis, ac verbis impudicis ad libidinem prouocabant.

Nunquid super his non visitabo, dicit Dominus: & in gente tali nō vlciscetur anima mea? Visitare iniquitates, aut super iniquitates, est pœnam sumere, punire. *anima mea.* hoc est, ego, quasi dicat. Nunquid conniuebo huiusmodi sceleribus? vel absque digno supplicio relinquam? Nō faciam, neque ita decet iustitiam meam. puniam ergo eos, & de scelerata ista gente dignas sumam pœnas. Quod autem *in gente tali* ait, quasi extraneos à se, non iam populum suum vocat.

Ascendite muros eius, & dissipate: consummationem autem nolite facere. Hostes alloquitur, quibus facultatem dat deuastandi tanquam ministris suæ iustitiæ. *Consummationem autem nolite facere.* Sic supra. Cap. 4. Sed tamen cōsummationem non faciā. Vide qua ratione non plus possint hostes nostri, quàm Deus illis permittit. Sic in Iob non potuit Satan amplius desęuire, quàm illi data fuisset facultas à Deo. Sed, & vt in porcos ingredi possint dęmones, permitti sibi à Christo postulant in Euangelio. Non cōtinet in ira sua misericordias suas. Et cùm iratus fuerit, misericordiæ recordabitur. Sic in diebus Noe consummationem non fecit. reliquiæ factæ sunt, ait D. Paulus. Quamdiu hìc viuimus, nō fit consummatio, restat facultas pœnitēdi. Quòd si quis in sceleribus vitam finierit, consummatio fit. Et vbi ceciderit lignum, ibi manebit.

Iob. 1.2. *Mat. 8.d* *Psal. 76.* *Hab. 3.a* *Rom. 9 f.* *Eccles. 11*

Auferte propagines eius, quia non sunt Domini. Propagines, ait, auferte: nequaquā radicitus euellite, quia non vult consummationem fieri. Quod autem ait, *non sunt Domini*, ad populum potest referri: quasi dicat, non pertinēt ad Dominum, proiecit eos, ne sint populus eius, quòd alienati sint ab ipso per idololatriā. Vel propa-

gines

gines non ſunt Dñi, quòd à radice degenerauerint: vnde ſupra vocauit vitẽ alienã. Sep. Auferetis ſuſtẽtacula eius, quia Dñi non ſunt. D. Hie. omnia tolli auxilia iubet. Theodore. legit, Relinquite baſes eius, quia Dñi ſunt. quod de ciuitate exponit: Vnde ait. Per hæc deſignat obſcuris verbis reuocationem, & ſecundã reſtauratione͂. Chal. Para. deſtruite palatia eius, quia nõ eſt volũtas corã Dño in eis. In Heb. נטישותיה netiſotiach, quod męnia eius nõnulli interpretãtur. Alij minas, vel pinnas murorũ, vel ſummitates, vt ſcilicet alij poſſint aſcẽdere. Sed dictio ipſa eſt à radice נטש natas, ꝙ verbũ relinquere, & expãdere ſignificat. Vnde ramos expãſos, & etiã propagines optimè ĩtepͤtabimur.
Præuaricatione enim præuaricata eſt in me domus Iſraël, & domus Iuda. Ecce quare nõ ſint Dñi. De vtraq; domo loquitur, duodecim nempe tribubus in duas domos, & regna diuiſis. pręuaricatione pręuaricari, ſicut morte mori, hoc eſt, certiſſimè, haud dubiè ꝑuaricata eſt. Eiſdẽ ſceleribꝰ cõtaminatę ſunt tã decẽ, ꝗ duę tribus.
Negauerunt Dominũ, dixerunt nõ eſt ipſe: neq; veniet ſuper nos malum: gladium, et famẽ nõ videbimus. Nõ eſt ipſe vniuerſorũ cõditor, vel qui nos de Ægypto eduxit. Vel non eſt Deus, neq; eſt quòd timeamꝰ, quod illius nomine Prophetę cõminãtur nobis. Cùm vitulũ adorarẽt filij Iſraël, dicebãt. Hi ſunt dij tui Iſraël, qui te eduxerunt de terra Ægypti. Falſos Deos colere, eſt opere ipſo Deũ negare. Obſerua, qua ratione iniquitas iudicium peruertat. Obſcuratũ eſt inſipiens cor eorũ, & dicẽtes ſe eſſe ſapiẽtes, ſtulti facti ſunt. Et mutauerũt gloriam incorruptibilis Dei, in ſimilitudinẽ imaginis corruptibilis hominis, & volucrũ, & quadrupedũ, & ſerpentũ.

Exod. 32.

Rom. 1.

Psa.52. Dixit insipiēs in corde suo, nō est Deus. Anim⁹ iniqui-tate oppressus psuadet sibi nullā esse Dei prouidētiā, neque vlla supplicia parata esse sceleribus: ne scelera relinquere cogatur. Prophetas verò Dei cōtemnit & prophetias pro nihilo ducit. Sep. Mentite sunt Dño Deo suo, & dixerūt, nō sunt hęc, nec veniēt super nos mala. hoc est, non sunt hęc vera, quę nomine Dei nobis annūciātur. Chal. Para. Mētiti sunt in verbū Dñi, & dixerūt. Nō veniet super nos bonū à facie Dñi, nec veniet malū. quasi dicat, nō est, quòd à Dño bonū expectemus, neq; malum. *Prophetæ fuerunt in uentū loquuti, et responsum nō fuit in eis. Hæc ergo euenient eis.* Nullo fundamēto loquuti sunt, pro libito ꝙ venit in mentē, nullā habētes reuelationē à Dño. De Simeone dicitur in Euāgelio, respōsum accepit à Dño. Respōsum Dei dicitur reuelatio, quasi propheta interroget, & De⁹ respōdeat. Obserua hic aduersarij nři technas, qua ratione elidere conať, quęcūq; ad salutē nostrā ordinata sunt à Deo. Nequaquā moriemini, dicebat serpēs Eue: cū tamē dixisset De⁹. In quacūq; hora comederitis, morte moriemini. Sic Loth videbatur Sodomitis quasi ludēs loqui. Sic pręconē iustitię Noe homines illius tēporis irridebāt, & cū videret arcā fabricātē, & prędicētem venturū diluuiū nō credebāt. *Hæc ergo euenient eis.* Quasi dicat, nō ita erit: sed euenięt vobis, quę per prophetas euētura prędixi. vel ad ea quę sequūtur, referri hoc potest. *Hæc dicit Dominus Deus exercituū, quia loquuti estis verbum istud. Ecce ego do verba mea in ore tuo in ignem, et populum istum ligna, et vorabit eos.* Deus exercituū dicitur, ob Angelorū exercitus: sed et creaturarū omniū, quibus vtitur, cū vult ad vindictā sumēdā de hostib⁹ suis

Luc. 2. d.

Gen. 3. a.
Gen. 2. c.
Gen. 19. b

suis sitre propter potẽtiã suam, quæ idem est, cum vo lũtate suà, qua sola perficit omnia, ac si innumeros exercitus haberet. Hoc nomẽ vsurpari solet à Prophetis maximè ad Dei potentiam significandam, & ad timorem incutiendũ incredulis, & rebellibus, vt in hoc loco. *quia loquuti estis.* Quia dixistis prophetas meos in ventum fuisse loquutos, dabo tantam potentiam illorum verbis, vt sint veluti ignis, à quo vos tanquam stipulæ cõsummabimini: nõ vlla ratione effugere valeatis mala, quæ per illos euentura vobis prædixi. *Ecce ego adducam super vos gentẽ de longinqua domus Israel, ait Dominus.* Chaldęos intelligit, quorum potẽtiam Iudæis formidabilem declarat. *De longinqua* hoc est, cum qua nullum habeatis commercium, nullã amicitiã, vt propterea mitiùs vobiscũ sit acturà. *antiquam.* hoc est, veteranos milites. Septuag. & Chal. Paraph. gẽtem à seculo. sic in Hebr. Assyriorum imperium incœpit à Nemrod, qui primus cœpit tyrannidem in alios exercere. *cuius ignorabis linguam.* Nonnulla est consolatio, cùm intelligimus loquentem, ad quem etiam possimus loqui, & salutem ab eo precari: cùm autem hostem non intelligimus loquentem, semper omnia in peius interpretamur. *Pharetra eius quasi sepulchrum patens.* Singulare pro plurali. & Pharetra, pro sagittis, cõtinens, pro contento. hoc est. multos suis sagittis conficient. Sepulchrum patens mortuum expectat, & veluti vocat. *Vniuersi fortes*, vt vi nempe magna sagittas iaciant, & conficiant, quos percusserint. Hæc omnia spiritualibus hostibus nostris optimè quadrant. De lõginquo sunt, cum quibus nullũ est nobis cõmerciũ. Robusti: neq; enim est potestas, quæ comparari eis possit

Iob.41.d

possitim ferm, qui facti sunt, ut neminem timeãt: Gẽs antiqua, ex quo mundus creatus est. Vnde Christus, ille homicida erat ab initio. Quorum ignoramus linguam: inuisibiles enim sunt, quos neq; videre, neq; audire possumus: sed neq; illorũ astutias plenè intelligere. Pharetra eorũ sicut sepulchrũ patẽs, venenatæ eorum sagittæ, interficiẽtes animas: ignea tela vocat. D. Paulus. Vniuersi fortes. vnde D. Paulus. Non enim est nobis colluctatio aduersus carnẽ, aut sanguinẽ, sed aduersus principes, & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarũ harũ, cõtra spiritualia nequitię in cęlestibus. Nã & tertiã partẽ stellarum secum traxit draco ille à cœlo eiectus. Vide ergo cũ quibus tibi pugna sit.

Ioan.8.e *Ephes.6.* *Apo.12.b*

Et comedent segetes tuas, & panem tuũ: deuorabit filios tuos & filias tuas, comedet gregem tuum, & armenta tua, & comedet vineã tuam, & ficum tuam, & conteret Vrbes munitas tuas, in quibus tu habes fiduciã, gladio. Generalẽ vastationẽ significat. Gladiũ pro bello acerrimo posuit, quo nomine omne armorũ genus intelligi vult. Hęc partim in longa illa obsidione, partim in deuastatione, quę obsidionẽ sequuta est, cõtigerũt. Quę si ad spiritũ referas, pulchrã habẽt allegoriã. Sed nobis nõ licet omnia psequi.

Verum tamen in diebus illis, ait Dominus, non faciã vos in consummationẽ. Sic superiùs. Obserua tamen hìc, qua ratione Deus humanis perturbationibus non subiaceat. Quis enim ira percitus, dum minatur, minis clementiam admiscet?

Quod si dixeritis: Quare fecit Dominus noster hæc omnia? dices ad eos: sicut dereliquistis me, & seruistis Deo alieno in terra vestra, sic seruietis dijs alienis in terra nõ Vestra. Sæpe inculcat causam malorum, nempe peccata. Hìc autẽ taxatur

illorum

illorũ superba stultitia; qui post tot scelera adhuc nõ agnoscũt se iustè puniri, sed interrogant, Quare fecit Dominus nobis hæc omnia? Quemadmodum, ait, peregrinos Deos amastis; sic cogemini peregrinari, & exulare à terra vestra: eijciam vos de terra, quam dedi vobis, eo quòd idololatria eam polluistis, nec digni estis in ea habitare, cùm negetis eum, qui eã vobis dedit alienos Deos colendo in ea. Sic Hæretici exules fiunt ab Ecclesia, quòd in ea alienorũ dogmatũ Deos colant, fidei veritatem corrumpẽdo, et errores suos pro Euangelio, & verbo Dei venditando. *Dijs alienis.* Alienis; tantùm habetur in Heb. possumus & Deos, & populos intelligere: nam in captiuitatem adducti dijs alienis, & populo alieno seruierunt, Chald. Paraph. Sicut reliquistis cultũ meum, & coluistis idola populorum in terra vestra; sic seruietis populis colentibus idola in terra non vestra.

Ieã. 115.

Annunciate hæc domui Iacob, et auditum facite in Iuda, dicentes. Audi popule stulte, qui non habes cor. etc, Insipientiam Iudeorum redarguit, qui Deũ non timerẽt, cùm vel ex ipsis rebus naturalibus appareat formidabilẽ esse eius potentiam, neq; obtemperare vellent ei, cui etiam insensibiles creaturæ obediunt. *Annunciate hoc in domo Iacob, et narrate ea in domo Iuda.* Tam Israël, quàm Iuda domus Iacob dicitur. Sed sermo est tantùm ad Iuda, nã Israël iã in Assyriorũ terra exulabat: quasi dicat, in domo Iacob, quę est domus Iuda. Stultũ vocat populũ, qui sapiẽtię reliquerat auctorẽ. *non habens cor.* hoc est. Vecors, & amẽs. Sic in Ose. Ephraim quasi Colũba seducta, nõ habẽs cor. Qui se absq; ratione, imo contra omnẽ rationẽ seduci permittit, nõ habet cor. Dedit il

Osee. 7. c

li cor ad precepta, & legē vitæ. huiusmodi cor nō habebat populus, qui Dei legē deseruerat. *Qui habētes oculos, non videtis.* Vtiq; similes facti erāt idolis, quibus seruiebant. de quibus dicitur. oculos habent, & nō videbūt. &c. Et similes illis fiāt, qui faciūt ea: & omnes qui confidunt in eis. De oculis mentis loquitur, quibus, quod rectum est, videmus: & de auribus cordis, quibus Dei vocem audimus, & illi obtemperamus. *& à facie mea non dolebitis.* Hoc est, ab indignatione mea nō pauebitis. Chald, Paraph. A facie verbi mei non contremiscetis, Qui timet iratum, dolet quòd eū prouocauerit. *Qui posui arenam terminum mari.* Immensa Dei potentia significatur, qui verbo suo tā potens elemētū, & immēsam gurgiūt molē nō rupibus, vel magnis mōtibus, sed sola arena continet: ita vt quātumuis intumescat, nequaquā terminos sibi positos trāsgrediatur, quia obtēperat Dei præcepto, cui populus Iudęorum obtemperare nolebat, neq; vocem eius audire, *Populo autem huic factum est cor incredulum, & exasperans. Recesserunt, & abierunt.* Chald. Paraph. Populo autem huic fuit cor declinans, & rebelle: & pro eo quòd declinauerunt à cultu meo, migrauerunt. D. Hieronymus. Recesserunt à me, & mihi terga verterunt, & cō cito abierunt gradu.

Psa. 113.

Et non dixerunt in corde suo, Metuamus Dominum Deum nostrum, qui dat nobis pluuiam temporaneam, & serotinam in tēpore suo, plenitudinem annuæ messis custodiētem nobis, Neque consideratione, ait, diuinę potētię, neque cōsideratione bonitatis illius, & beneficiorū eius, ad illius timorem excitati sunt. Pluuia temporanea est, quæ tempore, quo semen terræ mandatur, cadit. Serotina, quę ve

re: Ple

re. Plenitudinem annuæ messis custodire, est singulis annis messem custodire, nequid depereat, & vt plena sit, copiosa nempe, & abundãs. Septuag. habent. Qui dat nobis pluuiam matutinam, & serotinam secundùm tempus plenitudinis pręcepti messis: & custodiuit nobis, hoc est, vt messis plenitudo exigit. Vel alludit ad pactum, & iuramentum, de quo Gen. 8. cunctis diebus terræ sementis, & messis frigus & æstus, ęstas & hyems, nox & dies non requiescent. Et Leui. 26. Si in præceptis meis ambulaueritis, & mandata mea custodieritis, & feceritis ea, dabo vobis pluuiam temporibus suis, & terra gignet germen suũ, & pomis arbores replebuntur. Chald. Paraph. Qui stato tẽpore hebdomadas, quæ sunt tempore messis, custodit nobis. Hoc est, tempus quod messi congruit. Iuxta Heb. literam alij transferunt septimanas statutorum messis. vel statutas ad messem custodit nobis: nempe, vt tẽpore messis pluuia non cadat. Iuxta hunc sensum potest & litera nostra interpretari: Custodit nobis messis annuæ plenitudinem, in eo scilicet, quòd dat pluuiam, & Solem, cùm opus est. Sensum ergo optimè reddidit interpres noster. nam custodire septimanas statutorum, vel statutas messis, vel statutæ messis, est plenitudinem annuæ messis custodire.

Iniquitates nostræ declinauerunt hæc: & peccata nostra prohibuerunt bonum à nobis. Quòd si aliquando, ait, non ita cõtingat, id propter iniquitates vestras fit. Iuxta illud. Mãdabo nubibus, ne pluant super eam imbrem. vel, non ita prosperè post hæc succedent vobis omnia. id autem fiet propter iniquitates vestras. *Isai. 5. b.*

Quia inuenti sunt in populo meo impij, insidiantes quasi aucupes, la-

pes, laqueos ponentes, et pedicas ad capiendos viros. Iniquitates eorum commemorat, quibus factum est, vt Deus beneficia sua illis auferret. Inuenti (ait) sunt, qui in Deũ sint impij, & in proximos perniciosi: qui nihil aliud moliuntur, nisi vt decipiant, & fraudibus circũueniãt, vt aliorum bona sibi vsurpent, & vt sanguinem effundant. *Insidiantes quasi aucupes.* Hoc nõ habent Septua. Chal. Paraph. Et in dolo effundẽtes sanguinem innocentem, quasi instrumẽtum venatorum, quod percutit, & occidit. Alij transferunt. Qui obseruant vel huc atque illuc aspiciũt, vt is qui laqueos ponit. Idem est sensus. Verbũ. Heb. ישור iasur, aspicere, & insidiari significat. *Ponentes pedicas ad capiendos viros.* sic alibi. Frater fratrem venatur ad mortem. In Hebr. ad literam statuentes, vel stare fecerunt exterminatorium, vel laqueum, homines capient. Idem est sensus. Eiusmodi sunt, qui suis persuasionibus, vel consilijs, vel malo exemplo alijs sunt causa ruinę: de quibus Christus. Væ homini, per quẽ scandalum venit. Et multò perniciosiùs id faciunt hæretici, qui simplicium fidem corrumpunt: quorum sermo, vt cancer serpit.

Mich. 7.

Mat. 18. a

2. Ti. 2. c.

Sicut decipula plena auibus, sic domus eorum plenæ dolo: ideo magnificati sunt et ditati et incrassati sunt et impinguati, et præterierunt sermones meos pessimè. Dolis, ait, & fraudibus ditati sunt, furtis, & rapinis, quibus obesi, & nitida cute facti, leges meas conculcauerunt, nullam mandatorum meorum rationẽ habuerunt. *pessimè.* quasi dicat. Creuit maximè eorũ iniquitas, pessimi facti sunt. Sic alij legũt. Superarunt facta pessimi cuiusq;. Incrassat⁹ est dilectus, & recalcitrauit, incrassatus, impinguatus, dilatatus dereliquit Deũ factorem suum. Hæc fuit iniquitas

Deu. 32. b

quitas Sodomę saturitas panis. id passim hodie videre licet. Homines qui furtis, fraudibus, & alijs illicitis modis diuites facti sunt, & ad honores & dignitates ecclesiasticas euecti, qui nulli alteri rei vacant, nisi vt genio indulgeant, incrassati, impinguati, nullà de Deo & eius lege curam habentes. *Eze. 16. f*

Causam viduæ non iudicauerũt, causam pupilli non direxerũt, et iudicium pauperum non iudicauerunt. Dummodò illis bene sit: alios nõ curant. In Heb. vt etiam annotauit D. Hiero. non habetur viduæ, sed iudicium vel causam non iudicauerunt. hoc est, non dixerunt ius. Sic etiam legit D. Hiero in Commenta. Sic etiam legitur in Biblijs regijs. Septuag. habent viduæ, vbi nos habemus pauperum. Pauperibus, viduis, & pupillis hoc solũ est refugiũ, vt se ab aliorum iniuria tueri possint, si rectũ habeant iudicem, qui ius eis dicat: quòd si illi, quorũ est iustitiam tueri, id non fecerint, actum est de illorũ rebus. Quam ob causam seuerissimè solet Deus in sacra scriptura illos reprehendere, qui causam viduarũ, pupillorum, & egenorũ non iudicant. Non facias violentiam pauperi, quia pauper est, neq; conteras egenũ in porta (hoc est in iudicio) quia iudicabit Dominus causam eius, & configet eos, qui confixerunt animam eius. Vbi obserua nõ dicere Prophetam, non tulerunt sententiam pro vidua, vel pupillo, aut paupere: sed non iudicauerunt causam & iudiciũ viduarum, & pauperum: ferenda enim est sententia pro veritate, neque excipienda est persona viduarũ, pupillorum, vel pauperum in iudicio: Sed illorũ causas negligere, non curare, sed & sententiã contra illos iniustè ferre, hoc iniquũ est. *non dixerunt.* Alij non prosperauerunt. Chal. *Prou. 22.*

Paraph.

Par. iudicium verum non iudicant. Si autem iudicassent iudicium pupilli, prosperati essent, & iudicium pauperum in veritate nō iudicāt. Dirigere vel prosperare iudicium, est rectum iudicium ferre.

Nunquid super his non visitabo, dicit Dominus? aut super gentē huiusmodi non vlciscetur anima mea? Visitare pro punire, anima mea, pro ego. quasi dicat, sumam sanè pœnas, puniam eos, & quidem seuerissimè.

Stupor & mirabilia facta sunt in terra, prophetæ prophetabāt mendacium, & sacerdotes applaudebant manibus suis, & populus meus dilexit talia: Quid igitur fiet in nouissimo eius? Extremam populi ruinam describit, dum omnes in mendacium veluti coniurarunt aduersus veritatem. *stupor*, hoc est res stupore & admiratione digna, stupēda, horrenda: *mirabilia*. Alij fœda. Septuag. horribilia. Cald. Paraph. fœditas. verbum Hebræum fœdam, turpem, visu horrendam, horribilem significat, à radice שער schahar, *Sacerdotes applaudebāt manibus*: approbabāt mēdacia. Alij acceperūt manibus suis (sub.) munera, Potest etiā exponi, vt ait Ra. Dau. & sacerdotes dominabantur, (sub.) populo per manus eorum, scilicet prophetarū. Verbum Hebr. ירדו irdu, est à radice רדה radah, quod accipere, & dominari significat. manibus autem, vel ad manus excipere quod dicitur, est manibus applaudere. rectè ergo noster interpres trāstulit, sacerdotes applaudebant manibus suis. *Et populus meus dilexit talia.* Non ergo sine culpa erat populus: si enim non dilexisset, non fuisset deceptus à falsis prophetis. Hinc est, quòd facilè populus ab hæreticis decipitur, nostris præsertim temporibus, quia diligit mēdacium, carnis libertatem. Noli diligere, & facilè mendacium

depre

deprehendes: veritas enim videndam se exhibet sanis oculis. Sic Achab decipitur, quia diligit mendacium. *Quid igitur fiet in nouissimo eius*. hoc est, post tantam corruptionem, quid sperari potest, nisi ruina magna? De tempore captiuitatis, siue de tempore extremi iudicij intelligi potest. Obserua, quàm facilè conueniant populus, & falsi prophetę, & sacerdotes ad errores, ad vanitates, ad flagitia: quàm verò difficilè ad sancta, pia, & religiosa.

ARGVMENTVM.

Ironica adhortatio ad Iudæos, vt exercitui Chaldeorum occurrāt. Predicitur vastatio propter peccata. Hortatur ad iustitiam. Sacrificia Iudęorum reijciūtur. illorum obstinata malitia describitur.

¶ CAP. VI.

CONFORTAMINI filij Beniamin in medio Ierusalem, & in Thecua clangite buccina, & super Bethacarē leuate vexillum: quia malum visum est ab Aquilone, & contritio magna. 2. Speciosæ & delicatæ, assimilaui filiam Sion. 3. Ad eam venient pastores, & greges eorū: fixerunt in ea tētoria in circuitu, pascet vnusquisq; eos qui sub manu sua sunt. 4. Sanctificate super eā bellum: consurgite, & ascēdamus in meridie: væ nobis quia declinauit dies, quia longiores factæ sunt vmbræ vesperi. 5. Surgite et ascendamus in nocte, et dissipemus domos eius. 6. Quia hæc dicit Dñs exercituū, cædite lignum eius, et fundite circa Ierusalem aggerem: hæc est ciuitas visitationis, omnis calumnia in medio eius. 7. Sicut frigidā facit cisterna aquam suam, sic frigidam fecit ma-

Esai. 5.
Iud. 8.
Mat. 25.

litiam suam: iniquitas & vastitas audietur in ea, coram me sem per infirmitas & plaga. 8. Erudire Ierusalem, ne fortè recedat anima mea à te, ne fortè ponam te desertam terram inhabitabi lem. 9 Hæc dicit *Dominus exercituum, Vsq; ad racemum colli gent quasi in vinea reliquias Israel: converte manum tuã quasi vindemiator ad cartallum. 10. Cui loquar? & quem contestabor vt audiat? ecce incircuncisæ aures eorum, & audire nõ possunt: ecce verbum Domini factum est eis in opprobrium: & non susci pient illud. 11. Idcirco furore Domini plenus sum, laboravi susti nens: effunde super parvulum foris, & super consilium iuvenũ simul: vir enim cum muliere capietur, senex cum pleno dierũ. 12. Et transibunt domus eorum ad alteros, agri & vxores pari ter: quia extendam manum meam super habitãtes terram, dicit Dominus. 13.* †A *minore quippe vsq; ad maiorem omnes avari tiæ student: & à propheta vsq; ad sacerdotem cuncti faciunt do lũ. 14. Et curabãt contritionem filiæ populi mei cum ignominia, dicentes, Pax, pax, & non erat pax. 15. Confusi sunt, quia abomi nationem fecerunt: quin potiùs confusione non sunt confusi, et eru bescere nescierunt: quamobrem cadent inter ruentes: in tempore visitationis suæ corruẽt, dicit Dominus. 16. Hæc dicit* Dominus, *State super vias, et videte, et interrogate de semitis antiquis, quæ sit via bona et ambulate in ea: †et invenietis refrigerium anima bus vestris. 17. Et dixerunt, Non ambulabimus. Et constitui su per vos speculatores. Audite vocem tubæ. Et dixerũt, Nõ audie mus. 18. Ideo audite gẽtes, et cognosce congregatio, quãta ego fa ciam eis. 19. Audi terra, Ecce ego adducam mala super populũ istum, fructum cogitationũ eius: quia verba mea non audierũt, et legem meam proiecerũt. 20. Vt quid mihi thus de Saba affer tis, et calamum suaue olentem de terra longinqua? holocautoma ta vestra non sunt accepta, et victimæ vestræ non placuerunt mi hi. 21. Propterea hæc dicit* Dominus, *Ecce ego dabo in populum istum*

†Isai. 56. 11. Inf. 8, 10

†Mat. 11 29.

istum ruinas, et ruent in eis patres et filij simul, vicinus et proximus, et peribunt. 22. Haec dicit Dominus, Ecce populus venit de terra Aquilonis, et gens magna consurget à finibus terrae. 23. Sagittam & scutũ arripiet: crudelis est, & non miserebitur. Vox eius quasi mare sonabit: & super equos ascendent, praeparati quasi vir ad praelium, aduersum te filia Sion. 24. Audiuimus famam eius, dissolutae sunt manus nostrae: tribulatio apprehendit nos, dolores vt parturiẽtem. 25. Nolite exire ad agros, & in via ne ambuletis: quoniam gladius inimici pauor in circuitu. 26. Filia populi mei accingere cilicio, & conspergere cinere: luctum vnigeniti fac tibi planctum amarum, quia repente veniet vastator super † nos. 27. Probatorem dedi te in populo meo robustũ: & scies, & probabis viam eorum. 28. Omnes isti principes declinantes, ambulantes fraudulenter, † aes & ferrum: vniuersi corrupti sunt. 29. Defecit sufflatorium, in igne consumptum est plumbum, frustra conflauit conflator: malitiae enim eorum non sunt consumptae. 30. Argentum reprobum vocate eos, quia Dominus proiecit illos.

† vos M S.G. Textus autem cõsentit R.Hier. H.& C. Sup.1.18 Inf. 15. 20.

† vt qui miscet C. In Rautẽ Hier. H & G. nihil additur.

EXPLANATIO.

Confortamini filij Beniamin in medio Ierusalem, et in Thecua clãgite buccina, et super Bethacarem leuate vexillum. Instare aduentum Chaldeorũ significat: cui vt occurrãt, Iudeos hortatur Ironicè loquens. Vel hoc dicendi genere instantem calamitatem significat. Ierusalem ad Beniamin, & ad Iudam pertinebat, vt patet Iosu. 15. & 18. Sors autem Beniamin erat ad Aquilonẽ, vt ex eiusdem lib. Cap. 18. constat. & quia à parte Aquilonari venturus erat exercitus, Beniamin alloquitur. Thecua, & Bethacarẽ duo erant oppida, in loco excelso sita versus Aquilo-

nem,

nem, non longè ab Ierusalem. Confortamini, ait, hoc est, estote forti animo. Clangere buccina, & leuate vexillum signa sunt, quibus solet populus ad bellum cõuocari. Chald. Paraph. Migrate filij Beniamin de medio Ierusalem, quia vox clamoris tubæ corneæ audita est in terra. & super campum vinearum leuate populi signa. Potest etiam iuxta literam nostram adhortatio esse ad fugam, & ad resistendũ inimicis. Secundam hanc expositionem, quam nos sequuti sumus, sequitur D. Hiero. & Theodo. Bethacarē potest esse nomen loci, vt diximus: vel interpretari possumus domum, vel turrim vinearũ, ex qua scilicet vineę custodiebatur. Quod nos vexillum dicimus, alij facem, vel ignem interpretantur: quasi dicat, accēdite ignem, vt fugæ signum detis vinitoribus, pastoribus, & agricolis, vt se recipiãt in locum aliquem tutum. Vox Heb. משאת maseet, ignem, vel flammam, rogum, combustionem, & vexillũ significat. *Speciosæ et delicatæ assimilaui filiam Sion, ad eam venient pastores et greges eorũ: fixerunt in ea tentoria in circuitu: pascet vnusquisq; eos, qui sub manu sua sunt.* Filiam Siõ vocat Ierusalē, cuius Siõ arx erat. Speciosam vocat propter ędificiorũ pulchritudinē: delicatã propter incolas delicatè viuētes, quasi dicat. Quantumuis formosa sis, & delicata, nihil tibi ista proderunt, nisi vt magis hostiũ inuidiã aduersum te prouoces, magisq; labores sētias. Pastores vocat duces exercit⁹: greges verò milites. Vnde sumpta metaphora à pastoribus, fixerũt, ait, tētoria in circuitu, obsidionem significans. Sep. Et auferetur celsitudo tua filia Sion. Chald. Paraph. Pulchra & delicata quomodo corrupisti vias tuas? propterea cõfusus est coetus Sion. Alij

inter-

interpretantur. Mulieri, quæ habitat in tentorio cum summa tranquillitate, similem facio filiam Sion. Iuxta Heb. literam optima est nostra interpretatio. *pascet vnusquisq;* hoc est, vnusquisq; dux magna cum dexteritate gubernabit eos, qui sub potestate sua erunt, tanquam peritissimi duces. Septuag. pascent vnusquisq; manu sua. Idem est sensus. Chald. Paraph. Et adiuuabit vnusquisq; proximum suum. Alij transferunt, per circuitum pauerunt vnusquisq; manum suam, aut locum suum: quasi dicat, quisq; in loco suo strenuè aget, officium diligentissimè præstabit. In Hebr. est את ידו et iado, ad manum sui, vel sub manu sua. subaudiri debet, eos qui ad manum suam, vel sub manu sua sunt. Obserua studium hostiū Ierusalem, & vide quāto studio hæretici curent eos, quos deceperunt, docere, vt videas plebeios homines, & mulierculas passim scripturas in mediū proferre: cùm tamē contrà Pastores Ierusalē ita neglig ēter pascant eos, qui sub manu sua sunt, vt multi etiā rudimēta fidei ignorēt. O calamitatē cūctorum seculorū deploratione dignissimā. *Sanctificate super eam bellum, consurgite, & ascendamus in meridie, væ nobis quia declinauit dies, quia longiores factæ sunt vmbræ vesperi. Surgite ascendamus in nocte, & dissipemus domos eius.* Studiū exercitus Chaldæorū in oppugnanda vrbe describitur. Sanctificate bellū, est præparare omnia ad bellū necessaria, vt omnia sint expedita. Sep. præparate super eā bellum. Chald. Paraph. præparate cōtra eam bellatores. ascēdamus in meridie, hoc est, clara luce: quasi dicat, nullus est, qui nobis possit resistere, non oportet noctem expectare, vt per insidias eam capiamus. *væ nobis.* Dolent, quòd non potuerint

dic, quod volebant, perficere: & adhortantur ſeſe, vt vel nocte perficiāt. Vel, verba ſunt Ieroſolimitanorū quaſi dicāt, ſi hęc patimur media luce, quid patiemur nocte? Hoc eſt, quod ſupra dixerat, Leo de Sylua, & lupus de nocte, & pardus vigilans ſuper ciuitates eorū. Pugnabant in die, quaſi leones: & in nocte, quaſi lupi, inſidias nectebant: vigilantes, vt pardi. Sic hoſtes Ieruſalem nunquam dormiunt. ſobrij ergo eſtote, & vigilate.

Sup. c. 5.

Quia hæc dicit Dominus Deus exercituum, cædite lignum eius, & fundite circa Ieruſalem aggerem. Hæc eſt ciuitas viſitationis, omnis calumnia in medio eius. Omnia permittente Deo fieri docet propter illorum peccata. Ne deſpondeatis animum, ſi tam cito perficere non potuiſtis, quod deſiderabitis: præparate omnia neceſſaria ad obſidionem, & obſidete ciuitatem, non enim vnico tantum modo volo eos punire, ſed multis, vt longa obſidione famem patiantur, & peſtem, & tandem in manus hoſtium tradantur, vt illorum manibus intereant, vel captiui deducātur. Fixis lignis aggeritur terra ad munienda caſtra: propterea, cædite lignum, hoc eſt, ligna, dixit. & fundite aggerem. Quibus verbis longam futuram obſidionem ſignificat. Vel idem eſt, ac ſi dicat. Tumulum ex lignis, & terra congerito ad ciuitatis expugnationem. Sep. Excidite fundamenta eius, effunde ſuper Ieruſalem exercitum. *Ciuitas viſitationis.* quæ viſitāda eſt, de qua Dominus ſumpturus eſt pœnas propter peccata, eo quòd plena ſit calumnijs & oppreſſionibus. Septuag. ô ciuitas mendax, tota calūnia in ea. Chald. Para. Iſta eſt ciuitas, cuius peccata viſitantur, omnes ſunt violenti in medio eius. In Heb. tota op-

tà op-

ta oppressor, vel oppressio in medio eius: quasi dicat, quia opprimūtur in ea pauperes omni genere oppressionum. Propter miseriam inopū, & gemitum pauperum nunc exurgam, dicit Dominus. Audit Dominus gemitus pauperum, qui opprimuntur. Tibi derelictus est pauper; & orphano tu eris adiutor. Contere brachium peccatoris & maligni, opprimentium, nempe pauperes. Iudicium sine misericordia fiet ei, qui nō fecerit misericordiam. quid ergo ei, qui calumniam fecerit, qui oppresserit? Hìc nullam mentionem idololatriæ facit, quasi plùs eum tangat pauperum oppressio, quàm honoris sui conculcatio.

Psa. 11.
Psalm. 9.
Iaco. 2 c.

Sicut frigidam facit cisterna aquam suam, sic frigidā fecit malitiam suam: iniquitas, & vastitas audietur in ea. Coram me semper infirmitas, & plaga. Hoc est, Refriguit charitas, & abundauit iniquitas. Sancto Spiritu accensi in scriptura, vt animaduertit D. Hiero. feruentes vocantur: mali autem frigidi dicuntur, in quibus nō est calor vitæ. Theodoretus. Ierusalem in Deo recumbens, etiam eos qui perperam viuebant excipiendo, legitimè viuendi rationem docebat. Nunc autem quòd contrarium fecerit accusatur, nempe quòd iniquitatis magistra euaserit: & quemadmodum cisterna mutat aquā in frigidam qualitatem, sic accedentes ad se mutauit in nequitiā. Chal. Para. Sicut Cisterna quæ sustētat aquas suas, sic expectauerūt, & sustētati sunt in medio eius operātes malū. Alij legūt. Quemadmodū scaturire facit puteus aquas suas, sic scaturire fecit malitiam suā, hoc est, quemadmodū aquę putei emanāt iugiter absq; defectu, sic scaturiuit malitia eius. Sic verbū heb. הקיר hachir, si sit à radice קור chur, significat facere scaturire.

turire. Si verò à radice קרר charar, frigere facere in Hiphil. Pro eo ꝙ nos habem⁹ cisterna, est in Heb. בור bauir, vbi Masoreth Iod quod in vau degenerat, suo loco restituit, vt legatur ביר baiir, dictio autem hec puteum significat. Sed si hanc correctionem non sequamur, & seruemus vau, vt sit dictio בור bor, cisternam significat. Frigidam autem facere malitiam est, supra modum augeri iniquitatem, vt nihil caloris & boni remaneat: vel obduruisse in malitia. *Iniquitas & vastitas.* Septuag. Impietas, & miseria. Chald. Paraph. vox raptorū, et deprędatorum audita est in ea coram me semper. Quidam legunt, Rapina, & oppressio, vel vastitas, In Heb. חמס chamas, iniquitatem, rapinā, violentiam, & iniuriam quæ apertò fit, significat, & mendaciū, & falsitatē. שר schohod, verò vastationē perditionem, direptionem, & prędam significat. *Infirmitas & plaga.* Septuaginta. dolore & flagello erudieris Ierusalem. coniungitur cum sequenti clausula. Chald. Paraph. propterea adduxi super eam infirmitatem & percussionem. In Hebręo. חלי choli, ægritudinem significat. nonnulli aiunt significare eam ægritudinem, in quam incidunt pauperes oppressi à potentioribus מכה machah, percussionem, plagam, & vulnus significat. Ex eo igitur quia vigebat iniquitas & vastitas, erat infirmitas & plaga in illis, qui opprimebantur à potentioribus, quod autem ait, coram me semper, significat quòd peccata hæc ad Deum clamarent assiduis clamoribus, & vindictam exposcerent. Sic clamor Sodomorum, & Gomorrheorum, venit ad me. Quādiu in peccatis perseueramus, neque dignam agimus pœnitentiam, peccata nostra ad Deum clamant

Gen. 18. c

clamant, & veluti coram iudice assistunt. Obliuisceris tu peccatorum: non cogitas, quid cōmiseris. Contemnis, quasi nihil feceris: & tamen peccata ipsa corā Deo sunt semper. graue admodum est inimicum habere, qui indesinenter coram iudice clamet. Et peccatum meum contra me est semper, ait Dauid. Esto igitur tu contra illud, ne sit contra te: persequere illud, ne te persequatur: dele pœnitētia, ne aduersum te clamet. Clamat autē maximè ad Deum pauperum oppressio.

Psal. 50.

Erudire Ierusalem, ne fortè recedat anima mea à te: ne fortè ponam te desertam terram inhabitabilem. Vox Dei salutē populi sui exoptantis. Resipisce, ait, correptionibus & flagellis erudita, ne maiora addam. id Deus molitur flagellis suis. vt erudiamur, agnoscamus peccata, detestemur, vitam in melius cōmutemus. Vnde quos amo, arguo, & castigo: & flagellat omnem filium, quem recipit. Vbi verba non sufficiunt, addūtur verbera. Qui enim parcit virgæ, odit filium. Vnde Propheta. Conuersus sum in ęrumna mea, dum configitur spina.

Heb. 12. b.
Pro. 13. d
Psal. 31.

Ne fortè recedat anima mea à te. hoc est, ego, voluntas mea, Chal. Paraph. ne fortè abijciat te verbum meū. Cùm autē, ne fortè ait, humano more loquitur. Sciebat enim, quid esset facturus. docemur etiā non sponte recedere Deum à nobis, sed compulsum ab iniquitatibus nostris. Quod verò subdit, *ne forte ponam te desertam terram inhabitabilem*. effectus est diuinæ absentiæ. Quandiu populus in terra illa patribus promissa manebat, quandiu ciuitas & templum integra erant, non omnino recedebat Dominus, adhuc vt populum suū Iudæos agnoscebat. Sed postquā captiuus ductus est,

ciuitasq; & templum sunt destructa, omnino recessit Dominus, & populum illum, & locum quasi non suũ hostium potestati tradidit. Multò autem magis id accidit post vltimam vastationem à Romanis factam, quando non iam ampliùs est populus Dei, qui eum negauit. Attende: peccasti, Deum à te expulisti: sed quandiu in peccato non obstinatus manes, de pœnitentia cogitas, nõ omnino Deus recessit. Vnde enim ista cogitatio? certè à Deo, qui ouẽ perditam reducere conatur. obdurescis in peccato, nullis adhortationibus, nullis flagellis erudiris, recessit anima Dei à te, comprehendit te illius ira: væ tibi, quia nemo potest corrigere, quem ille despexerit.

Eccl. 7.b

Hæc dicit Dominus Deus exercituum: Vsque ad racemum colligent, quasi in vinea reliquias Israël. Conuerte manum tuam quasi vindemiator ad Cartallum. Captiuitatem futuram significat, qua efficiẽdum erat, vt poneretur Ierusalẽ, & terra Iudeæ deserta, & inhabitata. Vtitur autẽ Metaphora sumpta ab his qui magno studio vineam vindemiant, vt neque vnum racemum relinquant. Hæc ergo dicit Dominus exercituum, qui potens est facere, quod minatur, cui omnes exercitus angelorum & creaturarum obediunt. Colligent quasi in vineis reliquias Israël vsque ad racemũ, hoc est, vt ne vnus quidem remaneat. Reliquias Israël vocat, duas tribus Israël, decem tribubus alijs in captiuitatem ab Assyrijs deductis. Quod autem ait, *Conuerte manum tuam*, verba sunt Dei, vel prophetæ id, quod futurum erat, prædicentis, quasi adhortando Chaldæos, vt omnes adducant Captiuos, quasi dicat. iterum atq; iterum prędam age ad modum vindemiatoris, qui sæpius manum

nũm suam ad canistrum conuertit, vt racemos ex vinea collectos ibi reponat. Sic legimus adductos esse primùm in captiuitatem nobiles, deinde alios: Et qui remanserant, Hodolia interfecto, in Ægyptum fugerunt contra Dei voluntatem: vbi partim gladio occubuerunt, partim captiui deducti sunt. D. Hieronymus non nullos in bonam partem, quæ hic dicuntur, interpretari ait, eo scilicet sensu, quòd vastata Ierusalem reliquiæ saluæ fiant. Et in hunc sensum transtulisse videntur Septuaginta, qui ita habent. Racemate, racemate, quasi vineam reliquias Israel, reuertimini quasi vindemians in cartallum suum. quamuis possit etiam in vtroq; sensu intelligi. Sic cùm hostiũ nostrorum uoluntati ob peccata nostra, Deo permittente, relinquimur, vsque ad racemũ quasi in vinea colligunt, vt nihil in bonis relinquant. Exinanite, exinanite, aiunt, vsq; ad fundamentum in ea. *Psal. 136*

Cui loquar, aut quem contestabor vt audiat? Ecce incircuncisæ aures eorum, & audire non possunt. Ecce verbum Dei factum est eis opprobrium, & non suscipiunt illud. Verba sunt Prpohetæ, quibus obstinationem significat, quę tanta erat, vt neq; vellent verbum Dei audire. Cui loquar, ait, quem contestabor? hoc est, cui dicam vt me audiat, cùm nullus sit, qui velit audire? Aures incircuncisas vocat, aures obturatas, & ad audiendum ineptas, sicut cor incircuncisum est, cor induratum. Quod verò ait. *audire non possunt.* malitiam induratam significat, qua veluti comprimebantur, vt ferè non possent illius tyrannidem superare. Sic in Euangelio. Propterea non poterant credere, quia iterum dixit Isaias. &c. verbum autem Dei fieri in- *Ioan. 12. b*

opprobrium est, irrideri, contemni. Sic prędicante
Luc.16.d Christo Pharisęi quidam, qui erant auari, deridebant eum. Sic etiam his calamitosis temporibus verbum Dei factum est in opprobrium. Si quis de pœnitentia, de abstinentia, de carnis maceratione, de humilitate, ac patientia, de iniuriarum tolerantia verbum
2.Ti. 4.a fecerit, dedignantur audire. vt iam illud Aposto. pręsens cernamus. erit enim tempus, cùm sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria coaceruabunt sibi magistros pruriētes auribus, & à veritate quidem auditum auertent, ad fabulas verò conuertētur. *Idcirco furore Domini plenus sum, et laboraui sustinens. Effunde super paruulum foris, et super cōcilium iuuenum simul. Vir enim cum muliere capietur, senex cum pleno dierum.* Furorē Domini vocat indignationem Dei, quam animo concipiebat, & annunciare cogebatur, & cùm vellet se cōtinere, nō poterat: spiritus enim interiùs illum impel-
Isai.1.d. lebat, vt annūciaret. Vnde ait, laboraui sustinens. hoc est, dum me contineo, ne annūciem, defatigor. Quod autem sequitur, Effunde super paruulum, &c. secum loquitur, quasi dicat, Non est quòd ampliùs te contineas, denuncia effundendum, Dei scilicet furorem, ita vt nulli parcatur ætati, neq; conditioni. Vel effundam, hoc est, annunciabo effundendam. Septuag. aliter interpretantur, vt scilicet sint hæc verba Dei: sic enim habent. Et furorem meum impleui, & sustinui, & non contēpsi eos. In quibus videtur esse contradictio, vt ait D. Hierony. Si enim impleuit furorem, quomodo sustinuit? Sed dicere possum' implesse quidem furorē, dum deuastauit, in captiuitatemq; adduci permisit. Sed sustinuit, in eo quòd non omnino cō

sumpsit,

sumpsit, sicut suprà dicebat, verūtamē cōsummationem nolite facere. Chal. Paraph. Prophetia autem à facie Domini in furore replet⁹ sum. D. Hieronymus eo sensu interpretatur, quòd Propheta iram Dei venientem prospiceret, & plenus sit furoris Domini, & iracundiæ, et vltrà sustinere non possit: hoc est, nequaquàm audeat pro peccatoribus dominum deprecari. Quod autem ait, Effunde, Chaldæos alloquitur, per quos Deus iram suam effundebat. *Super paruulum foris*, vel in platea. hoc est, super paruulum qui iam foras egreditur. Chald. Paraph. super lactentes in platea. vt sit sensus ita effunde, vt annuncies trucidandos esse paruulos adhuc lactentes in plateis. *Et super concilium iuuenum simul*. hoc est, super cætum iuuenum qui simul côueniunt, vt de sceleribus suis tractēt. vel effunde simul etiam super iuuenum cōgregationem. Plenum dierum vocat decrepitum, qui multo iam vixit tempore.

Sup. ca. 5.

Et transibunt domus eorum ad alienos, et agri eorum, et vxores pariter: quia extendam manum meam super habitantes terrā, dicit Dominus. Aperta est litera: causam autem propter quam id fieri deberet, subiungit, cùm ait.

A minore quippe vsq; ad maiorem omnes auaritiæ student: et à propheta vsq; ad sacerdotem omnes faciūt dolum. Nulli parcetur ætati, vel conditioni hominum, quia nullus immunis erat à scelere. Per prophetā, falsos prophetas intellige. Septua. pseudoprophetam habēt. Sed quid de paruulis lactentibus, super quos effundendam Dei indignationem in plateis dixerat? Illi sanè parentum peccatis inficiebantur, & pro peccatis parentum puniūtur. Est enim filius veluti pars quędam patris, & in

ipſo parens punitur.
Et curabant contritionem filiæ populi mei cum ignominia dicentes.pax,pax,& non erat pax. Cùm omnia plena eſſent auaritia,& iniquitate,& dolo, proſpera quæque populo meo nunciabant,& quaſi curare cupiebant vulnus & ignominiam filiæ meæ,dicentes,Pax,pax,erit ſcilicet vobis,cùm tamen Deus pacem non promitteret, ſed bellum,& deuaſtationem.Chald.Paraph. Et curarunt contritionem cœtus populi mei verbis mendaciorum ſuorum,dicentes pax.&c. Curare contritionem,vocat remedium adhibere malo Ieruſalem,quaſi dicat.Cùm tantópere abundaret iniquitas,falſi prophetæ,quaſi hoc nihil eſſet,pacem promittebāt.cúmque ſe medicos animarum profiterentur, & populus Iudæorum peccatis cōtritus eſſet,& graui clade affectus, dum falſam pacem promitterent, augebantur ſcelera,Vel contritionem intellige, afflictionem populi ex prædicatione prophetarum Dei conceptam, qui calamitatem minabantur, vt populum à ſceleribus reuocarent:quam cum ignominia dicūtur curaſſe falſi prophetæ,quia falſa pacis promiſſione cōſolari conabantur populum,cùm tamen Deus pacem nō promitteret,ſed potiùs gladium minaretur.Falli autē populū huiuſmodi falſis promiſſionibus ignominioſum erat : neq; interim vlla erat emendatio,augebantur ſcelera,nec erat qui de agenda pœnitentia cogitaret.*filia populi mei*.hoc eſt,populi mei: quem filiam vocat ob maiorē teneritudinē. *Cum ignominia,* Hoc ita videtur exponere D. Hie. vt cōiungat cum cōtritione, hoc ſenſu.Curabant contritionē ſimul cū ignominia populi.hoc eſt,contritionē,& ignominā.Sep.Et cura-

bant

bāt cōtritionem populi paruipēdētes,& dicētes pax &c.In Heb. est על נקלה al nechalah,sup leui,aut sermone leui, aut rebus vel sermonibus leuibus, aut leuitate quadā,vel lenitate,quasi iocus esset,aut ludus aliquis,nihil seriò agētes in re tā seria. Similiter,super ignominioso,trāsferre possumus. quod significātiùs in latino sermone,cū ignominia,dicitur: vt habet noster interpres.Sic etiā cum ignominia curāt populi cōtritionē,qui sine pœnitentia populo veniā peccatorum falsò promittunt:qui Christi passionē,merita,& satisfactionē ita extollunt,vt nostrā satisfactionē auferāt. Aduersarius etiam noster persuadere nobis conatur Clementiā & benignitatē Dei tantā esse, vt nulla ratione permissurus sit nos perire; vt interim in peccatis perseueremus falsa spe decepti. Non veni pacem mittere,sed gladium,(ait Christus) bellū aduersus vitia,& carnis concupiscētias indicens. Neq; enim pax illa,quā Angeli in eius natiuitate hominibus bonę voluntatis annūciarunt,aliter obtineri potest,nisi victoria de vitijs & animę hostibus reportata. Vnde Maledictus qui prohibet gladiū suum à sanguine. Non est pax impijs,dicit Dominus.frustra sibi pacem pollicentur,cùm ipsi contra Deum bellum gerant, quē sceleribus irritare non cessant.tribulatio et angustia in omnem animam operantem malum.

Mat. 10.

Inf. 48.b.

Isa. 48.d

Confusi sunt,quia abominationem fecerunt, quin potiùs confusione non sunt confusi, & erubescere nescierunt. Prior pars potest per interrogationē legi,vt sit sensus.Puduit ne eos,quòd abominationem fecerint? quasi dicat.Minimè.ita D.Hier.Quòd si,sine interrogatione legamus, erit sensus.huiusmodi erāt illorū abominationes,quę

nem, non longè ab Ierusalem. Confortamini, ait, hoc est, estote forti animo. Clangere buccina, & leuate vexillum signa sunt, quibus solet populus ad bellum cōuocari. Chald. Paraph. Migrate filij Beniamin de medio Ierusalem, quia vox clamoris tuæ cornææ audita est in terra. & super campum vinearum leuate populi signa. Potest etiam iuxta literam nostram adhortatio esse ad fugam, & ad resistendū inimicis. Secundam hanc expositionem, quam nos sequuti sumus, sequitur D. Hiero. & Theodo. Bethacarē potest esse nomen loci, vt diximus: vel interpretari possumus domum, vel turrim vinearū, ex qua scilicet vineę custodiebātur. Quod nos vexillum dicimus, alij facem, vel ignem interpretantur: quasi dicat, accēdite ignem, vt fugæ signum detis vinitoribus, pastoribus, & agricolis, vt se recipiāt in locum aliquem tutum. Vox Heb. משאת masoet, ignem, vel flammam, rogum, combustionem, & vexillū significat. *Speciosæ et delicatæ assimilaui filiam Sion, ad eam venient pastores et greges eorū: fixerunt in ea tentoria in circuitū: pascet vnusquisq; eos, qui sub manu sua sunt.* Filiam Siō vocat Ierusalē, cuius Siō arx erat. Speciosam vocat propter ędificiorū pulchritudinē: delicatā propter incolas delicatè viuētes, quasi dicat. Quantumuis formosa sis, & delicata, nihil tibi ista proderunt, nisi vt magis hostiū inuidiā aduersum te prouoces, magisq; labores sētias. Pastores vocat duces exercit⁹: greges verò milites. Vnde sumpta metaphora à pastoribus, fixerūt, ait, tētoria in circuitu, obsidionem significans. Sep. Et auferetur celsitudo tua filia Sion. Chald. Paraph. Pulchra & delicata quomodo corrupisti vias tuas? propterea cōfusus est coetus Sion. Alij

inter-

interpretantur. Mulieri, quæ habitat in tentorio cum summa tranquillitate, similem facio filiam Sion. Iuxta Heb. literam optima est nostra interpretatio. *pascet vnusquisq;* hoc est, vnusquisq; dux magna cum dexteritate gubernabit eos, qui sub potestate sua erunt, tanquam peritissimi duces. Septuag. pascent vnusquisq; manu sua. Idem est sensus. Chald. Paraph. Et adiuuabit vnusquisq; proximum suum. Alij transferunt, per circuitum pauerunt vnusquisq; manum suam, aut locum suum: quasi dicat, quisq; in loco suo strenuè aget, officium diligentissimè præstabit. In Hebr. est את ידו et iado, ad manum suã, vel sub manu sua. subaudiri debet, eos qui ad manum suam, vel sub manu sua sunt. Obserua studium hostiũ Ierusalem, & vide quãto studio hæretici curent eos, quos deceperunt, docere, vt videas plebeios homines, & mulierculas passim scripturas in mediũ proferre: cum tamẽ contrà Pastores Ierusalẽ ita neglig ẽter pascant eos, qui sub manu sua sunt, vt multi etiã rudimẽta fidei ignorẽt. O calamitatẽ cũctorum seculorũ deploratione dignissimã. *Sanctificate super eam bellum, consurgite, & ascendamus in meridie, væ nobis quia declinauit dies, quia longiores factæ sunt vmbræ vesperi. Surgite ascendamus in nocte, & dissipemus domos eius.* Studiũ exercitus Chaldæorũ in oppugnanda vrbe describitur. Sanctificare bellũ, est præparare omnia ad bellũ necessaria, vt omnia sint expedita. Sep. præparate super eã bellum. Chald. Paraph. præparate cõtra eam bellatores. ascẽdamus in meridie, hoc est, clara luce: quasi dicat, nullus est, qui nobis possit resistere, non oportet noctem expectare, vt per insidias eam capiamus. *væ nobis.* Dolent, quòd non potuerint

dic, quod volebant, perficere: & adhortantur sese, vt vel nocte perficiat. Vel, verba sunt Ierosolimitanorũ quasi dicãt, si hęc patimur media luce, quid patiemur nocte? Hoc est, quod supra dixerat, Leo de Sylua, & lupus de nocte, & pardus vigilans super ciuitates eorũ. Pugnabant in die, quasi leones: & in nocte, quasi lupi, insidias nectebant: vigilantes, vt pardi. Sic hostes Ierusalem nunquam dormiunt. sobrij ergo estote, & vigilate.

Sup. c. 5.

Quia hæc dicit Dominus Deus exercituum, cædite lignum eius, & fundite circa Ierusalem aggerem. Hæc est ciuitas visitationis, omnis calumnia in medio eius. Omnia permittente Deo fieri docet propter illorum peccata. Ne despondeatis animum, si tam cito perficere non potuistis, quod desiderabitis: præparate omnia necessaria ad obsidionem, & obsidete ciuitatem, non enim vnico tantum modo volo eos punire, sed multis, vt longa obsidione famem patiantur, & pestem, & tandem in manus hostium tradantur, vt illorum manibus intereant, vel captiui deducãtur. Fixis lignis aggeritur terra ad munienda castra: propterea, cædite lignum, hoc est, ligna, dixit. & fundite aggerem. Quibus verbis longam futuram obsidionem significat. Vel idem est, ac si dicat. Tumulum ex lignis, & terra congerito ad ciuitatis expugnationem. Sep. Excidite fundamenta eius, effunde super Ierusalem exercitum. *Ciuitas visitationis.* quæ visitãda est, de qua Dominus sumpturus est pœnas propter peccata, eo quòd plena sit calumnijs & oppressionibus. Septuag. ô ciuitas mendax, tota calũnia in ea. Chald. Para. Ista est ciuitas, cuius peccata visitantur, omnes sunt violenti in medio eius. In Heb. tota op-

ta oppressor, vel oppressio in medio eius: quasi dicat, quia opprimũtur in ea pauperes omni genere oppressionum. Propter miseriam inopũ, & gemitum pauperum nunc exurgam, dicit Dominus. Audit Dominus gemitus pauperum, qui opprimuntur. Tibi derelictus est pauper; & orphano tu eris adiutor. Contere brachium peccatoris & maligni, opprimentium, nempe pauperes. Iudicium sine misericordia fiet ei, qui nõ fecerit misericordiam. quid ergo ei, qui calumniam fecerit, qui oppresserit? Hic nullam mentionem idololatriæ facit, quasi plus eum tangat pauperum oppressio, quàm honoris sui conculcatio.

Psa. 11. *Psalm. 9.* *Iaco. 2 c.*

Sicut frigidam facit cisterna aquam suam, sic frigidã fecit malitiam suam: iniquitas, & vastitas audietur in ea. Coram me semper infirmitas, & plaga. Hoc est, Refriguit charitas, & abundauit iniquitas. Sancto Spiritu accensi in scriptura, vt animaduertit D. Hiero. feruentes vocantur: mali autem frigidi dicuntur, in quibus nõ est calor vitæ. Theodoretus. Ierusalem in Deo recumbens, etiam eos qui perperam viuebant excipiendo, legitimè viuendi rationem docebat. Nunc autem quòd contrarium fecerit accusatur, nempe quòd iniquitatis magistra euaserit: & quemadmodum cisterna mutat aquã in frigidam qualitatem, sic accedentes ad se mutauit in nequitiã. Chal. Para. Sicut Cisterna quæ sustẽtat aquas suas, sic expectauerũt, & sustẽtati sunt in medio eius operãtes malũ. Alij legũt. Quemadmodũ scaturire facit puteus aquas suas, sic scaturire fecit malitiam suã, hoc est, quemadmodũ aquę putei emanãt iugiter absq; defectu, sic scaturiuit malitia eius. Sic verbũ heb. הקיר hachir, si sit à radice קור chur, significat facere sca

turire. Si verò à radice קרר charar, frigere facere in Hiphil. Pro eo q̃ nos habem⁹ cisterna, est in Heb. בור bauir, vbi Masoreth Iod quod in vau degenerat, suo loco restituit, vt legatur ביר bair, dictio autem hęc puteum significat. Sed si hanc correctionem non sequamur, & seruemus vau, vt sit dictio בור bor, cisternam significat. Frigidam autem facere malitiam est, supra modum augeri iniquitatem, vt nihil caloris & boni remaneat: vel obduruisse in malitia. *Iniquitas & vastitas*. Septuag. Impietas, & miseria. Chald. Paraph. vox raptorũ, et deprędatorum audita est in ea coram me semper. Quidam legunt, Rapina, & oppressio, vel vastitas. In Heb. חמס chamas, iniquitatem, rapinã, violentiam, & iniuriam quæ apertò fit, significat, & mendaciũ, & falsitatẽ. שד schohod, verò vastationẽ perditionem, direptionem, & prędam significat. *Infirmitas & plaga*. Septuaginta. dolore & flagello erudieris Ierusalem. coniungitur cum sequenti clausula. Chald. Paraph. propterea adduxi super eam infirmitatem & percussionem. In Hebręo. חלי choli, ægritudinem significat. nonnulli aiunt significare eam ægritudinem, in quam incidunt pauperes oppressi à potentioribus מכה machah, percussionem, plagam, & vulnus significat. Ex eo igitur quia vigebat iniquitas & vastitas, erat infirmitas & plaga in illis, qui opprimebantur à potentioribus, quod autem ait, coram me semper, significat quòd peccata hæc ad Deum clamarent assiduis clamoribus, & vindictam exposcerent. Sic clamor Sodomorum, & Gomorrheorum, venit ad me. Quãdiu in peccatis perseueramus, neque dignam agimus poenitentiam, peccata nostra ad Deum

Gen. 18. c

clamant, & veluti coram iudice assistunt. Obliuisceris tu peccatorum: non cogitas, quid cōmiseris. Contemnis, quasi nihil feceris: & tamen peccata ipsa corā Deo sunt semper. graue admodum est inimicum habere, qui indesinenter coram iudice clamet. Et peccatum meum contra me est semper, ait Dauid. Esto igitur tu contra illud, ne sit contra te: persequere illud, ne te persequatur: dele pœnitētia, ne aduersum te clamet. Clamat autē maximè ad Deum pauperum oppressio.

Psal. 50.

Erudire Ierusalem, ne fortè recedat anima mea à te: ne fortè ponam te desertam terram inhabitabilem. Vox Dei salutē populi sui exoptantis. Resipisce, ait, correptionibus & flagellis erudita, ne maiora addam. id Deus molitur flagellis suis. vt erudiamur, agnoscamus peccata, detestemur, vitam in melius cōmutemus. Vnde quos amo, arguo, & castigo: & flagellat omnem filium, quem recipit. Vbi verba non sufficiunt, addūtur verbera. Qui enim parcit virgæ, odit filium. Vnde Propheta. Conuersus sum in ęrumna mea, dum configitur spina.

Heb. 12. b.

Pro. 13. d

Psal. 31.

Ne fortè recedat anima mea à te. hoc est, ego, voluntas mea. Chal. Paraph. ne fortè abijciat te verbum meū. Cum autē, ne fortè ait, humano more loquitur. Sciebat enim, quid esset facturus. docemur etiā non sponte recedere Deum à nobis, sed compulsum ab iniquitatibus nostris. Quod verò subdit, *ne forte ponam te desertam terram inhabitabilem*. effectus est diuinæ absentiæ. Quandiu populus in terra illa patribus promissa manebat, quandiu ciuitas & templum integra erant, non omnino recedebat Dominus, adhuc vt populum suū Iudæos agnoscebat. Sed postquā captiuus ductus est,

ciuitasq; & templum sunt destructa, omnino recessit Dominus, & populum illum, & locum quasi non suũ hostium potestati tradidit. Multò autem magis id accidit post vltimam vastationem à Romanis factam, quando non iam ampliùs est populus Dei, qui eum negauit. Attende: peccasti, Deum à te expulisti: sed quandiu in peccato non obstinatus manes, de pœnitentia cogitas, nõ omnino Deus recessit. Vnde enim ista cogitatio? certè à Deo, qui ouẽ perditam reducere conatur. obdurescis in peccato, nullis adhortationibus, nullis flagellis erudiris, recessit anima Dei à te, comprehendit te illius ira: væ tibi, quia nemo potest corrigere, quem ille despexerit.

Eccl. 7.b

Hæc dicit Dominus Deus exercituum: vsque ad racemum colligent, quasi in vinea reliquias Israël. Conuerte manum tuam quasi vindemiator ad Cartallum. Captiuitatem futuram significat, qua efficiẽdum erat, vt poneretur Ierusalẽ, & terra Iudeæ deserta, & inhabitata. Vtitur autẽ Metaphora sumpta ab his qui magno studio vineam vindemiant, vt neque vnum racemum relinquant. Hæc ergo dicit Dominus exercituum, qui potens est facere, quod minatur, cui omnes exercitus angelorum & creaturarum obediunt. Colligent quasi in vineis reliquias Israël vsque ad racemũ, hoc est, vt ne vnus quidem remaneat. Reliquias Israël vocat, duas tribus Israël, decem tribubus alijs in captiuitatem ab Assyrijs deductis. Quod autem ait, *Conuerte manum tuam*, verba sunt Dei, vel prophetæ id, quod futurum erat, prædicentis, quasi adhortando Chaldæos, vt omnes adducant Captiuos, quasi dicat. iterum atq; iterum prędam age ad modum vindemiatoris, qui sæpius manum

num suam ad canistrum conuertit, vt racemos ex vinea collectos ibi reponat. Sic legimus adductos esse primum in captiuitatem nobiles, deinde alios: Et qui remanserant, Hodolia interfecto, in Ægyptum fugerunt contra Dei voluntatem: vbi partim gladio occubuerunt, partim captiui deducti sunt. D. Hieronymus non nullos in bonam partem, quæ hic dicuntur, interpretari ait, eo scilicet sensu, quòd vastata Ierusalem reliquiæ saluæ fiant. Et in hunc sensum transtulisse videntur Septuaginta, qui ita habent. Racemate, racemate, quasi vineam reliquias Israel, reuertimini quasi vindemians in cartallum suum. quamuis possit etiam in vtroq; sensu intelligi. Sic cùm hostiũ nostrorum uoluntati ob peccata nostra, Deo permittente, relinquimur, vsque ad racemũ quasi in vinea colligunt, vt nihil in bonis relinquant. Exinanite, exinanite, aiunt, vsq; ad fundamentum in ea.

Psal. 136

Cui loquar, aut quem contestabor vt audiat? Ecce incircuncisæ aures eorum, & audire non possunt. Ecce verbum Dei factum est eis opprobrium, & non suscipiunt illud. Verba sunt Prpohetæ, quibus obstinationem significat, quę tanta erat, vt neq; vellent verbum Dei audire. Cui loquar, ait, quem contestabor? hoc est, cui dicam vt me audiat, cùm nullus sit, qui velit audire? Aures incircuncisas vocat, aures obturatas, & ad audiendum ineptas, sicut cor incircuncisum est, cor induratum. Quod verò ait. *audire non possunt.* malitiam induratam significat, qua veluti comprimebantur, vt ferè non possent illius tyrannidem superare. Sic in Euangelio. Propterea non poterant credere, quia iterum dixit Isaias. &c. verbum autem Dei fieri in

Ioan. 12. b

opprobrium est, irrideri, contemni. Sic prędicante Christo Pharisęi quidam, qui erant auari, deridebant eum. Sic etiam his calamitosis temporibus verbum Dei factum est in opprobrium. Si quis de pœnitentia, de abstinentia, de carnis maceratione, de humilitate, ac patientia, de iniuriarum tolerantia verbum fecerit, dedignantur audire. vt iam illud Aposto. pręsens cernamus. erit enim tempus, cùm sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria coacervabunt sibi magistros pruriētes auribus, & à veritate quidem auditum auertent, ad fabulas verò conuertētur.

Luc.16.d

2.Ti. 4.a

Idcirco furore Domini plenus sum, et laboraui sustinens. Effunde super paruulum foris, et super cōcilium iuuenum simul. Vir enim cum muliere capietur, senex cum pleno dierum. Furorē Domini vocat indignationem Dei, quam animo concipiebat, & annunciare cogebatur, & cùm vellet se cōtinere, nō poterat: spiritus enim interiùs illum impellebat, vt annūciaret. Vnde ait, laboraui sustinens. hoc est, dum me contineo, ne annūciem, defatigor. Quod autem sequitur, Effunde super paruulum, &c. secum loquitur, quasi dicat, Non est quòd ampliùs te contineas, denuncia effundendum, Dei scilicet furorem, ita vt nulli parcatur ætati, neq; conditioni. Vel effundam, hoc est, annunciabo effundendam. Septuag. aliter interpretantur, vt scilicet sint hæc verba Dei: sic enim habent. Et furorem meum impleui, & sustinui, & non contēpsi eos. In quibus videtur esse contradictio, vt ait D. Hierony. Si enim impleuit furorem, quomodo sustinuit? Sed dicere possum⁹ implesse quidem furorē, dum deuastauit, in captiuitatemq; adduci permisit. Sed sustinuit, in eo quòd non omnino cō-

Isai.1.d.

sumpsit,

sumpsit, sicut suprà dicebat, verūtamē cōsummationem nolite facere. Chal. Paraph. Prophetia autem à facie Domini in furore replet⁹ sum. D. Hieronymus eo sensu interpretatur, quòd Propheta iram Dei venientem prospiceret, & plenus sit furoris Domini, & iracundiæ, et vltrà sustinere non possit: hoc est, nequaquàm audeat pro peccatoribus dominum deprecari. Quod autem ait, Effunde, Chaldæos alloquitur, per quos Deus iram suam effundebat. *Super paruulum foris*, vel in platea. hoc est, super paruulum qui iam foras egreditur. Chald. Paraph. super lactentes in platea. vt sit sensus. ita effunde, vt annuncies trucidandos esse paruulos adhuc lactentes in plateis. *Et super concilium iuuenum simul*. hoc est, super cætum iuuenum qui simul cōueniunt, vt de sceleribus suis tractēt. vel effunde simul etiam super iuuenum cōgregationem. Plenum dierum vocat decrepitum, qui multo iam vixit tempore.

Sup. ca. 5.

Et transibunt domus eorum ad alienos, et agri eorum, et vxores pariter: quia extendam manum meam super habitantes terrā, dicit Dominus. Aperta est litera: causam autem propter quam id fieri deberet, subiungit, cùm ait.

A minore quippe vsq; ad maiorem omnes auaritiæ student: et à propheta vsq; ad sacerdotem omnes faciūt dolum. Nulli parcetur ætati, vel conditioni hominum, quia nullus immunis erat à scelere. Per prophetā, falsos prophetas intellige. Septua. pseudoprophetam habēt. Sed quid de paruulis lactentibus, super quos effundendam Dei indignationem in plateis dixerat? Illi sanè parentum peccatis inficiebantur, & pro peccatis parentum puniūtur. Est enim filius veluti pars quędam patris, & in

ipso

ipso parens punitur.

Et curabant contritionem filiæ populi mei cum ignominia dicentes. pax, pax, & non erat pax. Cùm omnia plena essent auaritia, & iniquitate, & dolo, prospera quæque populo meo nunciabant, & quasi curare cupiebant vulnus & ignominiam filiæ meæ, dicentes, Pax, pax, erit scilicet vobis, cùm tamen Deus pacem non promitteret, sed bellum, & deuastationem. Chald. Paraph. Et curarunt contritionem cœtus populi mei verbis mendaciorum suorum, dicentes pax. &c. Curare contritionem, vocat remedium adhibere malo Ierusalem, quasi dicat. Cùm tantópere abundaret iniquitas, falsi prophetæ, quasi hoc nihil esset, pacem promittebãt. cúmque se medicos animarum profiterentur, & populus Iudæorum peccatis cõtritus esset, & graui clade affectus, dum falsam pacem promitterent, augebantur scelera, Vel contritionem intellige, afflictionem populi ex prædicatione prophetarum Dei conceptam, qui calamitatem minabantur, vt populum à sceleribus reuocarent: quam cum ignominia dicũtur curasse falsi prophetæ, quia falsa pacis promissione cõsolari conabantur populum, cùm tamen Deus pacem nõ promitteret, sed potiùs gladium minaretur. Falli autẽ populũ huiusmodi falsis promissionibus ignominiosum erat: neq; interim vlla erat emendatio, augebantur scelera, nec erat qui de agenda pœnitentia cogitaret. *filia populi mei.* hoc est, populi mei: quem filiam vocat ob maiorẽ teneritudinẽ. *Cum ignominia,* Hoc ita videtur exponere D. Hie. vt cõiungat cum cõtritione, hoc sensu. Curabant contritionẽ simul cũ ignominia populi. hoc est, contritionẽ, & ignominã. Sep. Et curabant

bāt cōtritionem populi paruipēdētes, & dicētes pax &c. In Heb. est על נקלה al nechalah, sup leui, aut sermone leui, aut rebus vel sermonibus leuibus, aut leuitate quadā, vel lenitate, quasi iocus esset, aut ludus aliquis, nihil seriò agētes in re tā seria. Similiter, super ignominioso, trāsferre possumus. quod significātiùs in latino sermone, cū ignominia, dicitur: vt habet noster interpres. Sic etiā cum ignominia curāt populi cōtritionē, qui sine pœnitentia populo veniā peccatorum falsò promittunt: qui Christi passionē, merita, & satisfactionē ita extollunt, vt nostrā satisfactionē auferāt. Aduersarius etiam noster persuadere nobis conatur Clementiā & benignitatē Dei tantā esse, vt nulla ratione permissurus sit nos perire; vt interim in peccatis perseueremus falsa spe decepti. Non veni pacem mittere, sed gladium, (ait Christus) bellū aduersus vitia, & carnis concupiscētias indicens. Neq; enim pax illa, quā Angeli in eius natiuitate hominibus bonę voluntatis annūciarunt, aliter obtineri potest, nisi victoria de vitijs & animę hostibus reportata. Vnde Maledictus qui prohibet gladiū suum à sanguine. Non est pax impijs, dicit Dominus. frustra sibi pacem pollicentur, cùm ipsi contra Deum bellum gerant, quē sceleribus irritare non cessant. tribulatio et angustia in omnem animam operantem malum.

Mat. 10.

Inf. 48. b.

Isa. 48. d

Confusi sunt, quia abominationem fecerunt, quin potiùs confusione non sunt confusi, & erubescere nescierunt. Prior pars potest per interrogationē legi, vt sit sensus. Puduit ne eos, quòd abominationem fecerint? quasi dicat. Minimè. ita D. Hier. Quòd si sine interrogatione legamus, erit sensus. huiusmodi erāt illorū abominationes, quę

meritò

meritò deberẽt eos in confusionẽ adducere. Vel ipsis suis operibus cõfusi sunt, cùm constet fidẽ adhibuisse falsis Prophetis, qui eos deceperunt. Sed ipsi veluti insensibiles facti nõ erubuerunt. Sic suprà. frõs meretricis facta est tibi, noluisti erubescere. Chal. Para. Eorũ erat pudore suffundi, quia abominationem fecerũt: confusione quoqúe non confunduntur, & humiliari nesciunt. Septuag. confusi sunt, quia defecerunt: & neqúe sicut confusi erubuerunt, & ignominiam suã nõ cognouerunt. Theodoretus ad falsos prophetas refert, qui falsam pacem promittebant. qui (ait) cõfusi, veluti qui mendacia prædixissent, erubescere nescierunt. Confusus est peccator in iniquitatibus suis, dum non confunditur. Quem fructum habuistis in his, de quibus nunc erubescitis? Super eũ ridebunt & dicent: Ecce homo qui non posuit Deum adiutorem suum, sed sperauit in multitudine diuitiarum suarum, & prę ualuit in vanitate sua. An non confusione digna res est, Deum, à quo totus pendes, negare, contemnere, sanctissimas eius leges conculcare, & tanquam equus & mulus, quibus non est intellectus, à prauis cupiditatibus abduci: & quum omniũ scelerum genere te contaminaueris, non erubescere? Confusi sunt, quoniam Deus spreuit eos. Quominùs erubescis, eo magis confunderis, dum stupidiorem & stolidiorem te ostẽdis. Confundere, ne in æternum confundaris. Grandis impietas, non solùm nõ cauere, sed nec intelligere velle peccata, & nullam habere distantiam bonorum, malorumqúe operum.

Sup. c. 3. b · *Rom. 6. d* · *Psal. 51.* · *Psal. 31.* · *Psal. 32.*

Quamobrem cadent inter ruentes, in tempore visitationis suæ corruent, dicit Dominus. Quòd erubescere noluerint, sed

omni

omni pudore omiſſo in ſceleribus permanſerunt. Cadent.&c hoc eſt, magna erit occumbentium multitudo,vt vnus ſuper alium corruat.Tempus viſitationis vocat tempus,quo peccata erant punienda, & in quo vltionem ſtatuerat exercere Dominus.Sep.propter hoc cadent in ruina ſua,& in tempore viſitationis ſuæ peribunt.Chald. Paraph. Propterea proijcientur occiſi,in tempore quo viſitauero ſuper eos peccata eorum, corruent.Corruiſti dum peccas:ſi nõ erubeſcis ſpiritualem ruinam, corrues inter ruentes,vt ſurgere amplius non valeas.

Hæc dicit Dominus.State ſuper vias,& videte,& interrogate de ſemitis antiquis,quæ ſit via bona,& ambulate in ea,& inuenietis refrigerium animabus veſtris. Hortatur Propheta tribules Iuda, vt componant ſe ad imitationem rationis viuendi ſuorum maiorum. Attentè, ait, conſiderate rationem viuendi antiquorum patrum : qui docti ſunt in ſcripturis, legant: qui minùs docti,ab alijs interrogent. Eam viuendi rationem rectam eſſe innuit, quam antiqui patres, qui Deo placuerunt, ſequuti ſunt, & nos docuerunt.Attende autẽ qua ratione dicat, Interrogate de ſemitis antiquis, quæ ſit via bona. Eſt enim impietas antiqua, vnde non continuò, ex quo aliquid antiquum eſt, bonum eſt cenſendum : ſed quod iam ab antiquo bonum iudicatũ eſt, id bonum cenſeri debet. Eſt quidem antiqua impietas, ſed & ab antiquo damnata. Sic etiam hæreſes quantumuis antiquæ ſint, antiquitus etiam ſunt damnatæ,vt quò antiquiores ſunt, eò damnabiliores ſint. Vnde meritò ſemper nouitatis nomen obtinent,quamuis vetuſtiſſimę ſint. Nunquam enim in-

ter Ecclesiastica dogmata locum habere meruerunt.

1.Ti.6.d Vnde Diuus Paulus Timotheo. ô Timothee depositum custodi deuitans prophanas vocum nouitates, & oppositiones falsi nominis scientiæ. *Quæ sit via*

Ioã.14.a *bona.* Christus ait, Ego sum via. Theodore. Quemadmodum vna est via, quę ducit ad maximas vrbes, quã regiam appellare solemus: ad hanc porrò semitę quędam à pagis & agris defluentes dirigũt, sic vna est via quæ ducit ad patrem, nẽpe vnigenitus filius Dei: Beati autem prophetæ, veluti semitę quædam, ducunt ad hanc eos, quibus per hęc ire libuerit. Sic ergo Propheta pręcipit Iudęis scrutari vias propheticas, & per eas discernere viam bonam, & in ea ambulare. Sic Chri-

Ioan.5.f. stus, Scrutamini scripturas, quoniam ipsæ testimoniũ perhibent de me. Huc pertinet (ait D. Hiero.) parabo

Mat.13 f la illa Euangelica, in qua negotiator bonus omnes vẽdere dicitur margaritas, vt pretio earum vnam emat preciosissimam margaritã. quòd scilicet per Patriarchas, & Prophetas veniamus ad eum, qui dicit, Ego sum via. Standum est igitur in Prophetis, & diligẽtissimè contemplandum, & interrogãdũ de semitis antiquis, siue sempiternis, quę multorũ sanctorum sunt tritæ vestigijs, quæ sit via bona in Euangelio, & ambu

Rom.1.b. landum in ea. de quo D. Paulus. Iustitia enim Dei in eo reuelatur ex fide in fidem. hoc est, ex fide antiquorum patrum, in fidem Euangelij. quod enim illi crediderunt, & prædixerunt futurum, nos iam exhibitum credimus: vt ex eorum fide in nostram fidem, veluti per semitas quasdam antiquas & tritas, deducamur: dum mirabilem illam cõsonantiam inter ea, quæ promissa fuerãt antiquitus, & prophetata, & quę sub Euã

gelica

gelica lege exhibita sunt, intuemur. *Et inuenietis refrigerium animabus vestris.* Hoc est viuetis in summa pace, & tranquillitate. Sic Christus. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. Tollite iugum meũ super vos, & discite à me, quia mitis sum, & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris. Vide ergo qua ratione, quod Propheta promittit, Christus in se exhibet. Sic Regnum cœlorum homini Regi, qui fecit nuptias filio suo, & homini qui fecit cœnã magnam, cõparat. Vnde Baruch. Quid est Israël, quòd in terra inimicorum es? Inueterasti in terra aliena, coinquinatus es cum mortuis, deputatus es cum descendentibus in infernum. Dereliquisti fontẽ sapientiæ: nam si in via Dei ambulasses, habitasses vtique in pace super terram. Hìc vera pax, vera requies, secura mens, iuge conuiuium. Vnde qui diligit iniquitatem odit animam suam. Septuag. Et inuenietis purificationẽ animabus vestris. In Christo, qui vera via est, inuenitur purificatio animarum, neqûe enim est aliud nomen sub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri. Hic est fons patens in Ierusalem in ablutionem peccatorum, qui clamat in Euangelio, Qui sitit (scilicet animæ suæ salutem & purificationem) veniat ad me, & bibat.

Mat. 11. d. *Mat. 22.* *Lu. 14. d* *Bar. 3. b.* *Psal. 10.* *Act. 4. b.* *Ioã. 7. f.*

Et dixerunt, non ambulabimus. Vide frontem meretricis, vide animum obduratum. Neque minis deterrẽtur, neque promissionibus alliciũtur. Hęc fuit obstinatio Iudæorum, qui renuerunt ambulare per viam bonã, quæ Christus est, neqûe illius fidem & Euangeliũ suscipere voluerũt. Vnde Christus ad Ierusalẽ. Quoties volui congregare filios tuos, sicut gallina congregat pullos

Mat. 23. d

pullos suos sub alis, & noluisti. Nō dicunt, ignoramus viam, sed non ambulabimus. Si non venissem, dicebat Christus, & loquutus eis non fuissem, & signa non fecissem, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberēt: nunc autem excusationē non habēt de peccato suo.

Ioā. 15. d.

Et constitui super vos speculatores, & dixi. Audite vocem tubæ, & dixerunt, non audiemus. Vide patientiam & longanimitatem Dei. Post tam manifestum contemptum, adhuc de illorum salute est sollicitus, & cōstituit speculatores super eos. Speculatores fuerunt prophetæ. Sic in Ezechiele, fili hominis speculatorē dedi te. Vident enim à longinquo futura, diuina reuelatione, antequam fiant. Eosdem etiam tubas vocat, quatenus populo futura annunciant ex diuina inspiratione. sic in Isaia. In montem excelsum ascende, qui euangelizas Sion, Exalta vocem tuam. Ascendit in montem excelsum, dum supra se rapitur, vt diuinam percipiat reuelationem. Exaltat vocem suam quasi tuba, dum futura annūciat. Admonebat ergo Deus populum, vt prophetas audiret: ipse verò nolebat audire. Vel aliter. Dum Prophetæ tanquam speculatores à longinquo viderent hostem venturum, bellū imminere annunciabant, iamque tubam audiri: ipsi tamen nihil curabant. Speculatores etiam, quos Dominus cōstituit, fuerūt Apostoli, qui tāquàm Dei tubę fidē Christi, & Euangelium resonarunt. Et in omnem terram exiuit sonus eorum, Quos noluerunt Iudæi audire, & inuitati ab eis ad nuptias agni noluerunt venire. Theodoretus speculatores vocat Prophetas, qui nos admonuerūt, vt vocem tubæ Euangelij per Apostolos prædicati audiremus, Vide quo modo omnia cōtemnat

Ezech. 3

Isa. 40. b

Psal. 31.

induratus

induratus animus: neque volunt ambulare per viam bonam, neque volunt audire. Qui dicunt Deo, recede à nobis: scientiam viarum tuarum nolumus. Populus ad iracundiam prouocans est & filij mendaces, filij nolentes audire legem Dei. Qui dicunt videntibus, nolite videre: & aspicientibus, nolite aspicere nobis ea, quæ recta sunt: loquimini nobis placentia, videte nobis errores. Auferte à me viam, declinate à me semitam; cesset à facie nostra sanctus Israël. Peccator cùm in profundum malorum venerit, contemnit. Vnde & illi nullas iam excusationes obtendunt, sed summa quadam impudentia, & manifesto contemptu, non ambulabimus aiunt, non audiemus.

Iob. 21. b.
Isa. 30.

Ideo audite gentes, & cognoscite congregatio, quanta ego faciam eis. Audi terra: Ecce ego adducam mala super populum istum, fructum cogitationum eius: quia verba mea non audierunt, & legem meam proiecerunt. Vobis, dicebant Apostoli Iudæis, oportebat primùm loqui verbum Dei: Sed quia repellitis illud, & indignos vos iudicatis æternæ vitę, ecce conuertimur ad gentes. Septuaginta. Propter hoc audierunt gentes, & pascentes greges suos. Quibus primò reuelatus est Christus, fuerunt Magi, quibus stella apparuit in oriente: & pastores, qui vigilabant, & custodiebant vigilias noctis super gregem suum: Vel per pastores, Reges, & Principes gentium intelligere possumus, qui ad fidem Christi conuersi sunt. Iuxta literam per gentes, eos intelligit, qui non erant de domo Iacob. per congregationem verò vel cœtum, Iudæos. Chaldaica Paraphra. Propterea audite populi, & cognoscat

Act. 13. g
Matth. 2.
Luc. 2.

cœtus Israël peccata sua. Audi terra Israël. &c. Omnibus vult manifestam fieri vindictam, quam exercere volebat: quemadmodum factum est; eiusmodi enim fuit, quæ per totum orbem audita sit. Siue de prima illa captiuitate, quæ facta est per Babylonios, siue de vltima, quæ facta est per Romanos, intelligamus. Fructum cogitationum, vocat retributionem prauarum cogitationum, & consiliorum pessimorum, & sceleratorum operum. Chald. Paraph. retributionem operum suorum. Ex corde enim (vt dixit Christus) exeunt prauæ cogitationes, adulteria, homicidia. &c. Sic in Prouerbijs. Comedent fructus uitæ suæ, suisque consilijs saturabuntur. Stipendium peccati mors est, ait Apostolus.

Mat. 15. *Prou. 1. d* *Rom. 6. d*

Vt quid mihi thus de Saba affertis, & calamum suaue olentem de terra longinqua? holocautomata vestra non sunt accepta, & victimæ vestræ non placuerunt mihi. Exteriorem tantùm cultum, vbi interna pietas deest, Deo non placere dicit. Cùm verba mea (ait) nolueritis audire, & legem meam proieceritis, vt quid mihi affertis thus de Saba. &c. Quantumuis summum in rebus externis studium adhibuerimus: id quod per thus de Saba, & per calamum suaue olentem significatur: si defuerit pietas animi, & mãdatorũ Dei obedientia & obseruatio, nullius momẽti erũt omnia apud Deum. Si tradidero corpus meum ita vt ardeam, & si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, charitatem autem non habuero, nihil sum, & nihil mihi prodest, ait Apostolus. Et Si quis diligit me, sermonem meum seruabit, dicit Dominus. Significatur etiam hìc abolendas esse aduenientc luce Euange-

1. Cor. 15. a. *Ioã. 14. c.*

lij ceremonias, & sacrificia, & oblationes veteris legis. Thus de Saba venire nemo dubitat, ait Diuus Hieronymus. Vnde & illud Virgilianum. Cētumque Sabęo Thure calent aræ. Pro calamo, Septuaginta Cinnamomum habent. Chald. Paraph. Calamum aromaticum habet. Heb. canelam, quæ vulgo dicitur, significari aiunt, quæ ex partibus Indiæ adducebatur. Hæc propriè conueniunt his (ait Diuus Hieronymus) qui de rapinis & nudatione miserorum offerunt sacrificia, de eleemosynis ex iniquitate se putant redimere posse peccata, dicente scriptura. Redemptio animæ viri propriæ diuitiæ: quæ non de iniquitate, sed de labore & iustitia congregantur.

Pro. 13. b.

Propterea hæc dicit Dominus. Ego dabo in populum istum ruinas, & ruent in eis patres & filij, simul vicinus & proximus peribunt, Dare ruinas, pro perniciem adducere & calamitatem maximam, qua multi ruant & occumbant. Impleta hæc videmus in Iudæis, ait Diuus Hieronymus: quotidie enim ruunt in blasphemijs suis, nihilq; in se habent forte: filij parentum sequuntur blasphemias, & quotidie recipiunt illam imprecationem, Sanguis eius super nos & super filios nostros: & non solùm ipsi, sed & vicini & proximi eorum: omnes qui legem & prophetas sequuntur iuxta occidentem literam, & non iuxta spiritum viuificantem: et omnes pariter peribunt, quia omnes pariter peccauerunt.

Matt 27. c.

Hæc dicit Dominus. *Ecce populus venit de terra Aquilonis, & gens magna consurget à finibus terræ. Sagittam et scutum arripiet: crudelis est, et non miserebitur, vox eius quasi mare*

sonabit, et super equos ascendent præparati quasi vir ad prælium aduersum te filia Sion. Sæpe Chaldæorum aduentum inculcat, si fortè terrore concussi agant pœnitentiam. *gens magna* Sep. gentes. Chal. Para. Populi multi, vt illud magna, ad multitudinem referatur, hoc est, in magno numero. Vox Heb. גדול garol, magnum significat vel quantitate, vel qualitate, id est celebrem. *à finibus terræ.* à lateribus, vel ab vno latere terræ, vel ab angulo terræ. *Sagittam, & scutum arripiet.* Singulare pro plurali, omne armorū gen⁹ significat: quasi dicat, omni armorum genere instructissimi veniēt. In Heb. arcum & scutum arripient. Septuaginta arcum & Zibynam. *Ζιβύνη* aculum, vel ferrum, vel lanceam significat. *Crudelis est & nō miserebitur.* Qui sibi crudeles sunt, neque volunt animæ suæ misereri placētes Deo, crudelibus traduntur. Promiserat refrigerium, si rectam viā sequi vellent: iure nunc contēnētibus hostes crudeles comminatur. Dilexit maledictionem, & veniet ei: noluit benedictionem, & elongabitur ab eo. *Vox eius quasi mare sonabit.* vt scilicet vel ipso suo clamore timorem incutiant: non secus ac maris fremitus feruēte tempestate terrificus est. *Et super equos ascendēt.* Potentiam auget: non solum pedites erunt in illorum exercitu, sed multitudo etiam magna equitum. *præparati quasi vir ad prælium.* Nihil illis deerit: instructissimi ad bellum venient. Septuaginta. Et currus præparabitur, quasi ignis ad prælium. Chaldai. Paraph. Ordinati sunt, quasi vir committens prælium *aduersum te filia Sion.* quia tu aduersus Deum. Sic etiam Deus armabit creaturam ad vltionem inimicorum suorum.

Psal. 108

Sap. 5. d.

Audiui-

Audiuimus famam eorum, dissolutæ sunt manus nostræ, tribulatio apprehendit nos, dolores vt parturientem. Vox est populi perterrefacti audita potētia, sęuitia, ac feritate hostiū. Vel hoc genere loquendi vtitur Propheta, vt ostēdat vel solo auditu & narratione harum rerum posse fortissimum quemq; perterrefieri, & animum despondere: quantò magis ipso aspectu, & præsentia. *dissolutæ sunt manus nostræ.* Hoc est, debilitatę prę timore: vt iam antequam veniant, superatos se videant. Porrò dolores vt parturientium, acerbitatē maximam denotāt, sicut in Psal. Ibi dolores vt parturientis. *Psal. 47.*

Nolite exire ad agros, & in via ne ambuletis: quoniam gladius inimici pauor in circuitu. Quasi dicat. Continete vos in locis munitis & tutis: omnia enim in circuitu plena sunt armis, nullus est securus locus, quocunque exieritis, certus vos expectat interitus. In montem saluum te fac, dictū est Lot. Et Leuaui oculos meos in montes, ait propheta. Vndiquę nos circumstant inimici, in Christo securū habemus refugiū. In via hac qua ambulabam, posuerunt laqueum mihi. In via ergo ne ambuletis. Sed ager mundus est, ait Christus. In mundo pressuram habebitis. Nolite ergo exire ad agros, fugite de medio Babylonis, vt saluetis animas vestras. Sic grassantibus vndiquę erroribus, contineamus nos intra ciuitatem munitam, Sāctā Ecclesiam, Turrim Dauid quæ ædificata est cum propugnaculis, ex qua mille clypei pendent, omnis armatura fortium: ne exeamus in agros, nec in via ambulemus, fugiamus cōsortia hæreticorum, quoniam sermo eorum vt cācer serpit: quibus propterea pręcipimur, ne Aue eis dicam⁹, neque cibum cum illis sumamus. *Gen. 19. Psal. 120 Psal. 141 Mat. 13. e Ioā. 16. d. Cant. 4. b. 2. Ioan. d.*

Filia populi mei accingere cilicio, & conspergere cinere: luctũ vnigeniti fac tibi planctum amarum, quia repente veniet vastator super nos. Lugentium hic mos erat, vt cilicio accingerentur, & conspergerentur cinere, vel volutarent se in cinere. Incipe iam, ait, mala tua acerbissimè plãgere, quæ certissimè tibi euenient, vt iam quasi præsentia essent, lugere possis. Luctus vnigeniti amarissimum luctum significat, qualem facere solet mater, cùm vnigenitum filiũ amiserit. Vnde magis seipsum explicat, cùm adiungit, planctum amarum. Vnicam tantùm animam habemus, quam si peccando occiderimus, æquum est, vt luctum vnigeniti faciamus, planctum amarum. Sed heu rerum externarum vel minimam iacturam lugemus, & quidem acerbissimè, vt consolationem vllam non admittamus: animæ verò iacturam, quasi nullius sit momenti, siccis oculis pertransimus. D. Hieronymus interpretatur locum hunc in eam sententiam, vt propheta Iudæorũ populum ad pœnitentiam adhortetur, vt firmissimã & securam aduersus hostes habeant armaturam. Sic Niniuitæ pœnitentia se munierunt, & iratum Deum placauerunt. Plange hìc, ne in æternum plangas: quia absterget Deus omnem lachrymam ab oculis sanctorum suorum, & luctus non erit amplius, neque vllus dolor. De loco autem, qui impœnitentes recipiet, ait Dominus, Ibi erit fletus & stridor dentiũ. *Super nos.* Ita legendum, sicut & D. Hiero. & in Heb. habetur. eo autem sensu dictum interpretatur, vt quicquid super suum venturum est populũ, super se quoq; venire testetur. Septuagin. super vos, habent. *Repente* (inquit) *veniet vastator*. hoc est velociter: nam super

Ion. 3.
Apoc. 7. d
& 21. *b.*
Mat. 8. b.

equos

equos ascendent, dixit superiùs. Te non cogitante, dum scilicet veris prophetis credere non vis, & à falsis permittis te decipi, qui falsam tibi pacem promittunt, & securam te esse volunt, vbi nihil est securum. Sic de die aduētus Domini dicitur, quia veniet quasi fur in nocte, & qua hora non putatis, Cùm repentina calamitas ingruerit, ait sapiens. Et vos igitur estote similes hominibus expectantibus dominum suum, vt cū pulsauerit ianuam, confestim aperiant ei. pulsat ad ianuam expectantium, quia impræparatos eos nō comprehendit. Sed venit vt fur in nocte, qui ad ianuam non pulsat impræparatis. Beatus seruus quem cùm venerit Dominus inuenerit vigilantem. ad hunc non venit vt vastator, sed vt super omnia bona sua constituat eum.

Mat. 24. Prou. 1. d Luca. 12

Probatorem dedi te in populo meo robustum, & scies & probabis vias eorum. Verba sunt Dei ad prophetam. Ait autem constituisse eum probatorem & excoctorem, vt suis adhortationibus & sermonibus populū ab iniquitate mundare conaretur, quemadmodum argentum igne excoquitur, vt omnis scoria ab eo auferatur. robustum verò ait, quia scilicet nullo deterreatur metu. Scies inquit, & examinabis illorum studia & facta. Septuaginta. Probatorem dedi te in populis probatis, & scies cùm probauero ego viam eorum omnes inobedientes. &c. probatos ait. hoc est, multis iam flagellis & calamitatibus afflictos, quibus tamen in nullo meliores facti fuerant: ac ita cùm tuo ministerio probauero ego, & examinauero viam eorum, cognosces omnes inobedientes. &c. Chald. Paraph. Electum dedi te in populo meo, quasi ciuitatem for

tiſſimam: & notificabis, & annunciabis eis vias ſuas. Sic ergo interpretatur illud, probabis vias eorum, hoc eſt, examinatas & cognitas per te notificabis & annũciabis eis: vt eodẽ modo interpretari poſſimus quod dixit, probatorẽ dedi te, hoc eſt, examinatorẽ vitæ eorum, vt illorum mores examines, & cognitos habeas, vt illos reprehẽdas abſque vllo metu. Alij ex Heb. trãſferunt: propugnaculum vel munitionẽ vel arcem dedi te in populo meo, & locũ munitũ, & ſcies & probabis: vel vt cognoſcas, & explores viã eorũ. Vox Heb. pro qua nos habemus probatorem, & probabis, eſt à radice בחן bathã, quod probare, periculum facere, experiri, & tentare ſignificat. nomen autẽ בחון bathon, munitionem, & turrim, & arcem ſignificat: & probatorẽ interpretari poſſumus. Hoc munus eſt Prophetarum Dei, & eorum quos Deus conſtituit ſuper populum ſuum, vt perſpectos habere curent mores eorum; quorum curam gerunt, cognoſcantque oues ſuas, & diligenter agnoſcant vultum pecoris ſui, & ſine vlla perſonarum acceptione reprehendant, puniant, ſtrenueque officio ſuo peragendo inuigilẽt, nulliuſque inſidias pertimeſcant. Sic Deus inuehitur in eos qui aliter faciunt, per Iſaiam dicens. Speculatores eius cæci omnes, neſcierunt vniuerſi, canes muti nõ valentes latrare, videntes vana, dormientes, & amantes ſomnia: & canes impudentiſſimi neſcierunt ſaturitatem: ipſi paſtores ignorauerunt intelligentiam: omnes in viam ſuam declinauerunt, vnuſquiſque ad auaritiam ſuam à ſummo vſque ad nouiſſimum. Venite ſumamus vinum, & impleamur ebrietate: & erit ſicut hodie ſic & cras, & multò amplius.

Pro.27.d

Iſa.56.d.

Omnes isti principes declinantes, ambulantes fraudulenter, æs et ferrum: vniuersi corrupti sunt. Cùm eos, inquit, probaueris, & examinaueris eorum vias ac mores, cognosces Apostatas esse, ac declinasse à vero Dei cultu, fraudes & dolos assiduè meditari, neque veritatē esse in illis, sed dolis & fraudibus studere, & quemadmodum æs & ferrum, quod rubiginem contraxit, corruptos omnes esse. Septuag. omnes inobedientes ambulantes prauè, æs & ferrum, omnes corrupti sunt. Chal. Paraph. omnes principes eorum rebellant, ambulantes in dolo, vt qui miscet æs cum ferro: vniuersi corruptores sunt. In Heb. ubi nos habemus, principes declinātes, legimus סריסוררים sareisorerim, quod nōnulli interpretantur, peruersi peruersorum, hoc est, peruersissimi, vel peruersi curam gerentes peruersorum, hoc est, principes peruersorum, vt nos habemus. Vnde Ra. Dauid. vniuersi tam principes, quàm alij peruersi sunt. Sed & nomen שרי sarei, solet poni pro סרי sarei, quod principes significat, & ita poni hoc loco ait Rab Dau. ac ita principes declinantes vel declinantium aut rebellium, refractariorum peruersorum interpretari possumus. *ambulantes fraudulenter*, delatoriè vel in delatione interpretantur alij, aut studiosi delationis. Septuaginta, prauè. Chal. Paraph. in dolo. *æs & ferrum.* Non nulli exponūt, i. frontis sunt Chalybeæ, & ferreæ: vt illorū duritiam, & obstinationē animi significet. Theodoretus, Congregati sunt, vt æs & ferrum. hoc est, adulterini sunt nihil habentes probi. Rab. Dau. iuxta interpretationem Chald. Paraph. ita exponit, sicut calybs vel æs mistū cum ferro, vt facilè fundatur, sic ipsi sunt misti alter cum altero, vt frau-

dulenter malefaciant, vt noceant, vt lædant. Serui igitur ambulabant fraudulenter cum Dominis suis, vel apud Dominos suos, vt perderent pauperes verbis mendacibus. Et principes & serui æri aut Chalybi Acciaio comparantur & ferro, è quibus fit opus, quum alterum alteri miscetur. Non enim ferrum per se funditur, sed mistum cum ære, aut Chalybe. *Vniuersi corrupti sunt.* Iuxta Hebr. corruptores interpretari etiam possumus, vt habet. Chald. Para. Obserua quàm diligenter propheta tanquam probator à Deo constitutus mores populi discussit, & discussos agnouit; cognitos autem quàm intrepidè, annunciet, & manifestos faciat.

Defecit sufflatorium, in igne consumptum est plumbum, frustra conflauit conflator: malitiæ eorum non sunt consumptæ. Argentum reprobum vocate eos, quia Dominus proiecit illos. Studium Dei per Prophetam suum ad emūdandum populum ab iniquitate hìc describitur, & qua ratione nihil profuerit. Totum hoc studium, & curam conflationi argenti assimilat, in quo oleum & opera perduntur, & nihil aliud agitur, nisi quòd follis ex continuo vsu rumpitur, vel ab igne consumitur, & scoria ab argento non educitur: cùm nihil in illis boni esset, à quo malum separari posset. facit autem mentionem plumbi, quòd argentum non confletur sine appositione plumbi: illud enim fluore facit. *defecit sufflatoriū*: hoc est, propheta Dei, qui multo labore prædicandi defatigatus est, ita vt vires defecerint. Chaldaica Paraphra. Ecce sicut sufflatorium sufflatoris, quod cōbustum est in medio ignis, sic siluit vox prophetarū, qui prophetant eis: Cōuertimini ad legem meam, &

non

sunt conuersi. Et sicut plumbum, quod liquescit in medio fornacis, sic ociosa facta sunt in oculis suis verba prophetarum, qui prophetant eis, & nihil prodest eis, quod docent eos Doctores eorum, & opera sua mala nō reliquerūt. Possumus ergo sic legere, defecit sufflatorium in igne, vt legit Chald. Paraph. & Septuaginta, & videtur legendum iuxta literam Hebraicam. Vnde alij interpretantur, exustus est follis, vel combustum est sufflatorium ab igne, vel defecit sufflatoriū, & deinde in igne consumptum est plumbum, sic distinguit D. Hierony. & Biblia regia. Porrò per plūbū industriam, & sermonem prophetæ intelligere possumus. Sic Chald. Parap. & D. Hiero. Omnem ergo illā industriam, & varios dicendi modos, nunc comminādo, nunc promissionibus alliciendo, nunc beneficia Dei commemorādo, nunc exhortando, quibus Propheta vtebatur, vt populum ad pœnitentiam induceret, veluti plumbum vocat, quod apponi solet, vt facilius & minimo cum detrimento argentum conflari possit: sed & flagella, quibus quotidie Deus populum illum castigabat, quę cùm nihil profuerint, consumptum dicitur plumbum ab igne. *Frustra conflauit conflator.* Deus ipse, vel Propheta, cuius os follis dici potest, & flatus prophetia & increpatio: cuius dum raucæ fiunt fauces clamando, deficere sufflatorium dicitur. In Heb. in vanum conflauit conflando. *malitiæ eorum non sunt consumptæ.* hoc est, nulla est subsequuta emendatio. Chald. Paraph. opera sua mala non reliquerunt. In Hebr. & mali non sunt auulsi, vel expurgati. *argentum reprobum vocate eos.* Chald. Paraph. Ecce sicut argentū reprobatū abiectos vocate eos. Est igitur sensus. Pro-

ſus. Prophetæ Dei multo labore defatigati ſunt, rau-
cæ factæ ſunt fauces eorum prædicãdo populo huic,
vt ad pœnitentiam eum adducerent, & mundarẽtur
ab iniquitatibus ſuis, omnem ad id adhibuerunt indu
ſtriã, operam, & aſſiduitatẽ: neque hoc quicquã pro-
fuit: nulla enim ſubſequuta eſt emẽdatio, ſed obſtina-
ti in peccatis, & ſceleribus ſuis perſeuerant: quare ve-
luti incorrigibiles, & à Deo reprobati iudicandi ſunt,
cùm Dominus eos à ſe proiecerit ob illorum obſtina
tam malitiam, decreueritque hoſtibus ſuis eos trade-
re, & à terra hac expellere. Hic obſerua, qua ratione
Rom.9.e. (vt ait D. Paulus) ſuſtineat Deus in multa patiẽtia va-
ſa iræ apta in interitũ, & nihil prætermittat ex his, quę
neceſſaria ſunt ad emundanda huiuſmodi vaſa. Quid
Iſai.5.a. vltrà debui facere vineæ meæ, & non feci? Sunt qui
ſtatim de ſalute aliorum deſperent, ſi ad primum
exhortationis verbum non fuerint conuerſi, indig-
nantur, contumelijs afficiunt, recedunt, nolunt am-
pliꝰ inſtare. Non ſic Deus. Defecit ſufflatoriũ ab igne,
1.cor.13.b Charitas patiens eſt. Argue, obſecra, increpa in omni
2.Ti.4 a patientia, & doctrina. Veh autẽ illis, quibus furor eſt
Pſal.57 ſecundum ſimilitudinem ſerpentis, ſicut aſpidis ſur-
dæ, & obturãtis aures, ne audiat voces incantantium:
Iob.21.b. Qui dicunt Deo recede à nobis, ſciẽtiam viarum tua-
rum nolumus: quis eſt omnipotẽs, vt ſeruiamus illi?
quos Deus tanquam reprobatos & induratos reijcit.
Prou.1.c. Vocaui & renuiſtis: extendi manum meã, et non fuit
qui aſpiceret, neglexiſtis omnes increpationes meas:
Ego quoque in interitu veſtro ridebo. Magna Dei in-
dignatio, vt rideat in interitu nr̃o, qui flet ſup Ieruſa-
lẽ. Time, ne fias argẽtũ reprobũ, & a Dño proijciaris.
ARGV-

A R G V M E N T V M.

Iubetur Ieremias annunciare populo verbum Domini confidenti in externo tantùm templi cultu. prophetat mala euentura Iudæis ob contemptum Prophetarum. prohibet Dominus orare pro populo. docet sacrificia non requirere à Iudæis potissimùm, sed vt obediant verbo suo. Inuitat populum ad planctum ob peccata sua, & imminentia mala.

¶ CAP. VII.

Verbum quod factum est ad Ieremiam à Domino, dicens. 2. Sta in porta domus domini, et prædica ibi verbum istud, et dic, Audite verbum Domini omnis Iuda, qui ingredimini per portas has, vt adoretis Dominum. 3. Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel, † Bonas facite vias vestras & studia vestra: & habitabo vobiscū in loco isto. 4. Nolite confidere in verbis mēdacij, dicentes, Templū Dñi, tēplū Dñi, tēplū Domini est. 5. Quoniā si † bene direxeritis vias vestras & studia vestra: si feceritis iudiciū inter virū & proximum eius, 6 aduenæ & pupillo & viduæ non feceritis calumniā, nec sanguinem innocentem effuderitis in loco hoc, et post Deos alienos non ambulaueritis in malum vobismet ipsis: 7 habitabo vobiscum in loco isto, in terra quam dedi patribus vestris à sæculo & vsq; in sæculum. 8. Ecce vos confiditis vobis in sermonibus mendacij, qui non proderunt vobis: furari, occidere, adulterari, iurare mendaciter, libare Baalim, & ire post Deos alienos quos ignoratis. 10. Et venistis, & stetistis coram me in domo hac, in qua inuocatum est nomen meum, & dixistis, Liberati sumus, eo quòd fecerimus omnes abominationes istas. 11. †. Nunquid ergo spelunca latronum facta est domus ista, in qua inuocatum est nomen meum in oculis vestris?

ego

† Inf. 26, 15.
† benedixeritis MS. Hiero.
† bonas faciēdo bonas feceritis H.
† dirigētes direxeritis G.C.
9 MS. R. Hier. Verū H. G & C. addunt.
† Matt. 21, 13. Mar. 11, 17. Luc. 29. 46.

ego ego sum: ego vidi, dicit Dominus. 12. Ite ad locum meum in Silo, vbi habitauit nomen meum à principio: & videte, quæ fecerim ei propter malitiam populi mei Israël. 13. & nunc quia fecistis omnia opera hæc, dicit Dominus: & loquutus sum ad vos manè consurgens, & loquens, & non audistis: † & vocaui vos, & non respondistis. 14. † Faciam domui huic in qua inuocatum est nomen meum, & in qua vos habetis fiduciam: & loco quem dedi vobis & patribus vestris, † sicut feci Silo. 15. Et proijciam vos à facie mea, sicut proieci oēs fratres vestros vniuersum semen Ephraim. 16. † Tu ergo noli orare pro populo hoc, nec assumas pro eis laudē et orationē, et nō obsistas mihi, quia nō exaudiā te. 17. Nonne vides quid isti faciūt in ciuitatibus Iuda, et in plateis Ierusalē? 18. † Filij colligūt ligna, et patres succēdunt ignem, et mulieres cōspergunt adipē, vt faciant placentas reginæ cœli, et libent dijs alienis. et me ad iracūdiam prouocent. 19. Nūquid me ad iracundiā prouocant, dicit Dñs? nonne semetipsos in confusionem vultus sui? 20. Ideò hæc dicit Dominus Deus, Ecce furor meus, et indignatio mea cōflatur super locum istum, super vias, et super iumenta, et super lignum regionis, et super fruges terræ: et succendetur, et non extinguetur. 21. Hæc dicit Dominus exercituū Deus Israël, Holocautomata vestra addite victimis, et comedite carnes. 22. Quia non sum loquutus cum patribus vestris, et non præcepi eis in die qua eduxi eos de Terra Ægypti, de verbo holocautomatum et victimarū. 23. Sed hoc verbum præcepi eis, dicens, Audite vocem meam, et ero vobis Deus, et vos eritis mihi populus: et ambulate in omni via quam mādaui vobis, vt bene sit vobis. 24. Et non audierunt, nec inclinauerunt aurē suā: sed abierūt in † voluptatibus, et in prauitate cordis sui mali: factiq; sunt retrorsum et non in antè, à die qua egressi sunt patres eorum de Terra Ægypti, vsq; ad diem hanc. 25. Et misi ad vos omnes seruos meos prophetas per diem, consurgens diluculo et mittens.

† Pro. 1. 24. Isa. 65. 11

† 4. reg. 2. 10.

† Inf. 11. 14.

† Inf. 44 17, 19.

† volūtatibus. 2 MS. Hiero. cōsilijs H. G.

mittens.26. Et non audierunt me, nec inclinauerunt aurem suã: sed indurauerunt ceruicem suam:† et peius operati sunt, quàm patres eorum. 27. Et loqueris ad eos omnia verba hæc, et non audient te: et vocabis eos, et non respondebunt tibi. 28. Et dices ad eos. Hæc est gens quæ non audiuit vocem Domini Dei sui, nec recepit disciplinam: periit fides, et ablata est de ore eorum. 29. Tonde capillum tuum, et proiice, et sume in directum planctũ: quia proiecit Dominus, et reliquit generationẽ furoris sui, quia fecerunt filij Iuda malum in oculis meis, dicit Dominus. 30. Posuerunt offendicula sua in domo in qua inuocatum est nomen meũ, vt pollnerent eam. 31. et ædificauerũt excelsa Topheth, quæ est in valle filij Ennon: ut incenderent filios suos, et filias suas igni: quæ non præcepi nec cogitaui in corde meo. 32. Ideò ecce dies uenient, dicit Dominus, et non dicetur ampliùs, Topheth, et uallis filij Ennon: sed Vallis interfectionis: et sepelient in Topheth, eo quòd nõ sit locus. 33. Et erit morticinum populi huius in cibos uolucribus cœli; et bestijs terræ, et nõ erit qui abigat. 34.† Et quiescere faciã de urbibus Iuda, et de plateis Ierusalem uocem gaudij, et uocem lætitiæ, uocem sponsi et uocem sponsæ: in desolatione enim erit terra.

† Inf. 16, 12.

† Exod. 26, 13.

EXPLANATIO.

VErbum quod factum est ad Ieremiam à Domino, dicens. Sta in porta domus domini, et prædica ibi uerbum istud, et dic. Quid præcipuè à nobis requirat Deus, docet: nihílque profuturam populo in malitia obstinato templi magnificentiam, & sanctitatem, neque externum cultum, interiori pietate, & Dei timore spreto: sed & templum etiam ipsum vastandum fore. *Sta in porta.* Oriẽtalem intelligit, quæ vnica fuit: cùm ad meridiem tres, & ad Septẽtrionem etiam tres essent. Iubetur in porta stare, & prædi-

care,

care verbum Dei illis, qui per portam ingrediebantur, quòd nollent aliàs prophetas audire, & proinde oporteret loca illa quærere, vbi populus solebat aliàs concurrere. *qui ingredimini per portas has, vt adoretis Dominum.* Hęc non habent Septuag. Adorabant Dominũ externo cultu, sed cor eorum longè erat ab eo. *Hæc dicit Dominus exercituũ.* Vide Dei clemētiam: etiam eos, quos argentum reprobum dixit, à se proiectos exhortari non cessat: si fortè aliquis audiat. *& habitabo vobiscum in loco isto,* Septuag. Et habitare faciam vos in loco isto. Chald. Parap. & habitare faciam vos in loco isto. Ita etiam in Heb. Sed habitare facit Deus, habitando cum illis, firmamq; reddendo habitationem eorum: id quod noster interpres significare voluit. Symmachus. & confirmabo vos in loco isto. Naturale est, vt vnusquisque natale diligat solum, & nihil dulcius habeat patria: ideo huiusmodi promissione ad pietaté eos conatur allicere. Non permittam ego, ait, templũ hoc dirui, neque vos hinc captiuos abduci: sed quemadmodũ feci hactenus, pręsentiam meam in templo hoc exhibebo, vosque fauoribus, & beneficijs prosequar.

Nolite confidere in verbis mendacij, dicentes. Templum Domini, templum Domini, templum Domini est. Chald. Paraph. Nolite confidere in verbis prophetarum mendacij, qui dicunt dicendo: Coram templo Domini vos colitis, coram templo Domini vos colitis, & sacrificatis: coram templo Domini vos adoratis; ter in anno vos apparetis coram Domino. Falsi prophetæ dicebant nunquam futurum, vt Deus sineret Ierusalem in potestatem Chaldæorum venire ob templum magnificentissi

cētissimum, quod in ea erat structum. Repetitio autē illa modū vulgarem dicendi significat: sic enim loqui solemus, quādo alicui exprobrare volumus, quòd vel diuitias, vel generis splēdorē, aut aliquid aliud iactet. Vel quòd frequenter templi magnificentiā, & sancti tatem iactarent. vel propter tres partes templi, Vestibulum, Sancta, & Sancta sanctorum. Nolite ergo, ait, confidentiam vestram ponere in templi magnificentia: quia neque vrbi propter tēplū, neque ipsi templo parcam, nisi resipueritis. Sic. 2. Machab. 5. Non propter locum gentem: sed propter gentem Deus locum elegit. Ideóq; & ipse locus particeps factus est populi malorum. Obserua hìc exteriorem cultū, & templi ornatum non reprehendi (qui enim poterant reprehendi, quæ iussu Dei fiebant?) Sed reprehenduntur illi, qui neglectâ pietate animi omnem suam spem in rebus externis collocabant. Colendus est animus, interiori pietati studēdum est. Sed neq; exteriora negligi debent, quibus interior pietas fouetur. Sed & illi admonendi, qui Christi pauperibus spretis toti in amplificandis templis, deaurādis parietibus & laquearibus, magis ad superbiam, quàm ad pietatem vacāt: quòd illa oportuit facere, & ista non omittere. Quòd si vtrūque præstare non possunt, pauperum cura præponenda est tanquàm necessaria; his presertim, qui ecclesiastica bona possident. Templa nostra exornat Christi presentia, iuge illud sacrificium tremendum, ac sanctissimum, quod quotidie ibi offertur pro viuis & defunctis, diuinæ laudes pura mente decantatæ, Dei verbum purè prædicatum, non adulteratum, nullis admistum erroribus. Et hæc quidem tāta sunt,

O vt

vt nulla auri copia, nullæ margaritæ, quantumuis prę ciosissimæ sufficiant ad templorum nostrorum ornamentum. Vnde si exterior ornatus desit, nō multùm curamus, dummodo decēter omnia sint: neque enim Iudæi sumus, vt tanquam pueri tātopere externis his indigeamus. Sed & si ille adsit pro Dei gloria, & tantorum mysteriorum dignitate admittimus: sic tamē, vt hæc minima esse intelligamus, nequè aliqua ratione tantorū mysteriorum dignitatem ab his pendêre, sed propter nos, & imbecillitatem nostram huiusmodi quæri. Sed illi omni prorsus reprehēsione digni sunt, qui bonis Ecclesiæ ad luxum abutūtur, neque curam aliquam templorum, vel pauperum habent, sed Christi patrimonium in alendis canibus, equis ornādis, palatijs superbè nimis construendis, vt peiora taceā, cōsumunt. Verùm non propterea spernēdi, sed pro dignitate sua suspiciendi & venerandi sunt, nequè traducenda illorum vitia, sed prudēter loco suo, & tempore admonendi, & arguendi. Scriptum est enim. Super cathedram Moysi sederunt Scribæ & Pharisei, omnia quæ dixerint vobis seruate, & facite. &c.

Matt. 23. a.

Quoniā si bene direxeritis vias vestras & studia vestra, si feceritis iudicium inter virum & proximum eius. &c. Eadem est sententia, quæ supra: bonas facite vias vestras. &c. *Si bene direxeritis.* Septuag. & Chal. Paraph. Si dirigētes direxeritis: In Heb. ad literam, si bonas faciēdo bonas feceritis vias vestras in quo autem deberent bonas facere vias suas explicat statim. *Si feceritis iudicium inter virum & proximum suum*, Si ius reddideritis popularibus vestris, nam de aduenis statim loquitur, *Nec sanguinem innocentem effunderitis in loco hoc*. Innocentem nempe

morte

morte damnando, accusando falsò. *Et post Deos alienos non ambulaueritis in malum vobis metipsis*, hoc est in perniciem vestrã, quasi dicat, Non mihi nocetis in hac re, sed vobis metipsis perniciem acquiritis. Obserua. vltimo loco annnumerauit peccata contra Deum, primo autem loco peccata in proximos: vt intelligas his veluti gradibus ad impietatem gressum fieri. Sic eos qui bonam conscientiam repellunt, dixit D. Paulus, in fide naufragium facere. Nam cùm fuerit vita impurior, ex ea & dogmata quædam peruersa emergunt. Siquidem qui immundam & sordidam duxerint vitã, ne in futurum formidine crucientur, temerè sibi hoc suadent, falsa omnia esse quæ fide traduntur. Sed ne quis existimare posset, sua commoda Deum quærere, cùm bonis nostris minimè egeat, neque malis nostris lædatur, nostra autem tantùm commoda quærere, vltimo loco idololatriam annumerauit, subiungens adhuc, in malum vobis metipsis. Sed & Diuus Ioannes. Si fratrem quem vides, non diligis: Deum, quem non vides, quomodò diliges? Deniq; opera simul cum fide coniungenda docet, nam fides sine operibus mortua est. Sic & Christus priùs vult nos reconciliari fratri nostro, quàm sacrificium offeramus: non enim placere ei possunt sacrificia nostra, nisi veram Charitatem ad proximum habeamus.

1. Tim. 3.

1. Ioan. 4.

Iacob. 2. d.

Mat. 5. d.

Ecce vos confiditis vobis in sermonibus mendacij, qui non proderunt vobis. Furari, occidere, adulterari, iurare mendaciter, libare Baalim, & ire post Deos alienos quos ignoratis. Et venistis, & stetistis coram me in domo hac in qua inuocatum est nomẽ meum, & dixistis: liberati sumus eo quòd fecerimus omnes

abominationes istas. Quę suprà annumeraui, inquit, in quibus vera pietas consistit, contemnitis: & fallam quãdam pietatem quęritis, in qua fiduciam vestram collocatis, quod vobis minimè proderit. Chald. Paraph. Et ecce vos confiditis in verbis prophetarum mendacij. Idem quod supra. Nolite confidere in verbis mendacij. *Furari etc.* quasi dicat. Nũ rectum vobis videtur furari, occidere. &c. Et venire & apparere corã me, ac si nihil esset. *in qua inuocatum est nomẽ meũ.* aut super quã, hoc est, quæ appellatur de nomine meo, domus Dei: vel vbi preces mihi fundunt, & me inuocare solẽt. vel vbi ego color. *Et dixistis liberati sumus, eo quòd fecerimus abominationes istas.* Vel liberati sumus, etiam si cũcta hęc abominãda fecimus: ex eo scilicet solũ, quòd ad Templum Domini venimus, & oblationes nostras & sacrificia offerimus, quantumuis in sceleribus nostris permaneamus. Vel liberati sumus à peccatis quæ cõmisimus faciendo abominationes istas, propterea solùm quòd venimus ad templum Domini. [illegible] *Nunquid ergo spelunca latronum facta est domus ista in qua inuocatũ est nomen meum in oculis vestris? Ego ego sum, ego vidi dicit Dominus.* Hoc est, vestro iudicio, & in vestra existimatione, dũ existimatis in domo mea foueri, & defendi latrones & sceleratos quosq; quãdoquidẽ licet illis perseuerare hoc solo, quòd ad domũ meã veniũt. Cald. Paraph. Nunquid sicut domus congregationis impiorum est domus ista? Sic Christus in Euangelio: Domus mea domus orationis vocabitur, vos autem fecistis eam speluncam latronum. Ecclesia Dei vertitur in speluncam latronum, quando auaritia, furta, homicidia, adulteria, sacrilegia, periuria, hereseos adin

Mat. 21. b

uentio, & omnia in ea scelera versantur: sic Hæretici Ecclesiam Dei speluncam latronũ faciunt sola fide salutem promittendo, vt foueantur interim omniũ scelerum & spurcitiarum genera. Sed & Christum latronum & grassatorum fautorem, dum illius merita ita extollunt, vt opera nostra tanquam minimè necessaria auferãt: vt sic in bonis operibus torpeamus, malis autem affluamus. *Ego ego sum, ego vidi.* Nequaquam, ait, existimetis me peccatorum vestrorum esse ignarum, & quòd debeam illis conniuere. Ego idem semper sum, & non mutor, nunquam mihi iniquitas placuit, neq; placere poterit, vidi cogitationes vestras pessimas, iniquas, sacrilegas. Ego ipse sum qui fratres vestros, decẽ nempe tribus, ob similia scelera in manus inimicorum suorum tradidi, quique similiter faciam vobis. In Heb. etiam ego, ecce vidi. vel en ego quoq; vidi. Septuag. Et ecce ego vidi. priorem illam particulam, etiam ego, interpretatus est noster interpres. Ego ego sum, & rectè: nã, etiam ego, idem est, quod, adhuc ego, quod significãtius transfertur dicendo, Ego ego sum.

Mal. 3. b.

Ite ad locum meum in Sylo. ubi habitauit nomen meum à principio, & uidete quæ fecerim ei propter malitiam populi mei Israël. In Sylo, quæ ciuitas erat trib[9] Ephraim, fuit prius tabernaculũ Moysi, & arca: vt videre est Iosu. 18. locus hic destructus iam erat propter peccata Israël, hoc est, decẽ tribuum. Vnde in Psal. Et repulit tabernaculum Sylo. idem ergo docet se factúrum cum Ierusalem, quantumuis ibi esset templum, si in malitia perseuerauerint. *Vbi habitauit nomen meum.* Vbi locus Domini erat, vbi nomen Dei inuocabatur, & sacrificia offerebantur

Psal. 77.

rebantur coram arca Domini. Hoc est ergo, quod ait: Nolite confidere in templo, neq; vobis persuadeatis, quemadmodum falsi prophetæ conantur vobis persuadere, me nulla ratione permissurum, vt ciuitas Ierusalem deuastetur, quòd in ea sit templum Domini: quemadmodum enim permisi vastari Sylo propter peccata Israël, quantumuis ibi à principio fuerit arca & locus, vbi nomen meum inuocabāt; ita etiam si pseueraueritis in malitia vr̄a, tradam Ierusalē hostibus deuastandam nulla templi mei habita ratione.

Et nunc quia fecistis omnia opera hæc, dicit Dominus. Et loquutus sum ad vos manè consurgens, & loquens: & non audistis; & vocaui vos, & non respondistis, faciam domui huic in qua inuocatum est nomen meum, & in qua vos habetis fiduciam, et loco quem dedi vobis et patribus vestris, sicut feci Sylo. Et proijciam vos à facie mea, sicut proieci omnes fratres vestros, vniuersum semen Ephraim. Aperta est litera. *manè consurgens.* D. Hiero. Dicitur Deus manè consurgere, nō quòd aliquod ei tēpus absq; diluculo sit, sed quòd post noctis quietē viribus corporis instauratis anima hominum vegetior sit: & nequaquam voluptatibus occupata ciboq; desiderio audire, & facere valeat, quę dicuntur. Vnde & illud in Psal. Manè exaudies vocē meam. manè astabo tibi, & videbo. Sic D. Paulus filios lucis vocat iustos, non noctis & tenebrarū, neq; dormiētes, sicut cæteri dormiūt, qui Dei mādata nō sentiunt. Vocat ergo eos de manè cōsurgens, vt de tenebris liberaret. Sed & studiū Dei in mittēdis prophetis suis significatur. Sic in Euangelio pater familias exijt primo manè cōducere operarios in vineā suā. Vigilat De⁹ cùm tu dormis, & sollicitus est de tua salute, quando tu de-

Psal. 5.
1. Thess. 5
Mat. 20. 4.

ea nō cogitas. *uniuersum semē Ephraim.* Decē trib⁹ intelligit: quia Ieroboā, qui prim⁹ diuiso imperio iudaico decē tribubus imperauit, fuit de tribu Ephraim. Sic timendum est, ne sicut Asiæ partes, vbi primùm floruit Christiana religio, traditæ sunt fidei hostibus propter peccata, idem de nostris partibus fiat, nisi mores nostros in melius cōmutauerimus: transferat autē Deus Ecclesiam suam in nouū orbē. Quicquid de populo illo dicitur, ait D. Hiero. intelligamus & de nobis, si similia fecerimus. *Tu ergo noli orare pro populo hoc, neq; assumas pro eis laudem & orationem; et non obsistas mihi, quia non exaudiā te.* Prohibet orare pro populo obstinato, aliâs permissurus. Sic Deus in Ezechiele cōqueritur, quòd nullus esset, qui oratione sua eū placaret. Quęsiui de eis virū (ait) qui interponeret sepem, & staret oppositus contra me pro terra, ne dissiparē eam: & non inueni. Et alibi. Non est qui inuocet nomen tuum, qui cōsurgat & teneat te. Sic Samuel propheta Dñi, cùm Populus diceret, ora pro seruis tuis ad Dominū Deū tuum; vt non moriamur, respondit. Absit à me hoc peccatum in Domino, vt cessem orare pro vobis. Sic D. Paulus non cessat pro fratribus orare, & orationes pro se fieri instāter petit: instituitq; orationes fieri pro omnibus hominibus, & speciatim pro regibus, & omnibus q in sublimitate sunt. Et D. Iaco. Oratio fidei alleuiabit infirmū. Et orate pro inuicē, vt saluemini. Sic Sāctos inuocare debemus, vt pro nobis orationes ad Deū fundant: nā si iustorū in terra degētiū orationes tātū apud Deū valēt, quantò magis eorū, qui iā cū ipso in cœlis regnāt? Sic Ieremias Sāctus postq̄ de hac vita migrauerat, & in sinu Abrahę requiescebat, multū

Eze. 32. g

Isa. 64. c.

1. Reg. 12

1. Tim. 2.

Iacob. 5.

2. Mach. 15.

orat pro populo, & vniuersa sancta ciuitate. Sic in Apocalypsi Videt D. Ioannes Angelum habentem thuribulum aureum in manu sua, & data sunt ei incensa, (ait) multa, vt daret de orationibus Sãctorum omniũ super aureum altare, quod est ante thronum Dei. Et ascendit fumus incensorum de orationibus Sanctorum de manu Angeli coram Deo. Vel vtitur hoc modo loquendi, vt timorem maiorẽ incutiat. *Laudem et orationẽ.* Obserua nos nõ solũ orare quando aliquid à Deo petimus, sed etiã cùm eum laudamus: laudibus enim propitium illum nobis reddimus, vt fauoribus suis nos prosequatur, & necessaria nobis cõferat. Vnde in Psal. Sacrificiũ laudis honorificabit me, & illic iter quo ostendam illi salutare Dei. *Et non obsistas mihi.* Vide quantam vim habeat apud Deum oratio iusti. Obsistit, & tenet Deum. Sic Deus ad Moysen orantẽ pro populo. Dimitte me, vt irascatur furor meus. Aaron quoq; arrepto thuribulo, inter ignem arsurumq; populum medius stetit, & ira Dei cessauit.

Apoc.8.a *Psal.49.* *Exo.32.b* *Nũ.16.*

Nonne vides quid isti faciant in ciuitatibus Iuda. & in plateis Ierusalem? Filij colligunt ligna, & patres succendunt ignem, & mulieres conspergunt adipem, vt faciãt placentas reginæ cœli: et libent Dijs alienis, et me ad iracundiam prouocent. Docet quare non esset exauditurus Prophetam pro populo orantem, quòd scilicet toti essent idololatriæ dediti. Significat autem hac oratione feruentissimum idololatrię studiũ, quo omnes ita inuoluebãtur, vt toti huic negotio intẽti essent. *In plateis.* Non secretò, sed publicè absq; vllo metu vel pudore: peccatũ suũ sicut Sodoma prædicauerunt, neq; abscõderũt. *conspergunt adipem.* farinam purissimam aqua conspersam subigunt.

Isa.3.b.

placen

placentas, Septuag. χαυῶνας habent. panem oleo cõspersum significat. Vel preparationes, ait D. Hiero, vt omne genus sacrificij significetur. Chald. Para: placentas habet. Apud latinos placenta panis siue libi genus est, quod sine fermento in furno coqui consueuit, ex farina ferè constans siliginea, caseo & melle adiecto. In Heb. est כונים cauanim. Rab. Dauid ait genera fuisse ciborum, qui offerebantur idolis. & forsan ita vocabantur ob operis intentionem, quòd magna attentione, & exactissimè cibos hos pararent: nam כון cauen, est intendere, & כונה cauanah, intentio. Hic obserua, qua ratione ex adipe & magna cum animi attẽtione præparabant quę idolis offerrẽt: sic meliora volumus mũdo & carni offerre, deteriora Deo: liberales supra modũ, & prodigi ad vanitates, ad ea verò, quę pietatis & charitatis sunt, parcissimi. *reginæ cœli.* Lunam interpretatur D. Hiero. nam post Solem inter alios magis splẽdet. Sic in Iob. Si vidi Solem cùm fulgeret, & Lunam incedentem clarè. Septuag. militiæ Cœli, vt omnes stellas intelligamus. Chald. Para: Syderi cœli. vel est singulare pro plurali. i. syderibus. Vel sydus præcipuum, Solem nempe voluit significare. Ita etiam alij interpretãtur. Neq; mirum est, quòd Solem reginam vocet: nam semes, quod Solem Hebraicè significat, fæmi. gen. est. Vox Heb. מלכת malechet, si sit à radice מלך malach, quod est regnare, significat reginã: vt sit sensus, reginę cœli, hoc est, stellę magnę quę est in cœlo, si à radice לאך laach, vnde מלאכת melechet, & deficiente aleph. מלכת melechet, opus significat, vt interpretari possimus operi, vel machinæ vel artificio cœli vel cœlorum. hoc est cœlis & corporibus cælestib[9]

Iob. 31. c.

omni-

omnibus. Alij deducũt à radice הלך halach, quod grã diri significat, vt planetas intelligant. Sũt qui ministerium supernum cœli intelligant, quod habet in hæc inferiora: vt quia astra ordinata à Deo crederent Iudæi ad actiones hominum gubernãdas, illis sacrificia instituerẽt, quò sibi propitia essent. *Et libent dijs alienis.* Apud Latinos libare, i sacrificare significat à Græco verbo λείβω, quod leuiter gustare, & quasi primis labris attingere significat. In sacra scriptura libamina vocãtur, quæ ex rebus liquidis, vino, vel oleo, aut similibus offeruntur. Verb. Heb. est à radice נסך nasach, quod fundere, vel effundere significat, & libare: hoc est sacrificium ex liquidis rebus offerre, quæ effunduntur. *Nunquid me ad iracundiam prouocant, dicit Dominus? Nonne semetipsos in confusione vultus sui?* Quia dixerat, vt ad iracundiam me prouocent, ne existimaremus Deum lædi aut commoueri nostris sceleribus, subiungit, & ait non prouocari se ad iracundiam, sed potiùs semet ipsos dignos ira efficere suis sceleribus. Irasci dicitur Deus, quando punit, quòd punire hominis sit irati: prouocari ad iracundiam, dum prouocatur ad puniẽdum: quod potissimum obstinatione & perseuerantia in peccatis fit. prouocari autem dicitur Deus, quia iustus est, & exigit illius iustitia, vt qui eiusmodi sunt, puniantur, neq; diutiùs misericordiam, & patientiam Dei sentiant. *Nonne semetipsos.* Verbum Heb. à radice כעס chaas, quod irasci, ad iram vel indignationem, aut alium tristem animi affectum commoueri, seu extimulari significat. Vnde interpretari possum⁹. Num me ad dolorem prouocãt? nonne potiùs se ipsos? qui scilicet pœnam sentient & dolorem; & quidem magna cũ

na cùm confusione & ignominia sua, cùm se frustratos sua spe, & deceptos viderint. Thesaurizas tibi irã, ait Diuus Paulus, in diem iræ, & reuelationis iusti iudicij Dei. & vasa iræ vocat eos, qui se scelerib⁹ coinquinare nõ cessant. Hoc igitur est, quod hoc loco ait: semetipsos irritant, & ad iracundiam prouocant, dum sibi iram thesaurizant, & vasa iræ apta in interitum fiunt.

Rom. 2. a
Rom. 9. e

Ideò hæc dicit Dominus Deus: Ecce furor meus, et indignatio mea conflatur super locum istum, super viros, et super iumenta, et super lignum regionis, et super fruges terræ, et succendetur, et non extinguetur. Explicat, qua ratione semetipsos ad iracundiam prouocent, hoc est, vasa iræ constituant, quibus non diutiùs debeat Deus misereri. Conflari dicitur indignatio, quòd cùm diutiùs pœnam distulerit, nunc punire compellatur exigente hoc illorum malitia, & Dei iustitia. Conflare, liquefacere significat: tũ etiam congregare apud Latinos. Septuaginta, funditur, habent. Chald. Paraph. furor meus & indignatio mea resider super locũ istum. Verbũ Heb. à radice נתך nathach, quod fundere, effundere, & stillare significat. Sic in Commenta. D. Hieronymus. Non ait, effusus est furor meus, sed stillauit, vt moderatam pœnam significet. Si autem stilla furoris tãta duritia est: quid fiet, si omnis imber fuerit effusus? *Et super iumenta, & super lignum.* singulare pro plurali ligna. Effunditur vel conflatur ira Dei super creaturas alias ab homine, quòd aliquid hominis sint, & in illis homo, cuius vsui inseruiunt, punitur. *succendetur & non extinguetur.* Chaldaica Paraph. Et exterminabit ea, & non erit ei miseratio. Ignis succensus est in furore meo, & ardebit vsque ad inferni nouissima.

Deut. 32. d.

quando

quando grassatur vindicta, accẽdi dicitur ira, quæ nisi emendatio subsequatur, non extinguitur.

Hec dicit Dominus Deus exercituũ, Deus Israël: Holocautomata vestra addite victimis vestris, et comedite carnes. Quia nõ sum locutus cum patribus vestris, et non præcepi eis in die, qua eduxi eos de terra Ægypti de verbo holocautomatum, et victimarum. Quorum reprobauit templum, reprobat & sacrificia, quæ non puro corde offerebantur. quod autem (comedite) ait, idẽ est, ac si dicat, hoc tantùm cõmodi ex illis percipietis, nam mihi omnino displicẽt, quantùmuis illa multiplicaueritis, & holocausta victimis addatis. Alij, vertite holocausta vestra in victimas, vt earum carnes edatis. holocaustum enim totum cõsummebatur, victimę verò pars comedebatur ab offerente. Obiter eos & latenter arguit, quòd non veneratione Dei, sed epularum desiderio victimas immolarent. *Quia non sum locutus.* Primò quidem Deus decalogum in tabulis lapideis dedit, deinde post vituli adorationem leges & mandata sacrificiorum addidit: vt sic ab idololatria reuocarentur, malens sibi quàm dæmonijs victimas offerri: & nõ quòd sanguinis effusione, & cœdibus delectaretur.

Sed hoc verbum præcepi eis dicẽs. Audite vocem meam, & ero vobis Deus, et vos eritis mihi populus: et ambulate in omni via quam mandaui vobis, vt benè sit vobis. Hoc est, quod præcipuè à nobis exigit Deus, obedientiam nempe mandatorum eius. Aperta est litera.

Et non audierunt, neq; inclinauerunt aurem suam, sed abierunt in voluptatibus, et in prauitate cordis sui mali, factiq; sunt retrorsum, et non in antè à die qua egressi sunt patres eorum de terra Ægypti, vsq; ad diem hanc. Totum contrarium ab his, quæ

quæ præcepi eis fecerũt, ait: *abierunt in voluptatibus etc.* vel voluntatibus, sicut legit D. Hieronymus in Commenta. sequuti sunt desideria sua, & cogitationes prauas. In consilijs suis, habet Chald. Paraph. In Hebræo במעצות bemihtsoth, ĩ cõsilijs, significat: hoc est, sequuti sunt consilia sua, quod sibi benè visum est; quod delectabile, quod placebat: quod idẽ est, ꝙ in voluptatibus abire, vel voluntatibus, sicut habet noster interpres. *factiq; sunt retro & nõ antè.* hoc est, semper in peiùs profecerũt: propterea passi sunt semp aduersa, nihílq; illis prosperè successit. Chald. Paraph. Et auerterunt in cultu meo dorsum, & non posuerunt timorẽ mei ante faciem suam.

Et misi ad vos omnes seruos meos prophetas per diem, consurgens diluculo, et mittens. Et non audierunt me, neq; inclinauerũt aurem suam: sed indurauerunt ceruicem suam: et peius operati sunt, quàm patres eorum. Sic supra. Et loquutus sum ad vos manè consurgens. Aperta sunt omnia.

Et loqueris ad eos omnia verba hæc, et non audient te: et vocabis eos, et non respondebunt tibi. Et dices ad eos, hæc est gens quæ non audiuit vocem Domini Dei sui, nec recepit disciplinam: perijt fides, et ablata est de ore eorum. Quod hactenus fecerunt, & modò etiam facient: & qua ratione se habuerunt cum alijs omnibus prophetis, sic etiam tecũ se habebunt. Dic ergo gentem esse adulteram & sceleratam, non ampliùs voces eos populum meum: neq; enim digni sunt, qui ita vocentur. fidem autem hic pro veritate accipe, quod ex sequentibus constat, cùm ait, Et ablata est de ore eorum. hoc est, nunquam nisi mendacia & dolos loquuntur. Sed & de religione intelligi potest, de qua nullum apud eos fiebat verbum, cùm

toti idololatriæ dediti essent. Verbũ. Heb. אמונה emunah, veritatem, & fidem significat. Hæc omnia plenius completa sunt Christi temporibus, quando neq; vnigenitum Dei filium audire voluerunt, & vocẽ Domini Dei sui, non iam per Prophetas loquentis, sed per seipsum, audire contempserunt, neq; disciplinam receperunt. Vnde perijt fides, perfidi facti sunt, & blasphemi: nulla apud eos est religio, abolita lege, quam frustra, & in perniciem suam seruant.

Tonde capillum tuum, & proijce, & sume in directum planctum: quia proiecit Dominus, & reliquit generationem furoris sui, quia fecerũt filij Iuda malum in oculis meis, dicit Dominus. Non solùm verbis significat proijciẽdos Iudæos à facie Domini, hoc est à terra Sancta vbi Tẽplum erat, & ab illius gratia, vt non vltrà illos propitio vultu respiciat: sed & factis hoc ipsum demõstrat, in eumq; finẽ iubetur tondere capillos. Vel quòd mos esset lugẽtiũ capillos tondere Chal. Para. Euelle captiuos propter principes tuos qui captiui ducentur. *Sume in directũ planctum.* Septuag. Sume in labijs planctum. Chald. Paraph. tolle propter duces lamentationem. In Heb. tolle super loca edita lamentum. quasi dicat, conscende loca alta, & illic lamentare, vt planctus tuus procul exaudiri possit: vide supra. Cap. 3. ibi leua indirectũ oculos. *generationem furoris sui*; hoc est tribules Iuda, & Beniamin, quibus iratus est. Vel in quibus iram suam ostẽdero, & manifestam facere statuit. *in oculis meis.* hoc est, me vidente, quem nihil latere potest. Vel in domo mea vbi ego habito, vbi me præsentẽ ostendo. Quod magis explicat per ea, quæ sequuntur.

Posuerunt offendicula sua in domo, in qua inuocatum est nomen meum,

meum, vt pollueremt eam. Offendicula vocat idóla, quæ illis offendiculo, & scandalo fuerunt, vt caderent. Habes in Ezechiele in templo Dei positam fuisse statuā Baal. Septuag. posuerūt abominationes suas: ita etiā Chald. Paraph. idem significat. *in qua inuocatum est nomen meum.* quæ nomine meo vocatur: vel in qua ego color, & nomen meum inuocatur.

Ezech. 8.

Et ædificauerunt excelsa Topheth, quæ est in valle filij Ennom, vt incenderent filios suos, & filias suas igni: quæ non præcepi nec cogitaui in corde meo. Hoc est aras in locis excelsis construxerunt. Topheth locum significat, qui Siloë fontibus irrigatur, ait Diuus Hieronymus, & est amœnus, atq; nemorosus, hodiéq; hortorum præbet delicias. Theodoretus Topheth idôlum dicit, quod interpretatur inclusio siue deuoratio. Hic autem gentilitatis error omnes prouincias occupauit, vt ad capita fontiū, lucosq; amœnissimos victimas immolarēt. Loc⁹ est non procul à Ierusalem, de quo mentio fit Ios. 15. vbi Iudæi filios suos immolabant idólo Moloch. Tradunt Hebræi ex hoc loco appellatam gehennam. In Hebræo enim pro valle filij Ennon, habetur Gehinnon, quòd omnis populus Iudæorum ibi perierit offendēs Deum. Sic in Isai. præparata dicitur Topheth, hoc est gehenna. Hunc locū cōtaminauit Iosias Rex Iuda religiosissimus: hoc est, fecit locū immundū esse ad proijcienda cadauera, & omnia immunda: ne amplius in illo loco consecrarēt filios suos & filias per ignē. Vid. 4. Reg. 23. ac ita factus est locus vilissimus. Vnde propter hāc causam nōnulli dicūt locū, vbi impij cruciātur, Topheth & Gehēnā dici: quòd sit loc⁹ immūdus, omniq; spurcitia plenus. Sicut iustorū locus

Isa. 30.

dicitur Giuheden, id est, hortus deliciarũ, quòd sit locus dignissimus, amœnissimus, & omnibus abũdãs delicijs. Christ⁹ etiã in Euãgelio meminit gehẽnę ignis. Lyranus ex Rab. Sal. Topheth tympanũ vel tympanizationẽ significare ait, à radice תפף tapaph, vnde תוף toph, quod tympanũ significat: sic verò dictum à tympanis, quæ pulsabantur, quãdo incendebantur filij, ne pater eiulatum filij audiret. Idolum porrò illud Moloch quod à Sydonijs colebatur, Saturnum dicũt nõnulli fuisse. Dicitur autẽ Molech, quasi Deus regius, vel astrum regium. Construebantur autem duę pyræ magnæ, & per vtramq; sacerdotibus traditus puer suis pedibus traijciebatur. Alij Topheth à radice פתה pathah, quod inclinare, declinare cor ad ea quæ sunt præter rationem, & seducere cor, pellici blanditijs, & pertrahi significat: indeq; gehennam Topheth dici, quòd qui sua concupiscentia est seductus & illectus, illuc cadat. Sed & verbum hoc in significatione Chaldaica, & interdum in Hebraica dilatare significat: vt propterea gehenna dicatur Topheth, quòd locus sit latus, & capacissimus omniũ impiorum. Vnde in Isaia. Dilatauit infernus animam suam. Nonnulli etiam, sed minus rectè, à יפה iapah, deducũt, à portẽtoso, & horrẽdo spectaculo, ꝙ in eo exhibebatur liberos cõburẽdo: sic etiam locus dãnatorũ horribilis. *Quæ non præcepi.* Nonnulli ortũ habuisse aiunt falsam hanc religionẽ ex eo, quòd Deus Abrahę iussit offerre filium suũ. Sed id Deus ne faceret prohibuit, neq; vnquã tale quid pręcepit, nec cogitauit quidẽ: quasi dicat. Si pręcepissem, rẽ crudelissimã, & durissimã dixissent, & quæ ferri nõ posset, neq; fecissent: nunc autem, cùm non

Matth 5. 10. 18. 23. Luc. 12. a

Isai. 5.

Gene. 22.

non præceperim, in honorem idolorum id faciūt. Sic etiam mirum est, & stupēdum quantos assumant labores mundani homines, vt cupiditatibus suis inseruiant: quæ tamē si Deus illis præcepisset, impossibilia esse dicerent. Seruietis dijs alienis, qui non dabunt vobis requiem. Cùm tamen inseruire nolint ei, qui requiem, & refectionem promittit.

Inf. Cap. 16.

Mat. 11. d

Ideò ecce dies veniunt, dicit Dominus, et non dicetur amplius Topheth, et vallis filij Ennon: sed vallis interfectionis: et sepelientur in Topheth, eo quòd non sit locus. Et erit morticinum populi huius in cibos volucribus cœli et bestijs terræ, & non erit qui abigat. Tempus obsidionis significat. Ob id ergo quòd interficiēdi essent in eo loco multi Iudæi à Chaldeis, ait, quòd nequaquam ampliùs vocaretur Topheth, aut Vallis filij Ennon, sed vallis interfectionis vel stragis. Tāta autem cędes erit, ait, vt in loco priùs religionis sepulchra sint innumerabilia: & cadauera quæ sepeliri non potuerint, lacerentur ab auibus, & à bestijs uorentur: Nullusq; sit qui abigat, nequid simile sibi eueniat. Dicamus hìc cum Diuo Hieronymo. Manifesta transcurrimus: vt sicubi locus fuerit, in obscuris moremur. ipsius enim libri magnitudo fastidium potest facere legentibus, quantò magis si à nobis latiùs omnia differantur.

Et quiescere faciam de vrbibus Iuda et de plateis Ierusalē vocem gaudij, et vocem lætitiæ, vocem sponsi, et vocem sponsæ: in desolatione enim erit terra. Auferetur, ait, omnis lætitia, & mœrore, gemitu, ac desolatione omnia complebuntur. *Quiescere faciam.* hoc est, cessare faciam. *Vocem spōsi et vocem sponsæ.* hoc est, omnem nuptiarum sermonē. Nuptiæ cum lætitia celebrātur: cùm verò calamitates

premunt, nemo de celebrandis nuptijs cogitat, sed id tantùm, vt calamitatem suam defleat, & sibi consu lat, si potest. Vel non canentur Epithalamia. Nam desolata terra, non erit qui nuptias celebret.

ARGVMENTVM.

Prophetizat Iudaici populi destructionem. Inuitat eum Dominus ad resipiscētiam peccata eius enumerans. Doctrinam prophetarum & sacerdotum mēdacem arguit, & eorum auaritiam. Tempus visitationis prædicitur. In afflictione Ierusalem videtur afflictus Deus.

❡ CAP. VIII.

† Regū MS. R. H.C.G.

IN illo tēpore, ait Dominus, eijcient ossa † regis Iuda, et ossa principum eius, et ossa Sacerdotum, et ossa prophetarum, et ossa eorum qui habitauerunt Ierusalem, de sepulchris suis. 2 Et expandēt ea ad Solem, & Lunam, & omnem militiam cœli quæ dilexerunt, & quibus seruierunt, & post quæ ambulauerunt, & quæ quæsierunt & adorauerunt: non colligentur, & non sepelientur: in sterquilinium super faciem terræ erunt. 3 Et eligent magis mortem quàm vitā omnes qui residui fuerint de cognatione hac pessima in vniuersis locis quæ derelicta sunt, ad quæ eieci eos, dicit Dominus exercituū. 4 Et dices ad eos, Hæc dicit Dominus, Nūquid qui cadit non resurget? & qui auersus est non reuertetur? 5 Quare ergo auersus est populus iste in Ierusalem auersione cōtentiosa? Apprehenderunt mendacium, & noluerunt reuerti. 6 Attendi, & auscultaui: nemo quod bonum est loquitur, nullus est qui agat pœnitentiā super peccato suo, dicens, Quid feci? Omnes conuersi sunt ad cursum suum, quasi equus impetu vadens

ad præ-

ad prælium. 7 Miluus in cœlo cognouit tempus suum: turtur & hirundo, & ciconia custodierunt tempus aduentus sui: populus autem meus non cognouit iudicium Domini. 8 Quomodo dicitis, Sapientes nos sumus, et lex Domini nobiscum est? Verè mendacium operatus est stylus mendax scribarum. 9 Confusi sunt sapientes, perterriti et capti sunt: verbũ enim Domini proiecerũt, et sapientia nulla est in eis. 10. Propterea dabo mulieres eorum exteris, agros eorum hæredibus: quia † à minimo vsq; ad maximum omnes auaritiam sequuntur: à propheta vsq; ad sacerdotem cuncti faciunt mendacium, 11. † Et sanabant contritionem filiæ populi mei ad ignominiam dicentes, Pax, pax: cùm non esset pax. 12. Confusi sunt, quia abominationem fecerũt: quinimo confusione non sunt confusi, & erubescere nescierunt: idcirco cadẽt inter ruentes, in tempore visitationis suæ corruẽt, dicit Dominus. 13. Congregãs congregabo eos, ait Dominus: non est vua in vitibus, & non sunt ficus in ficulnea, folium defluxit: & dedi eis quæ prætergressa sunt. 14 Quare sedemus? conuenite, & ingrediamur ciuitatem munitam, & sileamus ibi: quia Dominus Deus noster silere nos fecit, & potum dedit nobis aquam fellis: peccauimus enim Domino. 15 † Expectauimus pacem, & non erat bonum: tempus medelæ, & ecce formido. 16 A Dan auditus est fremitus equorum eius, à voce hinnituum pugnatorum eius commota est omnis terra. et venerunt, et deuorauerunt terram, et plenitudinem eius: vrbem et habitatores eius. 17. Quia ecce ego mittam vobis serpentes regulos, quibus non est incantatio: et mordebunt vos, ait Dominus. 18 Dolor meus super dolorem, in me cor meum mœrens. 19 Ecce, vox clamoris filiæ populi mei de terra longinqua, Nunquid Dominus non est in Sion? aut rex eius non est in ea? quare ergo me ad iracundiam concitauerunt in sculptilibus suis, et in vanitatibus alienis? 20 Transijt messis, finita est æstas; et nos

† Isa. 56, 11.

† Sup. 6, 13.

† Inf. 14. 6.

saluati non sumus. 21 Super contritione filiæ populi mei contritus sum & contristatus; stupor obtinuit me. 22 Nunquid resina non est in Galaad? aut medicus non est tibi? quare igitur non est obducta cicatrix filiæ populi mei?

EXPLANATIO

IN illo tempore, ait Dominus, eÿcient ossa regis Iuda, et ossa principum eius, et ossa Sacerdotum, et ossa prophetarum, et ossa eorum qui habitauerunt Ierusalem, de sepulchris suis. Loquitur de tempore, de quo in calce superiotis capitis, quando Ierusalem obsidenda erat à Chaldæis, & lõga & molestissima obsidione premenda, & tandẽ deuastanda. Nõ solùm, ait, cadauera eorũ, qui à Chaldęis interficientur, insepulta manebunt: sed etiã eorũ, qui antea magna cum pompa sepulti fuerant, Regũ videlicet & principum, sacerdotum, & prophetarum ossa proferentur ex sepulchris, & expãdentur super terrã. Id fecerunt Chaldæi, vt aurum & alia preciosa ornamenta, cum quibus iuxta antiquum morem solebant sepeliri, maximè principes, quærerent. Vel etiam propter maiorem ignominiam, & crudelitatem: vt neq; mortuis parcerent, permittente Deo; vt etiam mortui pœnam sentirent, qui Dum viuerent, eorumdem scelerum participes fuerant, propter quę Deus vastãdam Ierusalem, & terram Iuda Chaldæis permiserat, *militiam cœli.* Astra intelligit: *quæ dilexerunt, et quibus seruierunt, et post quæ ambulauerunt, et quæ quæsierunt, et adorauerunt.* Sic superiori Capite dixerat, quòd placentas facerent reginæ cœli, vel militiæ cœli. Et 4. Regum. 17. dicitur. Adorauerunt vniuersam militiam cœli.

Quemad

Quemadmodum ergo, dum viuerent, Solem & Lunam, & alia astra adorauerunt, ita post mortem Soli & Lunæ patebunt, & omniũ stellarum aspectui. Obserua ordinem quo gradus quidam significantur, per quos in malorum profundum descẽdimus. Primò diligimus, & inordinatè afficimur creaturæ. Secundo amore capti cogimur inseruire. Tertiò post rem illam ambulamus, tãquam serui post Dominum omni studio. Quartò quærimus, vbi abest. Quintò adoramus idolum nobis constituendo, vero Deo relicto. Quorũ Deus venter est, ait Apost, & gloria in cõfusione ipsorum, *in sterquilinium super faciem terræ erunt*. Cõputrescent super terram, & veluti stercus erunt in superficie terræ.

Philip. 3. d.

Et eligent mortem magis quàm vitã omnes qui residui fuerint de cognatione hac pessima in vniuersis locis quæ derelicta sunt, ad quæ eieci eos, dicit Dominus exercituum. Qui relicti fuerint, ait, in locis quæ relinquẽtur intacta ab hostibus, ad quæ loca cogentur veluti eiecti confugere, vt in rupibus, vel in locis alijs desertis, mortem præferẽt vitæ: fame enim & alijs incommodis cruciabuntur, vt remedium infælicis animæ putent interitum. Sic in Apoc. In diebus illis quærent homines mortem, & non inueniẽt eam; & desiderabũt mortẽ, & fugiet mors ab eis. Miseri illi qui perpetuis tormẽtis deputabũtur, vt igne æterno cum diabolo & angelis eius crucientur, mortem desiderabũt, & fugiet ab eis: vt qui viuendo Deum offenderunt, vita etiam ipsa molesta sit ipsis.

Apoc. 9.

Et dices ad eos: Hæc dicit Dominus. Nunquid qui cadit, non resurget? & qui auersus est, non reuertetur? Quare ergo auersus est populus iste in Ierusalem auersione contentiosa? apprehende-

runt mendacium, & noluerunt reuerti. Inuitat ad pœniten
tiam docens post casum posse peccatores resurgere,
quamdiu hìc viuunt, quasi dicat, liberum est hominis
arbitrium: etiā cū ceciderit, resurgere potest: & cùm
auersus fuerit, reuerti, diuino nempe auxilio adiutus:
sed hoc præsto est omnib⁹. Vnde cōuertimini ad me,
Zach. 1. a ait Dñs, & ego cōuertar ad vos. Et cōuerte nos Deus,
& cōuertemur. Primū liberū demōstrat arbitriū. Secū
Thrē. 5. d dū Diuinæ gratię necessitatem. Cùm ergo hoc ita sit,
quid est in causa, quòd populus, qui est in Ierusalē, nō
est ad me cōuersus? vel aliter. Si ille qui cecidit, conat
surgere quā primùm: & qui à recta via auersus est, ad
rectam viam curat reuerti: cur vos, cùm cecideritis
per peccatum, & auersi fueritis à recto itinere manda
torum Dei, non curabitis resurgere per pœnitentiā,
& ad rectam viam, obseruantiam nempe mandato-
rum meorum reuerti? vel aliter. Nunquid putant sibi
veniam præclusam, si peccauerint, vt non ampliùs
resurgere valeant, & in gratiam Dei redire? quasi di-
cat. Falluntur: sum enim misericors. Chald. Paraph.
Nūquid cadent, & non resurgent? aut de auersione
notū est corā me quod nō conuertentur? hoc est, pr
clusíne illis viā, vt non conuertantur? *auersione contentio
sa.* Vel pertinaci. quasi velint cū Deo cōtēdere, & eum
superare: neq; velint discedere ab eo quod semel di-
xerunt. Sep. auersione impudenti. Chald. Para: Quare
obfirmat se populus iste, habitatores Ierusalem, vt
non conuertantur ad cultum meum? Alij, rebellio-
ne perpetua. *apprehenderunt mendacium.* fortiter adhæ-
serunt idolis. vel pertinaciter dolo hærent, mordicùs
retinuerunt dolos, fraudes, vel falsorum deorum cul-
tum

tum, vel pertinaciter adhærēt mendacijs pseudopro phetarum. Obserua ex hoc loco, qua ratione malitia non sit opus naturæ, sed volūtatis. Locum etiam pœnitentiæ esse, quamdiu hic viuimus, nosq; libero nr̄o arbitrio peccare, & posse conuerti cum Dei gratia.

Attēdi, & auscultaui, nemo quod bonū est loquitur. Nullus est qui agat pœnitētiā super peccato suo, dicens. Quid feci? omnes cō uersi sunt ad cursum suū, quasi equus impetu vadens ad prœliū. Non propterea nō sunt reuersi, quòd præclusa esset illis via, ait: sed quia prorsus noluerunt. Attendi & auscultaui quid loquerētur, quęnā eorū essent studia, & deprehendi nihil boni eos cogitare, neq; quòd rectū est loqui, omnes illorū cogitationes & studia pessima esse: nullus de agenda pœnitentia cogitat. Vide, quid cogites, quid loquaris, quid agas: attendit enim & auscultat Deus, quē habiturus es iudicē. *Quid feci?* Hinc principiū pœnitentię & cōuersionis: si cogites, quid feceris: si attēdas peccati grauitatē & enormitatē. Nesciunt quid faciūt, dixit Christus. Et in Psal. Nesciērūt neq; intellexerūt. *oēs cōuersi sunt ad cursum suum quasi equus.* hoc est, sequuntur cursum suū. quò cupiditatis impetus eos impellit, eò præcipites feruntur, nullo iudicio, nulla ratione, ad instar equorū feruido cursu ad prœlium ruētium per medios gladios, nulla periculorum habita ratione, impetu, nō iudicio neq; ratione. Nolite fieri sicut equus & mulus, quibus nō est intellect⁹. Chal. Para. oēs multiplicāt volūtates suas.

Lucæ.23.
Psal. 81.
Psal. 31.

Miluus in cœlo cognouit tēpus suum, turtur, & hirundo, & ciconia custodierunt tempus aduētus sui: populus autem meus non cognouit iudicium Domini. Brutis animātibus eos insipiētiores esse dicit. Cognoscit, inquit, miluus quo tēpo-

re nidũ cõſtruere debeat: turtur & hirũdo, & ciconia norũt, quãdo ad calida loca feſtinãtes rigorẽ hyemis declinare debeãt, & rurſus ad ſolitas redire regiones, & ita obſeruant, vt certo tempore recedant, & ſuo tẽpore reuertantur: at populus meus nõ cognouit pręcepta Dei ſui, factis enim ſuis oſtendit non cognoſcere. Cœlum hic pro aëre poſitum eſt. Septuag. pro miluo, Herodium habent, pro ciconia, paſſeres. Chald. Para. pro miluo, ciconiã. pro hirundine, gruẽ, pro ciconia, hirundinẽ. In Heb. eſt. חסידה chaſidah, à radice חסד cheſed, quod miſericordiã, pietatẽ, probitatẽ beneficiũ, & opprobriũ, exceſſumq; boni & mali ſignificat, vt ait Rab. Dau. kim. Ciconiã non nulli vertunt, ſicut habet Chald. Para. Sed & Miluum vertere poſſumus, ſicut habet noſter interpres, propter crudelitatem. Vbi nos legimus, hirundo, in Heb. eſt. סוס ſos, & correctio Maſoreth. סיס ſis, equum ſignificat, & auẽ equo ſimilem in proceritate, gruem interpretari ſolent. Vbi nos legimus, ciconia, eſt in Heb. עגור hagud, hirundinem interpretantur. *Non cognouit iudicium Domini.* Præcepta intelligit, quibus Dei voluntatem cognoſcimus, & quid bonum, & quid malũ. De quo Propheta. Iuſtus es Domine, & rectum iudicium tuum.

Pſal. 118.

Quomodo dicitis, ſapientes nos ſumus, & lex Domini nobiſcũ eſt? verè mendacium operatus eſt ſtylus mendax ſcribarum, Cõfuſi ſunt ſapientes, perterriti & capti ſunt: Verbum enim Domini proiecerunt & ſapiẽtia nulla eſt in eis. Ad ſcribas, & legis doctores, & phariſeos, qui legis notitiam iactabãt, præcipuè loquitur. Cùm vos non cognoſcere Dei iudicium, hoc eſt legem eius, opere demonſtretis, qua ratione iactatis vos ſapientes eſſe, & legem Domini

apud

apud vos esse. Vel cùm bruta animalia in his, quæ rationis sunt & sapientiæ, vos superent: qua ratione sapiētiam iactatis? Quod verò ait, *Verè mendacium*. taxat scribas, qui falsis interpretationibus legem corrumpebant salutem promittendo per solas exteriores oblationes: vnde statim sanabant cōtritionem ad ignominiam dicentes, pax, pax, cùm nō esset pax. Septuaginta. Frustra factus est iuncus mendax scribis. calamum significant, quo scribebant. Idem est sensus. Theodoretus legit: Superfluus effect⁹ est funicul⁹ mēdax scribarum. Per funiculū hęreditatem intelligit, ita vt sit sensus, Hæreditatem literis legis non fuisse ad vitam, cùm scilicet expulsi fuerint propter peccata à terra Sancta, quam veluti hæreditatariā possidebant. Chal. Paraph. Ecce igitur frustra fecit scriba calamum mendacij ad falsandam scripturam. Iuxta Heb. nōnulli ita interpretantur, Vanè fecit frustaneus stylus scribarū, vel frustra fecit stylum, frustra scribæ. vt sit sensus. Certè qui calamum instruxit, vt legem scriberet, frustra operā insumpsit: frustra sunt scribæ qui sacros libros describant, cùm nullus sit, qui ad illam componat vitam suam, qui illam legat. Santes Pagn. Verè ecce mendacium fecit stylus, frustra sunt scribæ. Verbum. Heb. שקר scheker, pro quo nos mēdax habemus, significat mendaciū, falsitatem, fallaciam, falsum, falsò, & gratis, & frustra. Rectè igitur interpretatus est noster interpres: quamuis eadem sit sententia, siue cum Sātes Pag. legamus, siue cum nostra versione. *Perterriti et capti sunt*. Repētina calamitate perterriti sunt prę ter illorum opinionē: & capti sunt, qui se securos putabant. Vel deprehensi sunt mendaces, comprehensi

sunt

quæ prætergressa sunt. De Iudæis loquitur. Omnes, ait, in eodem loco congregabo, vt simul pereant. Sic infra Cap. 12. congrega eos quasi gregem ad victimam: & sanctifica eos in die occisionis. Vel vt obsidionē grauissimam patiantur: conclusis autem intra ciuitatem non licebit vuas ex vitibus colligere, aut ficus ex ficulneis: sed hęc colligent Chaldæi, quibus dedi quæ prætergressa sunt. quasi dicat, nihil relinquēt, iterum atq; iterum reuertentur, vt quæ prętergressa sunt, colligāt. Vel si quando licebat exire ad vineas, quæ à Chaldæis prætergressa erant, tantùm licebat illis colligere. Alij legunt. Et quæ dederam eis, pertransibunt ab eis. hoc est, spoliabuntur bonis, quæ dederam eis. Vel de captiuitate loquitur. sæpi⁹ enim Chaldæi & Ægyptij captiuos duxerūt ex Iudęis. tādē qui remāserant, captiui ducti sunt. Hoc est quod in Cap. 6. dictū est. Vsq; ad racemū colligēt, quasi in vinea reliquias Israel. vide ibi. Vnde Sātes Pag. cōsumēdo cōsumā eos. & Alij, colligendo colligam eos. Chald. Paraph. Perdendo perdā illos, dicit Dominus: & deficient, sicut deficiunt vuæ de vite, & sicut ficus defluens de ficulnea, & sicut folium ab arbore: eo quòd dedi eis legem in Synai, & transgressi sunt eam. Septuaginta. Et congregabunt fruges suas, dicit Dominus: nō est vua in vineis, & nō sunt ficus in ficis, & folia defluxerunt. Theodoretus minari ait sterilitatem.

Quare sedemus? conuenite, et ingrediamur ciuitatem munitam, et sileamus ibi: quia Dominus Deus noster silere nos fecit, et potum dedit nobis aquam fellis: peccauimus enim Domino. D. Hiero. vocem ait populi sua peccata confitentis & adhortātis se mutuò, vt ciuitatem munitam Ierusalem

scilicet, ingrediantur. Theodoretus his verbis formidi-nem Iudæorum significari ait, vt sit sensus. Cùm Chaldæis nō valeamus resistere; vt cū eis ineam' certamē, cōcludamus nos in ciuitatē munitam Ierusalē, & ibi quiescamus. *Sileamus ibi.* In eum sensum exponit D. Hiero. vt omnem fiduciam deprecādi amittant. Sep. & proijciamur ibi, quia Deus abiecit nos. quasi dicat, proijciamur quasi stercora, tanquā à Deo abiecti. Vel abstulit potentiam & robur; potentiores fecit inimicos nr̄os, & nobis superiores, vt nihil facere possimus, quàm cōcludere nos in ciuitatē, & ibi quiscere. Vel silere nos fecit, cùm nihil habeamus ꝙ respondeamus, cùm digna factis recipiamus: peccauimus enim Dn̄o. *Dedit nobis aquā fellis.* Amaritudine repleuit, mœrore, angustia; vt experientia discamus malū & amarū esse dereliquisse Dominū, & timorem eius abiecisse. Dulcem Deum in amaritudinē conuertimus, & ideò dat nobis potum aquam fellis. Chal. Paraph. potauit nos calicę amaritudinis pessimæ tanquam capitibus serpentum. Vox Heb. ראש rosch, toxicum significat. lethiferum venenum aiunt nonnulli esse, quod ex herba quadam exprimitur nobis ignota. forsan est cicuta, vel aconitum.

Expectauimus pacem, & non erat bonum: tempus medelæ, & ecce formido. Fefellerunt nos, aiunt, falsi prophetæ. Expectabamus pacem, quam ipsi nobis promittebant, cùm dicerent, pax, pax: & nihil prosperi fuit nobis. *Tēpus medelæ.* Promittebāt falsi prophetę, quòd etsi Chaldęi venirent, Ægyptij auxilium nobis ferrent, quorū auxilio Chaldæos superare possemus: sed nullum ab Ægyptijs auxilium habuimus. Vnde cùm medelam expecta-

expectaremus, formido nos inuasit, cùm videamus nos diuino & humano auxilio destitutos. Chald. Paraph. Tempus propitiationis peccatorum, & ecce vindicta delictorum. Expectatio iustorum lætitia; spes autem impiorum peribit. Cùm dixerint, pax, & securitas, tunc repentinus eis superueniet interitus, sicut dolor in vtero habentis, non effugient.

Pro.10.

1.Thes.1.

A Dan auditus est fremitus equorum eius, à voce hinnituũ pugnatorum eius commota est omnis terra. Et venerunt, et deuorauerunt terram, et plenitudinem eius: vrbem, et habitatores eius. à Dan vbi Iordanis oritur, per phœnicem venit Nabuchodonosor. Iam igitur auditus est fremitus equorũ exercitus Nabuchodonosor à Dan. Chald. Para. Pro eo quòd coluerunt vitulum, qui est in Dan: rex cum exercitu ascendet super eos. *pugnatorum*. vel fortium. equorum nempe, quorum est hinnitus. *commota est omnis terra* cõtremuit. Hyperbole est. ferocitatem equorum & totius exercitus significat. Vel terram Iudeę intelligit. Per plenitudinem, habitatores & omnia terræ nascentia intelligit.

Quia ecce ego mittam vobis serpentes regulos, quibus non est incantatio, & mordebunt vos, ait Dominus. Dolor meus super dolorem, in me cor meum mœrens. Eosdẽ Chaldæos intelligit; quos serpentes regulos vocat qui incantari nequeunt, quòd nullis precibus ad misericordiam flecti possint. Sic supra de eodem hoste dixit. Crudelis est, & non miserebitur. Septuag. serpentes mortiferos, à quibus non est euellere, & mordebunt vos insanabiliter cum dolore cordis vestri deficientis. Chald. Para. Quoniam ecce ego excito in vos populos occidẽtes sicut serpentes regulos, quibus non est incantatio; &

Sup.Cap. 6.

occident vos, dicit Dominus. Pro eo quòd subsanna uerunt contra prophetas qui prophetabant eis, addu cam eis dolorem, & gemitum propter peccata eorũ.
Psal. 57. Furor illis secũdum similitudinem serpentis, sicut aspidis surdæ & obturantis aures suas, quæ nõ exaudiet vocem incantantium. Tales se prębuerunt Iudæi, qui voces prophetarum Dei audire noluerunt: ideò meritò traduntur serpentibus regulis, quibus non est incantio. Quadrant etiam hęc hostibus nostris, qui semper sanguinem nostrum sitiunt, & perditionem nostram quærunt, quorum obstinata est malitia & nocendi voluntas. Qui etiam veluti serpentes reguli, quibus non est incantatio, cruciabunt in perpetuum eos qui sibi adhęserint absq; vlla misericordia. *dolor meus super dolorem*. D. Hiero. in persona Dei plangentis euersionem Ierusalem, & eius miserias nõ ferentis, hæc dicta interpretatur. Frequens est personarum mutatio, maximè in Prophetis: id quod difficilem intellectum facit. Septuag. cum superioribus coniugũt, mordebũt vos insanabiliter cum dolore cordis. Chal. Paraph. Prophetæ vocem hanc esse interpretatur. Sic enim habet. Dicit Propheta cor meum dolet. Santes Pag. iuxta Heb. ita legit. Cùm volo confortari super dolorem meũ, non possum: in me cor meum est infirmũ. Ad literam confortatio mea vel cõforto me sup mœrorẽ, in me cor meũ mœrens, vel super cor meũ infirmitas mea. vel sup me cor meũ mœstũ est. Rab. Dau. exponit. Quũ voluero cõfortare me vel roborare me, nequeo: quia in me cor meũ mœret. Vox Hebræa מבליגיתי mabliguiti, nomen verbale est, vt ait Rab. Dau. D. Hiero. vocem hanc ait non tantũ dolorẽ

significa-

significare, quàm rictū oris dolore cōtracti, & habētis risus similitudinē; quod Grecè dicitur μαδλίαμα. Chal. Paraph. vocem Hebream subsannare interpretatur. Sic enim habet, vt superiùs adduximus. Pro eo quòd subsannauerunt contra prophetas qui prophetabant eis, adducam eis dolorem & gemitum propter peccata eorum. Quod deinde habet, dicit Propheta cor meū dolet, interpretatio est eius partis clausulæ pro qua nos habemus, in me cor meum mœrens. Sed & lectio nostra optimè cum Hebraico textu quadrat, nā si verbum Heb. cōfortationē vel roborationē interpretemur, cōfortatio vel roboratio mea super dolorem, interpretari possumus, cōfortatio vel roboratio doloris mei super dolorem, hoc est, roboratus & auctus est dolor meus super dolorem: quod idem est cum eo quod nos legimus, dolor meus super dolorē.
Ecce vox clamoris filiæ populi mei de terra longinqua. Nunquid Dominus nō est in Sion: aut rex eius non est in ea? &c. Dialogus est. Nūc Ierusalē loquitur, nunc Deus, nūc Propheta. Describit fletum & vlulatum vrbis Ierusalē ingressis hostibus. Quod autē ait, de terra lōginqua, D. Hiero. ita interpretatur, vt Ierusalē terrra longinqua dicatur, quòd Dominus in ea nō esset, sed ab ea recessisset, & illa longè esset à Deo. Alij propter homines terræ remotissimę interpretantur, Chaldęos nēpe veniētes è regione lōginqua. Alij vocē aiunt esse Populi Ierosolymitani in captiuitatē adducti in longinquā regionem. Possumus & hæc coniūgere cum superioribus, vt sit sensus. Dolor meus super dolorē. hoc est, maximus est dolor meus, & cor meū mœret. Qm̄ videor iā audire vocē filiæ populi mei ductæ in captiui-

tatē in longinquā regionē, & inde clamātis. Quod verò sequitur. Nūquid Dn̄s nō est in Sion, &c. noua sit sententia. *Nūquid Dn̄s nō est in Sion, aut rex eius non est in ea?* Potest esse vox populi, vel Dei, vel prophetę. Admirantis vox est. Quomodo fieri potuit, vt Ierusalē in manus hostium traderetur, cùm Dominū haberet custodiētē, & regem: quòd scilicet Deus rex eius esset. Vel de Rege alio loquitur, quasi dicat. Quì factū est, vt neque Deus neq; Rex potuerint Siō ab hostibus defendere? Septuag. pro rege, medicum habent. *Quare ergo me ad iracundiam concitauerunt.* loquitur Deus. Nihil mirum est, si tradita sit Ierusalem in manus hostium suorum, quasi Deus non esset in ea neq; rex. Derelicta est enim à me, quia suis sceleribus ad iracundiam me cōcitauerūt. *Transijt messis.* Populus loquitur in Ierusalē diuturna obsidione conclusus. Mutata, aiunt, sunt tēpora, & anni circulus euolutus est: neq; tamen liberati sumus ab obsidione. vel diu expectauimus auxiliū ab Ægyptijs, aiunt: sed nobis expectantibus, præterijt tempus, & opem illorum non sumus experti.

Super contritione filiæ populi contritus sum, & contristatus, stupor obtinuit me. Nunquid resina nō est in Galaad? aut medicus non est ibi? quare ergo non est obducta cicatrix filiæ populi mei? Verba Dei esse ait D. Hiero. in afflictione Ierusalem quasi afflicti, & ad humanam similitudinem stupore conterriti, quasi dicat. Miror quòd non inueniatur in hac regione, quę dicit se Deum colere, pius aliquis, qui precib⁹ malo populi mei medeatur. ita vt p resinam orationem, per medicū virum pium & probum intelligamus. vel per resinam pœnitentiam, & per medicum prophetas & sacerdotes qui ad pœnitētiam

tiam populū inducant. Possumus igitur de cicatrice & vulneribus corporis, vel animæ locum hunc exponere: ita vt obduci cicatricē, sit liberari ab obsidione. Quemadmodum ergo superiùs admirabatur, quare cùm Deus esset in Sion & rex, ita deuastaretur ab hostibus; sic hìc obstupescit propheta vel Deus ostendens rem stupore dignam esse, quòd non sit qui auertat Dei furorem, & medeatur tanto malo. Si de vulneribus animi interpretemur, sensus erit. Quare popul⁹ hic non curauit vulnera peccatorum pœnitentia auferre, sacrificijs in lege statutis, & orationibus peccata expiare? Nunquid nullus fuit Propheta vel sacerdos qui populum ad pœnitētiā induceret? quasi dicat. fuerunt certè Prophetæ, qui veluti medici & chirurgi peritissimi resinā vulneribus populi huius adhibuerūt, reprehendendo, hortando, comminando, promissionibus alliciēdo: quare ergo nulla subsequuta est emēdatio? Vtiq;, Curauimus Babylonē, & nō est sanata: relinquamus eam. Obstinatio Ierusalem id effecit; noluit sanari, & ideò non est sanata: frustra laborauit medicus, resina consumpta est, cicatrix autem filiæ populi mei obducta non fuit. *Nūquid resina non est in Galaad?* Chal. Parap. Dixit Ieremias propheta: fortè non sunt mihi opera bona ad deprecandum pro domo Israël. desiderabam vtiq; doctrinam Eliæ prophetę, qui fuit de Galaad, cuius verba erant medicina: quia pro eo quòd non sunt conuersi, ideò non creuit medicina plagæ cœtus populi mei. Septuag. significantiùs, quare non aucta est sanitas filiæ populi mei? Pro resina in Heb. est צרי godi, quod resinam probatissimam, quę inter aromata thimiamatis adhibebatur, significat.

Inf. 51. a.

Alij Balsamum interpretantur, alij theriacam. Magna copia huius erat in Galaad, ideò ait. Nunquid resina non est in Galaad? sicut Hispanicè dicere solemus. *Porventura no ay agua en la mar?* Sic in Ierusalē vbi tēplū est Dei, vbi sacrificia ab omnibus qui ex omnib⁹ partibus cōfluunt offeruntur, non sunt sacrificia? non est verbum Dei? Id multo meliùs in Ecclesia dici potest aduersus eos, qui in peccatis multo tempore perseuerant: cùm habeamus verbum Dei, Sacramenta eximiæ virtutis, tantáq; sit Episcoporum & Sacerdotū, & concionatorum & Doctorum copia, vt res digna magno stupore sit vulnera fidelium non sanari. Nec minori stupore res digna est, videre Ecclesiam Dei ita afflictam, Hæreticorum, & Turcarum persecutionibus omni ex parte expositam, Templa dirui, sacerdotes Dei trucidari, vasa sacra prophanari, Sāctorum venerandas reliquias in sterquilinia proijci, Sacrosanctū altaris Sacramentum conculcari, quasi non sit Dominus in Sion, qui tamen promisit dicens, Ego ero vobiscum vsq; ad consummationem seculi: quasi non sit ibi rex, de quo tamen dictum est. Et regnabit in domo Iacob in æternum. Quasi nō sit resina in Gaalad, vbi iuge sacrificium celebratur, orationes & preces die noctúq; in templis funduntur: aut medicus non sit ibi, vbi tanta est Episcoporum, sacerdotum, & religiosorum copia. Sed vulnera animæ non sanantur, nisi qui vulneratus est sanari velit. Et quandiu in peccatis permanemus, neq; vitam emendamus, hostes nostri fortiores fiunt permittente Deo, vt per illos peccata nostra puniat, & electos suos erudiat, & qui probati sunt manifesti fiant.

Mat. vlt.

Luc. 1. d.

ARGV-

ARGVMENTVM.

Plangit Propheta super populi malitia. Quare Ierusalem sit destructa explicat. Inuitat Iudæos ad planctum & lamentum. In Dei cognitione solùm gloriandum esse docet.

CAP. IX.

*QVIS dabit capiti meo aquam, et oculis meis fontem lachrymarum: et plorabo die ac nocte interfectos filiæ populi mei? 2 Quis dabit me in solitudine diuersorium viatorum, & derelinquam populum meũ, & recedam ab eis? quia omnes adulteri sunt, * cœtus præuaricatorum. 3 Et extenderunt linguam suam quasi arcum mendacij & non veritatis confortati sunt in terra, quia de malo ad malum egreßi sunt, et me non cognouerunt, dicit Dñs. 4 Vnusquisq; se a proximo suo custodiat, & in omni fratre suo non habeat fiduciam: quia omnis frater supplantans supplantabit, & omnis amicus fraudulenter incedet. 5. Et vir fratrem suum deridebit, & veritatem non loquentur: docuerunt enim linguam suam loqui mendacium: vt iniquè agerent laborauerunt. 6 Habitatio tua in medio doli: in dolo renuerunt scire me, dicit Dominus. 7 Propterea hæc dicit Dominus exercituum, Ecce ego conflabo, et probabo eos: quid enim aliud faciam à facie filiæ populi mei? 8 Sagitta vulnerans lingua eorum dolum loquuta est, † in ore suo pacem cum amico suo loquitur, et occultè ponit ei insidias 9 † Nunquid super his non visitabo, dicit Dominus? aut in gentem huiusmodi non vlciscetur anima mea? 10 Super montes assumam fletum ac lamentum,*

* et M S. q. R.

† Psal. 27. 3.

† Sup. 5, 9.

et super speciosa deserti planctum: quoniam incensa sunt, eo quòd non sit vir pertransiens: et non audierunt vocem possidentis: à volucre cœli vsque ad pecora transmigrauerunt et recesserunt. 11 Et dabo Ierusalem in aceruos arenæ, et cubilia draconum: & ciuitates Iuda dabo in desolationem eo quòd non sit habitator. 12 Quis est vir sapiens qui intelligat hoc, & ad quem verbum oris Domini fiat vt annuntiet istud, quare perierit terra & exusta sit quasi desertum, eo quòd non sit qui pertranseat? 13 Et dixit Dominus, Quia dereliquerunt legem meā quam dedi eis, & non audierunt vocem meam, & non ambulauerunt in ea: 14 & ambulauerunt post prauitatem cordis sui, & post Baalim, quod didicerunt à patribus suis. 15 Idcirco hæc dicit Dominus exercituum Deus Israël, † Ecce ego cibabo populum istum absinthio, & potum dabo eis aquam fellis. 16 Et dispergam eos in Gentibus quas non nouerunt ipsi & patres eorum: & mittam post eos gladium, donec consumantur. 17 Hæc dicit Dominus exercituum, * Contemplamini & vocate lamentatrices, vt veniant: & ad eas quæ sapientes sunt, mittite, & properent: 18 Festinent & assumant super nos lamentum: deducant oculi nostri lachrymas, & palpebræ nostræ defluant aquis. 19 Quia vox lamentationis audita est de Sion, Quomodo vastati sumus & confusi vehementer? quia dereliquimus terram, quoniam 'deiecta' sunt tabernacula nostra. 20 Audite ergo mulieres verbū Domini: & ' aßumat auris vestrā sermonem oris eius: et docete filias vestras lamentum: et vnaquæq; proximam suam planctum: 21 quia ascendit mors per fenestras nostras, ingressa est domos nostras, disperdere paruulos de foris, iuuenes de plateis. 22 Loquere, Hæc dicit Dominus, Et cadet morticinum hominis quasi stercus super faciem regionu, et quasi fœnum post tergum metentis, & non est qui colligat. 23 Hæc dicit Dominus, † Non glorietur sapiens in sapientia sua

†Inf. 23. 13.

* De° Israël MS. q.

' deserta. MS. Q. n.

' Aīa māt aures vestræ MS. R. G Textui autē suffragant̄ Hier. H. & G.

†. 1. cor. 1. 31. 2. Cor. 10. 17.

sua, & non glorietur fortis in fortitudine sua, & non glorietur diues in diuitijs suis. 24 sed in hoc glorietur, qui gloriatur, scire & nosse me, quia ego sum Dominus qui facio misericordiam et iudicium & iustitiã in terra. hæc enim placẽt mihi, ait Dñs. 25 Ecce dies venient, dicit Dominus: et visitabo super omnem qui circuncisum habet preputium; super Ægyptum, et super Iudam, 26 & super Edom, et super filios Ammon, et super Moab, et super omnes qui attonsi sunt in comam, habitantes in deserto: quia omnes gentes habent preputium, omnis autem domus Israël incircuncisi sunt corde.

EXPLANATIO.

QVIS dabit capiti meo aquam, et oculis meis fontem lachrymarum: et plorabo die ac nocte interfectos filiæ populi mei? Hoc inquit. D. Hieronymus tam ex prophetæ, quàm ex Domini persona intelligi potest. Vehemẽti dolore afficitur propter populi mala, cupitq; ea deplorare, vt vel sic ipsi mala ipsa pertimescerent. Mirum est, quot artes & modos quærat Sanctus Propheta Spiritu diuino agitat⁹, vt durum populũ emollire possit. Nunc clamat, nunc dolet, nunc plangit, nunc increpat, nunc arguit, nunc obsecrat, nunc hortatur, nũc minatur, nũc promittit, tanquam qui ex animo & seriò salutem populi desiderabat: nullum non mouet lapidem, vt salutem procuret. Non sic pastores qui gregem suum non diligunt: si vel vnum verbum tantùm dixerint, vel minimum aliquod adhibuerint remedium pro animarũ salute, quod raró faciunt, iam officio suo satisfecisse abundantissimè existimant. Quid ad me, aiunt: pereant, si ita volunt: ego iam quod officij mei erat

 feci.

feci. Lachrymæ fluũt ex capite. optat ergo dari capiti aquam, vt ex oculis fontes lachrymarum manent. Tanta, inquit, sunt mala, vt omnem dolorem sui magnitudine vincant. Si totus vertar in fletum, & nequaquam guttę sint lachrymarum, sed abundantia fluminis, dignè flere non potero interfectos filiæ populi mei. Sic vocat Ierusalē, quia à populo erat ędificata. Chal. Para. Quis dabit caput meum quasi torrentem aquarũ, & oculos meos quasi fontem lachrymarũ. In Heb. ad literã. Quis det caput meũ aquas; vel vt sit aqua, & oculus meus vena lachrymę, vel lachrymarũ: vt nõ optet capiti aquã, sed vt totum caput in aquã vertatur. Optatiuo carēt Hebręi, loco cui⁹ aiũt, Quis det. pro ô si vtinam caput meum aqua esset. Sic alibi

Thren. 3. Ieremias. diuisiones aquarum deduxit oculus meus in contritione filiæ populi mei. Si sic plangit Propheta interfectos Ierusalem, qui ob scelera sua iustissimo Dei iudicio interfecti fuerant: quibus lachrymis dignè nos deflere poterimus acerbissimos Christi dolores, & acerbissimam ipsius mortem, quam non prop-

1. Pet. 2. d ter peccata sua, cùm innocentissimus agnus esset, qui peccatum non fecit, sed propter peccata nostra per-

Psal. 68. tulit? Sustinui qui simul mecum contristaretur, & nõ

Isa. 67. a fuit. Iustus perijt, & non est qui recogitet. Sed nolite

Luc. 23. d flere super me, sed super vos ipsas, ait ad filias Ierusalē. Benè quidem fletum non prohibuit, sed quid potissimùm in illius passionis meditatione flere debeamus, docet: peccata nempe nostra, quę tantorum dolorum & tam acerbissimæ mortis causa extiterũt. La-

Ioã. 11. d. chrymatur Christus super Lazarũ amicũ suum mortuum, quem tamē suscitare iam iam volebat, quomo

do er-

do ergo nos, si Christum diligimus, non dolebimus, & lachrymis perfundemur, quoties illius mortis memoriam agimus, quãuis iam à mortuis resurrexerit? *Die ac nocte*, quasi dicat. Nequaquam quiescam, non dormiam, nõ comedam, nihil aliud faciam quam plorare. *interfectos*. quos scilicet iã interfectos veluti oculis cerno: vel spiritualiter propter peccata interfectos. Septuag. vulneratos habent. Vox Heb. & interfectos, & vulneratos significat.

Quis dabit me in solitudine diuersorium viatorũ: et derelinquã populum meum, et recedam ab eis? quia omnes adulteri sunt, et cœtus præuaricatorũ, etc. Vtinã, inquit, mihi diuersari liceret in deserto. Melius est habitare in extrema solitudine, quã inter tãta hominum scelera cõmorari. Nollẽ tot scelera videre, ob quæ paratam vltionem video. *Extenderunt linguam suam quasi arcum mendacij, et non veritatis.* Iaculantur mendacia, sicut arcus sagittas. falsa loquuntur, nõ vera. *Confortati sunt in terra.* hoc est, diuites & potentes facti sunt mendacijs & sycophantijs. Septuag. mẽdacium & nõ fides prevaluit in terra. *quia de malo in malũ egressi sunt.* hoc est, creuerũt valde illorum iniquitates. Vel dũ vident omnia sibi ex voto succedere, mala perpetrare, neq; aliquid aduersi sentire, cõfortati sunt in iniquitate, obdurauerunt in malitia. *Et me nõ cognouerũt.* Hæc radix omniũ malorũ, diuinarũ rerũ neglectus, Deũ nõ cogitare, nullã illius curã habere, veluti si ignores Deũ. *Vnusquisq; se à proximo suo custodiat, et in omni fratre suo non habeat fiduciã. etc.* Eò vsq; ,ait, creuit iniqtas, & decipiẽdi studiũ, vt pecunias vndiq; cõuerrãt, vt nec vicinis, nec fratribus parcãt: vnde factũ est, vt frater fratri fidere non possit. Inimici homi-

nis domestici eius, ait Christus. *Supplantans supplantabit.* Hebraismus est, idē quod supplātabit. Sed & magno studio & libidine id fieri significat. *Docuerunt linguā suā loqui mēdaciū.* Assuefacti sunt mēdacijs dicēdis. vel didicerūt mendacia cōponere. *Vt iniquè agerēt laborauerunt.* hoc est, omnem suam operam, studium, ingeniū huc contulerunt: vel ad lassitudinem vsq; laborant. *Habitatio tua in medio doli. In dolo renuerūt scire me, dicit Dominus.* Verba Dei ad Ieremiam. Tu, inquit, habitas inter homines dolosos, & fraudulentos. Potest etiam sermo esse ad Ierusalem. Habitatio tua, hoc est, habitatores tui, quotquot in te habitant dolosi sunt. Septuag. vsura super vsuram, dolus super dolum: non voluerunt scire me. Chal. Paraph. Sedent in domo congregationis suæ, & narrant super iniquitates suas in dolis; renuunt scire timorem Dei. *In dolo renuerunt scire me.* hoc est, propter dolos, & alia flagitia quibus irretiuntur, nihil curant operibus testari se nosse leges meas. vel dolosè renuerunt scire me, vt licentiùs peccent. Totus mundus in maligno positus est, ait D. Ioānes. Et mundus te non nouit, ait Christus. Ideò nolite diligere mundum, neq; ea quæ in mundo sunt. Rarissimi illi sunt, qui mundi dolos & fraudes euadere possint, & quos mundi retia non inuoluant. Illud autem maximè laborat aduersarius noster, vt omnem Dei cogitationem à nobis auferat.

Mat. 10.

1. Ioā. 5. d

Ioā. 17. d

1. Ioā. 2. b

Propterea hæc dicit Domin⁹ exercituū. Ecce ego cōflabo, et probabo eos: quid enim aliud faciā à facie filiæ populi mei? Puniā eos, ait. Cōflati sunt, quia non omnino sunt cōsumpti: relicti sunt aliqui, qui flagellis eruditi restaurationem ciuitatis, & templi curarūt. *Quid enim aliud faciā?*

hoc est,

hoc est, Quomodo aliud faciam, cùm tanta sint eorũ flagitia, neq; vlla ratione ad pœnitentiam induci possint? *à facie filiæ populi mei.* Hoc est, propter filiam populi mei, Ierusalẽ nẽpe, flagitijs & sceleribus plenã. vel à facie, hoc est, propter impudentiã, & attritam frontẽ. Frõs meretricis facta est tibi: noluisti erubescere. Septuag. à facie malitiæ filiæ populi mei. Chald. Paraph. Quomodo enim faciam à facie peccatorum cœtus populi mei?

Sup. ca. 3

Sagitta vulnerans lingua eorum, etc. Idẽ supra. Extẽderũt linguam suã arcũ mendacij, & non veritatis. Dum igitur lingua eorum calumnias loquitur, cõuitia, dolos, vulnerat eos quibus loquitur. Id Hæreticis optimè quadrat, quorum sermo vt cãcer serpit: qui illud maximè curant, vt alios decipiant.

2. Timot. 2. c.

Super montes assumam fletum ac lamentum, et super speciosa deserti planctum: quoniam incensa sunt, eo quòd non sit vir pertransiẽs. etc. Prophetat vastationem, ex qua factum est vt vniuersa terra Iudæ in solitudinem redigeretur. Lugebo, ait, propter montes, qui modò pecoribus pleni sunt, & vbiq; pastoritias casas videre licet: fiet autem vt in solitudinem redigantur: & super loca amœna & nemorosa, quæ incendentur. Septuag. super semitas deserti, quoniam defecerunt. Chald. Paraph. Et super habitacula deserti, quia deserta facta sunt. Sãtes Pag. super habitacula deserti, quoniam incẽsa sunt. Alij ex Heb. super pascua amœna. alij super casas pastoritias deserti. Vocem Heb. נְאוֹת nehoth, nõnulli volunt pulchrũ, & venustum significare, vt sit affine verbo אוה aua. alij vt sit à radice נוה nauah, quod habitare significat. & significare casas pastorales, & pascua circa

illa.

Digitized by Google

illa. si hãc significationem sequamur, per speciosa deserti, quod habet noster interpres, amœna pascua interpretabimur. *Eo quòd non sit vir pertransiens.* hoc est, lugebo quòd nullus pertranseat per loca ista, vbi antea magna erat hominũ frequentia, quòd omnes scilicet vel consumpti gladio sint, vel in captiuitatẽ adducti. *Et nõ audierũt vocem possidentis.* quòd scilicet illi qui loca hæc possidebãt, occisi sint, vel in captiuitatẽ adducti. Septuagin. Non audierunt vocem substantiæ. pecora intelligit, quæ sunt possidentium opes & substãtia. Sic Chald. Paraph. Nec auditur vox pecoris in terra eorum. Santes Pag. Et nõ audierunt vocem pecorũ. Vox Heb. מקנה micneh, possessionem & emptionẽ, & pecus significat, quòd sit hominis possessio. Possumus etiam literam nostram interpretari, vt per possidentem, intelligamus pecora quę habitabant in locis, vbi amœna erant pascua, & possidebant loca illa. id quod conuenit cum eo quod sequitur. *A volucre cœli vsq; ad pecora trãsmigrauerunt.* deuastatis omnibus & incensis, etiã volucres cæli recedũt & pecora, eo quòd non sint pabula. *Et dabo Ierusalem in aceruos arenæ.* Muris ac domibus deuastatis nihil aliud remanet, quàm rudera & acerui arenę, vbi habitant dracones. Sep. dabo Ierusalem in transgressionem, & in habitaculum draconum. Chal. Paraph. dabo Ierusalem in aceruos, habitaculum draconum. In Heb. in aceruos, tantùm est. ob maiorẽ claritatem additum est arenæ, vel lapidũ. D. Hiero. Fletus assumitur super mõtes, & lamẽtatio super speciosa deserti, quando Ecclesiæ principes peccant, & nihil in ea inuenitur substãtiæ Dei, Charitatis nempe & bonorum operum, nec auditur vox Do-

mini

mini Ecclesiam possidentis, loquentis per Sanctos & Apostolicos viros: & à volucre cœli vsq; ad pecora, ab his videlicet qui possunt in sublime ascendere, vsque ad simpliciores recedunt à recta via.

Quis est vir sapiens qui intelligat hoc, et ad quem verbum oris Domini fiat, vt annunciet istud, quare perierit terra, & exusta sit quasi desertum, eo quòd non sit qui pertranseat: &c. Aperta est litera. Virum sapientē quærit, vt rarissimos eos esse ostendat, qui aptus sit ad vocem Dei auribus percipiendam, & annunciandum quare tanta deuastatio facta fuerit in terra Iudææ; & quasi nullus sit qui hoc præstare possit, ipse Dominus causam vastationis declarat: reliquisse nempe legem Dei, neq; audisse vocem Domini, neq; mores suos iuxta illam composuisse, & sequutos fuisse praua sua desideria, & deos alienos coluisse, quod à maioribus suis didicerunt.

Idcirco hæc dicit Dominus Deus exercituum, Deus Israël. Ecce ego cibabo populum istum absynthio, & potum dabo eis aquam fellis. etc. Cibare absynthio, est grauissima calamitate & afflictione afficere. idem per potum aquę fellis, de quo vide superiori cap. Porrò dispersio hæc, de qua hic loquitur, & totum quod cōminatur, de deuastatione & captiuitate facta per Chaldæos, vel etiam per Romanos intelligi potest. Quod verò hic ait, donec consumantur, & superiùs dixerat, consummationem non faciam; sic concilia, vt illi quidem qui tunc erant, omnino consummarentur gladio occisi vel in captiuitate mortui. Sed consummationem non fecit: quoniam eorum filij remanserunt, qui postea ex captiuite redierūt, & Ierusalem & Templum reædificauerunt.

Hæc

tatē in longinquā regionē,& inde clamātis. Quod verò sequitur. Nūquid Dn̄s nō est in Sion, &c. noua sit sententia. *Nūquid Dn̄s nō est in Sion, aut rex eius non est in ea?* Potest esse vox populi, vel Dei, vel prophetę. Admirātis vox est. Quomodo fieri potuit, vt Ierusalē in manus hostium traderetur, cùm Dominū haberet custodiētē, & regem: quòd scilicet Deus rex eius esset. Vel de Rege alio loquitur, quasi dicat. Quì factū est, vt neque Deus neq; Rex potuerint Siō ab hostibus defendere? Septuag. pro rege, medicum habent. *Quare ergo me ad iracundiam concitauerunt.* loquitur Deus. Nihil mirum est, si tradita sit Ierusalem in manus hostium suorum, quasi Deus non esset in ea neq; rex. Derelicta est enim à me, quia suis sceleribus ad iracundiam me cōcitauerūt. *Transijt messis.* Populus loquitur in Ierusalē diuturna obsidione conclusus. Mutata, aiunt, sunt tēpora, & anni circulus euolutus est: neq; tamen liberati sumus ab obsidione. vel diu expectauimus auxiliū ab Ægyptijs, aiunt; sed nobis expectantibus, præterijt tempus, & opem illorum non sumus experti.

Super contritione filiæ populi contritus sum, & contristatus, stupor obtinuit me. Nunquid resina nō est in Galaad? aut medicus non est ibi? quare ergo non est obducta cicatrix filiæ populi mei? Verba Dei esse ait D. Hiero. in afflictione Ierusalem quasi afflicti, & ad humanam similitudinem stupore conterriti, quasi dicat. Miror quòd non inueniatur in hac regione, quę dicit se Deum colere, pius aliquis, qui precib⁹ malo populi mei medeatur. ita vt p resinam orationem, per medicū virum pium & probum intelligamus. vel per resinam pœnitentiam, & per medicum prophetas & sacerdotes qui ad pœnitē

tiam

tiam populũ inducant. Possumus igitur de cicatrice & vulneribus corporis, vel animæ locum hunc exponere: ita vt obduci cicatricẽ, sit liberari ab obsidione. Quemadmodum ergo superiùs admirabatur, quare cùm Deus esset in Sion & rex, ita deuastaretur ab hostibus; sic hìc obstupescit propheta vel Deus ostendens rem stupore dignam esse, quòd non sit qui auertat Dei furorem, & medeatur tanto malo. Si de vulneribus animi interpretemur, sensus erit. Quare popul⁹ hic non curauit vulnera peccatorum pœnitentia auferre, sacrificijs in lege statutis, & orationibus peccata expiare? Nunquid nullus fuit Propheta vel sacerdos qui populum ad pœnitẽtiã induceret? quasi dicat. fuerunt certè Prophetæ, qui veluti medici & chirurgi peritissimi resinã vulneribus populi huius adhibuerũt, reprehendendo, hortando, comminando, promissionibus alliciẽdo: quare ergo nulla subsequuta est emẽdatio? Vtiq;, Curauimus Babylonẽ, & nõ est sanata: relinquamus eam. Obstinatio Ierusalem id effecit; noluit sanari, & ideò non est sanata: frustra laborauit medicus, resina consumpta est, cicatrix autem filiæ populi mei obducta non fuit. *Nũquid resina non est in Galaad?* Chal. Parap. Dixit Ieremias propheta: fortè non sunt mihi opera bona ad deprecandum pro domo Israël. desiderabam vtiq; doctrinam Eliæ prophetę, qui fuit de Galaad, cuius verba erant medicina: quia pro eo quòd non sunt conuersi, ideò non creuit medicina plagæ cœtus populi mei. Septuag. significantiùs, quare non aucta est sanitas filiæ populi mei? Pro resina in Heb. est צרי godi, quod resinam probatissimam, quę inter aromata thimiamatis adhibebatur, significat.

Inf. 51. a.

Q Alij

Alij Balsamum interpretantur, alij theriacam. Magnâ copia huius erat in Galaad, ideò ait. Nunquid resina non est in Galaad? sicut Hispanicè dicere solemus. *Por ventura no ay agua en la mar?* Sic in Ierusalẽ vbi tẽplũ est Dei, vbi sacrificia ab omnibus qui ex omnib' partibus cõfluunt offeruntur, non sunt sacrificia? non est verbum Dei? Id multo meliùs in Ecclesia dici potest aduersus eos, qui in peccatis multo tempore perseuerant: cùm habeamus verbum Dei, Sacramenta eximiæ virtutis, tantáq; sit Episcoporum & Sacerdotũ, & concionatorum & Doctorum copia, vt res digna magno stupore sit vulnera fidelium non sanari. Nec minori stupore res digna est, videre Ecclesiam Dei ita afflictam, Hæreticorum, & Turcarum persecutionibus omni ex parte expositam, Templa dirui, sacerdotes Dei trucidari, vasa sacra prophanari, Sãctorum venerandas reliquias in sterquilinia proijci, Sacrosanctũ altaris Sacramentum conculcari, quasi non sit Dominus in Sion, qui tamen promisit dicens, Ego ero vobiscum vsq; ad consummationem seculi: quasi non sit ibi rex, de quo tamen dictum est. Et regnabit in domo Iacob in æternum. Quasi nõ sit resina in Gaalad, vbi iuge sacrificium celebratur, orationes & preces die noctúq; in templis funduntur: aut medicus non sit ibi, vbi tanta est Episcoporum, sacerdotum, & religiosorum copia. Sed vulnera animæ non sanantur, nisi qui vulneratus est sanari velit. Et quandiu in peccatis permanemus, neq; vitam emendamus, hostes nostri fortiores fiunt permittente Deo, vt per illos peccata nostra puniat, & electos suos erudiat, & qui probati sunt manifesti fiant.

Mat. vlt.

Luc. 1. d.

ARGV-

ARGVMENTVM.

Plangit Propheta super populi malitia. Quare Ierusalem sit destructa explicat. Inuitat Iudæos ad planctum & lamentum. In Dei cognitione solùm gloriandum esse docet.

CAP. IX.

*QVIS dabit capiti meò aquam, et oculis meis fontem lachrymarum: et plorabo die ac nocte interfectos filiæ populi mei? 2 Quis dabit me in solitudine diuersorium viatorum, & derelinquam populum meũ, & recedam ab eis? quia omnes adulteri sunt, * cœtus præuaricatorum. 3 Et extenderunt linguam suam quasi arcum mendacij & non veritatis confortati sunt in terra, quia de malo ad malum egreßi sunt, et me non cognouerunt, dicit Dñs. 4 Vnusquisq; se a proximo suo custodiat, & in omni fratre suo non habeat fiduciam: quia omnis frater supplantans supplantabit, & omnis amicus fraudulenter incedet. 5. Et vir fratrem suum deridebit, & veritatem non loquentur: docuerunt enim linguam suam loqui mendacium: vt iniquè agerent laborauerunt. 6 Habitatio tua in medio doli: in dolo renuerunt scire me, dicit Dominus. 7 Propterea hæc dicit Dominus exercituum, Ecce ego conflabo, et probabo eos: quid enim aliud faciam à facie filiæ populi mei? 8 Sagitta vulnerans lingua eorum dolum loquuta est, † in ore suo pacem cum amico suo loquitur, et occultè ponit ei insidias 9 † Nunquid super his non visitabo, dicit Dominus? aut in gentem huiusmodi non vlciscetur anima mea? 10 Super montes assumam fletum ac lamentum,*

* et M S.q.R.

† Psal. 27.3.

† Sup. 5, 9.

 et super

sua, & non glorietur fortis in fortitudine sua, & non glorietur diues in diuitijs suis. 24 sed in hoc glorietur, qui gloriatur, scire & nosse me, quia ego sum Dominus qui facio misericordiam et iudicium & iustitiā in terra. hæc enim placēt mihi, ait Dñs. 25 Ecce dies venient, dicit Dominus: et visitabo super omnem qui circuncisum habet præputium, super Ægyptum, et super Iudam, 26 & super Edom, et super filios Ammon, et super Moab, et super omnes qui attonsi sunt in comam, habitantes in deserto: quia omnes gentes habent præputium, omnis autem domus Israël incircuncisi sunt corde.

EXPLANATIO.

Q*VIS dabit capiti meo aquam, et oculis meis fontem lachrymarum: et plorabo die ac nocte interfectos filiæ populi mei?* Hoc inquit. D. Hieronymus tam ex prophetæ, quàm ex Domini persona intelligi potest. Vehemēti dolore afficitur propter populi mala, cupitq; ea deplorare, vt vel sic ipsi mala ipsa pertimescerent. Mirum est, quot artes & modos quærat Sanctus Propheta Spiritu diuino agitat⁹, vt durum populū emollire possit. Nunc clamat, nunc dolet, nunc plangit, nunc increpat, nunc arguit, nunc obsecrat, nunc hortatur, nūc minatur, nūc promittit, tanquam qui ex animo & seriò salutem populi desiderabat: nullum non mouet lapidem, vt salutem procuret. Non sic pastores qui gregem suum non diligunt: si vel vnum verbum tantùm dixerint, vel minimum aliquod adhibuerint remedium pro animarū salute, quod rarò faciunt, iam officio suo satisfecisse abundantissimè existimant. Quid ad me, aiunt: pereant, si ita volunt: ego iam quod officij mei erat

 feci.

feci. Lachrymæ fluūt ex capite. optat ergo dari capiti aquam, vt ex oculis fontes lachrymarum manent. Tanta, inquit, sunt mala, vt omnem dolorem sui magnitudine vincant. Si totus vertar in fletum, & nequaquam guttę sint lachrymarum, sed abundantia fluminis, dignè flere non potero interfectos filiæ populi mei. Sic vocat Ierusalē, quia à populo erat ędificata. Chal. Para. Quis dabit caput meum quasi torrentem aquarū, & oculos meos quasi fontem lachrymarū. In Heb. ad literā. Quis det caput meū aquas; vel vt sit aqua, & oculus meus vena lachrymę, vel lachrymarū: vt nō optet capiti aquā, sed vt totum caput in aquā vertatur. Optatiuo carēt Hebręi, loco cui⁹ aiūt, Quis det. pro ô si vtinam caput meum aqua esset. Sic alibi Ieremias. diuisiones aquarum deduxit oculus meus in contritione filiæ populi mei. Si sic plangit Propheta interfectos Ierusalem, qui ob scelera sua iustissimo Dei iudicio interfecti fuerant: quibus lachrymis dignè nos deflere poterimus acerbissimos Christi dolores, & acerbissimam ipsius mortem, quam non propter peccata sua, cùm innocentissimus agnus esset, qui peccatum non fecit, sed propter peccata nostra pertulit? Sustinui qui simul mecum contristaretur, & nō fuit. Iustus perijt, & non est qui recogitet. Sed nolite flere super me, sed super vos ipsas, ait ad filias Ierusalē. Benè quidem fletum non prohibuit, sed quid potissimùm in illius passionis meditatione flere debeamus, docet: peccata nempe nostra, quę tantorum dolorum & tam acerbissimæ mortis causa extiterūt. Lachrymatur Christus super Lazarū amicū suum mortuum, quem tamē suscitare iam iam volebat, quomodo er-

Thren. 3.
1. Pet. 2. d
Psal. 68.
Isa. 67. a
Luc. 23. d
Ioā. 11. d.

do ergō nos, si Christum diligimus, non dolebimus, & lachrymis perfundemur, quoties illius mortis memoriam agimus, quāuis iam à mortuis resurrexerit? *Die ac nocte*, quasi dicat. Nequaquam quiescam, non dormiam, nō comedam, nihil aliud faciam quàm plorare. *interfectos*. quos scilicet iā interfectos veluti oculis cerno: vel spiritualiter propter peccata interfectos. Septuag. vulneratos habent. Vox Heb. & interfectos, & vulneratos significat.

Quis dabit me in solitudine diuersorium viatorū: et derelinquā populum meum, et recedam ab eis? quia omnes adulteri sunt, et cœtus præuaricatorū, etc. V tinā, inquit, mihi diuersari liceret in deserto. Melius est habitare in extrema solitudine, quā inter tāta hominum scelera cōmorari. Nollē tot scelera videre, ob quæ paratam vltionem video. *Extenderunt linguam suam quasi arcum mendacij, et non veritatis.* Iaculantur mendacia, sicut arcus sagittas. falsa loquuntur, nō vera. *Confortati sunt in terra.* hoc est, diuites & potentes facti sunt mendacijs & sycophantijs. Septuag. mēdacium & nō fides prꝗualuit in terra. *quia de malo in malū egressi sunt.* hoc est, creuerūt valde illorum iniquitates. Vel dū vident omnia sibi ex voto succedere, mala perpetrare, neq; aliquid aduersi sentire, cōfortati sunt in iniquitate, obduruerunt in malitia. *Et me nō cognouerūt.* Hæc radix omniū malorū, diuinarū rerū neglectus, Deū nō cogitare, nullā illius curā habere, veluti si ignores Deū. *Vnusquisq; se à proximo suo custodiat, et in omni fratre suo non habeat fiduciā. etc.* Eò vsq;, ait, creuit iniqtas, & decipiēdi studiū, vt pecunias vndiq; cōuerrāt, vt nec vicinis, nec fratribus parcāt: vnde factū est, vt frater fratri fidere non possit. Inimici homi

 nis

Mat. 10. nis domestici eius, ait Christus. *Supplantans supplantabit.* Hebraismus est, idē quod supplātabit. Sed & magno studio & libidine id fieri significat. *Docuerunt linguā suā loqui mēdaciū.* Assuefacti sunt mēdacijs dicēdis. vel didicerūt mendacia cōponere. *Vt iniquè agerēt laborauerunt.* hoc est, omnem suam operam, studium, ingeniū huc contulerunt: vel ad lassitudinem vsq; laborant. *Habitatio tua in medio doli. In dolo renuerūt scire me, dicit Dominus.* Verba Dei ad Ieremiam. Tu, inquit, habitas inter homines dolosos, & fraudulentos. Potest etiam sermo esse ad Ierusalem. Habitatio tua, hoc est, habitatores tui, quotquot in te habitant dolosi sunt. Septuag. vsura super vsuram, dolus super dolum: non voluerunt scire me. Chal. Paraph. Sedent in domo congregationis suæ, & narrant super iniquitates suas in dolis, renuunt scire timorem Dei. *In dolo renuerunt scire me.* hoc est, propter dolos, & alia flagitia quibus irretiuntur, nihil curant operibus testari se nosse leges meas. vel dolosè renuerunt scire me, vt licentiùs peccent. Totus mundus in maligno positus est, ait D. Ioānes. Et mundus te non nouit, ait Christus. Ideò nolite diligere mundum, neq; ea quæ in mundo sunt. Rarissimi illi sunt, qui mundi dolos & fraudes euadere possint, & quos mundi retia non inuoluant. Illud autem maximè laborat aduersarius noster, vt omnem Dei cogitationem à nobis auferat.

1. Ioā. 5. d

Ioā. 17. d

1. Ioā. 2. b

Propterea hæc dicit Domin⁹ exercituū. Ecce ego cōflabo, et probabo eos: quid enim aliud faciā à facie filiæ populi mei? Puniā eos, ait. Cōflati sunt, quia non omnino sunt cōsumpti: relicti sunt aliqui, qui flagellis eruditi restaurationem ciuitatis, & templi curarūt. *Quid enim aliud faciā*

hoc est,

hoc est, Quomodo aliud faciam, cùm tanta sint corũ flagitia, neq; vlla ratione ad pœnitentiam induci possint? *à facie filiæ populi mei.* Hoc est, propter filiam populi mei, Ierusalẽ nẽpe, flagitijs & sceleribus plenã. vel à facie, hoc est, propter impudentiã, & attritam frontẽ. Frõs meretricis facta est tibi: noluisti erubescere. Septuag. à facie malitiæ filiæ populi mei. Chald. Paraph. Quomodo enim faciam à facie peccatorum cœtus populi mei?

Sup. ca. 3

Sagitta vulnerans lingua eorum, etc. Idẽ supra. Extẽderũt linguam suã arcũ mendacij, & non veritatis. Dum igitur lingua eorum calumnias loquitur, cõtinua dolos, vulnerat eos quibus loquitur. Id Hæreticis optimè quadrat, quorum sermo vt cãcer serpit: qui illud maximè curant, vt alios decipiant.

2. Timot. 2. c.

Super montes assumam fletum ac lamentum, et super speciosa deserti planctum: quoniam incensa sunt, eo quòd non sit vir pertransiẽs. etc. Prophetat vastationem, ex qua factum est vt vniuersa terra Iudæ in solitudinem redigeretur. Lugebo, ait, propter montes, qui modò pecoribus pleni sunt, & vbiq; pastoritias casas videre licet: fiet autem vt in solitudinem redigantur: & super loca amœna & nemorosa, quæ incendentur. Septuag. super semitas deserti, quoniam defecerunt. Chald. Paraph. Et super habitacula deserti, quia deserta facta sunt. Sãtes Pag. super habitacula deserti, quoniam incẽsa sunt. Alij ex Heb. super pascua amœna. alij super casas pastoritias deserti. Vocem Heb. נאות nehoth, nõnulli volunt pulchrũ, & venustum significare, vt sit affine verbo נאוה aua. alij vt sit à radice נוה nauah, quod habitare significat. & significare casas pastorales, & pascua circa

illa.

illa. si hāc significationem sequamur, per speciosa deserti, quod habet noster interpres, amœna pascua interpretabimur. *Eo quòd non sit vir pertransiens.* hoc est, lugebo quòd nullus pertranseat per loca ista, vbi antea magna erat hominū frequentia, quòd omnes scilicet vel consumpti gladio sint, vel in captiuitatē adducti. *Et nō audierūt vocem possidentis.* quòd scilicet illi qui loca hæc possidebāt, occisi sint, vel in captiuitatē adducti. Septuagin. Non audierunt vocem substantiæ. pecora intelligit, quæ sunt possidentium opes & substātia. Sic Chald. Paraph. Nec auditur vox pecoris in terra eorum. Santes Pag. Et nō audierunt vocem pecorū. Vox Heb. מקנה micneh, possessionem & emptionē, & pecus significat, quòd sit hominis possessio. Possumus etiam literam nostram interpretari, vt per possidentem, intelligamus pecora quę habitabant in locis, vbi amœna erant pascua, & possidebant loca illa. id quod conuenit cum eo quod sequitur. *A volucre cœli vsq; ad pecora trāsmigrauerunt.* deuastatis omnibus & incensis, etiā volucres cæli recedūt & pecora, eo quòd non sint pabula. *Et dabo Ierusalem in aceruos arenæ.* Muris ac domibus deuastatis nihil aliud remanet, quàm rudera & acerui arenę, vbi habitant dracones. Sep. dabo Ierusalem in transgressionem, & in habitaculum draconum. Chal. Paraph. dabo Ierusalem in aceruos, habitaculum draconum. In Heb. in aceruos, tantùm est. ob maiorē claritatem additum est arenæ, vel lapidū. D. Hiero. Fletus assumitur super mōtes, & lamētatio super speciosa deserti, quando Ecclesiæ principes peccant, & nihil in ea inuenitur substātiæ Dei, Charitatis nempe & bonorum operum, nec auditur vox Do-

mini

mini Ecclesiam possidentis, loquentis per Sanctos & Apostolicos viros: & à volucre cœli vsq; ad pecora, ab his videlicet qui possunt in sublime ascendere, vsque ad simpliciores recedunt à recta via.

Quis est vir sapiens qui intelligat hoc, et ad quem verbum oris Domini fiat, vt annunciet istud, quare perierit terra, & exusta sit quasi desertum, eo quòd non sit qui pertranseat: &c. Aperta est litera. Virum sapientē quærit, vt rarissimos eos esse ostendat, qui aptus sit ad vocem Dei auribus percipiendam, & annunciandum quare tanta deuastatio facta fuerit in terra Iudææ, & quasi nullus sit qui hoc prestare possit, ipse Dominus causam vastationis declarat: reliquisse nempe legem Dei, neq; audisse vocem Domini, neq; mores suos iuxta illam composuisse, & sequutos fuisse praua sua desideria, & deos alienos coluisse, quod à maioribus suis didicerunt.

Idcirco hæc dicit Dominus Deus exercituum, Deus Israël. Ecce ego cibabo populum istum absynthio, & potum dabo eis aquam fellis. etc. Cibare absynthio, est grauissima calamitate & afflictione afficere. idem per potum aquę fellis, de quo vide superiori cap. Porrò dispersio hæc, de qua hic loquitur, & totum quod cōminatur, de deuastatione & captiuitate facta per Chaldæos, vel etiam per Romanos intelligi potest. Quod verò hic ait, donec consumantur, & superiùs dixerat, consummationem non faciam; sic concilia, vt illi quidem qui tunc erant, omnino consummarentur gladio occisi vel in captiuitate mortui. Sed consummationem non fecit: quoniam eorum filij remanserunt, qui postea ex captiuite redierūt, & Ierusalem & Templum reædificauerunt.

Hæc

Hæc dicit Dominus exercituum, Cōtēplamini et vocate lamentatrices, vt veniāt, et ad eas quæ sapientes sunt mittite, & properent. etc. Multis modis lamentabilē Ierusalem & terræ Iudæę deuastationem significat. Vocate, ait, mulieres peritas artis lamentandi, quæ mala vestra quę superventura sunt, & iam iam vos cōprehendent, lugeāt, & vos ad luctum prouocent. Hic mos vsq; hodie perseuerat in Iudæa, ait D. Hierony. vt mulieres sparsis crinibus nudatisq; pectorib⁹, voce modulata omnes ad fletum prouocēt. *Quia vox lamentationis audita est de Siō*, hoc est, breui audietur. præteritum pro futuro more prophetico. *quoniā deserta sunt tabernacula nostra.* In heb. quia proiecerūt tabernacula nostra, nempe nos. hoc est, tabernacula nostra visa sunt quasi nos eijcere, & expellere à se. Vox Heb. à radice שלך salac, deijcere & proijcere, & abijcere significat: vt & abiecta dicantur tabernacula, quòd remaneāt deserta, vt habet nostra litera: & habitatores proiectos à tabernaculis interpretari possimus.

Audite ergo mulieres verbū Domini, et assumant aures vestræ sermonem oris eius: et docete filias vestras lamētum etc. Superiùs dixerat. Quis est vir sapiens q intelligat hoc, & ad quem verbū oris Domini fiat? Cùm autem neminē inuenisset, ad mulieres cantatrices loquitur, vt & ipsę lamentum faciant, & alias hoc ipsum facere doceant: adeò enim graue erit malum, vt non sufficiant cantatrices ad lamentum. *ascēdit mors per fenestras.* Hostē interficientem intelligit, cuius tanta erit fortitudo & velocitas pręliādi, vt etiam foribus clausis per fenestras ascendat. Sic per sensus, qui sunt veluti animæ fenestræ, mors peccati ascendit, dum in illorum custodia

negligē

negligentes sumus. Vnde Propheta: Auerte oculos meos ne videant vanitatē. vtiq; expertus fuerat, quā topere illi nocuisset in cautè Bersabee se lauātem aspexisse. Sic Iob. Pepigi fœdus cum oculis meis, vt ne cogitarem de virgine. Istę sunt primę Cupidinis sagittæ, quibus corda vulnerantur *paruulos foris. etc.* Sic supra cap. 6. effunde super paruulū foris. vide ibi. Chald. Paraph. vt consumat infantes de vico, iuuenes de plateis.

Psal. 18.

Iob. 31. a.

Loquere. Hæc dicit Dominus. Et cadet morticinū hominis quasi stercus super faciem regionis, et quasi fœnum post tergum metētis, et non est qui colligat. Loquitur Dominus ad Prophetam, & præcipit ei, vt loquatur ad populum, & denunciet tantam in Ierusalem & in locis vicinis cædem futuram, vt nullus sit qui sepeliat, sed mortuorum cadauera quasi sterquilinium proijcienda sint super terrā, & quasi fœnum quod post metentē relinquitur, neq; est qui colligat. Vid. supra. cap. 8.

Hæc dicit Dominus. Non glorietur sapiēs in sapientia sua. etc. Quasi dicat, Nihil proderit sapientia, neq; diuitiæ, neque potentia, omnes indiscriminatim corruent. loquitur autem de sapientia, de qua in superiori cap. Cōfusi sunt sapientes. Sed & cognitio nuda Dei ieiuna & arida, qua quis Deum cognoscens non sicut Deū glorificat, non sufficit. Sic cùm ait, in hoc glorietur scire & nosse me, de illa sciētia & cognitione loquitur, qua Deum cognoscimus, & operibus illū cognoscere demonstramus: nam qui dicunt se nosse Deum, & factis negant, maiorem sibi damnationem acquirunt. Seruus enim qui nouit voluntatem Domini, & nō facit, vapulabit multis. Sed & gloriandum est in his, nō qui

Tit. 1. d.

Luc. 12. f

1.cor.4.b dem quasi nſa ſint: Quid enim habes, ait Apoſtolus, quod non accepiſti? quòd ſi accepiſti: quid gloriaris, quaſi non acceperis? Gloriādum ergo eſt in his quaſi in Dei donis, vt illi gratias agamus, quòd nos ſuis do-
1.cor.1.d. nis ditat, et glorioſos reddit. Qui gloriatur in domino glorietur. non enim qui ſeipſum cōmendat ille
Sap.14.c. probatus eſt, ſed quem Deus cōmendat. Per Sapientiam ſanati ſunt quicunq; placuerūt tibi à principio,
Ioā.17.a. ait Sapiens. Et hæc eſt vita æterna, ait Chriſtus in Euāgelio, vt cognoſcāt te verum Deum. & quem miſiſti Ieſum Chriſtum. Porrò miſericordiam facit Deus, dum patienter expectat, excitat ad conuerſionem, inuitat ad pœnitentiam, veniam promittit, ignoſcit pœnitentibus. Iudicium facit, dum diſcernit inter bonos & malos: mala opera eſſe noſtra, quibus ipſum offendimus, demōſtrat. Iuſtitiam facit, dum punit. Et vt nos ſimilia faciamus, hoc illi placet. Indicabo tibi
Mic.6.c. homo quid ſit bonum, ait Micheas propheta, & quid Deus requirat à te, vtiq; facere iudicium, diligere miſericordiam, & ſollicitum ambulare cum Deo tuo. Miſericordiam facimus, dum dimittimus, ignoſcimus, proximorū neceſſitatibus ſubuenimus. Iudicium facimus, dum ius reddimus, dum ſeparamus precioſum à vili, vt quaſi os Domini ſimus, vt ſciamus reprobare malum, & eligere bonum. Iuſtitiam operamur, dum delicta punimus, & in nobis etiam caſtigamꝰ, iuſtitiā & ſanctitatem ſectamur. Chal. Paraph. Hæc dicit Dominus. Ne ſibi placeat Salomon filius Dauid in ſapiētia ſua, nec ſibi placeat Sāſon filius Manue in fortitudine ſua, nec ſibi placeat Achab filius Ameri in diuitijs ſuis. Sed in hoc ſibi benè placeat qui ſibi placet,

quòd

quòd ſapiens ſit,& didicerit timorem mei.
Ecce dies veniunt dicit Dominus: et viſitabo ſuper omnem qui circunciſum habet præputium; ſuper Ægyptum, et ſuper Iudam, et ſuper Edom, et ſuper filios Ammon, et ſuper Moab, et ſuper omnes qui attonſi ſunt in comam habitantes in deſerto, etc. Docet neq; carnis circuncisionem profuturam, niſi adſit cordis circunciſio, quam Iſraël non habebat: cum aliàs in corpore circunciſionē geſtaret. Multæ aliæ gentes, preſertim quæ Iudçæ Paleſtinæq; confines erant, circunciſionem ſeruabant maximè Ægyptij, Idumæi, Ammonitæ, & Moäbitæ, & omnis regio Sarracenorum quæ habitat in ſolitudine. Omnes igitur has gentes puniam ſimul cum Iudæis: neque illis quidquam proderit carnis circunciſio, cùm corde in circunciſi ſint, quemadmodum Iſraëlitæ. Quod verò ait, *Et ſuper omnes qui attonſi ſunt in comam*, habitantes in deſerto Sarracenos intelligit. quod ita interpretatur Diuus Hieronymus. ſicut comæ quę gentem ſignificant, non roborant corpora neq; fortitudinem pugnatorum: ſic non prodeſt circunciſio quæ in ſignum data eſt, niſi mandara Domini compleātur. Septuagin. & ſuper omnem attōſum circa faciem ſuam habitantes in deſerto. Theodoretus eos qui ab Iſmaële & Cethura deſcendunt, qui & Sarraceni dicuntur, intelligit: quòd pilos genarum auellere conſueuiſſent. Chal. Para. ſuper omnes attōſos coma, qui morātur in habitaculis in deſerto Santes Pag. ex Heb. viſitabo omnes habitantes in extremo angulo mundi qui habitāt in deſerto. Vox Hebr. קְצוּצֵי cheſuſe, à radice קצץ caſas., quod ſignificat ſuccidere, incidere, præcidere. Et reſecare ab extremo, quaſi extremare

vt ita

vt ita dicamus. vox vero פאה peah, extremitatem, finem cuiusq; rei, plagam, & latus, & comam significat. Sic ergo interpretari possumus dispersos in extremum angulum, siue habitantes in extremitate plagæ regionis in deserto, in extremo mundi. Et præcisos vel attonsos in comam, vt noster habet interpres: hoc est, ita attonsos, vt comam & cæsariem dimittant. Quod verò nos habemus, super omnem qui circuncisum habet præputium, Chald. Paraph. super omnes populos incircuncisos, habet. In Heb. ad verbum est, omnem circuncisum in præputio. Sãtes Pag. omnem circuncisum, & habentem præputium. optimè noster interpres. Chald. Paraph. de incircuncisione cordis interpretatus est: hi enim quamuis in carne essent circuncisi, corde tamen incircũcisi erant. *omnes gentes habent præputium.* pręter eas quas hìc inter circũcisas numerauit, intellige. vel omnes sunt cõtumaces & immorigeri, vt per Synecdochen, per contemptũ circuncisionis, totius legis cõtemptum intelligamus. *domus autem Israel incircuncisi sunt corde.* Cor incircuncisum dicitur cor grauatum iniquitate, veluti pinguedinem habeat obductam, ne possit intelligere. Sic auris incircuncisa grauis est ad audiendum, quasi superabũdans carne, quasi non sit satis excauata ad audiẽdum. De vtraq; circuncisione carnis, & cordis vide. D. Paulum ad Rom. 2. cap.

ARGVMENTVM.

Non esse metuendas syderũ cõstellationes. De idolorum imbecillitate & Dei potentia. De proiectione Iudæorum. Ierusalem culpæ tribuit quod patitur. Dei esse viam hominis dirigere.

CAP. X.

❡CAP. X.

AVDITE verbum quod locutus est Dominus super vos domus Israël. 2 Hæc dicit Dominus, Iuxta vias Gentium nolite discere: & à signis cæli nolite metuere, quæ timent gentes: 3 quia leges populorum vanæ sunt: quia lignum de saltu præcidit opus manus artificis in ascia. 4 † Argento & auro decorauit illud: clauis & malleis compegit, vt non dissoluatur. 5 In similitudinem palmæ fabricata sunt, & non loquentur: portata tollentur, quia incedere non valent. nolite ergo timere ea, quia nec malè possunt facere nec bene. 6 † Non est similis tui Domine: magnus es tu, & magnum nomen tuum in fortitudine. 7 † Quis non timebit te ô rex gentiũ? tuum est enim decus: inter cunctos sapientes gentium, & in vniuersis regnis eorum nullus est similis tui. 8 Pariter insipientes & fatui probabuntur: doctrina vanitatis eorum lignum est. 9 Argentum inuolutum de Tharsis affertur, & aurũ de Ophaz: opus artificis & manus ærarij: hyacinthus & purpura indumentum eorum: opus artificum vniuersa hæc. 10 Dominus autem Deus verus est: ipse Deus viuens, & rex sempiternus, ab indignatione eius commouebitur terra: & non sustinebunt Gentes comminationem eius. 11 Sic ergo dicetis eis, Dij qui cælos & terram non fecerunt, pereant de terra & de his quæ sub cælo sunt. 12 † Qui facit terram in fortitudine sua, præparat orbem in sapientia sua, & prudentia sua extendit cælos. 13 Ad vocem suam dat multitudinem aquarum in cælo, & eleuat nebulas ab extremitatibus terræ † fulgura in pluuiam facit, & educit ventum de thesauris suis. 14 Stultus factus est omnis homo à scientia, confusus est artifex omnis in sculptili: quoniam falsum est quod conflauit, & non est spiritus in eis. 15 Vana sunt & opus

† Sup. 13, 11, 14, 8.

† Mich. 7, 18.

†. Apo. 15, 4.

† Gen. 1, 1. 9.

Inf. 51, 15

† Psal. 134, 7.

Inf. 51, 16.

risu dignum: in tempore visitationis suæ peribunt. 16 Non est his similis pars Iacob: qui enim formauit omnia, ipse est: & Israël virga hereditatis eius: Dominus exercituū nomen illi. 17 Congrega de terra confusionem tuam, quæ habitas in obsidione. 18 quia hæc dicit Domin⁹, Ecce ego longè proijciā habitatores terræ in hac vice: et tribulabo eos, ita vt non inueniantur. 19 Væ mihi super contritione mea, pessima plaga mea. Ego autem dixi, Planè hæc infirmitas mea est, et portabo illam. 20 Tabernaculum meum vastatū est, omnes funiculi mei dirupti sunt: filij mei exierunt à me, et non subsistunt: non est qui extendat vltrà tentorium meum, et erigat pelles meas. 21 Quia stultè egerunt pastores, et Dominum non quæsierunt: propterea non intellexerunt, et omnis grex eorum dispersus est. 22 Vox auditionis ecce venit, et commotio magna de terra Aquilonis: vt ponat ciuitates Iuda solitudinem, et habitaculum draconum. 23 Scio Domine quia non est hominis via eius: nec viri est vt ambulet et dirigat gressus suos. 24 † Corripe me Domine, veruntamen in iudicio: et non in furore tuo, ne fortè ad nihilum redigas me. 25 † Effunde indignationem tuam super Gentes quæ non cognouerunt te, et super prouincias quæ nomen tuum non inuocauerunt: quia comederunt Iacob, et deuorauerunt eum, et consumpserunt illum, et decus eius dissipauerunt.

1 MS. Hier. R HG. Parū. Chaldæ. reddit: Vt recipiāt vīdictā peccatorū suorum.

† Psal. 6,

† Ps. 78, 6.

EXPLANATIO.

AVDITE *verbum quod locutus est Dominus super vos domus Israël. Hæc dicit Dominus, Iuxta vias Gentium nolite discere: & à signis cæli nolite metuere, quæ timent Gentes: etc.* Aduersus eos loquitur qui cælestia corpora venerātur, tanquam in illis aliquid sit diuinitatis. *Super vos.* hoc est, de vobis: vel

vel ad vos. *Iuxta vias gentium nolite discere.* Hoc est, nolite eorum mores addiscere. *et à signis cæli nolite metuere, quæ timent Gentes.* Signa cæli vocat Cometas, & portenta alia, quæ apparent in aere: sed & constellationes, & syderum varios aspectus, quæ quidem aliquando causam naturalem habent, & effectus aliquos naturales prænunciant, non tamen quibus hominis liberum cogatur arbitrium: aliquando extra ordinem naturæ generantur, ad prænunciandum aliqua futura; sicut in excidio Ierosolymitano visa sunt multa huiusmodi portenta; & ante mundi consummationem signa erunt in Sole, & Luna, & stellis, vt præmonuit Christus. Iudæi autem erroribus gentium implicati diuinitatem cælestibus corporibus tribuebant: ob eamq; causam ea colebant, & metuebant, & sacrificijs placabant, vt propitia haberent. quæ omnia vanissima esse docet hic Dominus per Prophetam; *Quia leges populorum vanæ sunt.* De illis præcipuè loquitur, quibus idolorum cultus præscribitur: vt ex sequentibus constat. locum similem de idolorum vanitate quæ manibus hominum fiunt, habes Isai. 44. Sap. 13. & Baruch vltimo. *lignum de saltu præscidit opus manus artificis in ascia.* hoc est, artifex opere & labore manus suæ præscidit lignum ascia, vt idolum faciat. *vt non dissoluatur.* hoc est, firmat ne vacillet. Septuagin. & non mouebuntur. Chaldai. Paraphra. vt non inclinetur. Santes Pag. Et non egredietur è loco suo. Vox Hebrea יָפִיק iapich, significat cadere, impingere, educere. quod dissoluitur cadit à sua dispositione. optimè ergo noster interpres, vt non dissoluatur, transtulit. *In similitudinem palmæ.* Palmæ, legit Diuus Hieronymus. Sep-

Luc. 21. e

tuaginta. argentum tornatile sunt. Chaldaica Pàraphra. opere ductili eriguntur ea. Santes Pag. sicut palma æqualis est. Alij, instar palmę æquabilitatis vel rectitudinis. hoc est, æquabilia sunt & recta idôla, cõstruunturue ex lignis rectis, & æquabilibus, imitantur proceritate palmam arborem. Vox Heb. תמר timer, palmam significat. מקשה micsah, opus omne ex parte æquale, & æqualitatem, & planũ significat. Ex Hebræo igitur interpretari possumus, sicut palma omni ex parte æquale, fabricãtur scilicet. quod est idẽ quod noster interpres habet, in similitudinem palmæ fabricata sunt.

Non est similis tui Domine: magnus es tu, & magnum nomen tuum in fortitudine. Quis non timebit te ò rex gentium? tuum est enim decus; inter cunctos sapientes Gentium, & in vniuersis regnis eorum nullus est similis tui. Perpulchra Antithesis. Idolorum vanitati Dei maiestatem opponit: eorum vilitati Dei magnitudinem: imbecillitati, potentiam: stupiditati sapientiam. *magnum est nomen tuum in fortitudine.* Propter potentiam, & fortitudinem. hoc est, potentissimus es. non sicut idôla quæ clauis & malleis compinguntur, vt non dissoluantur; & portata tolluntur, quia incedere non valent. *Quis non timebit te?* Non sicut idôla, quæ stultum est timere, cùm, nec mala possint facere, nec bona. *tuum est decus.* Tibi debetur honor, gloria, magnificentia: idôla verò deridenda sunt, quæ cum os habeant, non loquuntur: cùm oculos habeant, non videur: Sep. te enim decet, tantùm habent. Chal. Para. Tuũ est enim regnum, In Heb. Quia tibi conuenit. subaudiẽdũ est, decus: vt noster habet interpres. vel regnũ, & monarchia: vt habet

Chald.

Chald. Paraph. Emphasim habet magnam reticentia illa in Hebræo, vt nihil explicans omnia subintelligat; quasi velit dicere. Tibi conuenit quidquid est honoris, gloriæ, maiestatis, magnificentię.

Pariter insipientes et fatui probabuntur: doctrina vanitatis eorũ lignum est. Argẽtum inuolutum de Tharsis affertur: et aurum de Ophaz: opus artificis, et manus ærarij etc. Perstat in eodẽ argumento, vt idolorum vanitatem, Dei autem incõprehensibilem maiestatem doceat. Superiùs dixerat, inter cunctos sapientes Gentium, & in vniuersis regnis eorum nullum esse qui cum Deo conferri possit: nunc omnes illos sapientes, fatuos & stultos esse ait, quòd opera manuum hominum tanquam Deos colat. *Doctrina vanitatis eorum lignũ est.* Hoc est, vana est doctrina eorum, qua lignum quasi Deum docent venerandum. Nomine ligni omnem aliam quãcunq; materiam intelligit, ex qua idôla conficiuntur. Septuag. Pariter insipientes, & fatui sunt: doctrina vanitatũ eorũ lignũ est. Chal. Para. Et pariter populi delinquunt, eo quòd insipiẽtes facti sunt, dũ colũt idôla quæ vana sunt. *Argẽtũ inuolutũ de Tharsis affertur.* Sep. Argentum productũ habẽt. Chal. Para. Argẽtũ inuolutũ ex Africa. D. Hie. Tharsis vel regio Indię est, vt vult Ioseph⁹, vel certè omne pelagus Tharsis appellatur. Theodo. Tharsis Chartaginẽ dicit; & argẽtũ inde adductũ maximè laudari, & in vniuersum argẽtũ ex Africæ partibus, ait, in maiori precio haberi. Apud Hebręos תרשיש tharsis, nomẽ est lapidis preciosi, cuius dolor declinat ad colorẽ hyacinthi. Alij volũt esse lapidẽ cærulei coloris, qui vulgo Turcicus dicitur. Sed & mare ita etiã vocatur. Est etiã nomẽ filij Iauan Gen. 10. à quo etiã

regio Cilicia olim dicta, dicitur Tharsis, cuius metropolis Tarsus dicitur. Et quia ibi erat portꝰ totiꝰ Orientis celeberrimus, è quo in Africam, Indiam & procul distitas regiones nauigabantur: factum est, vt mare hoc nomine significetur. Alij Africam dicunt, vel Tunetū siue Chartaginem. Quod autem nos, inuolutum, diximus, in Hebr. est מרקע merucah, quod Rab. Dau. extensum in laminas ad operiendū sculptile, interpretatur. alij, ductile. Est enim argumentum optimum argenti, quòd malleo facilè diducatur in laminas. *Et aurum de Ophaz.* Septuag. aurum Mophas. Chal. Para. Ophir habet. In Heb. est אופז vphaz. D. Hier. septem nominibꝰ ait appellari aurum apud Hebręos: quorum vnum est istud, quod nos possumus dicere obrizum. alij nomē loci existimant, ita appellati, quòd auro optimo abundet. Ophir autem 3. Reg. 9 regio quædam vocatur, sic dicta ab Ophir filio Iectan: quæ, vt refert Iosephus libro 8. etiam aurea terra nuncupatur, vndé aurum Ophirizum, quod obrizum vocant. *Opus artificis & manus ærarij:* hoc est, elaboratum opere & manu artificum. *Dominus autem verus est ipse. &c.* Quæ sequuntur nō habentur in editione Septuag. habentur tamen in Hebræo, & in Chal. Para. Verus ergo est, cæteri falsi, ab hominibus conficti. viuens: nō sicut idola, quæ vitam non habēt, neq; sensum. Rex sempiternus: non vt idola, quę ex ligno & corruptibili materia cōpinguntur. *Ab indignatione eius cōmouebitur terra.* Qui respicit terrā, & facit eam tremere. *et non sustinebunt Gentes comminationem eius.* De quo dicit Dauid. Tu terribilis es, & quis resistet tibi? at idola quis nisi stultus timebit, quum non possint bene facere nec malè. Et Iob. Deus cuius iræ

Psal. 103. *Psal. 75.* *Iob. 9.*

nemo resistere potest, & sub quo curuantur qui portant orbem.

Sic ergo dicetis eis. Dij qui cælos et terram non fecerunt, pereāt de terra, et de his quæ sub cælo sunt. Sic, ait, dicetis idolis ita D. Hiero. Chald. Paraph. Hoc est exemplar Epistolæ, quam misit Ieremias propheta ad reliquos seniores transmigrationis, qui erant in Babylonia. Si enim dixerint vobis populi, inter quos vos habitatis: Domus Israël seruite idolis, sic respondebitis, & sic dicetis eis. Idola quibus vos seruitis, errores sunt, in quibus nulla est vtilitas: ex cęlo non possunt deducere pluuiam, & ex terra non possunt producere fructus: ipsa & cultores eorum peribunt de terra, & consumentur de his quæ sub cęlis illis sunt. Alij volunt, Prophetam docere Iudæos, qua ratione debeant respondere Chaldæis, cùm voluerint eos ad cultum idolorum inducere eo tempore, quo apud illos captiui essent.

Qui facit terram in fortitudine sua, præparat orbem in Sapientia sua, & prudentia sua extendit cælos, &c. Interposita illa parenthesi, qua quid dijs falsis, vel Babylonijs volentibus illis cultum idolorum persuadere, dicere deberent, docuit: inceptam orationem de Dei magnificentia, & idolorum vanitate prosequitur. Deus ergo verus, viuens, & rex sempiternus, cuius maiestas & potentia omnibus est formidabilis. *facit terram in fortitudine sua.* hoc est, potentia ac virtute sua. *præparat orbem in sapientia sua.* disponit orbem, vt vnaquæq; res suum seruet locum, suam naturam & ordinem, ex quo mira illa Simpathia ac cōcentus vniuersi consurgit; quo nihil pulchrius, nihil diuinius in Vniuerso: quod optimè Sapientiæ tribuitur: sicut facere terram, stabilem

eam & firmam reddere vt omnia contineat, vim conferre producendi omnia potentię opus est. Vox Hebræa מכין mechin, componere, parare, præparare, stabilire, ordinare, & rectè & perfectè aptare significat. Septuaginta. qui direxit orbem terræ, in sapientia sua. Chaldai. Paraphra. fundauit orbem in sapientia sua. *et prudentia sua extendit cælos.* Extendens cælum sicut pellem, ait Dauid, hoc est, ea facilitate qua quis pellem vel cortinam expanderet, cælos ex nihilo condidit expansos: vt cætera omnia elementa ambiant, & sint veluti operimentum inferioris istius domus, quam Deus homini, cæterisq; animantibus ædificauit. Chald. Paraph. prudentia sua appendit cælos: Vox Heb. תבונה tebunah, prudētiam, & intelligentiā significat. *Ad vocem dat multitudinem aquarum in cælo et eleuat nebulas ab extremitatibus terræ, fulgura in pluuiā facit.* Hoc est, ipso imperāte & volente in aëre pluuia generatur, & in terrā demittitur, & ex terra irrigua sursum ascendunt nubes, ex quibus pluuia simul cum fulguribus generatur. Sic in Psal. Educēs nubes ab extremo terrę, fulgura in pluuiā fecit. Quòd verò, *ab extremitatibus terræ:* ait, ideò dicit: quòd semp videātur nobis nubes è partibus remotis formari. vel ab extremitatibus terræ, hoc est, ex omnibus partibus terrę. Chald. Paraph. fulgura in tempus pluuię fecit. Iuxta Hebr. literam, cum pluuia, interpretari possumus: vt inter admiranda Dei opera annumeret, simul & ex eadem nube fulgura & pluuiam fieri, quę inter se cōtraria sunt. *Educit ventos de thesauris suis.* hoc est, è reconditorijs suis: sunt enim inuisibiles, neque scimus vnde veniant, aut quò vadant. *Stultus factus est omnis homo à scientia*

Psal. 103.

Psal. 134. d.

ria. De hominibus idololatris videtur loqui, quorũ scientia stultitia est. Vnde D. Paulus de sapiẽtibus mũ di ait. Dicentes se esse sapientes stulti facti sunt, & mutauerũt gloriam incorruptibilis Dei, in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrũ, & quadrupedum, & serpentum. Vnde subdit statim, *Confusus est artifex omnis in sculptili, quoniã falsum est quod conflauit,* vt sequens hæc oratio pręcedentẽ declaret: & per scientiam, peritiam artificis idólum compingentis intelligat. Chald. Paraph. Insipientes facti sunt omnes populi nescientes sapientiam: confusi sunt argentarij à faciendo sculptili, quia frustra conflarunt ea, & non est spiritus in eis. In Heb. ad literam. Brutescit omnis homo propter scientiam. Potest & de scientia hominis intelligi: quę si cũ diuina conferatur, nulla est. Sed & de scientia Dei, quam si aliquis comprehendere se posse existimauerit, & eorum quæ ab ipso fiunt caussas & rationes perfectè assequi, stult⁹ fiet. de quo. vid. Iob. 9. cap. *In tempore visitationis suæ peribunt.* De idololatris Gentibus loquitur, quas Deus puniturus erat. Theodoretus id factum ait Apostolorum prędicatione: ex quo enim lux Euangelij coruscauit, idololatria profligata est. De morte & interitu Idolorum, Christi Euangelio prædicato, & qua ratione oracula defecerint, egimus in lib. nostro Solatij nr̃æ peregrinationis. cap. 20. Chal. Para. in tempore quo visitauero super eos peccata eorum, peribũt. Refert ad populum Iudæorum. *Non est his similis pars Iacob.* Vocatur Deus pars Iacob. quem ait nulla ratione similẽ esse dijs falsis: cùm ipse sit qui omnia formauerit: idóla formata sunt manibus hominum. Dicitur autem Deus pars Iacob,

Rom. 1. c.

Psal. 15. cob, iuxta illud Psal. Dominus pars hæreditatis meæ & calicis mei. hoc est, pars & portio hæreditaria. *Et Israël virga hæreditatis eius*. hoc est, portio hæreditatis: quòd virgis metirētur agri apud Iudeos. Hi sunt verè Israëlitę, qui solum Deum, omnib⁹ spretis, possidere volunt. qui & Dei hæreditas sunt, quam Deus vnicè diligit, custodit, excolit, irrigat, & indies vberiorē reddit. Sed & per virgam imperium, & regnum intelligere possumus. Vnde Angelus, Et regnabit in domo Iacob in ęternum. Luc. 1. d. *Dominus exercituum nomen illi*. Hoc est, cui omnes Angelorum & creaturarū omnium exercitus famulātur, & inseruiūt: quibus vtitur, cùm vult, ad voluntatem suam perficiendam. Diximus suprà de hoc nomine.

Congrega de terra confusionem tuam, quæ habitas in obsidione: quia hæc dicit Dominus, Ecce ego longè proijciam habitatores terræ in hac vice: & tribulabo eos, ita vt non inueniātur. Euersionem Chaldęorum hic pręidicit, vt nonnulli existimant. D. Hiero. de Ierusalem interpretatur: quā Propheta hortatur, vt cibos & quicquid habere potuerit congreget, & longę obsidioni paret: postquàm proijciendos esse è terra illa Iudęos pręedicit. Sic etiam Chald. Paraph. qui ita habet. Congrega de terra mercimonia tua quæ habitas in munitionibus, in ciuitatibus munitis. Quia hæc dicit Dominus: Ecce ego adducam tribulationem super populum illum: & sicut proijciunt lapidem funda, sic dispergam habitatores terræ hoc tempore, & tribulabo eos, vt recipiant retributionem peccatorum suorum. *Confusionem tuam*. Septuag. Substantiam tuam. Alij cum Chal. Paraph. merces tuas. Vocem Hebr. כנעתך chinhatec, possu-

mus

mus humilitatem, & cōfusionē tuam, & merces tuas interpretari. Vnde Rab. Dauid: Retrahe de terra humilitatem tuam, à mundo nempe, humilitatem quā illis fecisti: quasi hortetur Propheta Ierusalem, ne se alijs nationibus humiliet, petendo ab eis auxilium, & spem suam in illis collocādo; sed tota à Deo pēdeat. Vel per humilitatem, idolorum adorationem quibus se incuruabant, & coram quibus se prosternebant, intellige. quasi dicat, noli adorare idóla. quod etiam per confusionem intelligere possumus. idololatria enim confusio, & vanitas, & mendacium vocari solet. Septuag. Congregauit de foris substantiam suam, quæ habitat in munitione. Theodoretus legit. Congregauit è terra aliena substantiam tuam habitatem in electis. Vult autem sententiam hanc cum superiori cohærere, vt de Israële sit sermo: de quo dicit, quòd statim ex quo illum elegit Deus ex alijs gentibus, terram electam illi donauit. Sequendo autem interpretem nostrum per confusionem, substantiam vel merces, & quicquid habebant Iudæi intelligere possumus: quæ omnia confusionem vocat, congreganda significans in illorum confusionem, quòd nihil illis essent profutura *quæ habitas in obsidione*. hoc est, quæ breui obsidione cingenda es, & multo tempore in obsidione mansura. Vox Hebr. מָצוֹר, masor, obsidionem, & munitionem, & ciuitatem munitam significat. *longe proijciā habitatores terræ in hac vice*. Vtiq; intelligit in Babyloniam, quò illi adducti fuerunt captiui. Verbum Hebræ. קוֹלֵעַ, coleah, significat lapidem, vel aliud quidpiam veluti lapidem, funda proijcere, quemadmodum habet Chald. Paraph. *ita vt non inueniantur*. Septuag.

tuag. vt inueniantur. Sicq; legit D. Hiero. in Commẽtarijs. exponit autẽ. Obsideri eos faciam, sicq; tribulabo, & coangustabo, vt omnes in vrbe reperiantur, & effugere nequeant malum. Theodoretus legit. Affligam eos, vt deprehendantur. Exponit autem. vt deprehendantur an rectè currerent, & incederent: hoc est, flagellis ipsis cognoscere faciam pessimas fuisse illorum vias, & studia. Chald. Paraph. tribulabo eos, vt recipiant tribulationem peccatorum suorum. ita vt actiuè legamus, inueniant. Vel, inueniantur à Deo, vt illos puniat. vel, inueniant eos digna flagella & afflictiones. Sic in Hebr. vt inueniant, mercedem nempe suorum scelerum. vel inueniant quæ prædixi per Prophetas meos.

Væ mihi super contritione mea. etc. Ierusalem loquitur dolẽs plagã suã, & agnoscẽs quidquid patit̃ culpa sua pati. Vel loquit̃ Propheta personam sustinens Ierusalẽ, vt eam doceat dolere, & culpam suam agnoscere, & Deum orare. Septuag. væ super contritione tua. Hæc optimè Christo quadrant, qui & super Ierusalem plorauit, & vulneratus est propter peccata nostra, & attritus est propter scelera nostra. *pessima plaga mea.* Septuaginta. dolorosa. Chald. Para. infirmata est plaga mea. Vox Hebr. נחלה nachlah, à radice חלה chalah, quod ægrotare, infirmari, dolorem & cruciatum afferre significat: vnde dolorosa & ęgra valde interpretari possumus, quę omnia noster interpres comprehẽdit interpretatus, plaga pessima. *Planè hæc infirmitas mea est.* Vox Heb. חלי choli, ab eadem radice infirmitatem & ægritudinem significat. Mea, inquit, est hæc ægritudo. hęc plaga mihi debita propter peccata mea. In Heb. non

Luc. 19. f
Isa. 53. b.

est mea,

est mea, sed tantum, Dixi profectò hāc infirmitatem, & feram eam. Santes Pag. ita legit, Cogitabam profectò hanc infirmitatem meam: ferre potero? quasi dicat. magna est: quì fieri poterit, vt eam possim ferre? Septuag. Verè hoc vulnus meum, & apprehēdit me. Chald. Paraph. Certè hæc est infirmitas mea, & sustinebo illam. Rectè ergo noster interpres iuxta Sep. & Chald. Paraph. subintelligēdum putauit illud, mea est. *et portabo illam.* Sustinebo. hoc est, oportebit me illā sustinere. ego fēci, ego feram. Hinc est, quòd ægritudines & alia Dei flagella, quibus Deus scelera nostra punit, non æquo animo sustineamus; quòd non cogitamus plagam nostram esse, sceleribus nostris debitā. Vnde fit, vt quia nostram esse nō agnoscimus, nostra non sit: hoc est, in nostram vtilitatem non cedit. Sustinemus illam, sed per impatiētiam fructum illius amittimus. Dic ex corde, mea est: Omnia quę fecisti nobis Domine in vero iudicio fecisti, quia peccauimus tibi; & tua erit, liberabitq; te à plaga pessima, à Gehenna ignis æterni. *Tabernaculum meum vastatum est.* Vel tētoriū. Sic vocat Ciuitatem, & Templū, & domos: quòd ea facilitate vastatæ sint, qua tentoria auferuntur. Vide suprà. cap. 4. repētè vastata sunt tabernacula mea. Septuag. Tabernaculum meum miseria affectum est: perijt. Chald. Paraph. Terra mea deserta est. *Omnes funiculi mei dirupti sunt.* Perstat in metaphora tabernaculi, vel tentorij, quod funibus firmatur. Eandem vastationem significat. Septuag. omnes pelles meæ dissipatę sunt. Per pelles, domos ex quibus Ierusalem cōstabat, sicut tentorium ex pellibus, intelligere possumus. Chald. Para. Et omnes vrbes meę direptę sunt. p funiculos

Dan. 3. c.

culos vel pelles, vrbes Iudæ intelligens. Vox Hebræa מיתרי metare, funes significat. *filij mei exierunt à me.* Habitatores filios vocat. Vel si sit vox prophetę, filios vocat, quos conabatur in rectam viam reducere. Septuagin. filij mei & pecora mea non sunt. In Heb. filij mei, tantùm legitur; sicut & nos habemus. Sic etiam Chal. Paraph. populus meus migrauit. *Non subsistunt.* Non sunt. In Heb. non ipsi: hoc est, nulli ipsi, nempe sunt: nam vel interierunt, vel captiui ducti sunt. *non est qui extendat vltra tentorium meum, & erigat pelles meas.* Perstat in eadem metaphora tentorij. hoc est, nullus est qui me vastatam reædificet; & det operam, vt me instauret. Septuag. Non est vltra locus tentorij mei, locus pellium mearum. *Quia stultè egerunt pastores.* Reges & principes qui aliorum duces sunt, intelligit: quorū culpa causa fuit, vt oues etiam errarent, & dispergerentur. Chaldai. Paraphra. Quia insipientes facti sunt reges. In Heb. est vox נבערו nibharu, quæ significat stultum fieri instar belluæ. quasi dicat, pastores conuersi sunt in pecudes. *propterea non intellexerunt.* Septuag. ad gregem id referunt. Propter hoc non intellexit omnis grex, & dispersi sunt. Chald. Paraph. Doctrinam à facie Domini non quæsierunt: propterea non prosperabuntur, & oēs populi eorū dispergentur. Vox Heb. à radice שכל sacal, quod intelligere, aspicere, prospicere, considerare, prouidentiam habere, & prosperari significat. Qui Deū nō quęrit, nō intelligit quid agat, neq; prosperabitur. Nescierūt neq; intellexerūt, in tenebris ambulant. Et Deu. 4. Et obseruabitis præcepta Domini. hæc enim est vestra sapiētia, & intellectus coram populis. Igitur legem Dei relinquere, est sine sapiētia

Psal. 81.

tia, & absq; intellectu esse. Quidã. non prosperè aget, hoc est, non vincent hostes. *Et omnis grex eorum dispersus est.* Quidnam aliud expectari poterat, si pastores veluti bruta animantia effecti Deũ nõ quęsierũt omni sapientia & intellectu destituti, nisi vt greges disper gerẽtur? Gregẽ populũ intelligit, qui in captiuitatem ductus est. Nihil prosperè pastoribus successit, deuicti sunt ab hostibus, & populus dispersus est. Vox Hebr. מַרְעִיתָם marhitim, pascua eorũ significat. Sed vt ait etiam Rab. Dauid Kim in hoc loco, pro ouibus ipsis pascẽtibus sumitur. Vnde optimè interpes noster trãstulit, grex eorum. *Vox auditionis ecce venit, et commotio magna de terra Aquilonis: vt ponat ciuitates Iuda solitudinem habitacula draconum.* Aperta est sententia. Loquitur de aduentu Chaldęorum, qui à partibus Aquilonis venturi erant, & ciuitates Iuda deuastaturi: & habitatoribus partim interfectis, partim in captiuitatem adductis, terra in solitudinem erat redigẽda, vt draconum tantùm esset habitaculum. *Vox auditionis*, hoc est, vox quæ audietur, strepitus magnus, vox rumoris. Vox Heb. שְׁמוּעָה semuhah, auditionem, rumorem, & famam significat. Pro eo quod nos habemus draconũ, Septuag. habent στρουθῶν, hoc est, passerũ, vel struthionum. In Heb. תַּנִּים tanim, dracones & serpentes significat. *Scio Dñe quod nõ est hominis via eius: nec viri est vt dirigat gressus suos.* Significat Chaldęos à Deo excitatos ad deuastationẽ Ierusalẽ, & ciuitatũ Iuda venisse, vt p illos Iudęorũ peccata puniret. Neq; enim præualuissent hostes Iudęorũ aduersus eos, nisi Deus eos vẽdidisset, vt ait Moyses ĩ Cã. Nõ ergo in potestate cuiusq; est, ait, vt prosperè ei succedat quod cogitat, & aggreditur,

Deut. 32.

Sed id te dirigente, subaudi, fit. Sic & Nabuchodonosor cùm statuisset bellũ inferre Ammonitis, Deus illum veluti trusit in Ierusalem. Vide Ezech. 21. Per genitiuum *hominis*, nõnulli non quemcunq; hominem, sed insignem quẽdam, Nabuchodonosorem nempe, volunt intelligi. Sed si in vniuersum sententiam hanc interpretemur, nequaquam per illam liberum aufertur arbitrium: sed docemur non esse in hominis potestate, quantumuis potentissimus quis sit, & sapientissimus, vt res illi ex voto succedant. Vnde in Psal. Dominus dissipat consilia gẽtium, reprobat autem cogitationes populorum, & reprobat consilia principum. Et alibi. Hi in curribus, & hi in equis, & ipsi obligati sunt & ceciderunt. Et iterum. Non enim in arcu meo sperabo, & gladi⁹ meus nõ saluabit me. Et rursus, Cogitationes hominũ timidę, & incertę prouidentiæ nostræ. & iterum. Cor hominis disponit viam suam, sed Domini est dirigere gressus eius. Et iterũ. Apud Dominum gressus hominis dirigetur, & viam eius volet. Sed neq; sufficit hominis liberum arbitrium sine Dei gratia, vt quis à peccato resurgat, vel in bono in finẽ vsq; perseueret. Pro eo autẽ quod nos habemus, nec viri est vt ambulet & dirigat gressus suos. Septuag. habent. Neq; vir ambulabit, & diriget gressum suum. In Heb. Noui Dñe quòd non hominis (est) via eius, nec viri ambulantis, & præparare gressum suũ. Sant. Pag. nec viri ambulantis (via eius est) nec eius est vt præparet gressum suum. Chald. Paraph. Scio Domine, quia non est homini via eius, nec hominis est, qui ambulat & dirigit gressus suos. optimè noster interpres hebraicam phrasim expressit.

Psal. 32. *Psal. 19.* *Psal. 43.* *Sap. 9. c.* *Pro. 16.* *Psal. 36.*

Corripe

Corripe me Domine verum tamen in Iudicio: & non in furore tuo, ne fortè ad nihilũ redigas me. Theodoretus sic cõiũgit cum superiori clausula. Nũquã Dñe irrupisset Nabuchodonosor cõtra nos, te nõ volente: et si irrupisset, nequaquã prosperè egisset quę decreuerat, nobis opitulante dextera tua. Scio enim quę acciderint Sennacherib. Sed obsecro te, ne ille exigat à nobis pœnas impietatis: verũ tu ipse erudias nos paterna castigatione. D. Hier. ita exponit, quasi dicãt. Meremur quidem omnia, quæ sustinemus; & multò meremur maiora, quàm patimur. Verũ tamen hoc obsecro, vt quasi pater me corripias, nõ quasi aduersarius: vt me emẽdes quasi filiũ, & non punias quasi inimicũ. Castigas enim omnẽ filiũ quem recipis, & per omnẽ dolorem ac flagellũ emẽdas Ierusalem. Hoc ipsum est, quod Dauid in Psal. orat. Dñe ne in furore tuo arguas me, neq; in ira tua corripias me. Quod verò, in Iudicio ait, idẽ est, quod cũ modo, moderatè: ita vt furorẽ cõtineat, & indignationi modũ imponat, Vox Heb. מִשְׁפָּט mispat, Iudicium, & mensurã, & modũ significat. Locus hic declaratur luculenter per alium locũ Iere. 30. nam quod hic Propheta Spiritu Dei orat, & orare populũ docet, ibi se facturũ Deus dicet his verbis. Qm̃ tecum ego sum, ait Dñs, vt saluẽ te: faciam enim consummationẽ in cunctis gentibus, in quibus dispersi te: te autẽ non faciam in consummationẽ: sed castigabo te in iudicio, vt nõ videaris tibi innoxius. Sic ergo quod hìc ait, ne fortè ad nihilũ redigas me, hunc habet sensum, ne me facias in cõsummationem, vt omnino deleas. quod quidẽ adimpleuit Dñs, tam tẽpore deuastationis factę per Chaldęos: relicti enim sunt nõnulli, quo

Heb. 12. b.

Psal. 37.

rum filij postea è captiuitate liberati reuersi sunt in Iudæam, & reædificauerunt Ierusalem, & Templum. Et in vltima etiam deuastatione reliquiæ saluæ factæ sunt. Pro, in furore tuo, in Hebr. est באפך beapca, hoc est, in naso tuo: nam אף aph, nasum significat & iram, & furorē, quòd in ira nasi sufflatio fiat. Vnde אנף anaph, flare naribus, & irasci significat. Quod nos habemus, *ne forte ad nihilū redigas me*. Sep. habent, vt nō paucos nos facias. Chal. Para. Ne fortè minuātur. In Heb. est תמעטני tāhiteni, hoc est, diminuere facias me, à radic מעט mahat. Quod minuitur, paulatim ad nihilū redigitur. Sic ergo interpretari possumus, in nihilū redigas me, vt noster habet interpres. adde, quòd in Hiphil intēditur significatio. Id instanter orare debem', ne Deus in furore nos corripiat, sed iūstitiā cum misericordia temperet. Si iniquitates obseruaueris Domine, Domine quis sustinebit? Sed & nos eodem modo cū proximis agamus: scriptū est enim. In qua mensura mēsi fueritis, remetietur vobis. Corripiet me iustus in misericordia, & increpabit me. Et, Si aliquis in aliquo delicto pręoccupatus fuerit, ait Apostolus, vos qui spirituales estis, huiusmodi corripite in spiritu mãsuetudinis. Homo homini seruat iram, & à Deo quę rit medelā? *Effunde indignationē tuā super gētes quæ nō cognouerūt te, & super prouincias quæ nomē tuū non inuocauerūt. quia comederūt Iacob, & deuorauerūt eū, et cōsumpserunt illū, et decus eius dissipauerunt.* Idem in Ps. 78. quasi dicat. Nō est quòd in populū tuū qui te nouit, effundas indignationē tuā: sed illā potiùs effunde super gentes, quæ te non nouerunt; puni illos absq; vlla misericordia, quemadmodum & ipsi sine vlla misericordia deuastarūt nos

Psal. 50. *Marc. 4.* *Psal. 140* *Gal. 6. a.* *Eccli. 28. a.*

nos. Imprecatio hæc prędictio est eorū, quæ Deus factu-rus erat. Per decus, vrbē celeberrimā, & egregia palatia, & Tēplū intelligit, quibus Iacob decorabatur, & populus ille ornabatur. Sep. pascua eius desolauerunt. Chal. Para. habitacula eorū vastarunt. Vocē Heb. נוהו nauehu, habitaculū eius, & pascuum, & decorē, & pulchritudinē eius interpretari possum⁹. Porrò comedere & deuorare, pro deuastare & perdere sumūtur. Obserua igitur, qua ratione aliter Deus fideles etiā peccatores flagellet, & aliter infideles: illos quidē tanquam pater, vt erudiat, vt corrigat, vt meliores faciat: hos verò tanquam inimicos, vt perdat, & vt ab interioribus tenebris infidelitatis & ignorātię Dei, in quib⁹ hìc versantur, in exteriores tenebras mittat, & in ignē æternū. Semper Deus semen suū, sui nempe cognitionem & fidē, agnoscit, etiā in terra sentibus & spinis plena, cogitās ne penitus pereat qui abiectus est: vt de nulli⁹ fidelis salute, quamdiu hìc viuit, desperare liceat.

A R G V M E N T V M.

Maledictio eorū qui nō obediūt verbo pacti diuini. Iubet Dñs pactū suū sępius populo inculcari. Puniendam idololatriā prędicit, neq; Iudęos exaudiēdos vt nō puniātur: pro quibus Ieremias orare prohibetur. Cōmendatur Dei misericordia, qui suos in periculo deserere non solet. Anathoth ciuitatis afflictio prædicitur ob afflictum Ieremiam.

¶ C A P. XI.

VERBVM quod factū est à Domino ad Ieremiā, dicens. 2 Audite verba pacti huius, & loquimini ad viros Iuda, et ad habitatores Ierusalē, 3 et dices ad eos, Hæc dicit Dñs Deus Israël, Maledictus

*vir qui non audierit verba pacti huius, 4 quod præcepi patribus vestris in die qua eduxi eos de terra Ægypti, de fornace ferrea, dicens, Audite vocem meam, & facite omnia quæ præcipio vobis: & eritis mihi in populum, & ego ero vobis in Deum: 5 Vt suscitem iuramentum quod iuraui patribus vestris daturum me eis, terram fluentem lacte & melle, sicut est dies hæc. Et respondi, & dixi, Amen Domine. 6 Et dixit Dominus ad me, Vociferate omnia verba hæc in ciuitatibus Iuda, & foris Ierusalem, dicens: Audite verba pacti huius, & facite illa: 7 quia contestans contestatus sum patres vestros in die qua eduxi eos de terra Ægypti vsq; ad diem hanc: manè consurgens contestatus sum, & dixi, Audite vocem meam. 8 et non audierunt, nec inclinauerunt aurem suam: sed abierunt vnusquisque in prauitate cordis sui mali: et induxi super eos omnia verba pacti huius, quod præcepi vt facerent, et non fecerunt. 9 Et dixit Dominus ad me, Inuenta est coniuratio in viris Iuda, et in habitatoribus Ierusalem. 10 Reuersi sunt ad iniquitates patrum suorum priores, qui noluerunt audire verba mea. et hi ergo abierunt post Deos alienos, vt seruirent eis: irritum fecerunt domus Israël, et domus Iuda pactum meum quod pepigi cum patribus eorum. 11 Quam obrem hæc dicit Dominus, Ecce ego inducam super eos mala, de quibus exire non poterunt: et clamabunt ad me, et non exaudiam eos. 12 Et ibunt ciuitates Iuda, et habitatores Ierusalem, et clamabunt ad ᵃeos quibus libant, et non saluabunt eos in tempore afflictionis eorum. 13 † Secundùm numerum enim ciuitatū tuarum erant dij tui Iuda: et secundùm numerū viarum * Ierusalem posuisti aras confusionis, aras ad libandum Baalim. 14 † Tu ergo noli orare pro populo hoc, et ne assumas pro eis laudem et orationem: quia non exaudiam in tempore clamoris eorum ad me, in tempore afflictionis eorum. 15 Quid est quòd dilectus meus in domo mea fecit scelera multa? nunquid carnes*

ᵃdeos 4. M S. R. Hier. H. G. C.

† Sup. 2, 26.

* tuarū M S q. R.

† Sup. 7, 16. Inf. 14. 11.

sata te auferent à te malitias tuas in quibus gloriata es? 16 Oliuam vberem, pulchram, fructiferam, speciosam vocauit Dominus nomen tuum: ad vocem loquelæ, grandis exarsit ignis in ea, & combusta sunt fruteta eius. 17 Et Dominus exercituum qui plantauit te, loquutus est super te malum: pro malis domus Israël & domus Iuda, quæ fecerunt sibi ad irritandum me, libantes Baalim. 18 Tu autem Domine demonstrasti mihi & cognoui: tu ostendisti mihi studia eorum. 19 Et ego quasi agnus mansuetus, qui portatur ad victimam: & non cognoui quia cogitauerunt super me consilia, dicentes, Mittamus lignum in panem eius, & eradamus eum de terra viuentium, & nomen eius non memoretur amplius. 20 Tu autem Domine Sabaoth, qui iudicas iuste, † et probas renes & corda, videam vltionem tuam ex eis: tibi enim reuelaui causam meam. 21 Propterea hæc dicit Dominus ad viros Anathoth, qui quærunt animam tuam, & dicunt, Non prophetabis in nomine Domini, & non morieris in manibus nostris. 22 Propterea hæc dicit Dominus exercituum, Ecce ego visitabo super eos: iuuenes morientur in gladio, filij eorum & filiæ eorum morientur in fame. 23 Et reliquiæ non erunt ex eis: inducam enim malum super viros Anathoth, annum visitationis eorum.

o MS. Hier. H. Additũ est autẽ à C. & G.

† Inf. 17, 10. 20, 12

EXPLANATIO.

VERBVM quod factum est à Domino ad Ieremiam, dicens: Audite verba pacti huius, &c. Quo tempore verbum hoc factum sit ad Ieremiam, non explicatur: subintelligendũ ergo est, eodem tempore, quod superiùs notatũ fuit in alijs prophetijs, hanc etiam prophetiam factã fuisse. Exod. 6. cap. meminit Deus fœderis quod pepigerat cum Abraham, Isaac, & Iacob, daturum se filijs

eorũ terram Chanaã, & confirmat eandẽ promissionẽ volens filios Israël ex captiuitate Ægyptiaca liberare. Exod. etiã 24. pepigit Deus fœdus cũ filijs Israël, & filij Israël promiserũt seruare omnia Dei præcepta: qui itidẽ pollicitus est daturum se terram promissam, & quòd illorum Deus esset, cuius sæpe meminit. Maledictum ergò hìc uocat eum, qui non seruat pactum istud, quod hìc instauratur. Sic Deu. 27. Maledictus qui non permanet in sermonibus legis huius, nec eos opere perficit. Huius pacti meminit D. Pau. ad Heb. 9. vocat autem testamentũ, sic enim habent Septuag. etiam hoc loco. quemadmodum enim in testamento continetur voluntas testatoris, cõtinentur & conditiones quibus adeunda est hæreditas; sic in hoc pacto & fœdere Dei promissio continebatur, & id quod populum suum seruare volebat, vt promissionẽ Dei cõsequi posset. Vox Heb. ברית berith, quę pactum, & fœdus significat, à radice ברה barath; quod exciderẽ significat: quòd in fœdere fanciendo cæderentur victimæ, vt constat tum ex prophanis literis, tum ex sacris: vt habes Gen. 15. & Iere. 34. Nonnulli à radice ברר barar, quod declarare significat, quòd fœderibus vtrinq; aperta & rata amicitia inter contrahentes confirmaretur, adhibita publica solennitate. *Audite*. Ad prophetas loquitur, vel ad omnẽ populũ: deinde ad Ieremiam, cum ait, *et dices ad eos*. vt enim iam animaduertimus, frequens est personarum mutatio in Prophetis: vt cùm ad populum loquatur, eadem sermonis serie sermonem ad Prophetam transferat, & contrà. *Maledictus vir qui non audierit verba pacti huius*. hoc est, qui nõ seruauerit cõditiones pacti huius: vt scilicet audiat vo-

Deu. 26. et 27.

cem

cem Dei, & faciat omnia quæ præcepit; vt sit Dei populus, & habeat Dominum Deum, possideatq; terrã lacte & melle fluentẽ. Nõ ergo Generis priuilegia, nõ circuncisionis signaculũ, non sabbathi ociũ, sed obedientia mandatorũ Dei verũ Dei populũ, & Abrahæ filium, in cuius semine omnes gentes benedicuntur, efficit. Facite fructus dignos pœnitẽtiæ, dicebat Christi præcursor, & nolite dicere, patrẽ habemus Abraham. Vide autem differentiam Noui, et Veteris testamenti: ibi tamquam ad seruos loquens, Maledictus, inquit, vir qui non audierit &c. hic tãquam ad filios sermonem habens, Vos, inquit, amici mei estis, si feceritis quæ ego præcipio vobis. Et dedit eis potestatẽ filios Dei fieri, his qui credũt in nomine eius. Et estote perfecti, sicut & pater vester celestis perfectus est. Nõ enim accepimus spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepimus spiritum filiorũ Dei: in quo clamamus Abba pater. *In die.* hoc est eo tempore. Fornacẽ ferream vocat Ægyptiacam captiuitatem: quòd probati ibi fuerint probatione durissima, & grauissimam & durissimam seruitutem sustinuerint. *Audite vocem meam.* Ecce pactum & fœdus. Suscitare iuramentum est, promissionem præstare, quã iureiurando cõfirmauerat. Vox Heb. à radice קום cum, quod suscitare, firmare, statuere, & confirmare significat. Dederat quidem terram, quemadmodum promiserat: quod significat, cùm ait, *Sicut est dies hæc.* hoc est, quemadmodum præsens dies demonstrat: possidetis enim terram promissam: vt manifestum sit Deum opere cõpleuisse q promisit. sed suscitare dicitur & confirmare promissionem, dum eos in terræ possessione cõseruat: quod

Gen.22.d
Luc.3.b.
Ioã.15.b.
Ioan.1.
Mat.5.g.
Rom.8.c

ea conditione facturum promiserat, si ipsi legem datam seruassent; aliás eijciendos è terra illa comminatus fuerat. Vide autem quantùm nouum testamentũ veteri pręstet. ibi promittitur terra; hìc regnum cælorũ. Vnde Apost. de Nouo testamento. In melioribus, inquit, repromissionibus sancitũ est. de quo plura infra cap. 31. huius libri. *Et respondi, & dixi, Amen Domine.* Hoc est, ita fiat vt dicis, vt maledictus sit vir qui nõ audierit. &c. Vel, verè Domine, implesti quod pollicitus es. siuè, fiat Domine: hoc est, semper maneat quod dedisti. Vox Heb. אָמֵן amẽ, à radice אָמַן aman, quod credere, fidere, dictis vel promissis acquiescere, certũ esse de re aliqua. Amẽ autẽ, idẽ est quod verè, aut veritas, particula est ad confirmandum aliquid, vel qua docemus assentiri, & approbare quod dicitur. quasi dicat, fiat, ratum sit: vt sit dictũ per modũ precis, quasi dicat, vtinã fiat, & ita sit. vel p modum acceptationis, quasi dicat, volo vt ita sit, vel fiat, vel verè ita est, vel ita fiet. *Et dixit Dominus ad me. Vocifera omnia verba hæc in ciuitatibus Iuda & foris Ierusalem. etc.* Iterũ atq; iterũ eos hortatur ad seruãdas cõditiones pacti, quod sæpe p Moysen, Iosue, & p prophetas inculcasse ait; cùm interim ipse in nullo deesset, quin promissionẽ factã adimpleret, quamuis populus conditiones pacti non seruaret. *foris Ierusalẽ.* Chal. Para. in vicis Ierusalem. Vox Heb. חוּץ chus, plateam significat, & locũ exteriorem extra domũ vel ciuitatẽ: vt foris, vel foras, vel extra, reddere possim⁹. D. Hier. extra Ierusalẽ in agro exponit: vt quorũ, inquit, cõmune discrimen est, eadem sit pœnitudo. *cõtestãs cõtestatus sum.* hoc est, adhibitis testibus iterum atq; iterũ admonui. Vide Iosue. 23. Verbũ Heb. à

Heb. 8. b

radice

radice יעד iahad, quod cõtestari addita promissione, iureiurãdo, vel signo vt in spõsalibus fit, quũ fides certò promissa attestationibus rata fit, vel testibus adhibitis denũciare significat. *mane cõsurgens.* tẽpestiuè. Studium Dei significat, & qua ratione nihil prętermiserit ex his quę necessaria erãt, vt populũ officij sui admoneret per ministros suos. Vid. 2. Paral. 36. Abire in prauitate cordis sui mali est, praua sua desideria sequi, vt sępe diximus. *Et induxi super eos omnia verba pacti huius.* Chal. Para. Et adduxi super eos vltionẽ, eo quòd non suscepissent verba pacti huius, quod pręcepi vt facerent, & non fecerũt. Maledictiones igitur intelligit in pacto positas cõtra eos, qui non seruarent conditiones pacti. Vid. Iud. 2. cap. & 3.

Et dixit Dominus ad me. Inuenta est coniuratio in viris Iuda, & in habitatoribus Ierusalem. &c. Conqueritur Deus de defectione Iudæorũ, qui quasi coniuratione facta, pari mente, vnoq; studio à Deo recesserãt. Videtur alludere ad tẽpora pij Iosiæ, sub quo viguit aliquantulùm Dei cultus: sed eo mortuo, succedẽte Ioachim impio rege, redierũt Iudęi ad idolorũ cultũ. *Inuẽta est coniuratio.* Chal. Para. rebellio. Vox Heb. קשר cheser, cõspirationẽ, & cõiurationẽ significat. Vtit hoc verbo scriptura, quãdo non subitò fortuitóq;, sed paratis insidijs, & cõiuratione tenditur ad delictũ. Meminit autẽ hìc etiã de defectione Israel, hoc est, decẽ tribuũ: vt quorũ commune fuerat peccatũ, cõmunẽ etiã futurã pœnam insinuet. Quãtopere autẽ viguerit idololatria in Iuda videre est 4. reg. 21. & 2. Paral 33. Reprehenduntur autem, quòd in afflictione constituti ad falsos deos cõfugiant, vt auxiliũ ab illis quęrãt, etiã nõ exau-

dientẽ

diente Deo: vt doceat, instandum potius esse, apud diuinam clementiam, neq; cessandum ab oratione, etiam si Deus non exaudiat. perseuerantia enim in oratione multùm potest, si tamen vitam in melius cõmutare studeamus. Nam peccata nostra diuidunt inter nos, & Deum nostrum: & auertunt faciem eius à nobis, ne exaudiat. Citò autẽ iratus Deus flectitur, & mutat sententiam, si et hi quibus iratus fuerit, commutẽtur. Metuẽtes Dominum sustinete misericordiã eius; & nõ deflectatis ab illo, ne cadatis, ait Ecclesiasticus; Qui timetis Dominum, sperate in illum: & in oblectatione ẽ veniet vobis misericordia. Respicite filij nationes hominũ, & scitote quia nullus sperauit in Domino, & confusus est. Quis enim permansit in mandatis eius, & derelictus est? aut quis inuocauit eum, & despexit illum? væ his qui perdiderunt sustinentiam, & qui dereliquerunt vias rectas, & diuerterũt in vias prauas. *Aras confusionis*. Ita vocat aras ad libandum Baalim: quòd idolorum cultus in confusionem & ignominiã illius populi, & in Dei contemptum cederet. Sic etiã omnis iniquitas. Cõfundẽtur ab idòlis quibus sacrificauerũt, ait Isaias Propheta, & erubescetis sup hortis quos elegeratis, vt scilicet in illis idòla coleretis, cùm fueritis velut quercus defluẽtibus folijs, & velut hortus absq; aqua. hoc est, cùm omni honore spoliabimini. Et erit fortitudo vestra vt fauilla stupę, & opus vestrũ quasi scintilla: & succẽdet vtrũq; simul, & nõ erit qui extinguat. quasi dicat, ꝙ vobis adiumẽto futurũ esse existimabatis, in vestram perniciem cõuertetur. *Tu ergò noli orare pro populo hoc, & ne assumas pro eis laudẽ & orationem, quia non exaudiam in tempore clamoris eorum*

Isa. 59. a.

Eccles. 2.

Isa. 1. f.

ad me, in tempore afflictionis eorum. Idem cap. 7. Ex his, inquit D. Hiero. discimus frustra aliquem rogare pro alio, cùm ille non mereatur accipere, pro quo rogatur Deus. Vbi obserua non dicere, non exaudiam te; sed nõ exaudiam, cùm ad me clamauerint in tẽpore afflictionis eorum. quasi dicat, ideò orationes tuas nõ suscipiã, quia tu ex illorũ persona ad me oras, qui propter scelera non merentur exaudiri. Deffert Deus seruis suis, & honorat illos qui eius tuẽtur honorem: vt non audeat dicere, Non exaudiam te cũ oraueris pro populo hoc: sed potiùs illud dicat, Ne ores pro populo hoc, ne tuis coactus orationibus ignoscam illi. Sic supra cap. 7. Ne obsistas mihi.

Quid est quòd dilectus meus in domo mea fecit scelera multa? Nũquid carnes sanctæ auferent à te malitias tuas, in quibus gloriata es? Conqueritur Deus de idololatria etiam in tẽplo suo perpetrata. Habes 4. reg. 21. Manassen in Tẽplo Dei idola posuisse. Dilectum vocat, propter beneficia populo illi exhibita, quibus suam erga populum illum dilectionem Deus ostẽderat. Septuag. Quid dilecta mea in domo mea fecit abominationem? Dilectam vocat, sicut sponsam. Chal. Paraph. Quid est populo huic, qui erat dilectus coram me? dereliquerunt cultum sanctuarij mei, inierunt consilium ad peccandum multum. quasi dicat, Quid illi venit in mẽtẽ, q̃ dereliquerit cultum meum, & coluerit idola. Iuxta Heb. Quid dilecto meo in domo mea faciẽdo ipsam scelestas cogitationes multas. Idẽ est sensus cum nostra interpretatione. quasi dicat, quid venit in mẽtem dilecto meo, vt faciat ipsa, hoc est, plebs mea, in domo mea scelera multa, quę cogitauit. Sãtes Pag. Quid

est

est dilecto meo vltra in domo mea, cùm fecerit abominationes multas? quasi dicat. Nihil iã populo meo cum domo mea, quidoquidem tot fecit abominationes: neq; enim spelunca est latronũ, vt in illa protegere se debeãt tã facinorosi homines. Quidã, p dilectũ, Deũ intelligũt, eo sensu, vt conqueratur Propheta de idololatria suorũ populariũ, & dicat. Quid causæ est, cur diutiùs habitet Dñs, quẽ vnicè diligo in tẽplo Ierosolymorum, quum ipsa, congregatio nempe, scelus illud nefandum faciat cum multis dijs. Est enim הַמְזִמָּתָה hamzemathah, pro quo nos scelera habem⁹, singulare fœmininũ, significat autem propriè præmeditatum scelus, & audax facinus, machinationẽ, abominationem. הָרַבִּים harabim, verò, pro quo nos multa, habemus, plurale est masculinum. ideò interpretantur, abominationem aut scelus cum multis. Sed & interpretari possumus, scelus multis, nẽpe modis. hoc est, scelera multa, vt habet nostra litera. *Nũquid carnes sanctæ.* Docet nõ sufficere sacrificia animalium ad auferenda peccata, in quibus perseuerabant, imò & gloriabantur. Chald. Paraph. Commiscent carnem abominationum cum carne sanctificata, migrabunt à te; propter malitiam tuam tunc eras fortis. Carnem abominationum, vocat carnes animalium quæ idôlis immolabãtur. In Heb. Et caro sanctuarij, vel sanctitatis, transibunt desuper te, quia malitia tua, tunc exultasti. Reddidit sententiam noster interpres: nam carnẽ sanctuarij, vel sanctitatis (quod idem est, quod carnes sanctas) transire desuper populum, est non illi prodesse, non manere in populo fructum sacrificiorum, vt illis auferãtur peccata. *Quia malitia tua tũc exultasti.* hoc est,

 gloriata

gloriata es in malitia tua. tantũ abest vt pœnitẽtiã egeris, vt potiùs glorieris & exultes in malitia tua. Lætantur cùm malè fecerint, & exultant in rebus pessimis. Santes Pag. legit. Et homines sanctuarij transibunt à te, quia in malitia tua tũc exultasti: hoc est, captiui ducentur sacerdotes propter malitiam in qua exultasti. Alij ex Heb. Et caro sanctuarij trãsierit fieri à te, exultesq; in malè faciẽdo. hoc est, quum cessaueris, vel negligas sacrificia offerrè Deo, & dijs tantùm immoles. Alij per carnẽ sanctitatis, homines sanctos & pios intelligunt; Vox enim Heb. בשר basar, quæ carnem significat, interdũ etiam pro homine capitur: vt sit sensus. Nullus in te est vir sanctus & pius, vt cap. 5. dictũ est. Quæ verò hìc dicuntur, in religiosos viros qui in claustro delinquunt, quibus cætera externa religionis exercitia nihil profutura sunt, quamdiu in malitia sua perseuerauerint, optimè quadrant: sed & in Ecclesiasticos viros, & in fideles omnes qui in domo Dei, quæ est Ecclesia, flagitia perpetrãt. Vt scias, inquit D. Paulus, quo modo oporteat te conuersari in domo Dei, quæ est Ecclesia Dei viui, colũna & firmamentũ veritatis. non enim hominum ope domus hæc constructa est, sed Dei viuentis, cuius & domicilium est: tremendi nempe illius moderatoris, non demortuij & imbecilli, quales sunt gentium Dij. Sed neq; figuras, & vmbras complectitur, sicut Iudæorum tẽplũ: sed veritatis est firmamentum, & robur: cuncta enim quæ hìc peragũtur, certissima sunt, & stabilia: neq; aliquid est fucatum, vel quod vmbram præseferat. Pro tintinabulis, clarissimum habet de Christo præconiũ: & pro punicis malis, vitam cõtractiorem, & castigatã,

Pro. 2. c.

1. Tim. 3.

& fru

& fructum interius asseruantē. Huic præterea & Pontifex præsidet maximus, Dei filius. Cuius diuinum corpus summum est sacrificium. Domū tuam decet sanctitudo, ait propheta. Et Christus flagello à domo sua eijciens, qui eam prophanabant, Domus, inquit, mea domus orationis vocabitur, vos autem fecistis spelūcam latronū.

Psal. 92. Mat. 21. b. Mar. 11. b. Luc. 19. a. Ioā. 2. c.

Oliuam vberem, pulchram, fructiferam, speciosam vocauit Dominus nomen tuum. etc. Sermo est ad Ierusalē, vel ad vniuersum populum Iudęorum, quasi dicat. Cùm olim seruiebas Deo, fælix eras, similis oliuæ semper virenti, & fructiferę: post hac eris infælicissima propter idololatriam, ob quam excitabitur cōtra te clamor militū Chaldęorū, qui vrbem tuā incendio perdent. Quā priùs dilectā vocauerat, nunc oliuæ speciosæ comparat: si fortè posita ante oculos pulchritudine quam à Deo acceperat, perditionē suam sentiat. Sed homo cùm in honore esset, non intellexit. Sic supra. Ego plātaui te vineam electam, omne semen verum. Septua. oliuam vmbrosam, pulchrā specie vocauit Dominus nomē tuum. Chal. Para. Sicut arbor olea pulchra forma, & speciosa aspectu, cuius rami obumbrāt in arbore, sic magnificauit Dominus nomen tuum in populis. Pro oliua vberi, in Heb. est רענן rahanan, quæ vox viridem, & vberem etiam significat: præsertim si reducatur ad radicem רעה rahah, quod pascere significat: quasi dicas, oliuā pascentem, fructu nempe suo, hoc est, vberem. Vel per vberem, fœcundam in ramis & folijs, hoc est, virentem & vmbrosam, vt habent. Sep. Fructus verò abundātiam significat, cùm ait, fructiferam. Sic pulchram, ad arborem: speciosam, ad fructus

Psal. 48. Sup. ca. 2

refer

referre possumus. Pro fructifera, in Heb. est פרי peri, quæ vox fructum significat, oliua autem fructus, phrasi Hebraica, dicitur oliua fructifera. Sic pro speciosa, est vox תאר toar, quæ formā & speciem significat; vt dicamus, oliuā formę, vel speciei, hoc est, speciosam. *Vocauit dominus nomen tuum.* pro, uocauerat, exponere possumus. Hoc est, effecit vt talis esses, & talis vocari posses. Ipse dixit & facta sunt. Dicere Dei, est facere. *Ad vocem loquelæ, grandis exarsit ignis in ea, & combusta sunt fruteta eius.* hoc est, Quum leuauerint contra te Chaldæi vocem suam, & clamorē, rugiētes veluti leones. Vnde supra. Cap. 2. Super eum rugierunt leones, & dederūt vocem suam. Vel vocem Dei imperantis possumus intelligere, sicut videntur intellexisse Septuag. sic enim habent. In voce circuncisionis, vel putationis eius. incensus est ignis in eam: inutiles facti sunt rami eius. hoc est, præcipiente Domino vt præscindantur rami tui, incensus est ignis, furoris nempe Chaldæorū, qui te deuastarunt. De qua voce in Psal. Vox Domini in virtute, vox Domini in magnificentia. Vox Domini confringentis cedros, & confringet Domin⁹ cedros libani. Vnde statim habes, Dominus qui plantauit te, locutus est super te malū. vt explicatio sit eius quod antea dixerat, Ad vocem loquelæ. Pro loquela, in Hebr. est המולה hamulah. potest autē esse à radice מלל malal, vel המל hamal, ꝙ loqui significat. & à radice מול mul, quod excidere, & præcidere, & circuncidere significat. Septuag. ad מול mul, reduxerunt transferentes, in vocem circuncisionis vel putationis eius. Diuus Hieronymus in Commenta. per vocem grandem, elationem per superbiam intelligit.

Psal. 148

Psal. 28.

Exalta

Exaltata,inquit, per ſuperbiam nequaquam egit hu militer,nec intellexit creatorem & dominatorē ſuū; ſed elata per ſuperbiam, & locuta granditer, Dñi igne ſuccenſa eſt. In hūc ſenſum interpretatus eſt Chaldæus Paraphraſtes dicens, Et nunc cùm trāsgreſſa es legem. Hoc eſt efferri per ſuperbiā, nolle legi Dei ſubijci, & obtemperare. Initiū omnis peccati ſuperbia eſt. *Exarſit ignis in ea.* In Heb. accēdit ignem ſuper eam. idem eſt ſenſus. Oſtendit autem Deum auctorē fuiſſe deuaſtationis factæ per Chaldæos, quam igni comparat. Exercitus populorū, qui fortes ſunt ſicut ignis, venient contra te, interpretatur Chald. Paraph. *Et cōbuſta ſunt fruteta eius.* hoc eſt, omnis populus aduerſariorum gladio deletus eſt. Septuag. inutiles facti ſunt rami eius. rami præciſi inutiles fiūt. Pro cōbuſta ſunt, in Heb. eſt רעו rahu, quod confregerunt, depaſti ſunt, ſignificat: ſed quia præceſſerat, exarſit ignis in ea, noſter interpres eandem ſeruans metaphoram ignis, cōbuſta ſunt, tranſtulit: depaſci enim ignem, eſt comburere. Pro frutета eius, in Hebr. eſt דליותו daliiothau, hoc eſt, ramos eius. Cūq; poſſit Deus facere quę vult, neq; poſſit aliquis ei dicere, cur ita facis? reddit cauſam, quare permiſerit Ieruſalem vaſtari, nempe propter idololatriam. Meminit autem domus Iſraël, & domus Iuda, vt rationem reddat eorum quę facta erant cum decem tribubus, & quæ facere cogitabat duabus reliquis tribubus: eiſdem enim ſceleribus omnes ſe contaminauerant. *qui plantauit te.* In Heb. plantans te, nam & plantauerat, & plātabat adhuc. Ipſe fecit nos, & ipſe conſeruat, vt ſine ipſo eſſe nō poſſumus: in ipſo enim viuimus, mouemur, & ſumus. Iam verò in eo

Eccli. 10.

quod

quod ait, qui plantauit, vel plantat; ad amorẽ & obedientiã cõditoris sui Ierusalẽ prouocat: & simul ostẽdit, qua ratione cõpulsus eorũ scelerib' cogatur deuastare oliuam, & vineam quam ipse plantauerat: cùm alioquin diligat omnia quæ sunt, & nihil eorum quæ fecit, odio prosequatur. quis enim plãtat vineam, aut oliuam, & nõ velit eam prosperè habere? Vndè propter mala, ait, quæ fecerunt sibi. hoc est, in suã pniciẽ. *Tu autẽ Domine demonstrasti mihi, et cognoui: tu ostẽdisti mihi studia eorũ. etc.* Ostendit Propheta reuelatas sibi fuisse à Deo insidias sibi paratas à popularibus suis, & præcipuè à viris Anathoth, qui cogitabãt eum veneno perimere. *Tu autẽ demõstrasti mihi.* In Heb. Et Dñs scire fecit me, vel indicauit mihi, & cognoui. Idẽ est sensus. Quia tamẽ in sequẽtibus transit à tertia ad secũdam personã, noster interpres omnia per secũdã personã trãstulit. *studia eorũ.* vel conatus, & opera eorũ: quibus scilicet volebãt me interficere, quod ego, inquit, mini mè cogitabã, quemadmodũ agnus qui ad iugulãdum ducitur, qui ignorat quò eat. Vel priorẽ clausulam de munere & officio prophetę possum' intelligere, quasi dicat. Cùm tu ostẽderes mihi quid loqui deberẽ, & manifestares mihi cogitationes & studia eorum pessima, de quibus ego eos reprehẽdebã, cõuersabar inter illos, quemadmodũ agnus mansuetus, nihil mali cogitans, ignorans prorsus quid illi contra me cogitarent. Pro eo quod nos habemus, *mansuetus*, in Heb. est אלוף aluph, hoc est, bos. & vt ait Rab. Dau. repetẽdum est, sicut; vt dicamus, sicut bos. Sep. Ego quasi agnus innocens. Chal. Para. Et ego sicut agn' electus. Sed & vox Hebraica assuefactũ significat, & mãsuetum: animalia

Sap. 10. d

T enim

enim assuefacta sunt animalia domita, & mansueta. Eadem etiam vox principem, ducem, dominum, & maiorem, & ductorem quem alij sequūtur, significat. Vnde Chal. Para. Electum, interpretatus est. Septuag. sensum potiùs attendentes quàm verba, innocētem, transtulerunt. nam, vt ait D. Hiero. omnium Ecclesiarum iste est consensus, vt sub persona Ieremiæ à Christo hęc dici intelligāt, quanq̄ agnus māsuetus, agnus innocens dici potest. Quod verò ait, *Tu autem Domine demonstrasti mihi. etc.* Sic de Christo interpretatur D. Hiero. Quòd ei Pater monstrauerit, quomodo eum oporteat loqui, & ostēderit illi studia Iudęorū: & ipse quasi agnus ductus ad victimā non aperuerit os suū, & non cognouerit, subaudi peccatū: iuxta illud quod ab Apostolo dicitur. Eum qui non nouerat peccatū, pro nobis peccatū fecit. hoc est, seipsum hostiam pro peccato obtulit, vt nos efficeremur iustitia Dei in ipso. Possumus etiā aliter interpretari, vt dicat nō cognouisse consilia Iudęorum, quòd ea ratione se habuerit, ac si non cognouisset, nō declinans eorū insidias, cùm potuisset. Theodoretus ex verbis illis, *Tu autem Domine demonstrasti mihi. &c.* colligit Prophetam non ea tantùm referre, quæ aduersus illum acta sunt: ad perspiciendum enim ea quæ tunc fiebant, & in eum admittebantur, nulla opus erat reuelatione. quod verò ait, non cognoui, quadrat (ait) prophetę tristia non speranti. Cùm enim audisset, *Dedi te hodie in ciuitatem munitam. &c.* arbitratus est se nequaquam molestiam passurū. atqui sermo diuinus nō hoc pollicebatur, sed, vinces aduersa. De Christo autē hunc habet sensum. Quòd se habuerit in passione sua, quasi agn⁹

2. *Cor.* 5. d.

Sup. ca. 1.

qui du-

qui ducitur ad victimam, ignorans quid passurus sit. In huiusmodi etiã prophetijs, in quibus aliquid dicitur ð Propheta, & in illi' persona de Christo, aliqua sunt quę Prophetę tãtùm côueniũt, neq; oportet omnia Christo accõmodare. Iã verò significationes oẽs vocis Hebręæ אלוף aluph, optimè Christo quadrãt. Ipse enim verus est agnus ð quo D. Ioãn. Ecce agnus Dei, ecce q tollit peccata mũdi. Mãsuet', qui cũ malediceretur, nõ cõminabatur. de quo Isaias. Quasi agnus coram tondente se obmutescet, & nõ aperiet os suũ. Innocẽs, qui peccatũ nõ fecit, neq; dolus inuẽtus est in ore eius. Talis enim decebat, vt nobis esset pontifex, sanct', innocẽs, impollutus, segregatus à peccatorib', & excelsior cælo factus, qui nõ habet necessitatẽ quotidie (quemadmodũ sacerdotes) priùs pro suis delictis hostias offerre, deinde pro populi. ipse bos, qui iugũ Crucis portauit, q ait, Tollite iugũ meũ super vos, & discite à me. Et in eadẽ Cruce pro nobis oblatus est hostia & sacrificiũ pro peccatis. Ipse agnus assuefact': didicit enim ex his quę passus est, obediẽtiã. Ipse agnus electus, de quo spõsa. Electus ex millib'. Et in Isaia, Ecce puer meus quẽ elegi. Ipse princeps & ductor noster: qui vt bonus Pastor proprias oues vocat nominatim, & ante eas vadit, & oues eũ sequunt. Et qui sequitur me, ait, non ambulat in tenebris, sed habebit lumẽ vitę. Et in Apocalypsi. Hi sequuntur agnũ quocũq; ierit. Et quidẽ agnus hic agnos vult esse suos, ad quos dicebat. Ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos. Pudeat seruũ seuire, sub Dño miti. Discite, inquit, à me, quia mitis sum. Et, Beati mites, qm ipsi possidebũt terrã. *Mittamus lignum in panẽ eius.* Chal Para.

Ioan.1.d. *1.Pet 2.* *Isa.53.b.* *1.Pet.2.* *Heb 7.d.* *Mat.11.d* *Cant.5 c.* *Isa.42.a* *Ioan.11.c* *Ioan.8.b.* *Apoc.14* *Luc.10.c* *Mat 11.d* *Mat 5 a.*

Mittamus venenũ mortiferum in cibo eius. panis pro omni cibo. Sed et vox Heb. לחם lechẽ, & cibũ, & escã, & quidquid dẽtibus scindit, significat; à radice לחם lachã, ꝙ edere, vesci, comedere significat. In Hebr. ad literã habẽt. Corrũpamus lignum in pane eius. pro, in ligno panem vel cibum eius; vt sit transpositio præpositionis. Sic Iud. 1. vbi nos legimus, Tradẽtes cũctã incendio ciuitatem, in Heb. est, iniecerũt in ignem ciuitatem: pro, ignem in ciuitatem. Hyppallege. sic hic noster interpres apertiùs dixit, mittamus lignũ in panẽ eius. Intelligunt autẽ nonnulli per lignũ, lignum lethale, vt taxũ, aut aliã arborẽ cui⁹ lignũ sit mortiferũ: vt dicant, ligno minutatim conciso venenatum & lethalẽ reddam⁹ cibũ eius. Rab. Dau. corrũpamus lignũ in cibos eius, fructum eius. hoc est, perdamus arborẽ cum fructu suo, quasi dicãt, occidamus Prophetã, vt cum ipso pereat prophetia eius, ne nobis tristia & infęlicia, & ingrata prophetet. Vox Heb. עץ hes, lignũ, & arborẽ significat. D. Hie. Mittam⁹ lignũ in panẽ ei⁹. *Ioan. 6. e.* Crucẽ videlicet in corp⁹ Saluatoris. ipse enim est, qui ait. Ego sum panis, qui de cælo descẽdi. &, Caro mea verè est cibus. Vel aliter. Corrumpam⁹ ligno, hoc est, morte ignominiosa crucis, panẽ ei⁹, doctrinã nempe ei⁹, quasi dicat. Nemo iã credet verbis ei⁹, ex quo viderit eum morte turpissima dãnatum. *Sap. 2.* Sic in Sapientia. Morte turpissima condemnemus eum, erit enim ei respect⁹ ex sermonibus illius: hoc est, ex eo erit respect⁹ sermonibus illius: vt sit Hyppallage, & trãspositio prępositionis, quasi dicat. ratio habebitur sermonũ ipsius, iuxta eum. contẽnentur illius sermones, cùm ipsum ita cõtumeliose viderint tractari. Vnde subdit.

Hæc cogitauerunt, & errauerũt: excęcauit enim illos malitia eorum. Et nescierunt Sacramẽta Dei. De quo sacramento & mysterio ineffabili D. Paulus. Loquimur, ait, sapientiam inter perfectos: sapientiam verò non huius seculi; neq; principum huius seculi qui destruuntur: sed loquimur Dei sapientiam in mysterio, quæ abscondita est, quam prædestinauit Deus ante secula in gloriam nostram, quam nemo principum huius seculi cognouit. Si enim cognouissent, nunquam Dominum gloriæ crucifixissent. Et, Prędicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalum, Gentibus autem stultitiam, ipsis autem vocatis Iudæis, atque Græcis, Christum Dei virtutem, & sapientiam. Et placuit Deo per stultitiam prædicationis saluos facere credẽtes: et verbum crucis pereuntibus quidem stultitia est: nobis autem qui salui facti sumus, virtus Dei est. *Et eradamus eum de terra viuentium, & nomen eius non memoretur ampliùs.* Vt pudeat nempe suos, vel ipsum nominare. Maledictus enim erat & execrabilis omnis qui pendebat in ligno. Sed Christus factus est pro nobis maledictũ, vt nos benedictionibus cumularet. Sed & Deus exaltauit illum, & dedit illi nomen super omne nomen: vt in nomine eius benedicãtur omnes gentes. Neq; enim est aliud nomen sub cęlo datũ hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri. Chal. Paraph. Disperdamus eum de terra Israël. Septua. Conteramus eum de terra viuentium. Vox Heb. à radice כרת carath, quod succidere, & excidere significat. Excidamus eum de terra viuentium: sumpta metaphora ab arboribus, quę succidũtur. Noster interpres optimè sensum reddidit, Eradamus eum de terra viuẽtiũ.

1. Cor. 2. *1. Cor. 1.* *Deut. 21. d.* *Philip. 2. b.* *Act. 4. b.*

perdamus eum, vitam ei auferamus, ne ampliùs inter viuentes in terra connumeretur. *Tu autem Domine Sabaoth qui iudicas iustè, & probas renes & corda, videam vltionem tuam ex eis.* Ad te, inquit, confugio in tanta hostium meorum iniquitate, qui iudex iustus es, neque quidquam latere te potest, cui etiã cogitationes cordium sunt manifestæ. Expẽdis autem omnia summa ęquitate, vt reddas vnicuiq; iuxta opera sua, & cogitationes suas: fac ergo me videre vindictã, quã d illis sumas. Vel, cùm tu, ait Propheta, meam cognoueris innocentiam, qui corda, hoc est, cogitationes, & renes, hoc est, desideria exploras: videas etiam illorum iniquitatem, iustusq; Iudex sis, sume de illis pœnas. Id non appetitu vindictæ, sed zelo iustitiæ loquitur: præsertim cũ Dei causa ageretur, impedireq́; vellent prophetiam. Vel, tãquam propheta id quod futurũ erat, prædicit: vt dignas de illis Deus sumeret pœnas, quod & suis oculis vidit Ieremias. D. Hieronymus. Iuxta assumpti corporis sacramentum loquitur filius ad patrem: & imprecatur iudicium eius, dum laudat iustitiã, & inspectorem renũ & cordis inuocat Deum: vt ipse reddat populo quod meretur, & dicit, Videam vltionem tuam ex eis: eorum videlicet, qui in scelere perseuerant, & non eorũ qui vertuntur ad pœnitẽtiã: de his enim ait in cruce. Pater ignosce illis: non enim sciũt quid faciũt. Vox Heb. בחן bochen, probans, probare, examinare, & explorare significat. Renes autem & cor, pro affectibus & cogitationibus, & intimis quibusq; hominis sumuntur. Vox Heb. quæ renes significat, est à radice כלה calah, quod cõsũmare, finire, perficere, & desiderare significat. inde renes dicũtur, q̃ in illis

Luc.23.

in illis sit desiderium coitus: & pro omni desiderio sumuntur. vel quòd in illis collocetur vis consultãdi, & consũmmandi consilium. Ex corde autem dixit Christus prodire cogitationes prauas, homicidia, adulteria. &c. Chald. Para. Et Dominus exercituũ iudex veritatis, in cuius cõspectu manifesta sunt renes & cor. *Tibi enim reuelaui causam meam.* Septuag. significationẽ meam. Chald. Para. quia corã te dixi iniuriam meam. Vox Heb. ריב rib, litem, causam, iudicium, contentionem, & omnẽ plagã significat. Reuela Dño viã tuã, & spera in eo: & ipse faciet. Et educet quasi lumen iustitiam tuam, & iudicium tuum tanquã meridiẽ; ait Propheta. Mihi vindictã, ait Dñs, & ego retribuã. Eximiæ iustitiæ indiciũ est, reuelare Deo causam suã, omnia illi cõmittere. Sũt qui hominib⁹ causam suã reuelant: id tantũ moliũtur, vt illorũ causa iusta appareat hominibus: nihil interim curantes, quid de illis Deus iudicet. Sunt & qui nemini reuelant, eo tantùm contenti, quòd suo iudicio iusti sint, superbi, elati, se ipsos amantes, & sibi placentes in cõfusionẽ ipsorũ. Vtrũq; fugiendũ docet Apostolus, dicens. Mihi autẽ pro minimo est vt à vobis iudicer, aut ab humano die. Sed neq; me ipsum iudico. qui autem iudicat me, Dñs est. D. Hier. de Christo hac ratione verba hæc interpretatur. Reuelat patri, & aperit causam suam: quia nullo suo merito, sed scelere populi crucifixus est, dicẽs: Ecce venit princeps mundi huius, & in me non habet quidquã. *Propterea hæc dicit Dominus ad viros Anathoth, qui quærũt animam tuam. etc.* Suscipit Dominus supplicationem Prophetæ prophetico spiritu faciẽtis quod dixit. Videam vltionem tuam ex eis: & punitionem mi

Mat. 15. b.
Psal. 36.
Deut. 32.
Rõ. 12. d.
1. cor. 14.
4.
Ioã. 14. d.

 natur,

natur, & quosdam in bello interficinedos dicit, alios fame perituros. Sermo autem est ad viros Anathoth, quòd illi inprimis Ieremiam conciuem suum afflixerint. *Hæc dicit Dominus*. Hoc est, Ego Dominus hæc dico: Deus enim loquitur. Ponitur tertia persona pro prima: quod in prophetis præsertim frequenter fit. *qui quærunt animam tuam*. Chald. Paraph. Qui quę runt occidere te. Phrasis Hebraica, quærere animam alicuius, pro eo quod est, insidiari vitæ illius. Vox Heb. נפש nephes, quæ animam significat, pro vita etiam sumitur. *Non prophetabis in nomine Domini*. Ne vaticineris. hoc est, Ne prædicas nobis captiuitatem, tanquam à Deo missus ad nos hæc nobis nunciaturus: & nō morieris per manus nostras, non te interficiemus. Superiùs dixit, Et prophetæ prophetauerunt in Baal. adeò igitur creuerat idololatria, vt Deū veluti exosum haberent, vt non possent ęquo animo audire prophetas in nomine Domini prophetantes. Sic in Isai. Cesset à facie nostra Sanctus Israël. *Visitabo super eos*. Vox Heb. פקד pacad, quę visitare significat, in bonam & malam partem sumi solet. quando in bonā, accusatiuum habet: vt in Psal. Visita nos in salutari tuo. quādo in malam, construitur cum על hal, quod est super, vt hìc: idē est autem, quod in aliquem animaduertere, pœnas ab aliquo deposcere, recordari delicti alicuius vt puniatur. *annum visitationis eorum*. Tēpus visitationis. Nouit Dominus quamdiu expectare debeat, præfixit vnicuiq; terminum suum, sibi tantùm notum & manifestum. Nescitis diem neq; horam. Estote ergo parati, quia qua hora non putatis filius hominis veniet.

Sup. ca. 2.

Isa. 30. c.

Psal. 105.

Mat. 25. a

Luc. 21. e

ARGV

ARGVMENTVM.

Propheta impiorum prosperitatem admiratur: tametsi Deum iustum fateatur. Prędicit Deus Ieremię, grauem afflictionem euenturam illi Ierosolymis. Relinquitur populus Iudęorum à Deo. Inuehitur in pastores populi seductores. Vicinis Gētibus Iudęam infestantibus minatur interitum.

¶ CAP. XII.

IVSTVS quidem tu es Domine, si disputem tecum: veruntamen iusta loquar ad te; † Quare via impiorum prosperatur: bene est omnibus qui præuaricantur, & iniquè agunt? 2 Plantasti eos & radicem miserunt: proficiunt & faciunt fructum: prope es tu ori eorum, & longè à renibus eorum. 3 Et tu Domine nosti me, vidisti me & probasti cor meum tecum: congrega eos quasi gregem ad victimam, & sanctifica eos in die occisionis. 4 Vsquequo lugebit terra, & herba omnis regionis siccabitur propter malitiam habitantium in ea? consumptum est animal, & volucre, quoniam dixerunt, Non videbit nouissima nostra. 5 Si cum peditibus currens laborasti: quomodo contendere poteris cum equis? cùm autem in terra pacis securus fueris, quid facies in superbia Iordanis? 6 Nam & fratres tui & domus patris tui, etiam ipsi pugnauerunt aduersum te, & clamauerunt post te plena voce: ne credas eis cum locuti fuerint tibi bona. 7 Reliqui domum meam, dimisi hæreditatem meam, : dedi dilectam animam meam in manum inimicorum eius. 8 Facta est mihi hæreditas mea quasi leo in sylua: dedit contra me vocem, ideo odiui eam. 9 Nunquid auis discolor hæreditas mea mihi? nunquid auis tincta per totum? venite, congregamini omnes be-

† Iob. 21, 7

Hebr. 1. 13.

nes bestiæ terræ, properate ad deuorandum. 10 Pastores multi demoliti sunt vineam meam, conculcauerunt partem meã: dederunt portionem meam desiderabilem in desertum solitudinis. 11 Posuerunt eam in dissipationem, luxitq; super me. Desolatione desolata est omnis terra: quia nullus est qui recogitet corde. 12 Super omnes vias deserti venerunt vastatores, quia gladius Domini deuorabit ab extremo terræ vsq; ad extremum eius: non est pax vniuersæ carni. 13 Seminauerunt triticum, & spinas messuerunt: hæreditatem acceperunt, & non eis proderit: confundemini à fructibus vestris, propter iram furoris Domini. 14 Hæc dicit Dominus aduersum omnes vicinos meos pessimos, qui tangunt hæreditatem, quam distribui populo meo Israël: Ecce ego euellam eos de terra sua, & domum Iuda euellam de medio eorum. 15 Et cùm euulsero eos, conuertar, & miserebor eorum: & reducam eos, virum ad hæreditatem suam, & virum in terram suam. 16 Et erit: si eruditi didicerint vias populi mei, vt iurent in nomine meo, Viuit Dominus, sicut docuerunt populum meum iurare in Baal: ædificabuntur in medio populi mei. 17 Quòd si non audierint, euellam gentem illam euulsione & perditione, ait Dominus.

EXPLANATIO.

IVSTVS *quidem tu es Domine, si disputem tecum, veruntamen iusta loquar ad te.* Hoc est, Iustus apparebis, quantumcunq; velim tecũ disputare: adeò manifesta est æquitas ac iustitia tua, qua cuncta moderaris; vt nullis hominum argumentis obscurari possit. Vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cùm iudicaris. Nihilóminus proponam rationes aliquas, quæ iustę videntur, & nonnũquam pios homines vexare solent: quòd scilicet vi-

Psal. 50.

deant aliquando impios homines prosperè & fœliciter agere, omniaq; eis pro voto euenire. Sic Dauid in Psal. ne de diuina æquitate & bonitate videatur dubitare, Quàm bonus, ait, Israël Deus his qui recto sunt corde. proponit deinde ea quæ nonnunquam illius animũ vexabãt. Mei autẽ penè moti sunt pedes, penè effusi sunt gressus mei: quia zelaui super iniquos, pacẽ peccatorũ vidẽs. &c. Vide etiã. Hab. 1. & Iob 21. Chal. Paraph. Iustior es Domine, quàm vt contendam ante verbum tuum: veruntamen interrogationem iudicij ego interrogo à facie tua. Pro, iusta, in Hebræo est משפטים misphatim, hoc est, iudicia. Significat etiam interrogationem de rebus, quæ in iudicio venire solent in controuersiam: expostulationem, rationes iustas, siue argumenta quibus videris contra ius agere, interpretari possumus.

Psal. 72.

Quare via impiorum prosperatur: bene est omnibus qui præuaricantur, & iniquè agunt. Hæc est expostulatio. Iuxta Para. Chal. videt̃ loqui de prosperitate Nabuchodonosoris: sed quod deinde dicitur, prope es tu ori eorum, non videt̃ Nabuchodonosori conuenire, cùm infidelis ille esset, & idololatra, neq; in ore Deum haberet, sed Deos suos. Pro eo quod nos habemus, bene est, in Heb. est שלו salu, à verbo שלה salah, quod est pacificum esse, tranquillum, fœlicem, & fortunatum, affluere bonorum accessione, prosperè habere. Septuag. abundantes facti sunt. Chald. Paraph. pacificè degunt. Pro eo autem quod nos habemus, qui præuaricãtur & iniquè agũt, in Hebræo est בגדי בגד bogde baged, hoc est, præuaricantes præuaricationẽ. phrasis est Hebraica. hoc est, impudentissimè præuaricantur. Id no-

ster

ster interpres expressit duobus illis verbis, qui præuari cantur, & iniquè agunt. *Plantasti eos et radices miserunt.* Prosperitatem significat, sumpta metaphora ab arboribus, quæ plantatæ radices agunt, quibus firmæ manent, vt non facilè euelli possint. Chald. Paraph. Sustētasti eos, etiam roborati sunt. *Proficiunt et faciunt fructū.* Eandē prosperitatem significat, in eadem perstās metaphora Arbores quę plātatæ radices agunt, crescūt, & fructus faciunt. Hoc ad diuitias, vel ad filiorū multitudinem referre possumus, Septuag. filios generauerunt, & fecerunt fructum. Chal. Paraph. Diuites facti sunt, & etiam possederunt substantias. *Propè es tu ori eorum, et longè à renibus eorum.* hoc est, assiduè habent te in ore; at in intimo eorum non habes locum. De te frequenter loquuntur, vt vel hac ratione sanctitatem simulent: sed cor & voluntas eorū longè est à te. Chal. Para. Prope sunt verba legis tuæ in ore eorū, & longè est timor tui à renib' eorū. *Et tu Domine nosti me, vidisti me, et probasti cor meum tecum.* hoc est, qua ratione erga te se habeat, exploratū habes; quòd scilicet fidele sit, nihil præter te quærat, quasi dicat. Cur igitur ego affligor, & persecutionem patior; illi autem prosperè habent? *Congrega eos quasi gregem ad victimam.* Pro, congregabis eos, vt sit responsio propositæ quæstionis, quasi dicat, Illorum prosperitas, & fęlicitas parum durabit: cōgregabis enim eos in Ierusalem, quemadmodum congregari solent greges ad victimam, vt ibi omnes pereant. Vel congrega eos, vt nullus expostulationi locus remaneat, & ostendas te iustum: & tantillùm permisisse prosperè habere, vt eleuās eos allideres. Sic in Psal. Deieci eos dum alleuarētur. Quomodo facti

Psal. 72.

sunt

sunt in desolationem? subitò defecerũt, perierũt propter iniquitatem suam. In Heb. התקם hatichem, euelle eos. Verbum נתק nathach, significat euellere, extirpare, eradicare, & transferre. Noster interpres, vt sensum apertiùs redderet, congrega eos, transtulit. Chal. Paraph. Pręparа impios, quasi oues ad victimam. Pro ad victimã, in Heb. est לטבחה letibchah, ad victimam & occisionem, trãsferre possumus. טבח tabach, enim mactare, & iugulare, & occidere significat. *Et sanctifica eos in die occisionis*, hoc est, pręparа eos in diem occisionis, quasi dicat. Constitue illis diẽ quo occidendi sint. vel pręparа, vt pecora quæ saginantur, vt occidantur. Hinc ergo absoluitur Quęstio proposita: dũ permittuntur impij prosperè agere, vt infęliciter ruant: saginãtur, vt occidãtur. Vnde Claudianus Poëta lib. 1.

Sæpe mihi dubiam traxit sententia mentem,
Curarent Superi terras, an nullus inesset
Rector, & incerto fluerent mortalia casu.
Nam cùm dispositi quæsissem fœdera mundi,
Præscriptosq; maris fines, anniq; meatus,
Et lucis noctisq; vices, tunc omnia rebar.
Consilio firmata Dei, qui lege moueri
Sydera, qui fruges diuerso tempore nasci,
Qui variam Phœben alieno iusserit igne
Compleri, Solemq; suo, porrexerit vndis
Littora, tellurem medio librauerit axe.
Sed quum res hominum tanta caligine volui
Aspicerem, lætosq; diu florere nocentes,
Vexariq; pios, rursus labefacta cadebat
Relligio causæq; viam non sponte sequebar
Alterius, vacuo quæ semina currere motu

Affir

Affirmat, magnumq́; nouas per inane figuras
Fortuna, non arte regi, quæ numina sensu
Ambiguo, vel nulla putat, vel nescia nostri.
Abstulit hunc tandem Ruffini pœna tumultum,
Absoluitq́; Deos, iam non ad culmina rerum
Iniustos creuisse queror, tolluntur in altum,
Vt lapsu maiore ruant.

Vsquequo lugebit terra. Vastationem terræ Iudęorũ prę dicit, & quasi iam factã quã spiritu prophetico preuidebat, deplorat: veluti interrogans, quãdiu ita vastata permansura esset. Vel videtur siccitatem aliquam magnam propter peccata immissam à Deo, deplorare. Causam autem tanti mali cõmemorat, malitiã nẽpe habitatorum terræ, quæ in tantam proruperat impietatem, vt quasi nulla esset Dei prouidẽtia, neq; res humanas Deus curaret, dicerent ac iactarent, Deum nullas sumpturũ ð illis pœnas. Vox Heb. תאבל taebal, lugebit, & desolabitur significat: propriè hominibus, metaphoricè etiam inanimatis tribuitur. Chald. Paraph. vsq; quo deserta erit terra? *Et herba omnis regionis siccabitur propter malitiam inhabitantium in ea?* Septuag. & Chal. Paraph. omnis agri, habent. Vox Heb. השדה hasadeh, agrum, terrã, & regionem significat. *Consumptum est animal, & volucre.* Singulare pro plurali. Septuagin. ad nihilum redacta sunt iumenta, & volatilia. In Heb. ad literam. defecit animalia, & volatile. pro, defecerunt. vel subaudiendum est, vnum quodq;: vt sit sensus, defecit vnum quodque ex animalibus, vt neq; vnum remanserit. *quoniam dixerũt, Non videbit nouissima nostra.* Verba sunt impiorum negantium Dei prouidentiam. Septuagin. Non videbit Deus vias nostras.

Chald.

Cald. Paraph. Non eſt reuelatus coram eó finis noſter. Vox Heb. אחרית acharith, nouiſſima, vltima, finem, & mercede quòd finis ſit operis; ſignificat, quaſi dicat. Non curat finem noſtrum, neq; ad eum pertinet, quam mercedem recepturi ſimus pro operibus noſtris, vel quid de nobis futurum ſit. Vel, nunquam accidet, vt ab hoſtibus terra noſtra deuaſtetur; non videbit id Deus, vel Propheta qui nomine Dei hoc nobis minatur. *Si cum peditibus currens laboraſti: quomodo cõtendere poteris cum equis?* Diuus Hieronymus. ſi te crebra vicinarum gẽtium captiuitas fatigauit, Moabitarum, & Ammonitarũ, Philiſtijm, & Idumæorũ: quid facies ad longam captiuitatem, quę te Chaldæam vſque deductura eſt. Chaldæos equitibus cõparat, quia re vera illarum regionum exercitus gaudet equitatu: alias verò gentes memoratas peditibus cõparat, quoniã ob locorum difficultatem, non tam pugnæ aptæ ſunt, quàm latrocinio. Si cũ peditibus igitur currens, ait, laſſitudine defeciſti: quid facies, ſi equis curſum tuum volueris coæquare? Septuag. Tui pedes currũt, & diſſoluũt te. Quomodo præpararis in equis? Chal. Paraphra. Hæc eſt reſponſio quæ facta eſt ad Ieremiam Prophetam ſuper interrogationẽ ſuã: Propheta, ſimilis es tu viro, qui currit pedibus, & laſſatur: quomodo ergo tu putas currere contra equos? vt ſit ſenſus. Si tu in patria tua ignoraſti, quid aduerſum te molirentũ cõciues tui, neq; potuiſti cõſilia hominũ cõprehẽdere: quomodo cõprehendes conſilia Dei de proſperitate impiorum? Alij alia ratione interpretantur: vt ſint verba Dei ad Ieremiam, quibus illi prædicit grauem afflictionem, quam paſſurus erat Ieroſoly-

ſolymis. Comparat autem ciues ſuos peditibus: equis verò celerrimis, ſiue equitib⁹ Ieroſolymitanos, quaſi dicit. Conatus es tuos in viam rectã adducere: quod aſſequi non potuiſti, imò fatigauerũt te, & afflixerũt: longè magis fatigaturi ſunt te Ieroſolymitani, inter quos ſunt phariſæi, principes & viri potentes, & Rex, qui te maiori odio proſequentur, magiſq; affligent. Hac ſententia optimè vtemur in eos, qui cùm minora præſtare non poſſint, maiora non verentur aggredi: & cùm in leuioribus tentationibus ſuccumbant, nihilóminus maioribus ſe exponunt periculis, vt in illis pereant. iuxta illud. Qui amat periculum peribit in illo. Sic videas nonnullos, qui cùm in priuata vita debito ſuo minimè ſatisfaciant, ſed in multis offendant; nihilominus officia ambiunt, & aliorum curam aſſumere non timent, animi elatione & ambitione excæcati, & ſeducti. *Cùm autem in terra pacis ſecurus fueris, quid facies in ſuperbia Iordanis?* Terrã pacis vocat Anathoth patriã ſuã, vbi inter ſuos habitabat: vt meritò pacẽ & ſecuritatẽ promittere ſibi poſſet. Per ſuperbiã Iordanis, Ieroſolymam intelligit, vbi erant ſuperbi & elati homines, intumeſcentes ſicut fluctus Iordanis. ſubaudiendum eſt aliquid: eſt enim cõciſa oratio more Hebraico, quaſi dicat. Fiduciam habebas in ciuibus Anathoth: & tamẽ inſidias tibi ſtruxerũt: quid ergo facies in loco, in quo intumeſcunt fluctus ſimiles fluctibũs Iordanis? D. Hiero. de Iudæorum plebe orationem hanc interpretatur, ſicut & ſuperiorem, hoc modo. Et ſi in terra tua aliquam habuiſti fiduciam; quid actura es, cùm Iordanem tranſieris, & illius gurgites ſuſtinueris? Chald. Paraph. Et in planicie & terra pacis tu

Eccleſ. 3.

fidis,

fidis, & cadis; & quomodo tu putas facere contra be-
stias agri in elatione Iordanis? Et si super bona quib'
ego bene feci Nabuchodonor regi Babylonis pediti,
ô Propheta, tu videns miraris: quid vbi primùm ego
ostẽdero tibi, quod ego facturus sum patribus tuis iu
stis, q à seculo fuerũt, qui cucurrerũt sicut equi, vt fa-
cerent opera bona corã me? Etiã dixi eis, quòd addu
cerẽ sup filios eorum benedictiones, & cõsolationes
sicut aquas, quę descendunt cum inundatione in Ior
danem. Pro, *in superbia*, in Heb, est בגאון bigon, Elatio
nem, superbiã, tumorem, exaltationem significat.
*Nam et fratres tui, et domus patris tui, etiam ipsi pugnauerunt
aduersum te.* Sequenti hac oratione superior magis ex-
plicatur. Septuag. inobedientes fuerunt tibi. Chal. Pa-
raph. iniquè egerunt contra te. In Heb. בגדו bagdu, à
radice בגד bagad, quod præuaricari, fallere, fraudibus
aut dolo decipere, perfidè agere, mentiri ei qui ipsi
fidebat, significat. D. Hiero. de eadẽ Iudęorum plebe
hanc clausulã, sicut & superiorẽ interpretatur, sic di-
cens. In tantùm grauissimis Iordanis operieris flucti
bus. & equitũ te de longè venientiũ multitudo vasta
bit, vt fratres quoq; tui Idumæi, & domus patris tui,
q de Lot stirpe nati sunt, Moab, & Ammõ, etiã tẽpo-
re necessitatis & angustię dimicẽt cõtra te, & insultẽt
tibi. *Et clamauerunt post te plena voce.* hoc est, summis
clamoribus: dicendo nẽpe, moriatur, pereat. Hæc de
Christo optimè interpretari possum': aduersum quẽ
clamauerunt Iudęi, Tolle, tolle, crucifige eũ. Et, Non *Ioã. 19. c.*
habemus regẽ nisi Cęsarẽ. Sep. hìc habent. Et ipsi cla-
mauerunt ex posterioribus tuis, congregati sunt. hoc
est, à tergo tuo clamauerũt cõtra te. Chald. Para. ipsi

Mittamus venenū mortiferum in cibo eius. panis pro omni cibo. Sed et vox Heb. לחם leche̅, & cibū, & escā, & quidquid dētibus scindit, significat: à radice לחם lachā, q edere, vesci, comedere significat. In Hebr. ad literā habet. Corrūpamus lignum in pane eius. pro, in ligno panem vel cibum eius; vt sit transpositio præpositionis. Sic Iud. 1. vbi nos legimus, Tradētes cūctā incendio ciuitatem, in Heb. est, iniecerūt in ignem ciuitatem: pro, ignem in ciuitatem. Hyppallege. sic hic noster interpres apertiùs dixit, mittamus lignū in panē eius. Intelligunt autē nonnulli per lignū, lignum lethale, vt taxū, aut aliā arborē cui' lignū sit mortiferū: vt dicant, ligno minutatim conciso venenatum & lethalē reddam' cibū eius. Rab. Dau. corrūpamus lignū in cibos eius, fructum eius. hoc est, perdamus arborē cum fructu suo, quasi dicāt, occidamus Prophetā, vt cum ipso pereat prophetia eius, ne nobis tristia & infęlicia, & ingrata prophetet. Vox Heb. עץ hes, lignū, & arborē significat. D. Hie. Mittam' lignū in panē ei'.

Ioan. 6. e. Crucē videlicet in corp' Saluatoris. ipse enim est, qui ait. Ego sum panis, qui de cælo descēdi. &, Caro mea verè est cibus. Vel aliter. Corrumpam' ligno, hoc est, morte ignominiosa crucis, panē ei', doctrinā nempe ei', quasi dicat. Nemo iā credet verbis ei', ex quo viderit eum morte turpissima dānatum. Sic in Sapientia,

Sap. 2. Morte turpissima condemnemus eum, erit enim ei respect' ex sermonibus illius: hoc est, ex eo erit respect' sermonibus illius: vt sit Hyppallage, & trāspositio prępositionis, quasi dicat. ratio habebitur sermonū ipsius, iuxta eum. contēnentur illius sermones, cùm ipsum ita cōtumeliose viderint tractari. Vnde subdit.

Hæc co-

Hæc cogitauerunt, & errauerũt: excęcauit enim illos malitia eorum. Et nescierunt Sacramẽta Dei. De quo sacramento & mysterio ineffabili D. Paulus. Loquimur, ait, sapientiam inter perfectos: sapientiam verò non huius seculi, neq; principum huius seculi qui destruuntur: sed loquimur Dei sapientiam in mysterio, quæ abscondita est, quam prædestinauit Deus ante secula in gloriam nostram, quam nemo principum huius seculi cognouit. Si enim cognouissent, nunquam Dominum gloriæ crucifixissent. Et, Prędicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalum, Gentibus autem stultitiam, ipsis autem vocatis Iudæis, atque Græcis, Christum Dei virtutem, & sapientiam. Et placuit Deo per stultitiam prædicationis saluos facere credẽtes: et verbum crucis pereuntibus quidem stultitia est: nobis autem qui salui facti sumus, virtus Dei est. *Et eradamus eum de terra viuentium, & nomen eius non memoretur ampliùs.* Vt pudeat nempe suos, vel ipsum nominare. Maledictus enim erat & execrabilis omnis qui pendebat in lignò. Sed Christus factus est pro nobis maledictũ, vt nos benedictionibus cumularet. Sed & Deus exaltauit illum, & dedit illi nomen super omne nomen: vt in nomine eius benedicãtur omnes gentes. Neq; enim est aliud nomen sub cęlo datũ hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri. Chal. Paraph, Disperdamus eum de terra Israël. Septua. Conteramus eum de terra viuentium. Vox Heb. à radice כרת carath, quod succidere, & excidere significat. Excidamus eum de terra viuentium: sumpta metaphora ab arboribus, quę succidũtur. Noster interpres optimè sensum reddidit, Eradamus eum de terra viuẽtiũ.

1. Cor. 2.

1. Cor. 1.

Deut. 21. d.

Philip. 2. b.

Act. 4. b.

perdamus eum, vitam ei auferamus, ne amplius inter viuentes in terra connumeretur. *Tu autem Domine Sabaoth qui iudicas iustè, & probas renes & corda, videam vltionem tuam ex eis.* Ad te, inquit, confugio in tanta hostium meorum iniquitate, qui iudex iustus es, neque quidquam latere te potest, cui etiã cogitationes cordium sunt manifestæ. Expẽdis autem omnia summa equitate, vt reddas vnicuiq; iuxta opera sua, & cogitationes suas: fac ergo me videre vindictã, quã de illis sumas. Vel, cùm tu, ait Propheta, meam cognoueris innocentiam, qui corda, hoc est, cogitationes, & renes, hoc est, desideria exploras: videas etiam illorum iniquitatem, iustusq; Iudex sis, sume de illis pœnas. Id non appetitu vindictæ, sed zelo iustitiæ loquitur: præsertim cũ Dei causa ageretur, impedireq; vellent prophetiam. Vel, tãquam propheta id quod futurũ erat, prædicit: vt dignas de illis De⁹ sumeret pœnas, quod & suis oculis vidit Ieremias. D. Hieronymus. Iuxta assumpti corporis sacramentum loquitur filius ad patrem: & imprecatur iudicium eius, dum laudat iustitiã, & inspectorem renũ & cordis inuocat Deum: vt ipse reddat populo quod meretur, & dicit, Videam vltionem tuam ex eis: eorum videlicet, qui in scelere perseuerant, & non eorũ qui vertuntur ad pœnitẽtiã: de his enim ait in cruce. Pater ignosce illis: non enim sciũt quid faciũt. Vox Heb. בחן bochen, probans, probare, examinare, & explorare significat. Renes autem & cor, pro affectibus & cogitationibus, & intimis quibusq; hominis sumuntur. Vox Heb. quæ renes significat, est à radice כלה calah, quod cõsũmare, finire, perficere, & desiderare significat. inde renes dicũtur, quod in illis

Luc. 23.

in illis sit desiderium coitus: & pro omni desiderio sumuntur: vel quòd in illis collocetur vis consultādi, & consummandi consilium. Ex corde autem dixit Christus prodire cogitationes prauas, homicidia, adulteria, &c. Chald. Para. Et Dominus exercituū iudex veritatis, in cuius cōspectu manifesta sunt renes & cor. *Tibi enim reuelaui causam meam.* Septuag. significationē meam. Chald. Para. quia corā te dixi iniuriam meam. Vox Heb. ריב rib, litem, causam, iudicium, contentionem, & omnē plagā significat. Reuela Dño viā tuā, & spera in eo, & ipse faciet. Et educet quasi lumen iustitiam tuam, & iudicium tuum tanquā meridiē; ait Propheta. Mihi vindictā, ait Dñs, & ego retribuā. Eximiæ iustitiæ indiciū est, reuelare Deo causam suā, omnia illi cōmittere. Sūt qui hominib⁹ causam suā reuelant, id tantū moliūtur, vt illorū causa iusta appareat hominibus: nihil interim curantes, quid de illis Deus iudicet. Sunt & qui nemini reuelant, eo tantùm contenti, quòd suo iudicio iusti sint, superbi, elati, se ipsos amantes, & sibi placentes in cōfusionē ipsorū. Vtrūq; fugiendū docet Apostolus, dicens. Mihi autē pro minimo est vt à vobis iudicer, aut ab humano die. Sed neq; me ipsum iudico. qui autem iudicat me, Dñs est. D. Hie. de Christo hac ratione verba hæc interpretatur: Reuelat patri, & aperit causam suam: quia nullo suo merito, sed scelere pōpuli crucifixus est, dicēs: Ecce venit princeps mundi huius, & in me non habet quidquā. *Propterea hæc dicit Dominus ad viros Anathoth, qui quærūt animam tuam, etc.* Suscipit Dominus supplicationem Prophetæ prophetico spiritu factā quo dixerat, Videam vltionem tuam ex eis: & punitionem mi

Mat. 15.b

Psal. 36.

Deut. 32.
Rō. 12.d.

1. cor. 14.

Ioā. 14.d.

natur, & quosdam in bello interficiendos dicit, alios fame perituros. Sermo autem est ad viros Anathoth, quòd illi inprimis Ieremiam conciuem suum afflixerint. *Hæc dicit Dominus.* Hoc est, Ego Dominus hæc dico: Deus enim loquitur. Ponitur tertia persona pro prima: quod in prophetis præsertim frequenter fit. *qui querunt animam tuam.* Chald. Paraph. Qui quęrunt occidere te. Phrasis Hebraica, quærere animam alicuius, pro eo quod est, insidiari vitæ illius. Vox Heb. נפש nephes, quæ animam significat, pro vita etiam sumitur. *Non prophetabis in nomine Domini.* Ne vaticineris. hoc est, Ne prædicas nobis captiuitatem, tanquam à Deo missus ad nos hæc nobis nunciaturus: & nō morieris per manus nostras, non te interficiemus. Superiùs dixit, Et prophetæ prophetauerunt in Baal. adeò igitur creuerat idololatria, vt Deū veluti exosum haberent, vt non possent ęquo animo audire prophetas in nomine Domini prophetantes. Sic in Isai. Cesset à facie nostra Sanctus Israël. *Visitabo super eos.* Vox Heb. פקד pacad, quę visitare significat, in bonam & malam partem sumi solet. quando in bonā, accusatiuum habet: vt in Psal. Visita nos in salutari tuo. quādo in malam, construitur cum על hal, quod est super, vt hìc. idē est autem, quod in aliquem animaduertere, pœnas ab aliquo deposcere, recordari delicti alicuius vt puniatur. *annum visitationis eorum.* Tēpus visitationis. Nouit Dominus quamdiu expectare debeat, præfixit vnicuiq; terminum suum, sibi tantùm notum & manifestum. Nescitis diem neq; horam. Estote ergo parati, quia qua hora non putatis filius hominis veniet.

Sup. ca. 2.
Isa. 30. c.
Psal. 105.
Mat. 25. a
Luc. 21. c

ARGV

ARGVMENTVM.

Propheta impiorum prosperitatem admiratur: tametsi Deum iustum fateatur. Prędicit Deus Ieremię, granem afflictionem euenturam illi, Ierosolymis. Relinquitur populus Iudęorum à Deo. Inuehitur in pastores populi seductores. Vicinis Gẽtibus Iudęam infestantibus minatur interitum.

❡ CAP. XII.

IVSTVS quidem tu es Domine, si disputem tecum: veruntamen iusta loquar ad te; † Quare via impiorum prosperatur: bene est omnibus qui prævaricantur, & iniquè agunt? 2 Plantasti eos & radicem miserunt: proficiunt & faciunt fructum: prope es tu ori eorum, & longè à renibus eorum. 3 Et tu Domine nosti me, vidisti me & probasti cor meum tecum: congrega eos quasi gregem ad victimam, & sanctifica eos in die occisionis. 4 Vsquequo lugebit terra, & herba omnis regionis siccabitur propter malitiam habitantium in ea? consumptum est animal, & volucre, quoniam dixerunt, Non videbit nouißima nostra. 5 Si cum peditibus currens laborasti: quomodo contendere poteris cum equis? cùm autem in terra pacis securus fueris, quid facies in superbia Iordanis? 6 Nam & fratres tui & domus patris tui, etiam ipsi pugnauerunt aduersum te, & clamauerunt post te plena voce: ne credas eis cùm locuti fuerint tibi bona. 7 Reliqui domum meam, dimisi hæreditatem meam, : dedi dilectam animam meam in manum inimicorum eius. 8 Facta est mihi hæreditas mea quasi leo in sylua: dedit contra me vocem, ideo odiui eam. 9 Nunquid auis discolor hæreditas mea mihi? nunquid auis tincta per totum? Venite, congregamini om-

† Iob. 21, 7 Hebr. 1. 13.

nes be

deant aliquando impios homines prosperè & fœliciter agere, omniaq; eis pro voto euenire. Sic Dauid in Psal. ne de diuina æquitate & bonitate videatur dubitare, Quàm bonus, ait, Israël Deus his qui recto sunt corde. proponit deinde ea quæ nonnunquam illius animũ vexabãt. Mei autẽ penè moti sunt pedes, penè effusi sunt gressus mei: quia zelaui super iniquos, pacẽ peccatorũ vidẽs. &c. Vide etiã. Hab. 1. & Iob 21. Chal. Paraph. Iustior es Domine, quàm vt contendam ante verbum tuum: veruntamen interrogationem iudicij ego interrogo à facie tua. Pro, iusta, in Hebræo est משפטים misphatim, hoc est, iudicia. Significat etiam interrogationem de rebus, quæ in iudicio venire solent in controuersiam: expostulationem, rationes iustas, siue argumenta quibus videris contra ius agere, interpretari possumus. *Psal. 72.*

Quare via impiorum prosperatur: bene est omnibus qui præuaricantur, & iniquè agunt. Hæc est expostulatio. Iuxta Para. Chal. videt loqui de prosperitate Nabuchodonosoris: sed quod deinde dicitur, prope es tu ori eorum, non videt Nabuchodonosori conuenire, cùm infidelis ille esset, & idololatra, neq; in ore Deum haberet, sed Deos suos. Pro eo quod nos habemus, bene est, in Heb. est שלו salu, à verbo שלה salah, quod est pacificum esse, tranquillum, fœlicem, & fortunatum, affluere bonorum accessione, prosperè habere. Septuag. abundantes facti sunt. Chald. Paraph. pacificè degunt. Pro eo autem quod nos habemus, qui præuaricãtur & iniquè agũt, in Hebræo est בגדי בגד bogde baged, hoc est, præuaricantes præuaricatione. phrasis est Hebraica. hoc est, impudentissimè præuaricantur. Id no-

ster

ſter interpres expreſſit duobus illis verbis, qui præuari cantur, & iniquè agunt. *Plantaſti eos et radices miſerunt.* Proſperitatem ſignificat, ſumpta metaphora ab arboribus, quæ plantatæ radices agunt, quibus firmæ manent, vt non facilè euelli poſſint. Chald. Paraph. Suſtẽtaſti eos, etiam roborati ſunt. *Proficiunt et faciunt fructũ.* Eandẽ proſperitatem ſignificat, in eadem perſtãs metaphora Arbores quę plãtatæ radices agunt, creſcũt, & fructus faciunt. Hoc ad diuitias, vel ad filiorũ multitudinem referre poſſumus, Septuag. filios generauerunt, & fecerunt fructum. Chal. Paraph. Diuites facti ſunt, & etiam poſſederunt ſubſtantias. *Propè es tu ori eorum, et longè à renibus eorum.* hoc eſt, aſſiduè habent te in ore; at in intimo eorum non habes locum. De te frequenter loquuntur, vt vel hac ratione ſanctitatem ſimulent: ſed cor & voluntas eorũ longè eſt à te. Chal. Para. Prope ſunt verba legis tuæ in ore eorũ, & longè eſt timor tui à renib' eorũ. *Et tu Domine noſti me, vidiſti me, et probaſti cor meum tecum.* hoc eſt, qua ratione erga te ſe habeat, exploratũ habes; quòd ſcilicet fidele ſit, nihil præter te quærat, quaſi dicat. Cur igitur ego affligor, & perſecutionem patior; illi autem proſperè habent? *Congrega eos quaſi gregem ad victimam.* Pro, congregabis eos, vt ſit reſponſio propoſitæ quæſtionis, quaſi dicat, Illorum proſperitas, & fęlicitas parum durabit: cõgregabis enim eos in Ieruſalem, quemadmodum congregari ſolent greges ad victimam, vt ibi omnes pereant. Vel congrega eos, vt nullus expoſtulationi locus remaneat, & oſtendas te iuſtum: & tantillùm permiſiſſe proſperè habere, vt eleuãs eos allideres. Sic in Pſal. Deieci eos dum alleuarẽtur. Quomodo facti *Pſal. 72.*

ſunt

ſunt in deſolationem? ſubitò defecerũt, perierũt propter iniquitatem ſuam. In Heb. התקם hatichem, euelle eos. Verbum נתק nathach, ſignificat euellere, extirpare, eradicare, & transferre. Noſter interpres, vt ſenſum apertiùs redderet, congrega eos, tranſtulit, Chal. Paraph. Prępara impios, quaſi oues ad victimam. Pro ad victimã, in Heb. eſt לטבחה letibchah, ad victimam & occiſionem, trãsferre poſſumus. טבח tabach, enim mactare, & iugulare, & occidere ſignificat. *Et ſanctifica eos in die occiſionis*, hoc eſt, prępara eos in diem occiſionis, quaſi dicat. Conſtitue illis diẽ quo occidendi ſint. vel prępara, vt pecora quæ ſaginantur, vt occidantur. Hinc ergo abſoluitur Quęſtio propoſita: dũ permittuntur impij proſperè agere, vt infęliciter ruant: ſaginãtur, vt occidãtur. Vnde Claudianus Poëta lib. 1.

Sæpe mihi dubiam traxit ſententia mentem,
Curarent Superi terras, an nullus ineſſet
Rector, & incerto fluerent mortalia caſu.
Nam cùm diſpoſiti quæſiſſem fœdera mundi,
Præſcriptoſq; maris fines, anniq; meatus,
Et lucis noctiſq; vices, tunc omnia rebar.
Conſilio firmata Dei, qui lege moueri
Sydera, qui fruges diuerſo tempore naſci,
Qui variam Phœben alieno iuſserit igne
Compleri, Solemq; ſuo, porrexerit vndis
Littora, tellurem medio librauerit axe.
Sed quum res hominum tanta caligine volui
Aſpicerem, lætoſq; diu florere nocentes,
Vexariq; pios, rurſus labefacta cadebat
Relligio cauſæq; viam non ſponte ſequebar
Alterius, vacuo quæ ſemina currere motu

Affir

Affirmat, magnumq; nouas per inane figuras
Fortuna, non arte regi, quæ numina sensu
Ambiguo, vel nulla putat, vel nescia nostri.
Abstulit hunc tandem Ruffini pœna tumultum,
Absoluitq; Deos, iam non ad culmina rerum
Iniustos creuisse queror, tolluntur in altum,
Vt lapsu maiore ruant.

Vsquequo lugebit terra. Vastationem terræ Iudæorũ prędicit, & quasi iam factã quã spiritu prophetico prævidebat, deplorat: veluti interrogans, quãdiu ita vastata permansura esset. Vel videtur siccitatem aliquam magnam propter peccata immissam à Deo, deplorare. Causam autem tanti mali cõmemorat, malitiã nẽpe habitatorum terræ, quæ in tantam proruperat impietatem, vt quasi nulla esset Dei prouidẽtia, neq; res humanas Deus curaret, dicerent ac iactarent, Deum nullas sumpturũ ď illis pœnas. Vox Heb. תאבל taebal, lugebit, & desolabitur significat: propriè hominibus, metaphoricè etiam inanimatis tribuitur. Chald. Paraph. vsq; quo deserta erit terra? *Et herba omnis regionis siccabitur propter malitiam inhabitantium in ea?* Septuag. & Chal. Paraph. omnis agri, habent. Vox Heb. השדה hasareh, agrum, terrã, & regionem significat. *Consumptum est animal, & volucre.* Singulare pro plurali. Septuagin. ad nihilum redacta sunt iumenta, & volatilia. In Heb. ad literam. defecit animalia, & volatile. pro, defecerunt. vel subaudiendum est, vnumquodq;: vt sit sensus. defecit vnumquodque ex animalibus, vt neq; vnum remanserit. *quoniam dixerũt, Non videbit nouissima nostra.* Verba sunt impiorum negantium Dei prouidentiam. Septuagin. Non videbit Deus vias nostras.

Cald. Paraph. Non est reuelatus coram eó finis noster. Vox Heb. אחרית acharith, nouissima, vltima, finem, & mercede quòd finis sit operis; significat, quasi dicat. Non curat finem nostrum, neq; ad eum pertinet, quam mercedem recepturi simus pro operibus nostris, vel quid de nobis futurum sit. Vel, nunquam accidet, vt ab hostibus terra nostra deuastetur; non videbit id Deus, vel Propheta qui nomine Dei hoc nobis minatur. *Si cum peditibus currens laborasti: quomodo cõtendere poteris cum equis?* Diuus Hieronymus. si te crebra vicinarum gẽtium captiuitas fatigauit, Moabitarum, & Ammonitarũ, Philistijm, & Idumæorũ: quid facies ad longam captiuitatem, quę te Chaldæam vsque deductura est. Chaldæos equitibus cõparat, quia re vera illarum regionum exercitus gaudet equitatu: alias verò gentes memoratas peditibus cõparat, quoniã ob locorum difficultatem, non tam pugnæ aptæ sunt, quàm latrocinio. Si cũ peditibus igitur currens, ait, lassitudine defecisti: quid facies, si equis cursum tuum volueris coæquare? Septuag. Tui pedes currũt, & dissoluũt te. Quomodo præparatis in equis? Chal. Paraphra. Hæc est responsio quæ facta est ad Ieremiam Prophetam super interrogationẽ suã: Propheta, similis es tu viro, qui currit pedibus, & lassatur: quomodo ergo tu putas currere contra equos? vt sit sensus. Si tu in patria tua ignorasti, quid aduersum te molirent̃ cõciues tui, neq; potuisti cõsilia hominũ cõprehẽdere: quomodo cõprehendes consilia Dei de prosperitate impiorum? Alij alia ratione interpretantur: vt sint verba Dei ad Ieremiam, quibus illi prædicit grauem afflictionem, quam passurus erat Ierosoly-

solymis. Comparat autem ciues suos peditibus: equis verò celerrimis, siue equitib' Ierosolymitanos, quasi dicit. Conatus es tuos in viam rectã adducere: quod assequi non potuisti, imò fatigauerũt te, & afflixerũt: longè magis fatigaturi sunt te Ierosolymitani, inter quos sunt pharisæi, principes & viri potentes, & Rex, qui te maiori odio prosequentur, magisq; affligent. Hac sententia optimè vtemur in eos, qui cùm minora præstare non possint, maiora non verentur aggredi: & cùm in leuioribus tentationibus succumbant, nihilóminus maioribus se exponunt periculis, vt in illis pereant. iuxta illud. Qui amat periculum peribit in illo. Sic videas nonnullos, qui cùm in priuata vita debito suo minimè satisfaciant, sed in multis offendant; nihilominus officia ambiunt, & aliorum curam assumere non timent, animi elatione & ambitione excæcati, & seducti. *Cùm autem in terra pacis securus fueris, quid facies in superbia Iordanis?* Terrã pacis vocat Anathoth patriã suã, vbi inter suos habitabat: vt meritò pacẽ & securitatẽ promittere sibi posset. Per superbiã Iordanis, Ierosolymam intelligit, vbi erant superbi & elati homines, intumescentes sicut fluctus Iordanis, subaudiendum est aliquid: est enim cõcisa oratio more Hebraico, quasi dicat. Fiduciam habebas in ciuibus Anathoth: & tamẽ insidias tibi struxerũt: quid ergo facies in loco, in quo intumescunt fluctus similes fluctibus Iordanis? D. Hiero. de Iudæorum plebe orationem hanc interpretatur, sicut & superiorem, hoc modo, Et si in terra tua aliquam habuisti fiduciam; quid actura es, cùm Iordanem transieris, & illius gurgites sustinueris? Chald. Paraph. Et in planicie & terra pacis tu

Eccles. 3.

fidis,

fidis, & cadis; & quomodo tu putas facere contra bestias agri in elatione Iordanis? Et si super bona quib? ego bene feci Nabuchodonor regi Babylonis pediti, ô Propheta, tu videns miraris: quid vbi primùm ego ostẽdero tibi, quod ego facturus sum patribus tuis iustis, q à seculo fuerũt, qui cucurrerũt sicut equi, vt facerent opera bona corã me? Etiã dixi eis, quòd adducerẽ sup filios eorum benedictiones, & cõsolationes sicut aquas, quę descendunt cum inundatione in Iordanem. Pro, *in superbia*, in Heb, est בגאון bigon, Elationem, superbiã, tumorem, exaltationem significat.

Nam et fratres tui, et domus patris tui, etiam ipsi pugnauerunt aduersum te. Sequenti hac oratione superior magis explicatur. Septuag. inobedientes fuerunt tibi. Chal. Paraph. iniquè egerunt contra te. In Heb. בגדו bagdu, à radice בגד bagad, quod præuaricari, fallere, fraudibus aut dolo decipere, perfidè agere, mentiri ei qui ipsi fidebat, significat. D. Hiero. de eadẽ Iudęorum plebe hanc clausulã, sicut & superiorẽ interpretatur, sic dicens. In tantùm grauissimis Iordanis operieris fluctibus. & equitũ te de longè venientiũ multitudo vastabit, vt fratres quoq; tui Idumæi, & domus patris tui, q de Lot stirpe nati sunt, Moab, & Ammõ, etiã tẽpore necessitatis & angustię dimicẽt cõtra te, & insultẽt tibi. *Et clamauerunt post te plena voce.* hoc est, summis clamoribus: dicendo nẽpe, moriatur, pereat. Hæc de Christo optimè interpretari possum?: aduersum quẽ clamauerunt Iudęi, Tolle, tolle, crucifige eũ. Et, Non habemus regẽ nisi Cęsarẽ. Sep. hìc habent. Et ipsi clamauerunt ex posterioribus tuis, congregati sunt. hoc est, à tergo tuo clamauerũt cõtra te. Chald. Para. ipsi

Ioã. 19. c.

quoq; dixerunt aduersum te verba mala. Pro eo q nos habemus, plena voce, in Hebr. est vox מלא male; quę implere, & cōplere, pficere, excidere, & cōgregare significat. aliquãdo aduerbialiter sumit: sic accepit noster interpres. Aduerbiũ autē, plenè, explicauit duob' illis verbis, plena voce. clamare enim plenè est, clamare plena voce. *Ne credas eis, cũ loquuti fuerint tibi bona.* hoc est, cũ blandè tecum loquentur & amicè. Sic hostes nostri aliquando nobis blãdiũtur, & amicè loquũtur. Sed cũ semel hostes nr̄os esse sciam', nostramq; perditionē quęrere, nequaquã credendũ est illis. Siue hęretici sint, qui sub specie verbi nos decipere nitũt: siue ipse Satanas, qui plerũq; in angelũ lucis se trãsfigurat: siue mũdus, qui diuitias & honores nobis pollicetur: siue caro, quę illecebris suis nos tētat, vt ad peccatũ trahat. *Reliqui domum meã.* Relicturũ se Ierusalē, Templũ & populũ, & traditurum in manus hostium Dñs comminatur: quod tamen veluti coactũ illorũ sceleribꝰ id fecisse docet: cùm alioqui vnicè & ex animo eos diligeret. Præteritũ pro futuro, quod in prophetis frequens est. Domũ suam, vocat templũ. *dimisi hæreditatem meam.* populum intelligit, de quo in Cantico suo Moyses. Pars autē Dñi populus eius, Iacob funiculus hæreditatis eius. *Dedi dilectam animam meam in manum inimicorum eius.* Vrbem significat cum templo, & vniuerso populo, quem vnicè diligebat. Chald. Para, Tradidi populum qui erat dilectus corã me, in manum inimicorũ suorũ. In Hebr. את ידדות et iediduth, dilectionē significat. Sic nõnulli trãsferũt, dilectionē animæ meæ. hoc est, quam ex animo diligebã. Idē est sensus in nostra versione. dilectam animam meã, quã

Deut. 32.

scilicet

scilicet vt animam meam diligebam. Septua. eodem modo transtulerunt, dilectam animam meã. Vt apertius de Christo sit testimonium, qui animam suam, hoc est vitam suam, tradidit in manus hostiũ pro omnium salute, Vnde dicebat. Potestatẽ habeo ponendi animam meã, & potestatẽ habeo iterum sumẽdi. *Facta est mihi hereditas mea quasi leo in sylua: dedit cõtra me vocem, ideò odiui eam.* Vt homines in sylua audito rugitu leonis fugiũt, sic ego, ait Dñs, impijs vocibus huius populi coactus eum reliqui: & quem vnicè diligebam, odio prosequutus sum. Hoc quidẽ fecit populus ille Iudæorum, cùm Dei cultu relicto, falsos Deos coluit. Sed & expressiùs, cùm eum negauit, & crucifigi magnis vocibus postulauit. *Nunquid auis discolor hæreditas mea mihi?* Veluti admiratur Deus, quo modo Gentes aduersum populum Iudæorum congregatę sint, non aliter atq; aues congregari solent aduersus auem alienigenam, & insolentibus plumis ornatam. Quo genere dicendi inconstantiã illius populi notat, qui modò Deum, modò idóla: nec vnius gẽtis solùm, sed omniũ quęín circuitu erant, idôla colebat. D. Hier. per auem discolorem & tinctam per totũ, pauũ intelligit. quo genere dicendi explicari ait Israëlis pulchritudinẽ, vt nihil esset bonorũ, quod nõ cerneret in eo. Chal. Para. sicut auis quę dispersa est, sic dispersa est hęreditas mea corã me: & sicut auis quę volat, sic cõgregabuntur cõtra eã bestię agri, vt diripiãt eã. Pro discolore, in Heb, est צבוע sabuah, tincta, & coloribus varijs respersam significat. Rab. Dau. ait significari auem multis coloribus respersam, ad quã cogregãtur alię aues, vt illam persequantur, ac deuorent, eo quòd illã odio

Ioã.10.d.

prosequātur. Alij exponunt noctuam maculis rubris aspersam, in quam aliæ aues inuolant. Alij. Num auis tincta sanguine occisorū erit in circuitu super hæreditatē meā? Et quū saturatæ fuerint aues, venient bestiæ agri ad comedendum. Septua. habent. Nunquid spelūca hyænæ hæreditas mea mihi. quò idololatriæ spurcitiā significet. hyæna enim viuit cadaueribus mortuorum, nihilq; est immunditiæ, quo non vescatur. *Nunquid auis tincta per totum.* In Heb. ad literam. Nunquid auis circum, super, vel contra eam. Noster interpres repetendam voluit vocem, tinctam, antea positam: quasi dicat. Nunquid auis desuper circū tincta? quod idem est, quod tincta per totum. Alij. Nunquid aues sunt in circuitu aduersus eā? Sep. aut spelūca in circuitu eius super eā. Theodoretus. Non vrbē dūtaxat, sed etiam quæ circum adiacent, hoc est Iudæam, appellat speluncam hyænæ. *Venite cōgregamini omnes bestiæ terræ, properate ad deuorandum.* Chaldæos intelligit, quorum exercitus ex multis gentibus constabat. Vnde supra 1. cap. Quia ecce ego cōuocabo omnes cognationes regnorū Aquilonis. Quod ibi comminatus est, hic facit, Venite congregamini, dicens. *Pastores multi demoliti sunt vineam meam.* Per pastores, duces exercitus Chaldæorum intelligit. Sic supra cap. 6. Ad eam venient pastores, & greges eorum. Vel etiam possumus principes populi intelligere: de quibus cap. 10. Quia stultè egerunt pastores, & Dominum non quæsierunt, propterea non intellexerunt, & omnis grex eorum dispersus est. *portionem meam desiderabilem.* In Hebræo est חמדתי chemdathi, i. desiderij mei. Populum Iudæorum vineā suam, & partem suam & portionem

suam

ſuam deſiderabilem vocat: ſi fortè hac ratione illorũ corda emollire poſſet. Sed tãta erat illorũ duritia, & obſtinatio, vt nihil his mouerentur. Obſerua gradus. Demoliti ſunt, conculcauerunt, dederunt in deſertũ ſolitudinis. Sic in Iſaia. Auferam ſepẽ eius, & erit in direptionem; diruam maceriam eius, & erit in cõculcationem. Et ponam eam deſertam, non putabitur, & nõ fodietur. &c. Sepes & maceria, timor Domini & cuſtodia ſui eſt, quæ ſi diruta & demolita fuerit, conculcatur miſera anima à dæmonijs, dum omni genere ſpurcitiæ fœdatur. datur in deſertũ ſolitudinis, ſpoliata virtutibus, & Domino eam relinquẽte. *Poſuerunt eam in diſſipationẽ, luxitq; ſuper me*. In Heb. שמה ſamah, poſuit eam, hoſtis nempe, vel Deus. Noſter interpres in plurali, poſuerunt, dixit: vt cum præcedentibus cõnecteret. demoliti ſunt, cõculcauerũt, dederũt. Quod autem ait, *luxit ſuper me*, hunc habet ſenſum, hoc eſt, quòd eam ego hoſtibus tradiderim, quaſi dicat. lugẽdo de me conqueſta eſt. Chal. Paraph. coram me. *Deſolatione deſolata eſt omnis terra, quia null' eſt qui recogitet corde*. Cauſam deſolationis dicit, non attendere, Deum nempe, Dei beneficia, peccati fœditatem, conſtitutionem noſtram, finem noſtrũ, Dei verba, & quidquid nos ad iuſtitiam colendam incitare poteſt, & à peccatis retrahere. Chald. Paraph. quia non eſt homo, qui proponat animo timorem mei. Nonnulli pro, deſolatione, deſolata transferunt, coniũgentes cum ſuperiori clauſula, luxit ſuper me deſolata. Vox Hebr. שממה ſemamah, participium, & nomen eſſe poteſt. Pro eo autem quod nos habemus, Quia nullus eſt qui recogitet corde, in Heb. ad verbum. quia non vir ponens

Iſai. 5.

super cor: hoc est, qui curet, qui recogitet. *Super omnes vias deserti venerunt vastatores.* Chald. Paraphra. super omnia excelsa deserti. Vox Hebræa שְׁפָיִם sephaiim, loca edita significat: sensum seruauit optimè noster interpres. De eisdem Chaldæis est sermo. Superiùs pastores, nunc deuastatores vocat. Pascit te aduersarius suis suggestionibus, & prauis cogitationib⁹ quas immittit, demulcet: neq; aliud molitur, nisi vt deuastet. Si talem pastorem admiseris, deuastatorem senties. *Quia gladius Domini deuorabit ab extremo terre vsq; ad extremum eius.* Gladius Domini dicitur, quòd Domino iubente excitatur ad punienda peccata. Totam autem terram Iudææ deuastandam prædicit: quod magis explicat, cùm subdit. *non est pax vniuersæ carni.* hoc est, bellum geretur aduersus omnes habitatores terræ. Non potest pacem Dei caro recipere. Si enim secundùm carnem vixeritis, moriemini. Et sapientia carnis inimica est Deo. Et qui in carne sunt, placere Deo non possunt. *Seminauerunt triticum, et spinas messuerunt.* De Prophetis intelligit, qui sanam doctrinam prædicauerunt, neq; tamen vlla sequuta est emendatio: sed & in prophetas insurrexerunt, & eos persequuti sunt, & de malo in peius profecerunt. Diuus Hieronymus de Iudæis interpretatur, hoc modo. Meliora expectauerunt, & venerunt pessima; sperabant prospera, & aduersa perpessi sunt. Sic q̃ benè incipiunt, malè autem finiũt, & qui stultum corripit, & qui ingrato beneficium confert, seminant triticum, & spinas colligunt. *hæreditatem acceperunt, et non eis proderit.* Quòd scilicet eijciendi essent ex terra, quam veluti hæreditariam acceperant, & in captiui-

Rom. 8.

tatem deducendi. Sic superioris sententiæ potest esse hæc interpretatio, vt accepisse hæreditatem habitatoribus eiectis, sit seminare triticum, optimum nempe principium habuisse, prosperè cœpisse: spinas verò metere, sit è terra tandem eijci, & in captiuitatem abire. Nonnulli interpretantur, Ægrotauerunt, & non profecerunt. quod quidam ita interpretantur; Dolore quodam animi affecti sunt prophetæ, quòd non profuerint verba eorum. Vox. Hebr. נחלו nechilu, à radice נחל nachal, hæreditatem accipere, & possidere significat. Si verò sit a radice חלה chalah, ægrotare, dolere, dolore affici significat. *confundemini à fructibus vestris propter iram furoris Domini.* hoc est, confundemini propter opera vestra pessima: quæ spinas supra vocauit, idq; propter iram furoris Domini, qui maxima indignatione scelerata vestra opera puniet. Chald. Parap. Et confundemini in operibus vestris, cùm venerit super vos ira furoris Dñi. Alij, pudefacti sunt, prophetæ nēpe, propter fructus vestros ab ira furoris Domini. hoc est. Prophetæ iram Dei timentes, quam effundit in peccatores, propter scelera vestra pudore confusi sunt. Sep. Confundemini à gloriatione vestra, ab opprobrio in cōspectu Dñi. Theodoretus. Quæ putatis illustrare vos, opes nēpe & potentiā, hæc vos pudore perfundent, dum causam agetis apud Deum: eius enim beneficia abundè experti contraria illi rependistis. *Hæc dicit Dominus aduersus omnes vicinos meos pessimos, qui tangunt hæreditatem, quam distribui populo meo Israël.* Idumęos, Philisteos, Moabitas, & Ammonitas intelligit: quę gentes vicinæ erant terrę sanctę, & infesti erāt Israelitis: quib' Deus mina

tur interitum; vt vel hac ratione Iudæos ad dilectionem sui prouocet, qui de corū hostibus pœnas sumpturus sit. Hæreditatem vocat, terram quam veluti hæreditariam possidendam diuiserat Dominus populo Israëlitico. Tangere verò illam, est infestare, vastare. Chald. Paraph. Qui nocent. *Ecce ego euellam eos de terra sua.* hoc est, faciam vt captiui abducantur à Chaldæis. Chald. Paraph. Ecce ego transmigrare eos faciam de terra sua. *Et domum Iuda euellam de medio eorū.* Nonnulli De Iudæis qui erant inter gentes, intelligunt; quasi dicat. Si qui fuerint Iudæi in regione eorū, cùm abducētur captiui, auferam, & separabo eos, ne simul cū illis abducantur captiui. Sed per domū Iuda, non aliquos Iudæos, sed vniuersam plebem, & regnū Iuda videtur intelligi. Chald. Paraph. Viros domus Iuda trāsmigrare faciam de medio eorum. Septuag. Et Iudam eijciā de medio eorum. De captiuitate ergo Iudæ per Chaldæos facta loquitur. Coniunxit autē vtrūq;, ne ita puniendos suos vicinos Iudæi existimarēt, vt ipsi immunes à pœna remanerent. vel hoc ipsum ad pœnam vicinarum gentium pertinet. Quamdiu enim Iudæi in terra sua manebant, vicinę etiam gentes nō omnino deuastabantur. Iuda autem in captiuitatem abducto, & reliquæ etiam Gētes vicinæ deuastatę sunt. *Et cùm euulsero eos.* Id ad Iudam, & ad reliquas Gētes vicinas, quæ in Babylonem captiuę abductæ sunt, refertur: nā reuertente Iuda è captiuitate, aliæ etiā Gētes reuersæ sunt. Vide 1. Esd. cap. 9. *Virum ad hæreditatem suam.* hoc est, vnumquemq;. phrasis Hebræa. *Et erit: si eruditi.* loquitur de gētibus. Hoc est, si eruditi flagellis, & emendati cultum meum didicerint, meq; coluerint, & per

nomen

nomẽ meum iurauerint, proſperè & fæliciter agent cum populo meo: quòd ſi aliter fecerint, perdã illos omnino. In Heb. ſi diſcendo didicerint. Sic etiã Chal. paraph. & Septuag. Apertiùs noſter interpres fugiens hebraiſmum, & vim illius exprimens. *Vias populi mei.* Poſtquam ex captiuitate reuerſus eſt populus Iudæorum, religioſior fuit: vt videre eſt in lib. Eſdræ. *iurent in nomine meo, Viuit Dominus.* Ad religionem, & Dei cultũ pertinet iuramentum ſuo loco, & tempore, & debitis circumſtantijs præſtitum. Vid. cap. 4. *ædificabũtur in medio populi mei.* Chald. Paraph. Stabilientur in medio populi mei. Vox Heb. à radice בנה banah, quod ædificare ſignificat, Sumitĩ autẽ pro inſtaurare, & dare incrementum, pro ditari, locupletari, benedici, & augeri. *in medio populi mei.* hoc eſt, cum populo meo. vel ædificari in medio populi Dei, eſt ad populum Dei pertinere, prolem numeroſam gignere, quæ ad populũ Dei pertineat. *Quòd ſi non audierint.* Prophetas, ſubintelligunt nonnulli. Chald. Paraph. Et ſi non ſuſceperint diſciplinam. Septuag. ſi autem non conuerſi fuerint. Verbum Heb. שמע ſamah, audire, parere, obtemperare ſignificat. *Euellam gentem illam euulſione, & perditione.* In Heb. euellam euellendo, & perdendo. Chald. Paraph. transmigrare faciam populum iſtũ trãſmigratione perditionis. hoc eſt, vt pereant omnino, neq; ampliùs reparẽtur.

ARGVMENTVM.

Interitus Iudæorum figuratur, & eorum diſperſio. Prouocat ad pœnitentiam. Malorum cauſa, iniquitatum multitudo. Difficilè aſſuetum peccatum deſeritur.

CAP.

¶ CAP. XIII.

HÆC dicit Dominus ad me, Vade, & posside tibi lumbare lineum, & pones illud super lumbos tuos, & in aquam non inferes illud. 2 Et possedi lumbare iuxta verbum Domini, & posui circa lumbos meos. 3 Et factus est sermo Domini ad me secundò, dicens. 4 Tolle lumbare quod possedisti, quod est circa lumbos tuos, & surgens vade ad Euphraten, & absconde ibi illud in foramine petræ. 5 Et abij, & abscondi illud in Euphrate, sicut præceperat mihi Dominus. 6 Et factum est post dies plurimos, dixit Dominus ad me, Surge, vade ad Euphraten: & tolle inde lumbare, quod præcepi tibi, vt absconderes illud ibi. 7 Et abij ad Euphraten, & fodi, & tuli lumbare de loco vbi absconderam illud: & ecce computruerat lumbare, ita vt nulli vsui aptum esset. 8 Et factum est verbum Domini ad me, dicens, 9 Hæc dicit Dominus, Sic putrescere faciã superbiam Iuda, & superbiam Ierusalem multam. 10 Populum istum pessimum, qui nolunt audire verba mea, & ambulant in prauitate cordis sui: abieruntq; post Deos alienos, vt seruirent eis, & adorarent eos: & erunt sicut lumbare istud, quod nulli vsui aptum est. 11 Sicut enim adhæret lumbare ad lumbos viri, sic agglutinaui mihi omnem domum Iuda, dicit Dominus: vt essent mihi in populum, & in nomen, & in laudem, & in gloriam: & non audierunt. 12 Dices ergo ad eos sermonẽ istum, Hæc dicit Dominus Deus Israël, Omnis laguncula implebitur vino. Et dicent ad te, Numquid ignoramus quia omnis laguncula implebitur vino? 13 Et dices ad eos, Hæc dicit Dominus, Ecce ego implebo omnes habitatores terræ huius, et reges qui sedent de stirpe Dauid super thronum eius, et sacerdotes et prophetas, et omnes habitatores Ierusalem, ebrietate: 14 et dispergam eos virum à fratre suo, et

patres

patres et filios pariter, ait Dominus: non parcam, et non concedam: neq; miserebor vt non disperdam eos. 15. Audite, et auribus percipite. Nolite eleuari, quia Dominus loquutus est. 16 Date Domino Deo vestro gloriam, antequam contenebrescat, et antequam offendant pedes vestri ad mõtes caliginosos: expectabitis lucem, et ponet eam in vmbram mortis, et in caligine. 17 Quòd si hoc non audieritis, in abscondito plorabit anima mea à facie superbiæ: † plorans plorabit, et deducet oculus meus lachrymam, quia captus est grex Domini. 18 Dic regi et dominatrici, Humiliamini, sedete: quoniam descendit de capite vestro corona gloriæ vestræ. 19 Ciuitates Austri clausæ sunt, et non est qui aperiat: translata est omnis Iuda transmigratione perfecta. 20 Leuate oculos vestros, et videte qui venitis ab Aquilone: vbi est grex qui datus est tibi, pecus inclytum tuum? 21 Quid dices cùm visitauerit te? tu enim docuisti eos aduersum te, et erudisti in caput tuum. nunquid non dolores apprehendent te, quasi mulierem parturientem? 22 Quòd si dixeris in corde tuo, Quare venerunt mihi hæc? † Propter multitudinem iniquitatis tuæ reuelata sunt verecundiora tua, pollutæ sunt plantæ tuæ. 23 Si mutare potest Æthiops pellem suam, aut pardus varietates suas: et vos poteritis benefacere, cùm didiceritis malum. 24 Et disseminabo eos quasi stipulam quæ vento rapitur in deserto. 25 Hæc sors tua parsq; mensuræ tuæ à me, dicit Dominus; quia oblita es mei, & confisa es in mendacio. 26 Vnde et ego nudaui femora tua contra faciem tuam, et apparuit ignominia tua. 27 adulteria tua, et hinnitus tuus, scelus fornicationis tuæ: super colles in agro vidi abominationes tuas. Væ tibi Ierusalem, non mundaberis post me: vsquequo adhuc?

† Thre. 1, 2.

† Inf. 30, 14. 15.

EXPLANATIO.

HÆC

HÆC *dicit Dominus ad me, vade, & posside tibi lumbare lineum*. Parabola lumbarij dignitatem populi Iudæorum, quem Deus sibi cõiunxerat: & illius iniquitatem, qui à Deo recessit, & iniquitatis pœnam declarat. Quæ hìc cõmemorantur, vel res gestę fuerunt, vel in visione cõtigerunt: vtrumq; enim fieri potuit. *posside*. Vox Heb. à verbo קנה chanah, quod acquirere, possidere, & emere significat. Acquisiuit sibi Deus populum Iudæorum, & redemit de Ægyptiaca captiuitate: populum autẽ Christianum redemit sanguine suo. Vnde populus acquisitionis vterq; dicitur, nõ corruptibilibus auro & argento. &c. Non priùs nos ad illum accessimus: sed ipse prior nos quęsiuit, & in misera seruitute inuentos redemit. *lumbare lineum*. Sęptuag. cinctoriũ. Chald. Paraph. cingulum. In Heb. cingulũ linorum, hoc est, lineum. *Et in aquam non inferes illud*. Ezechiel. 16. Non es lota aqua in salutem. Diuus Hieronymus. Cinctoriũ siue lumbare quod renibus Dei iungitur, populus Israël est: qui in lini similitudinẽ assumptus de terra, & illotus, nec mollitudinem habuit, nec candorem: & tamen per illius misericordiam adhæsit Deo. Vbi nõ ex merito Electionem Dei esse docemur: quid enim erat dignum Deo in baltheo lineo non immisso in aquã, vt Dei renibus adhæreret? Aperta est litera. *Et surgens vade ad Euphráten & absconde ibi illud in foramine petræ*. Veluti abstulit tantillùm Deus à se lumbare, dum permisit populum in captiuitatem abduci, quasi non esset eius populus. Latuit autem inter Assyrios, & despectus iacuit. Per Euphráten, terrã Assyriorum intelligit. *Et factum est post dies plurimos, ita vt nulli vsui aptum esset*.

1. Pet. 1.

esset. In Hebr. non prosperabitur, vel proficiet alicui. Optimè sensum reddidit noster interpres. Reductionem ex captiuitate significat. Cōputruisse autem lũbare, significat gentium moribus corruptum populum: sed & inglorium ibi fuisse, & abiectum. Theodoretus foramen petrę vocat Babylonem. Populus illic agens inutilis erat: non iam vocitabatur populi Dei, nec à se ipso regebatur, neq; cultũ diuinum à lege mã datũ celebrabat: sed inutilis erat, perinde ac cingulũ illud putrefactum; *Sic putrescere faciam superbiam Iuda.* Explicat parabolam. Auferam, inquit, omnem gloriã à populo hoc, in qua ipse superbiebat. Qui donis Dei ad superbiam abutuntur, meritò illis spoliantur. Auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructum, dicebat Christus Iudæis. *Sicut enim adhæret lũbare ad lumbos viri, sic agglutinaui mihi omnem domũ Israël, & omnem domum Iuda, vt essent mihi in populũ, et in nomen, et in laudem, et in gloriam, et non audierunt.* Satis apertè explicat similitudinem lumbaris. Loquitur autē de vniuerso populo Israëlitico, tam de decē tribubus, quàm de duabus: communis enim fuit gloria, & communis etiam culpa & pœna. Ad summam, inquit, gloriam euexeram populum Israëliticum, vt populus meus esset peculiaris, & veluti hæreditas mea, & fundus hæreditarius, totoq; orbe nomē eius celebraretur. & inter omnes gentes supremam haberet laudem, & gloriam: cùm autem ad tantã gloriam extulissem, nequaquam voluerunt vocem meam audire, neq: mihi obtemperare. Obseruã. Iusti quamdiu hìc viuũt, cinctorium Dei sunt, Deo adhærentes: sed lineum, quod & sordes cōtrahit, & putrefieri potest: nã absq; peccato

Mat.21.d

vita hæc minimè trāsigitur, & à iustitia excidere possumus. Sed post hanc vitam zonę aureæ, quæ neq; sordes cōtrahit neq; corrumpitur, comparantur. Sic in Apocalypsi vidit D. Ioannes similem filio hominis pręcinctum ad mammillas zona aurea. Sed nihilómī nus quamdiu hìc est lumbare lineum, lauari potest, & à corruptione, diuina gracia, præseruari; dum modò non in foramine petræ Euphrátis abscondatur, seculi huius, quod in maligno positum est, inquinamēta sectando: sed in foramine petræ Iordanis, cuius aquæ tactu carnis Christi sanctificatę sunt: vbi pater petram voce sua demonstrat, dicens: Hic est filius meus dilectus: & Spiritus sanctus in specie columbæ descēdens & manens super eum, auctorem, & reparatorē sanctitatis ostendit. Hæc est illa petra, ad quam cælestis sponsus sponsam suam inuitat in Canticis, dicens. Veni columba mea in foraminibus petræ, in cauerna maceriæ. In lumbis vis & facultas generandi est. Sic iusti Dei generatio sunt. Omnes qui viderint eos, cognoscent illos, ait Isaias: quia isti sunt semē, cui benedixit Dominus. Et D. Ioannes. Omnis qui natus est ex Deo, peccatum non facit: quoniam semen ipsius in eo manet.

Apoc.1.c *Mat.3.d.* *Cant.2.d.* *Isai.61.d* *1.Ioā.3.b*

Omnis laguncula implebitur vino. Alia parabola grauissimam calamitatem, qua afficiendi erant Iudæi, & veluti inebriandi, significat: cuius omnes participes futuri erant, vt neq; reges, neq; sacerdotes, neq; prophetæ immunes remanerent. Pro, *lagunculа*, Septuagin. & Chal. Para. habent, vter. Vox Heb. נבל nebel, vtrē, lagenam, & hydriam significat. Admonemur nostræ fragilitatis. Vnde D. Paulus. Habemus thesaurū in va-

1. Cor. 4.

sis fi

ſis fictilibus. *Nunquid ignoramus, quia omnis laguncula. &c.* In Heb. Nunquid ſciendo neſciemus? Hebraiſmum vitauit noſter interpres. *qui ſedent de ſtirpe Dauid.* In Heb. ſedentes Dauidi ſuper ſolium eius. Vim autem Hebraicæ phraſis expreſſit noſter interpres. *Ebrietate.* Chal. Para. tribulatione. Vox Heb. שִׁכָּרוֹן ſchicharin, Ebrietatẽ ſignificat, à verbo שָׁכַר ſchachar, quod inebriare, ebriũ eſſe & temulentũ ſignificat. Sumitur autẽ ebrietas, pro tribulatione, & calamitate maxima, quę aciem animi hebetat, & obtundit, & veluti ebriũ hominem reddit. Sic apud Iſai. ebria nõ à vino vocatur Ieruſalem, ſubaudi, ſed anguſtijs & afflictionibus. Solet etiam in ſacra ſcriptura ebrietas cæcitatem animi ſignificare, quæ reddit animum ad omnes probas actiones ineptum. Sic in Iſai. Obſtupeſcite & admiramini, fluctuate, & vacillate, inebriamini, & non à vino, mouemini & non ab ebrietate. Qm̃ miſcuit vobis Dñs ſpiritum ſoporis, claudet oculos veſtros. &c. Poſſumus etiam hoc in loco per ebrietatem, cæcitatem mentis intelligere: huius autem cæcitatis auctor dicitur Deus, dum hominem luce ſua non perfundit, propter illius peccata: ſicut & obdurationis cauſa dicitur, dum non emollit: quod quidem iuſtè facit, exigentibus hominum peccatis. *non parcam & non concedam: neq; miſerebor, vt non diſperdam eos.* Tria hæc verba etiam in Hebr. eiuſdem ferè ſignificationis ſunt. Poſſumus nos ſingulis verbis propriam vim & ſignificationem tribuere, quaſi dicat. non parcam, neq; precibus alicuius flectar, neq; illorum miſerijs tangar, vt penitus non diſperdam.

Iſai. 51.

Iſai. 29.

Audite & auribus percipite. Prouocat populũ ad pœnitentiã,

tiam, & vt ad Deum conuertatur, hortatur: quamdiu tempus illi conceditur pœnitendi, antequam ducantur in captiuitatem, & seruitutis mala sentiant. *Nolite eleuari.* per superbiam. Humiliamini sub potenti manu Dei. Initium peccati superbia est. Conuersionis autem nostræ initium ab humilitate sumi oportet. Qui seipsum cognoscit, totumq; à Deo pēdêre intelligit, audiet illū, obtemperabit, nec latum quidē vnguem ab illius pręceptis & voluntate recedere audebit. *quia Dominus loquutus est.* Loquēte Domino, audiant serui: nemo sit, qui obstrepat: nemo sit, qui superbia elatus repugnet. *Date Domino Deo vestro gloriam.* resipiscendo nempe, & obtemperādo monitis eius. Contemnitur Deus, & quantùm est ex parte nostra eius gloria obscuratur, dum peccamus, & mandatis eius non obtemperamus; quasi non sit Deus, qui præcipere possit: & nos creaturæ eius, quæ obtemperare debeamus. Damus autem illi gloriam, dum peccatum nostrum confitemur, dum pœnitemus, & vitam emendamus iugo legis eius colla nostra subdendo. *Antequam contenebrescat, et antequam offendant pedes vestri ad montes caliginosos.* hoc est, antequā veniat tribulatio. Solet scriptura sacra per tenebras, tribulationem; sicut per lucē prosperitatem, significare. Chald. Paraph. Antequam veniat super vos tribulatio, & similes sitis his qui ambulant in caligine, & antequam offendant pedes vestri ad montes caliginis. Per mōtes caliginosos, Diuus Hiero. ait significari Babylonem, & Chaldęorum regionem: vt Isai. 13. Super montem caliginosum leuate signum. In quem locum D. Hiero. Babylonem ait vocari montem caliginosum, propter superbiam. alij

1. *Pet.* 3.
Eccli. 10. c.

propter

propter murorum, & ædificiorum altitudinem. Caliginosos verò montes dictos (quasi alludendo ad nomen Babel, quod cōfusionem significat) propter cōfusionem, & peccati & ignorātię tenebras. Alij Ægyptum, cui cōfidebant, intelligunt: quasi dicat. Antequā in perniciē vobis cedat arrogantia & superbia vestra, & vana vestra confidentia, qua auxilium ab Ægyptijs expectatis. Alij Hyperbolē esse maximarum tenebrarum, hoc est, grauissimarum calamitatum. Vox Heb. נשף naseph, pro qua, caliginosos, legimus, crepusculū, & noctē & tenebras significat. Ad montes igitur crepusculi, vel noctis, aut tenebrarū trāsferre possumus: quod idem est, quod caliginosos. Simile est huic sententiæ, quod Christus in Euangelio ait. Ambulate dū lucē habetis, ne tenebrę vos cōprehendant. Sic in Sophonia, & in Ioel. Dies Domini vocatur dies tenebrarū & caliginis, nebulæ & turbinis. Priusquā ergo iudicij tēpus adueniat, & in tenebras proijciamur exteriores, vbi erit fletus & stridor dentiū, agamus pœnitētiā.

Ioan. 12. c *Soph. 1.* *Ioel. 2.*

Expectabitis lucem, & ponet eam in vmbrā mortis, & in caliginem. Explicat, quid sit offendere ad montes caliginosos: dum quis omnia plana esse existimans montem offendit, & prospera omnia expectās, in magnas incidit calamitates. Vmbra mortis, & caligo, maxima pericula, calamitates maximas significat. Quod autem ait, *ponet eam*, hoc est, lucem in vmbram mortis & in caliginem, ad Deum refertur, quasi dicat. conuertet vobis Deus prosperitatem, quam frustra expectabatis, in maximas calamitates, ita exigentibus peccatis vestris. Theodoretus. In ipso supplicio implorabitis opem, & nullam consequemini humanitatem.

Quòd si hoc non audieritis, in abscondito plorabit anima mea à facie superbiæ. Hoc est, si admonitioni huic meæ acquiescere nolueritis, plorabo propter superbiam, & contumaciam, & obstinationem vestram. Septuag. legunt, anima vestra: quod ita interpretatur Theodoretus, vt malorum grauitatem & excessum significet: quasi dicat, seruientes hostibus apertè plorare non audebitis, sed clam dumtaxat hoc facietis. D. Hiero. vt ne ploratus liber sit, ne victorum offendantur oculi. In Heb. anima mea, habetur. sic etiam. Chald. Paraph. *In abscondito* autem, ait, more lugentium, qui in locum abscōditum se recipiūt, vt liberiùs planctui vacent. *à facie superbiæ*. Chald. Para. Pro eo quòd ablata est à vobis gloria vestra. Vox Heb. גוה geuah, superbiam, & excellentiam significat. Potest in eūdem sensum litera nostra interpretari, *à facie superbiæ*, hoc est. Propter gloriā à vobis ablatā, quæ superbię causa vobis erat. Hìc obiter obserua idē verbū apud Hebræos excellentiā, & superbiā significare: quòd ex excellētia vt plurimùm superbia oriatur: sed & superbia appetitus est excellētiæ. Theodoretus legit, à facie iniuriæ. Vox Gręca ὕβρις contumeliā, vim illatam, fastū, & superbiā, procacitatē & petulantiā significat. *Plorans plorabit & deducet oculus meus lachrymā, quia capt⁹ est grex Domini*. i. Miserè plorabo, & oculi mei resoluentur in lachrymas, propter captiuitatem populi Dñi, quā veluti pręsentē iam conspicio. Hęc iusta planctus materia est, videre hostē in populū Dei grassantem, & vndiq; captiuos agentē: sed paucos hęc nr̄a ætas habet Ieremias, qui cōmunia hęc mala defleāt. omnes quæ sua sunt, quęrūt. Captus est grex Dñi, Quid mirū? quādo

pastores

pastores impinguati, & incrassati profundo sopiātur somno, & canes muti effecti lattrare nesciāt? *Dic regi, et dominatrici, Humiliamini, sedete, quoniā descendet de capite vestro corona gloriæ vestræ.* Non cessat iterū atq; iterū mo nere. Hortatur autē ad humilitatē & planctum, quòd amissuri essent regiam dignitatem, & regi Babylonio tradendi: si fortè humilitate & lachrymis obtinere possent, vt suam Deus retractaret sentētiam. Sedere in terra, mos erat lugētium. sic Isa. 47. Descende, sede in puluere virgo filia Babylon, sede in terra. Per regē & dominatricem, Rab. Salo. & D. Hiero. Iechoniam, & matrem eius intelligūt; de quibus habes infra cap. 29. Postquam egressus est Iechonias & domina. tradi dit enim se Iechonias cum matre sua regi Babylonio. vt videre est 4. reg. 24. Lyra vult Sedechiam, et vxorem eius intelligi, sub quibus facta est perfecta transmigratio, de qua hìc videt loqui: sub Iechonia enim nequaquam facta est perfecta transmigratio, vt patet ex 4. Regum. Fauet huic interpretationi Chaldæus Paraphrastes, qui habet, regi & vxori eius. Septuagin. habent, Dicite regi & potentibus. facilè potuerunt de cipi ex vocum vicinitate, vt animaduertit D. Hieronymus. *Sedete.* subintelligendum est, in terra: vt enim constat ex serie literæ, ad planctum hortatur: lugentium autem mos erat in terra sedere, vt diximus. Pro *descēdit.* Septuag. sublata est à capite vestro corona glorię vestræ. Chald. Paraph. quia migrauit gloria vestra à uobis: cecidit corona laudis vestræ. Pro *corona gloriæ vestræ,* in Hebręo habetur מראשותיכם marasochechem, hoc est, magnitudines vestræ, vel capitalia vestra. id est dignitas vel ornamentum capitis vestri.

 quod

quod magis explicatur, cùm subditur, corona glorię, vel magnificentiæ vestrę. Noster interpres sensum apertiùs expressit. Dignitas nostra, corona capitis nostri, gratia Dei est; quę nos filios Dei, & reges constituit. hanc cùm peccamus, amittimus: vt meritò proptérea humiliari, & humi sedere, & acerbè plangere debeamus. Magnitudines autẽ, vel dignitates, in plurali habetur in Hebręo, quòd hęc dignitas innumeras cõprehẽdat dignitates, & oẽs alias mũdi dignitates lõgo superet interuallo. sic in principio Psalmorũ vbi nos habemus, Beat⁹ vir, in Heb. Beatitudines viri, habẽt: ꝙ innumerę sint fęlicitates viri colẽtis iustitiã, de qua

Sap. 7. b. dicitur, Venerũt mihi omnia bona pariter cũ illa. *Ciuitates Austri clausæ sunt, & nõ est qui aperiat. translata est omnis Iuda transmigratione perfecta.* De obsidione interpretatur D Hier. per ciuitates Austri, ciuitates tribus Iudæ, & Ierusalẽ intelligit: quę ad Austrum sitę sunt respectu ciuitatum decem tribuũ, & respectu Chaldæę, quę sita est ad Septentrionem. Nõ est ergo, ait, qui aperiat, ob hostium nempe metum obsidentium ciuitates. vel, quòd ducti sint omnes captiui: quod significat, cùm subdit, translata est omnis Iuda transmigratione pfecta. Per transmigrationẽ perfectã, omnimodã trãsmigrationem intelligit, quæ facta est sub Sedechia. In Heb. perfectionibus, integritatib⁹. i. omnino, vel integrè. *Leuate oculos vestros, & videte qui venitis ab Aquilone: vbi est grex qui datus est tibi, pecus inclytum tuum?* Diuus Hieronymus sermonem dicit esse ad Ierusalem, cuius habitatoribus dicitur, vt eleuent oculos suos, & videant Chaldęos ab Aquilonis parte veniẽtes. Id quidem cum nr̃a lectione non quadrat, bene

autem

autem cum translatione Septuag. qui habent, Leua oculos tuos Ierusalem, & vide venientes ab Aquilone. Sic etiam Chal. Paraph. Leuate oculos vestros, & videre eos qui veniunt ab Aquilone. In Hebr. est vox הבאים habaim, quæ veniētes significat. Potest autem ad vtramq; lectionem accōmodari: nam si in recto casu sit, vos qui venitis, interpretabimur: si in accusandi casu, eos qui veniunt. Sic interpretatur Sātes Pag. & sic videtur interpretatus D. Hier. cùm in Cōmentarijs in hunc sensum exponat, quamuis in textu qui habetur in eisdem Commenta, qui venitis, legatur, ita etiam habent Biblia regia, & vt plurimùm omnes. Iuxta hanc lectionē sermo erit ad Chaldęos, quasi dicat. Cōsiderate, qua ratione Ierusalem, & vniuersus Iuda omni destituatur auxilio: decreuit enim Deus vniuersum hunc populum in manus & potestatem vestram tradere propter peccata. Vnde quod subditur, *vbi est grex. &c.* voces possunt esse Chaldæorum insultātium Ierusalem, & ciuitatibus Iuda: quasi dicant, Vbi est populus ille inclytus, & numerosus, de quo tantopere gloriabaris? quomodo ciues tui non propugnant te? Vel, deuastata Ierusalem, veniētes ab Aquilone alloquitur, vt miseram & horrendam deuastationem contemplentur: quos & loquentes introducit, quærentes vbinam sit populus, & inclyti illi ciues, qui olim Ierusalem incolebāt, & sua frequētia inclytam & gloriosam ciuitatem illam reddebāt. *Quid dices, cùm visitauerit te?* Verba sunt Prophetæ, quasi dicat. Obmutesces, cùm te Domin⁹ visitauerit: cogêris enim agnoscere te digna factis recepisse, quòd Deum tuum dereliqueris. Sep. visitauerint, habent: vt ad ho-

 stes re-

Iob 31.b. stes referatur. Quid dicam, ait Iob, cùm surrexerit ad iudicandum Dominus? cùm interrogauerit, quid respondebo ei? & Ezechias. Quid dicã, aut quid respõdebit mihi, cùm ipse fecerit? *Isai.38.b.* *Tu enim docuisti eos aduersum te, & erudisti in caput tuum.* D. Hiero. ea ratione interpretatur, quòd dum auxilium à Chaldæis quærerent, & amicitiam cum illis inirent, & eorum Deos colerent, sub occasione amicitię, didicerint Chaldæi per quod iter venire deberent in Ierusalem. Vid. 4. Reg. 16. vbi rex Achaz petijt auxilium à Chaldæis. Alij de Ezechia intelligũt, qui ostẽtatis suis thesauris docuit Chaldæos rationem & viam, qua populo Israëlitico duces essent & principes: illexit enim auaræ gentis oculos ad prædam. *Isai. 39.* Vel, dum ad Chaldæos confugisti, imbecillem te, & diuino auxilio destitutam propter peccata ostendisti: sicq; hostes tuos in caput tuum, & in perniciem tuam erudisti, qui alioqui insuperabilem te esse existimabant, quòd Deum protegentem ac defendentem haberes. Septuaginta. Et tu docuisti eos contra te disciplinas in principatum, hoc est. docuisti artem, qua tibi imperare possent, & ditioni suæ subijcere. In Heb. Et tu docuisti, vel assuefecisti eos super te, vel contra te duces in caput. Optimè sensum explicauit noster interpres. Chald. Paraph. Tu enim docuisti eos, vt facerent mala: aduersum te magnificantur sicut ab initio. Multiplex significatio vocum Hæbraicarum, multiplicis interpretationis causa est, nã dictio ראש ros, caput, ducem, principem, & principium, & initium significat. Audiat hoc Ecclesia negligens, ait D. Hieronymus, quòd ipsa doceat aduersarios suos, quo modo eam possint spiritali captiuita

te comprehendere, & pecus eius bestiarum crudelita te lacerare. Dum Pastores negligentes sunt in custodiendo grege; & vnusquisq; nostrum negligens est in cordis & sensuũ custodia, erudiuntur hostes nostri in perniciem Dominici gregis, & animarum nostrarũ; Quorum illę sunt voces. Persequimini & comprehẽdite eũ, quia nõ est qui eripiat. *Nunquid non dolores apprehenderunt te, quasi mulierẽ parturientẽ?* Quasi dicat, apprehendet te profectò repentina captiuitas, sicut mulierẽ dolores partus: repentini sunt enim huiusmodi dolores, qui mulierẽ nihil cogitãtem inuadere solẽt. Sic D. Paulus. Dies Domini sicut fur in nocte ita veniet. Cum enim dixerint, pax et securitas; tunc repentinus eis superueniet interitus, sicut dolor in vtero habẽtis, & non effugient. *Quòd si dixeris in corde tuo, quare venerunt mihi hæc? Propter multitudinem iniquitatis tuæ reuelata sunt verecundiora tua, pollutæ sunt plantæ tuæ.* Per reuelationẽ pudendorum, extremam ignominiam significat: nã maiore ignominia affici non potest pudica matrona, quasi dicat. Ob scelera tua tot ac tanta, maximam captiuitatis ignominiam sustinuisti: sic Theodoretus. Vel, dum puniã te propter idololatriã, manifestæ fiẽt fornicationes tuæ. D. Hier. vt quasi mulieris meretricis sublatis vestibus reueletur ignominia tua, & ostenderentur publicę fornicationes tuę. Apertiùs hoc idẽ repetit in fine huius Capitis. Septuagin. reuelata sunt posteriora tua, dehonestata sunt calcanea tua, conspicua est ignominia tua. In Hebræo. discoopertæ sunt fimbrię tuę. Vox enim Hebræa שׁוּל sul, fimbriã, hoc est, inferiorem partẽ vestis significat, & pro veste ipsa sumitur. detegere autem vestem significat,

Psal. 70.

1. Thes. 5.

detegere pudenda: quod quidē facimus, accepta manu extrema vestis parte. Sensum ergo reddidit noster interpres trāsferendo, reuelata sunt verecūdiora tua. Pro eo autem quod nos habemus, *pollutæ sunt plantæ tuæ*, in Hebræo est, discoopertæ sunt, vel affectæ vi plantæ tuæ. Verbum Heb. חמס chamas, rapere, diripere, vim inferre, & in coniugatione Niphal, discooperiri vi amoto vestimento, significat. Per plantas autem, crura & pudenda significātur, à parte totum honestatis causa: quia tamen reuelare pudēda, est fornicationes quibus polluta erat Ierusalē manifestare, noster interpres transtulit, pollutæ sunt plantæ tuæ, hoc est, manifestum factum est pollutas esse fornicationibus. hoc est, idolorum cultu. vel pollui dicitur, quod iniuria afficitur: vt pollui plantas sit, vi detracto vestimento detegi, & discooperiri. D. Hier. Hinc discimus, quādiu fuerint minora peccata, agere dominū patienter, & expectare pœnitudinem nostram: sin autem voluerimus delictis copulare delicta, & cumulum facere peccatorum, reuelabuntur pudenda nostra, & ostēdentur cunctis plantæ nostræ, vel in præsenti sæculo, vel in futuro. Nihil enim est occultum, quod non reueletur: quando implebitur illud Danielis. Isti resurgent in vitam æternam, & illi in opprobrium & confusionem sempiternam. Obserua. Sordes in plantis non videntur, & plerunq; facies pedis nitida apparet, & planta sordida est. Frustra ergo nitimur hypochrisi sanctitatē simulare; reuelabit Deus pollutas plantas nostras, & illuminabit dies Domini abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordis. Nolite ergo ante tēpus iudicare. *Si mutare potest Æthiops pellem suā,*

Mat. 10.

Dan. 12.

1. *Cor.* 4.

aut pardus varietates suas: & vos poteritis benefacere, cùm didiceritis malum. Cùm multitudinem iniquitatum commemorasset, quā difficile & fere impossibile sit, post multiplicata peccata ad Deum cōuerti, & mores corrigere docet. Theodoretus. Verus profectò sermo, cō suetudinem videlicet esse alterā naturā. Omnia enim quæ longa consuetudine comparauit animus, paria censentur cum naturalibus. Modus hic dicendi difficultatem rei ostēdit; nequaquam tamen impossibile id esse significat. Sic cùm Christus dixisset, Faciliùs esse camelum per foramen acus trāsire, quàm diuitem in regnum cælorum intrare, addidit: apud homines hoc impossibile est, apud Deū omnia possibilia sunt: docens id quod homini Dei gratia, & auxilio destituto impossibile est, eidem gratia & auxilio Dei adiuto possibile esse. Vt nequaquam Æthiops & pardus suam videantur mutare naturam, vt ait D. Hiero. sed ille qui in Æthiope operatur & pardo, hoc faciat: dicente Apostolo, Omnia possum in eo qui me confortat. Adnotat hìc D. Hiero. hoc testimonio Prophetæ vti aduersus Ecclesiam qui diuersas cupiunt asserere naturas, & tantam dicunt esse vel nigredinem vel varietatem peccatorum, vt in candorem, & vnius coloris pulchritudinem transire non possint. Sed cùm dicat Propheta, cùm didiceritis malū, rem esse proprij studij & voluntatis apertè significat. Quod enim discitur, non naturæ est, sed studij & propriæ voluntatis: quæ nimia consuetudine & amore peccādi quodammodo in naturam conuertitur. Hinc est, quòd Lazarus quatriduanus iam fætens, & in sepulchro conditus lapide super posito, non nisi clamore magno, præceden-

Mat. 19.

Philip. 4.

Ioan. 11. e

cedētibus etiam lachrymis, resurgit. Vbi sunt qui pœnitentiā agere differunt, & multiplicate peccata non verentur, sperantes faciliùs posse vitam, ac sceleratos mores suos emendare, postquam peccandi consuetudine animus occalluerit? Hęc dęmonū figmenta sunt, & falsissimæ persuasiones. Fili peccasti: non adijcias vltra, ait scriptura. Quærite Dominum, dum inueniri potest: inuocate eum, dū prope est. Longè à peccatoribus salus: & quò magis peccata augētur, eò magis à Deo recedimus: quì ergo fieri poterit, vt facilior sit reditus? Peccasti? denigrasti animam, maculasti: sed recentes maculæ facilè diluuntur. si in Æthiopem & Pardum consuetudine peccādi euaseris, Æthiopem quis lauabit? à pardo quis varietates auferet? *Et dissеminabo eos quasi stipulam quæ vento rapitur in deserto.* Hoc est, dispergam eos in varia loca, ad quæ captiui ducentur, quemadmodum stipulæ à vento disperguntur, maximè in deserto, vbi nullum est impedimentum: nulla subsequuta emendatione, nihil iam reliquum est, nisi extremum supplicium. *Hæc sors tua, parsq; mensuræ tuæ à me, dicit Dominus: quia oblita es mei, & confisa es in mendacio.* Apostrophe ad Ierusalem. Hæc, ait, est hæreditas, quam à me accipies: hoc à me consequêris. pars mensuræ vel mēsurarum tuarum à me, ut habetur in Heb. partem & hæreditatem mensuratam à Deo significat. Chald. Paraph. pars hæreditatis tuæ à facie mea. Mensuris enim hæreditates diuidebantur. Sic & Deus omnia in numero, pondere, & mensura disponit: vt iuxta mensuram etiam delicti sit & plagarum modus. Sed et cum mensura puniuit Deus Iudæos, dum non omnino deleuit. Mensura

Eccli. 21
Isai. 55. b
Psal. 118.

est Dei

est Dei voluntas iusta; imò ipsa iustitia: quæ pœnæ etiam modum imponit, admiscens iustitiæ misericordiam, vt intelligamus passione non duci, sed summa sapientia, summa tranquillitate, absq; vlla perturbatione omnia moderari. Septuag. sic sors tua, pars inobedientiæ vestræ aduersum me, dicit Dominus: sicut oblita es mei, & sperasti in mendacio. Per mendacium, falsas promissiones pseudoprophetarum intelligit: idololatriam etiam, de qua supra cap. 3. Verè mendaces erāt colles. & cap. 7. Ecce vos cōfiditis vobis in sermonibus mēdacij, qui non proderūt vobis: furari, occidere, adulterari, iurare, libare Baalim, & ire post Deos alienos, quos ignoratis. Deniq; rem fallacē, quæ non solet succedere pro animi sententia: friuola consilia, & conatus qui spem fallunt. *Vnde & ego nudaui femora tua cōtra faciē tuā, & apparuit ignominia tua, etc.* Idē superiùs in hoc capite. Vbi nos, femora, habemus, idem verbum est in Heb. cum eo quod superiùs ponitur, vbi nos habemus reuelata sunt verecundiora tua, quod fimbrias significat. Vide quæ superius annotauimus, Dum ignoscit Deus peccata, dicitur delere, vt non appareant: dum punit, reuelat, & manifestat. Quod autem *contra faciem tuam*, ait, idem est ac si dicat, vt tu ipsa ignominiam tuam videas, neq; possis iam scelera tua excusare. Per, *hinnitus*, insaniā libidinis significat. Chal. Para. Apparebit ignominia tua, insipiētia tua, & stultitia tua, & consiliū peccati adolescentiæ tuæ. Sep. pro eo quod nos habemus *scelus fornicationis tuæ*, habēt, alienatio fornicationis tuę *Super colles in agro vidi abominationes tuas.* In collibus & in agro dijs immolabāt. Nōnulli per agrum, ipsam terrā

sanctā intelligūt. Vox Hebr. שדה sadah, agrū & terrā, regionem significat. D. Hiero. Nō solùm in media vrbe Ierusalem, sed in omni colle, cunctisq; regionibus vidi idóla tua. *Væ tibi Ierusalem, non mundaberis post me: vsq; quo ad huc?* D. Hiero. Cùm mea iactares sequi vestigia, & confessionem mei nominis ventilares; tamen nunquam purgata es, quia oblita es mei, & sperasti in mendacijs. Quandiu ergo te expectabo? quamdiu feram, vsquequo obliuisceris me in finem, & mea præcepta contemnes? vel quādiu perges immunda esse? Septuag. væ tibi Ierusalem, quia nō mundata es post me. Chald. Paraph. non mundaberis. In Hebr. futurū est, non eris munda, quasi dicat. non dabis operam, vt munda sis: aut si id factura es, quando iam erit? quasi dicat, non priùs id fiet, quàm abducta fueris in captiuitatem. Pro eo autem quod nos legimus *post me*, nō nulli, post hac, transferunt: sic Santes Pag. Alij, tandē. Vox Heb. אחרי athare, vbi si iod affixum sit, post me, sonat. Si verò non sit affixum, postea, vel posthac, interpretari possumus. Chald. Paraph. dictionem hanc cum subsequenti coniungit: ita enim habet, hactenus prorogatio est tibi multis dieb᾿. Possumus etiā illud, post me, hoc sensu interpretari, vt subaudiam᾿ ambulans: quasi dicat, non dabis operam, vt munda sis post me ambulans? vel nunquam id facies. Sic Isai. 1. Lauamini mūdi estote. Modum autē quo mundi esse possent ostendens, subiungit, auferte malum cogitationum vestrarū ab oculis meis, quiescite agere peruersè, discite benefacere: id autem est post Deum ambulare, & eum sequi. Nunquam mundatur, ait D. Hiero. qui erecta ceruice per superbiam non humiliatur sub

poten-

potenti manu Dei, sed in suis sceleribus vitijsq; confidit. Vos mundi estis, dicebat Christus, propter sermonem quem locutus sum vobis. Et, Lex domini immaculata conuertens animas. Qui ergo sermonem Dei & legem eius amplectitur illum sequẽs, mundus est. quod nos vtinam, dum tempus habemus, facere studeamus.

Ioan.15.a
Psal.18.

A R G V M E N T V M.

Prædicitur siccitas futura in Iudæa. Orat Propheta petẽs misericordiam à Domino. Præcipit ei Deus, ne pro populo oret. Commemorat falsas prædictiones pseudoprophetarum. Orat rursum in persona totius populi peccata sua agnoscentis, & Deum commemoratione pacti sui ad parcendum inuitantis.

¶ C A P. XIIII.

QVOD factum est verbum Domini ad Ieremiã de sermonibus siccitatis. 2 Luxit Iudæa, & portæ ei⁹ corruerũt, & obscuratæ sunt in terra, et clamor Ierusalẽ ascẽdit. 3 Maiores miserunt minores suos ad aquam: venerunt ad hauriendum, non inuenerunt aquam, reportauerunt vasa sua vacua: cõfusi sunt & afflicti, & operuerunt capita sua. 4 Propter terræ vastitatem, quia non venit pluuia in terram, confusi sunt agricolæ, operuerunt capita sua. 5 Nam & cerua in agro peperit, & reliquit: quia non erat herba. 6 Et onagri steterunt in rupibus, traxerunt ventum quasi dracones, defecerunt oculi eorum, quia non erat herba. 7 Si iniquitates nostræ responderint nobis: Domine fac propter nomen tuum, quoniam multæ sunt auersiones nostræ, tibi peccauimus. 8. Expectatio Israël, saluator eius in tempore tribulationis: quare quasi

colonus

colonus futurus es in terra, & quasi viator declinans ad manendum? 9 Quare futurus es velut vir vagus, ut fortis qui non potest saluare? tu autem in nobis es Domine, & nomen tuum in uocatū est super nos, ne derelinquas nos. 10 Hæc dicit Dominus populo huic, qui dilexit mouere pedes suos, & non quieuit, & Domino non placuit: Nunc recordabitur iniquitatum eorum, & visitabit peccata eorū. 11 Et dixit Domin⁹ ad me: † Noli orare pro populo isto in bonū. 12 Cùm ieiunauerint, non exaudiā preces eorum: & si obtulerint holocausta & victimas, non suscipiā ea: quoniam gladio & fame et peste consumam eos. 13 Et dixi, A, a, a, Domine Deus prophetæ dicunt eis, † Nō videbitis gladiū, et fames non erit in vobis, sed pacem veram dabit vobis in loco isto. 14 Et dixit dominus ad me, Falsò prophetæ vaticinātur in nomine meo: † non misi eos, & non præcepi eis, neq; locutus sum ad eos: visionem mendacem, et diuinationem ' fraudulentam', et seductionem cordis sui prophetāt vobis. 15 Idcirco hæc dicit Dominus de prophetis qui prophetant in nomine meo, quos ego non misi, dicentes, Gladius et fames non erit in terra hac: In gladio et fame consumentur prophetæ illi. 16 Et populi quibus prophetant, erunt proiecti in vijs Ierusalem præ fame et gladio, et non erit qui sepeliat eos; ipsi et vxores eorum, filij et filiæ eorum, et effundam super eos malum suum. 17 Et dices ad eos verbum istud, † Deducant oculi mei lachrymam per noctem et diem, et non taceant: quoniam contritione magna contrita est virgo filia populi mei, plaga pessima vehementer. 18 Si egressus fuero ad agros, ecce occisi gladio: et si introiero in ciuitatem, ecce, attenuati fame. Propheta ' namq; et' sacerdos abierunt in terram quam ignorabant. 19 Nunquid proijciens abiecisti Iudam? aut Sion abominata est anima tua? quare ergo percussisti nos, ita vt nulla sit sanitas? † expectauimus pacem, et non est bonum: et tempus curationis, et ecce turbatio. 20 Cognouimus Domine

† Sup. 7, 36, 11. 14.
† Sup. 3, 12. Inf. 23. 17.
† Inf. 23. 21. 27, 15, 29, 9.
' & fraudulētiā 4 M S. H. G. C.
† Thre. 1 16. 2. 18.
' quoq; & M S. Hier. nāque etiam, etiā H. C.
Sup. 8. 15

mine

mine impietates nostras,' iniquitates' patrum nostrorum, quia peccauimus tibi. 21 Ne des nos in opprobrium propter nomen tuum, neque facias nobis contumeliam solij gloriæ tuæ: recordare, ne irritum facias fœdus tuum nobiscum. 22 Nunquid sunt in sculptilibus Gentium qui pluant? aut cæli possunt dare imbres? nonne tu es Dominus Deus noster quem expectauimus? tu enim fecisti omnia hæc.

' iniquitatem 2 MS. Hiero. H. At, plurali numero legunt, G. & C.

EXPLANATIO.

QVOD *factum est verbum Domini ad Ieremiam de sermonib⁹ siccitatis.* Pro *siccitatis* est in Heb. הבצרות hacasaroth, hoc est prohibitionũ, pluuiarum nempe. significat enim vox Hebræa ademptionem, vel retentionem, & egestatem, & penuriam & caritatem annonæ, & omnis alimonię: hęc enim ex retentione aquarum sequuntur, quę initio huius capitis futura prædicũtur. Habes 4. Reg. 25. nona die mensis, quarti scilicet obsidionis Ierusalẽ à Chaldæis, præualuisse famem in ciuitate, vt nõ esset panis populo terrę. Vno fonte Siloë, ait D. Hieronymus, & hoc non perpetuo vtitur ciuitas: & vsq; in pręsentem diem sterilitas pluuiarum, non solùm frugum, sed & bibendi inopiam facit. *Luxit Iudæa, et portæ eius corruerunt, et obscuratæ sunt in terra, et clamor Ierusalem ascendit.* Ob siccitatem nempe, & annonæ penuriam. Narrat luctus & lamentationes propter penuriã imbriũ. pręterita ponuntur pro futuris. Chal. Para. Luxerunt viri dom⁹ Iuda. Corruere portas, & obscurari in terra, maximam significat afflictionem, & animi mœrorem, & consternationem, sicut supra cap. 2. Obstupescite cæli super hoc, & portæ eius desolamini vehemẽter. In portis robur ciuitatis collocari solet, vt portas cor

tas corruere, sit robur ac vires deficere. Septuag. Et portę eius vacuæ factæ sunt, & contenebratę sunt in terra. Chal. Paraph. Et ciuitates eorum desertæ sunt, & coopertę sunt facies eius nigredine, atrę quasi olla, proiecti sunt in terram. possunt hæc prima verba ad deuastationem terræ Iudææ & ciuitatum eius referri: ex qua factum est, vt portæ corruerint, & subtus terrã putrefactę sint. quòd si ad luctum propter imbrium penuriam & famem referãtur, maximam afflictionẽ huiusmodi periphrasi Propheta significat, vt dixim⁹. Porta in sacra scriptura pro loco iudicij, & publicis populi conuentibus sumitur. Hinc portæ mortis Psal. 9. pro consilijs, deliberationibus, iure & potestate mortis. Sic Christus Matth. 16. portas inferni vocat regnũ & potestatem inferi. Teste etiã Kimchi, tota terra, vel regio, vel ciuitas porta appellatur, vt ex parte totum denominetur. In hac significatione accipit, portas, hoc loco Chald. Paraph. sicut Gene. 22. Possidebit semen tuum portas inimicorum suorum. Pro *corruerũt* in Heb. est אמללו vmlelu, hoc est infirmatæ sunt, vel debilitatæ, vel excisæ. quod debilitatur autem vel exciditur, corruit. Pro *obscuratæ sunt*, in Heb. est. קדרו chaderu, hoc est, obscuratæ sunt, vel nigre factæ sunt: & metaphoricè significat tristem, & humilem, & mœstum esse: sicut Latinè atrati dicuntur lugentes. quasi dicat, quę priùs clarę erãt, erunt nullius pretij & dignitatis. hoc ad viros & habitatores terrę refert Chal. Para. Tẽpore siccitatis, ait D. Hier. quando famẽ patitur audiendi, & discendi sermonem Dei, luget Iudæa cultum Dei priùs habere se iactans, & confessionem verę fidei, portę eius vel vacuãtur, vel corruũt: quod ad
sensus

ſenſus referri debet, per quos animæ concipitur diſciplina. Tunc obſcurantur omnia, & inuoluuntur tenebris, & nequaquam in Ieruſalem ratio regnat, ſed clamor atq; confuſio. Sic animus imbre diuinæ gratiæ deſtitutus patet hoſtiũ incurſibus, veluti ciuitas cuius exciſę ſunt portę: nulla eſt in eo ſpiritualis lętitia, mœrent ac lugẽt omnia. Anima mea ſicut terra ſine aqua tibi, dicebat Propheta. *Maiores miſerunt minores ſuos ad aquam: venerunt ad hauriendum, non inuenerunt aquam, reportauerunt vaſa ſua vacua: confuſi ſunt, & afflicti, & operuerunt capita ſua.* De magnatibus & illuſtribus loquitur. Septuag. magnates, habent. Chald. Paraph. fortes. Vtrumq; ſignificat vox Hebr. אדיר adir. Vbi nos habemus, *venerunt ad hauriendum*, Septuaginta habent, Venerunt ad puteos. Chald. Paraph. venerunt ad ciſternas, ſic in Hebræo. Noſter interpres ſenſum expreſſit. Diuus Hieronymus. Maiores qui deberẽt ipſi pergere ad hauriendas aquas, mittunt iuniores, in quibus cani non ſunt ſapientiæ: & idcirco veniunt ad puteos, & non inueniunt aquas, quas Patriarchas inueniſſe narrat Hiſtoria. Vnde in Cocil. Trident. Quia verò Chriſtianæ reipublicæ nõ minùs neceſſaria eſt prædicatio Euãgelij, quàm lectio, et hoc eſt præcipuum Epiſcoporum munus, ſtatuit, & decreuit eadem Sancta ſynodus, omnes Epiſcopos, Archiepiſcopos, Primates, & omnes alios Eccleſiarum prælatos teneri per ſe ipſos, ſi legitimè impediti non fuerint, ad prædicandum Sanctum Ieſu Chriſti Euangelium.

Propter terræ vaſtitatem, quia non venit pluuia in terram, confuſi ſunt agricolæ, operuerunt capita ſua. Septuag. Et opera terræ defecerunt, quia non erat pluuia. hoc eſt,

Pſal. 142.

Seſſ. 5. ca. 2. & ſeſſ. 24. cap. 4 de refor. Sic Cõcil. Carthag. 4. ca. 20. Con. Rhemẽſ. c. 14 can. Epĩ. nullã rei. diſt. 88.

cessarunt terram colere, & seminare ob defectũ pluuiæ. Chald. Paraph. Propter peccata habitatorum terræ contriti sunt, quia non fuit pluuia in terra. Verbũ Heb. חתה chatah, pro quo nos vastitatem habemus, contritam, ruptam, & inutilem factam terram ad fructus ferendos significat. Neq; qui plantat, ait Aposto. aliquid est, neq; q rigat, sed qui incremẽtũ dat Deus. Vbi ergo Deus nubibus mandat, ne pluant super vineam, quæ labruscas facit, frustra agricolæ laborant: Quia nemo potest corrigere, quẽ ille despexerit. Non ego, ait idem Apostolus, sed gratia Dei mecum. Si ergo gratia defuerit, inanis erit labor noster. Sed heu, pereunt animæ, eo quòd pluuia nõ venit super terram, neque confunduntur agricolę. Cithara, & lyra, & tympanum, & tibia, & vinum in conuiuijs vestris; & opus Domini non respicitis. Respice tu Domine de cælo, & vide, & visita vineam istam. *Nam & cerua in agro peperit, & reliquit, quia non erat herba.* Siccitatem tantam futuram significat, vt illius dolorem bestiæ etiã, nec solum mãsuetæ, sed etiam agrestes sentiant. Cerua (inquit) peperit, & reliquit: fœtum nempe, quem peperit. A spiritu tuo, ait Propheta, concepimus, & peperimus. Sed & partũ seruare, & nutrire, & alere, eiusdẽ spirit⁹ est: neq; possumus in bono perseuerare nisi afflante Dei spiritu. Et natum aruit, quia non habebat humorem, ait Christus in parabola sementis. *Et onagri steterunt in rupibus, traxerunt ventũ quasi dracones, defecerunt oculi eorum, quia non erat herba.* Onagri, qui maximè sitim ferre solent, loca edita conscenderunt. vel steterunt in rupibus iuxta torrentes, & instar draconum, qui ob calorem innatum magna indigent refrigera-

1. Cor. 3. b
Eccles. 7.
1. Cor. 15.
Isai. 5.
Psal. 79.
Isa. 26. d.
Luc. 8.

frigeratione, & quorum vehementissima est respiratio, traxerunt ventum, quo se refrigerarent. Sed eorũ oculi defecerunt prę debilitate ex inedia contracta, quòd herba nõ esset, vt comedere possent. Caligare solent oculi præ fame: sic 1. reg. 14. postquam Ionathas parum mellis gustauit, illuminatos fuisse illius oculos dicitur. Vel, defecerunt oculi in quærendis pascuis. Pro eo quod nos habemus *in rupibus*, Chald. Paraph. super torrentes, habet. Vox Heb. שפה saphah, ripam, oram, & litus significat. in rupibus ergo iuxta torrentes intelligere oportet, Per onagros, fortissimos quosq; intellige, quibus nisi affuerit diuinum auxilium, deficere necessum est: vt non glorietur Sapiens in Sapientia sua, neq; fortis in fortitudine sua. Porrò atrahere ventum, est naturæ viribus vti & humana industria, quæ sine gratia minimè sufficiunt. Sine me nihil potestis facere, ait Christus: Deficiunt oculi, vbi non est herba: & fides languescit, vbi verbum Dei deficit: nam fides per verbum Dei.

Sup. ca. 9.

Ioan. 15. a

Rom. 10

Si iniquitates nostræ respõderint nobis, Domine fac propter nomen tuum, quoniam multæ sunt auersiones nostræ, tibi peccauimus. Orat Propheta diuinam implorans misericordiã. Si iniquitates, inquit, nostrę testantur cõtra nos, dignos nos esse tanta calamitate, si digna peccatis nostris recipimus: tu Domine age nobiscum clementer, miserere nostri, sicut verè clemens & misericors es: fatemur enim multas esse rebelliones nostras, & aduersum te grauiter peccasse, dum te deserimus, & mandata & legem tuam transgressi sumus: quod te nequaquam latet, cui omnia nostra crimina quantumuis occultissima, manifesta sunt. Hoc vnicum

refugium est in calamitatibus, Deum orare, peccata nostra confiteri, Dei misericordima implorare. Ad Dominum, cùm tribularer, clamaui. ait Dauid. Sep. Si peccata nostra restiterunt nobis. Chald. Paraph. Si iniquitates nostræ testificatæ sunt contra nos. Verbū Heb. ענו hanu, à radice ענה hanah, respōdere, & testificari, & clamare significat. Possumus ergo exponere, Si iniquitates nostræ responderint clamando contra nos, & vindictam exigendo. Respondere etiā dicuntur nobis iniquitates, quādo digna factis recipimus: sed & testificari, cùm nos iniquos testentur & pœnæ reos. *Expectatio Israël, Saluator noster in tempore tribulationis.* Tu enim spes Israëlitici populi es, tu saluator eius, in te salus nostra sita est: si decreueris nos liberare, cito liberabimur à quacunq; tribulatione. Pro eo quod nos habemus *noster*, in Heb est eius. Sic etiā in Chald. Para. & sic legit D. Hiero. in textu, qui habetur in eius Commentarijs. *Quare colonus futurus es in terra, & quasi viator declinans ad manendū? Quare futurus es veluti vir vagus, et fortis qui nō potest saluare.* Hoc est. Cur negligis terram quæ tua est, Iudæam nempe, quasi aduena & viator, qui nihil aliud curat, q̄ vt hospitiū inueniat ad pnoctandum? Theodoretus. Cur nos contēnis, et prętefers modum aduenę paruifacientis domicilia in quibus habitat tanquam aliena, & viatoris prętereuntis, qui negligit ea quæ occurrunt ei in via. Chaldai. Paraphra. Quare residet ira tua super nos? & nos sumus transmigrantes, & derelicti. Vel, Vastata terra, cessabit cultus tuus: domus Sācta tua, in qua diceris habitare, destruetur: sicq; tu eris sicut colonus & viator, qui declinat ad manendum, & statim recedit.

Psal. 119.

Ester. 13.

Sed

Sed & prophetice de Christo id dictum est, qui in terra fuit veluti peregrinus, & breui tempore terræ vsus est hospitio: & quasi vir pertransiens, ac robustus relicto Israël transiuit ad Gẽtes, à templo ad Ecclesiam. Qui pertransijt benefaciendo, ait D. Lucas. Pro eo quod nos habemus *colonus*, in Hebr. est dictio גר ger, quæ peregrinum, & aduenam, & colonum significat. Pro *ad manendum*, Septuag. ad diuersorium. In Hebr. ללון lalun, ad pernoctandum, ad hospitãdum, ad manendum significat *veluti vir vagus*. Septuag. quasi homo dormiens. In Heb. נדהם nidham, quod obstupefactum, & quasi metu obmutefactum significat, vel attonitum, vel soporatum, vt nonnulli exponunt: & quia stupor mentis huc illucq; hominem discurrere facit, vt nullibi figat pedem, vagum etiam transferre possumus, vt habet nostra litera. *& fortis qui non potest saluare.* Septuag. quasi vir. Chald. Para. alio sensu. Tu autẽ fortis, potẽs ad saluãdum. In Heb. habetur sicut in nostra litera. Vox Heb. גבור gibur, potentem, fortẽ, robustũ, heroëm significat: maior autem ignominia est, quando qui veluti potens, & fortis, & robustus habetur, saluare nõ potest, quasi dicat. Hostes nostri tuã irridebunt potentiam, ac dicent non potuisse te saluũ facere populum tuum.

Act. 10. f

Tu autem in nobis es Domine, & nomen tuum inuocatum est super nos, ne derelinquas nos. Hoc est, diceris habitare inter nos, & nos populus tuus vocamur: ne ergo derelinquas nos. Chald. Paraph. Et maiestas tua inter nos est Domine. Vox Heb. בקרבנו bechirbenu, idem est quod in medio nostri, in intimis nostris. Inuocari autem nomen Dei super aliquẽ populum, est vocari

Dei populum, Dei hæreditatem, peculium, Dei filios. *Hæc dicit Dominus populo huic, qui dilexit mouere pedes suos, & non quieuit, et domino non placuit: Nunc recordabitur iniquitatum eorum, et visitabit peccata eorum.* Nequaquam exaudiendam orationem, qua pro populo orabat, docet: eo quòd in iniquitate perseuerarent. Mouere pedes & non quiescere, est à Dei cultu recedere, deserere legem & pactum cum Deo initum, non perseuerare in bono. notat etiam instabilitatem in idololatria, dum diuersorum gentium Deos colerēt. significat etiam huc illuc discurrere quęrendę opis humanæ gratia. Chald. Paraph. Sicut dilexerunt (mēdacium nempe, & idololatriam) sic vindictam sumā ex eis: vt trāsmigrare faciam eos de terra domus maiestatis meæ: & sicut oblectauerunt se in cultu idolorum, & de domo sanctuarij non prohibuerunt pedes suos; & non est voluntas coram Domino in eis. *qui dilexit.* In Heb. כן chen, hoc est ita sanè, verè, profectò, certè dilexerunt mouere pedes suos: & non prohibuerunt, nempe mouere pedes suos: hoc est, non quieuerunt. Hæc in eos qui incōstantes in bono sunt, optimè quadrāt, qui Deo placere non possunt. Vnde orat Propheta. Perfice gressus meos in semitis tuis, vt non moueantur vestigia mea. *Et dixit Dominus ad me, noli orare pro populo isto in bonum.* Idem supra Cap. 7. Orare in bonum, est fęlicia precari, quasi dicat, Ne ores, vt ei parcam. *Si obtulerint.* Aperta est litera. D. Hiero. Ieiunia, preces, & victimæ, & holocausta tunc proficiunt, cùm recedimus à vitijs, & flemus antiqua peccata: sin autem in sceleribus permanentes, putauerimus votis & sacrificijs redimere nos, vehementer erramus iniquum arbitran-

Psal. 16.

bitrantes Deũ. Obſerua hìc, adiungendum eſſe orationi ieiuniũ, & holocauſta & victimas, vel dona, Eleemoſynã nempe: talibus enim hoſtijs promeretur De⁹, peccata redimũtur, & de principe tenebrarũ nobilis triũphus agitur. *victimas.* In Heb. מנחה minchah, munus & oblationem & ſacrificium maximè veſpertinum ſignificat. *Et dixi A a a.* Vid. 1. cap. Commemorat falſas promiſſiones pſeudoprophetarum. Diuus Hieronymus. Audiant hæc magiſtri, qui peccantibus & in ſuis vitijs permanentibus proſpera pollicentur: qui dicunt diuitibus, non videbitis gladium tormentorum Dei, & fames non erit in vobis. Multò melius eſt timore pœnarum emendare peccata, quàm ſpe proſperorum diuinę ſententię ſubiacere. *Diuinationem fraudulentam.* Septuag. diuinationes & auguria. Chald. Paraph. mendacia. In Heb. diuinationem & nihilum. Vox Hebræa. קסם cheſem, quæ diuinationem ſignificat, vt plurimum in malam partem ſumitur. אליל elil, vanum, inutile, rem nihili quòd nihil habeat veritatis, ſignificat. *Et effundam ſuper eos malum ſuum.* Septuagin. mala eorum. ſic & Chald. Paraphr. In Hebræo רעתם rahatham, hoc eſt, malum, vel malitiam eorum. pœnam intelligit, quæ illis erat debita.

Et dices ad eos verbum iſtud: deducant oculi mei lachrymam per noctem. Hoc eſt, hanc lamentationem coram illis compones, ita lamentaberis: ſi fortè ipſi vel ſic mala ſua ſentiant. Septuaginta. Deducite in oculos veſtros lachrymas. vt hortetur illos ad fletum, & planctum. Chal. Para. Et dices ad eos, Propter verbũ iſtud deducent oculi mei lachrymas. *non taceant.* non ceſſent à fletu. Septuaginta non ceſſent. *virgo filia populi*

mei. hoc eſt, congregatio populi mei: quam virginem vocat, eo quòd nondũ in hoſtium poteſtatẽ veniſſet. Septuag. filia populi mei, Chald. Paraph. regnum cœtus populi mei. *plaga peßima vehementer*. Septuag. doloroſa. Chald. Paraph. plaga infirmata vehementer. In Heb. נחלה nachlah, ægrotante, ſeu ægra valde. Sic infra. *attenuati fame*. In Heb. ęgroti fame, Vel iuxta nõnullos, ægritudines famis. Noſter interpres apertiùs ſenſum expreſſit. *abierunt in terram quam ignorauerunt*. In Heb. circuierunt in terram, & non cognouerũt, nẽpe terram illam. hoc eſt, circuiendo profecti ſunt in alienam regionẽ, in quam ſcilicet captiui ducti ſunt. Idẽ eſt ſenſus cum noſtra lectione. Rab. Dau. Circuierũt eundo in captiuitatem in terram alienam, & nõ cognouerunt in ſe ipſis, donec in captiuitatem ducti fuerunt: quamquã id predictum fuerit à Prophetis. Qui longum iter cõficit, fieri non poteſt, quin circumeat vias. Chald. Paraphra. Quoniam etiam ſcriba & ſacerdos cõuerſi ſunt ad negotiationes ſuas, ad id quod eſt in terra, nec requiſierunt. Vox Hebr. סחר ſachar, circuire, luſtrare, circumluſtrare, peragrare locum aut regionem, & negotiationem exercere, & merces circũferre, & mercatum aut forum circuire ſignificat. *proijciens abiecisti*. hoc eſt, omnino & prorſus abieciſti. Sep. reprobãs reprobaſti. Ver. Heb. מאס maas, reprobare, abijcere, repellere, ſpernere, reijcere cũ faſtidio tãquã vile & contemptum quidpiam ſignificat. *Sion abominata eſt anima tua*. Sep. à Sion diſceſſit anima tua. Chald. Paraph. habitatores Sion ſubmouit verbum tuum. Verb. Heb. געל gahal, abominari, reprobare, & repellere ſignificat. *ita vt nulla ſit ſanitas*. hoc eſt, ita vt plaga no-
ſtra

ſtra ſanari nõ poſſit. *Expectauimus pacem.* Heb. קוה chaueh, Expectare in infinitiuo, pro expectauimus, vel expectabamus. Per *pacem*, proſpera quoq; intelligit. *et nõ eſt bonum.* Et nihil eſt boni. *tempus curationis, et ecce turbatio* Expectauimus tempus, quo liberaremur ab his malis. Chald. Paraph. tempus remiſſionis peccatorum, & ecce vindictá peccatorũ. *turbatio.* Vox Hebr. בעתה behathah, turbationem, terrorem, fortitudinem ſignificat. Idem ſupra cap. 8. *Ne des nos in opprobrium propter nomen tuum, neq; facias nobis cõtumeliam ſolij gloriæ tuæ, recordare.* Septuag. Ceſſa propter nomen tuum, ne perdas thronum gloriæ tuę. Chald. Paraph. Ne proijcias nos propter nomen tuum, nec vilem facias locum ſolij gloriæ tuæ. In Hebr. תנאץ tinas, ne ſpernas, ne reprobes; ne vilipendas, ſubaudi, nos. Idem eſt ſenſus cũ noſtra litera. pro eo autem quod nos habemus, *neq; facias nobis cõtumeliã,* in Heb. eſt, תנבל tenabel, quod verbũ deturpare, & cõtumelijs afficere ſignificat. Sed poteſt verbum hoc ad populum referri, vel ad templũ. Santes Pag. Ne deijcias ſolium gloriæ tuæ, recordare. Sic Septuag. & Chald. Paraph. ad ſolium gloriæ Dei referunt. Vocatur autem hoc modo templum, quod in illo Deus habitare diceretur, & gloriam ſuam manifeſtaret. vel ſoliũ gloriæ idem eſt, quod glorioſum ſolium. Cap. 17. Solium gloriæ altitudinis a principio, loc⁹ ſanctificationis noſtræ. Quod autem deinde ait, *recordare,* ad pactum referunt Septuag. & Chald. Para. quaſi dicat. recordare pacti, & ne facias illud irritum: *Ne irritum facias fœdus tuũ nobiſcum.* Quo ſcilicet promiſiſti nobiſcum habitare. Leuit. 26. Ponam tabernaculum meum in medio veſtri, & nõ abijciet vos anima

mea:

mea: ambulabo inter vos, & ero Deus vester, vosq; eritis populus meus. Hæc omnia Ecclesiæ Christi, & fidelibus pulchrè accommodantur: sed nobis non licet omnia persequi. *Nunquid sunt in sculptilibus Gentiũ qui pluant?* Reuertitur ad ea, de quibus in principio Capitis sermonem fecerat, quasi dicat. A nullo alio quàm à te Domine expectamus imbrem, & siccitatis nostrę, & malorum quibus premimur remedium: neq; Gentium idóla pluuiam dare possunt, neq; cæli, nisi te volente. *aut cæli possunt dare imbrem, nisi tu volueris?* In Hebræo est tantùm, Et si cæli dabunt imbres. Septuagin. & si cælum dabit sanitatem suam. Sed subintelligendum est, nisi tu volueris, vt nostra habet litera. Chald. Paraph. Nec cæli dabunt rores, nisi iuxta verbum tuum. Diuus Hieronymus. Dicamus hoc & contra hæreticos, qui pluuiam doctrinarum tribuere non possunt. Et cùm se cælos esse promittant, tamen imbres non possunt donare doctrinæ. Grandinem sanè & turbinem dare possunt, & dant, quibus omnia perdunt, sed pluuiam minimè: sermo enim eorũ vt cancer serpit. *Nonne tu es Dominus Deus noster, quem expectauimus.* hoc est, tu es qui omnium prouidentiam geris, & maximè populi tui, cuius es Deus, qui te colit: in te ergo spem nostram collocauimus, à te pendemus, in te spem nostram conuertimus & vota. *Tu enim fecisti omnia hæc.* Ad mala superiùs commemorata referri potest, quasi dicat. Tu auctor fuisti omnium malorum, quæ nos comprehenderunt. tu percussisti, & sanare potes; tu pluuiam abstulisti, & rursus eam potes immittere, cùm placuerit. Vel ad omnia absolutè referri potest. Tu omnium auctor es,

& om-

omnia quæ vidētur, opera tua sunt. Tua est terra, & plenitudo eius: orbis terrarum, & vniuersi qui habitāt in eo. In ditione quoq; tua Domine rex omnipotens cuncta sunt posita: & non est qui possit tuæ resistere voluntati. Tu fecisti cælum & terram, & quicquid cæli ambitu continetur. Dominus vniuersorum tu es. *Psal. 23.* *Esther. 13*

ARGVMENTVM.

Nullis orationibus dicit placādum Deum, eo quòd Iudæorum animi omnino à pœnitentia essent alieni. Deflet Propheta sortem suam, quòd omnibus esset odiosus propter veritatem. Promittit illi Deus fælicia. Annuntiatur Iudæorum vastatio. Petit propheta liberari ab afflictione. Ostendit illi Dominus non inutiles futuros eius labores.

¶ CAP. XV.

ET dixit Dominus ad me. Si steterint Moyses et Samuel coram me, non est anima mea ad populum istum: eijce illos à facie mea, & egrediantur. 2 Quòd si dixerint ad te: Quò egrediemur? dices ad eos, Hæc dicit Dominus, † Qui ad mortem, ad mortem: & qui ad gladium, ad gladium: & qui ad famem, ad famem: et qui ad captiuitatem, ad captiuitatem. 3 Et visitabo super eos quatuor species, dicit Dominus, Gladium ad occisionem, & canes ad lacerandum, & volatilia cæli, & bestias terræ ad deuorandum et dissipandum. 4 et dabo eos in feruorem vniuersis regnis terræ: † propter Manassen filium Ezechiæ regis Iuda super omnibus quæ fecit in Ierusalem. 5 Quis enim mi- †Zach. 11,9. †4.Reg. 21,11.

serebi

ferebitur tui Ierusalem? aut quis contristabitur pro te? aut quis ibit ad rogandum pro pace tua? 6 Tu reliquisti me, dicit Dominus, retrorsum abijsti, et extendam manum meam super te, & interficiam te: laboraui rogans. 7 Et dispergam eos ventilabro in portis terræ: interfeci & disperdidi populum meum, & tamen à vijs suis non sunt reuersi. 8 Multiplicatæ sunt mihi viduæ eius super arenam maris: induxi eis super matrem adolescentis vastatorem meridie: misi super ciuitates repentè terrorem. 9 Infirmata est quæ peperit septem, defecit anima eius, † occidit ei sol, cùm adhuc esset dies: confusa est, & erubuit: & residuos eius in gladium dabo in conspectu inimicorum eorum, ait Dominus. 10 Væ mihi mater mea: quare genuisti me virum rixæ, virum discordiæ in vniuersa terra? non fœneraui, nec fœnerauit mihi quisquam. omnes maledicunt mihi. 11 Dicit Dominus, Si non reliquiæ tuæ in bonum, si non occurri tibi in tempore afflictionis, & in tempore tribulationis aduersus inimicum. 12 Nunquid fœderabitur ferrum ferro ab Aquilone, & æs? 13 Diuitias tuas et thesauros tuos in direptionem dabo gratis in omnibus peccatis tuis, et in omnibus terminis tuis. 14 † Et adducam inimicos tuos de terra qua nescis: quia ignis succensus est in furore meo, super vos ardebit. 15 Tu scis Domine, recordare mei, et visita me, et tuere me ab his qui persequuntur me: noli in patientia tua suscipere me: scito quoniam sustinui propter te opprobrium. 16 Inuenti sunt sermones tui, et comedi eos, et factum est mihi verbum tuum in gaudium et in lætitiam cordis mei: quoniam inuocatum est nomen tuum super me Domine Deus exercituum. 17 † Non sedi in concilio ludentium, et gloriatus sum à facie manus tuæ: solus sedebā, quoniam cōminatione replesti me. 18 † Quare factus est dolor meus perpetu', et plaga mea desperabilis renuit curari? facta est mihi quasi mēdaciū aquarū infidelium.

† Amos 8, 9.

† Rom. 10, 19. Deu. 32, 22.

† Psal. 1, 1. 25, 4.

† Inf. 30. 15.

19 Prop-

19. *Propter hoc hæc dicit Dominus: Si conuerteris, cõuertam te, & ante faciem meam stabis, & si separaueris pretiosum à vili, quasi os meum eris, conuertentur ipsi ad te, & tu non conuerteris ad eos.* † 20 *Et dabo te populo huic in murũ æreum, fortem: & bellabunt aduersum te, et non praualebunt: quia ego tecum sum vt saluem te, et eruam te dicit Dominus.* 21 *Et liberabo te de manu pessimorum, et redimam te de manu fortium.*

†Supr. 1. 18. & 27.

EXPLANATIO.

ET *dixit Dominus ad me. Si steterint Moyses et Samuel coram me, non est anima mea ad populũ istũ.* Theodoretus. His demulcet Prophetam. Ne putes, inquit, quòd per tui contemptũ supplicationem non susceperim; quia neq; illorum acquiescerem supplicationibus, qui tanta ediderunt miracula. Meminit autem Moysi & Samuelis, quòd sanctissimi fuerint, sed et iræ Dei restiterint suis orationibus pro populo orando. Vide Exod. 32. & 1. reg. 7. Horum patrum orationes maximè apud Deum valuisse ait D. Grego. ob eximiam illorum charitatem, qua etiam pro inimicis orauerunt. vnus à populo lapidibus impetitur, & pro lapidatoribus precatur. alter ex principatu eijcitur, & ait, Absit à me hoc peccatũ, vt cessem orare pro vobis. Obserua ex hoc loco, non æqualia esse Sãctorũ merita, cùm alij alijs præferãtur: sed & orare Sãctos pro nobis etiã post mortẽ: quorũ tamẽ orationes ita nobis prosunt, si peccata relinquamus. *Si steterint coram me.* In Hebr. ad facies meas. orationem significat hoc genere loquendi: quod Chald. Paraph. explicat, ita enim habet. Si steterint ad deprecandum in conspectu meo. Significatur autem hac

Lib. 9. Exposi. moralis in Cap. 9. Iob. et in Euang. Homil. 27.

forma

forma loquendi mentis attẽtio, & animi eleuatio: sic enim orare oportet. *non est anima mea ad populum istum.* hoc est, non respiciam eos, non ero illis propitius. anima pro voluntate. Chald. Paraph. non est mihi bene placitum in populo isto. *Eijce illos à facie mea, & egrediantur.* hoc est, vaticinare illis certum & definitum exilium, & eijciendos à terra mea. Chald Paraph. Mitte eos de terra maiestatis meæ, vt transmigrent. Si peccaueris, eijcieris à facie Domini, sicut Caim. Discedite à me omnes, qui operamini iniquitatem. Eiectum autem à Deo, quis te recipiet? *Quod si dixerint ad te. Quò egrediemur? dices ad eos. Hæc dicit Dominus. Qui ad mortem, ad mortem: et qui ad gladium, ad gladium: et qui ad famem, ad famem: et qui ad captiuitatem, ad captiuitatem.* Hoc est. Qui destinati sunt, vt peste pereant (id enim significatur per mortẽ: cùm hic à gladio distinguatur) peste peribunt: qui vt gladio intereant, gladio interibũt: qui vt fame pereant, fame peribunt: de quibus verò statutum est, vt in captiuitatem adducantur, captiui adducentur. *Et visitabo super eos quatuor species, dicit Dominus, Gladium ad occisionem, & canes ad lacerandum, & volatilia cæli & bestias terræ ad deuorandum, & dissipandum.* Hoc est, Quatuor genera malorum immittam eis. vel, animaduertam in eos quatuor generibus malorum: Verbum Hebr. פקד pachad, etiam præficere significat. sic Santes Pag. Et præficiam eis. Septuagin. Et vindicabo. Chald. Paraph. & visitabo. Visitare autem super aliquem, Hebraica phrasi, in malum sumitur, pro animaduertere in eum, & pœnas ab eo deposcere. Vid. Ezech. 14. vbi quatuor hæc commemorat, gladium, famem, bestias malas, & pestilentiam:

Psal. 6.

Pro gla

Pro gladio, Chald. Paraphra. habet occisores gladio. Nonnulli, gladij, transferunt propter He, præpositum, hoc est, viros gladij. i. gladio accinctos. *Et dissipandum*. Septuaginta, in cibum & corruptionem. In Hebræo ולשחית vleschit, & ad perdendum vel corrumpendum. Chaldai. Paraphra, ad dissipandum. Sic etiam Santes Pag. legit. *Et dabo eos in feruorem vniuersis regnis terræ*. Hoc est, vt vagentur, & discurrant incertis sedibus. Septuagin. tradam eos in angustias omnibus regnis terræ. Chaldai. Paraphra. in commotionem. Vox Hebræa זועה zauahah, à verbo זוע zuch, quod mouere, commouere, contremiscere, concuti significat. In commotionem ergo, vel tremorem vertere possumus. Nonnulli vocem hanc dicunt significare, quum quis incertis sedibus vagatur, & discurrit, idq; cum territa cõscientia, vt Caim. hoc ipsum ergo per feruorem intelligere debemus, agitationem & commotionem: feruere enim mare dicimus, cum æstu & fluctibus agitatur. Vide Leui. 26. Visitabo vos velociter in egestate & ardore, qui conficiat oculos vestros, & consumat animas vestras. & infra. Et qui de vobis remanserint, dabo pauorem in cordibus eorum in regionibus hostium, Et Deut. 28. Percutiet te Dominus amentia, ac cæcitate, ac furore mentis. sic in Isaia. Impij autem quasi mare feruens, quod quiescere non potest. affectibus enim suis, & afflatu malorum spirituum agitantur. Theodoretus ad internecionem & dispersionem factam per Romanos hoc refert. *Propter Manassem filium Ezechiæ regis Iuda, super omnibus quæ fecit in Ierusalem.* Omnia prædicta in primis obuentura docet ob impietatem Manasse, cuius

Isai. 57.

cuius impietatē populus Iudæorum imitatus est. Populus imitatus principis scelera pœnas dat, & imputantur illi scelera regis. sic filijs peccata parentum, si eorum moribus viuit, nocent. Vide. 4. reg. 21. Et quāuis Manasses post captiuitatem, & pœnitētiam redierit in Ierusalem, & regnauerit: tamen commemorat peccatum eius, quod cæteri pertinaciter sunt imitati: vt videas, quantum malum sit auctorem esse publicę corruptelæ. Vę homini per quem scandalum venit. *Mat. 18. a*
Quis enim miserebitur tui Ierusalem? aut quis contristabitur pro te? aut quis ibit ad rogandum pro pace tua? Hoc est. Cùm tam iustè hæc mala patiaris, nullus compatietur tibi, sed omnes dicent te iustè hæc pati. Theodo. solēt homines quum quēpiam eorum, qui nequissimè viuūt, plecti viderint, non solùm non condoleri, sed etiam congratulari his qui lęsi sunt, tāquam ab illius nequitijs liberatis. vel, derelicta eris ab omnibus, despecta & contempta; vt nullus sit, qui tibi compatiatur. *quis miserebitur tui?* Septuag. Quis parcet super te. In Hebr. יחמל iachmol, significat parcere, & affectu seu cōmiseratione moueri in aliquem. *aut quis contristabitur pro te.* vel condolebit tibi. *aut quis ibit ad rogandum pro pace tua?* Septuag. aut quis flectet genua in pacem tibi? Flectere genua, posuit pro orare. Chald. Para. Et quis diuertet ad salutādum te? vel, quis secedet de loco suo, vt roget te de pace tua? hoc est, vt dicat quì valeas? *Tu reliquisti me, Dicit Dominus, retrorsum abijsti, & extendam manum meā super te, & interficiam te. laboraui rogans.* Quia tu me reliquisti, omnes te derelinquent: neq, erit qui curam tui agat. Extendere manum, percutere volentis est. Chald. Paraph. Et leuabo plagam fortitudinis

meæ

meæ super te, & disperdā te. *laboraui rogans.* Hierony. duplicē habet sensum. Quòd iam defecerit Deus crebrò eis ignoscendo: & lassus sit semper eos prouocās ad salutem. Septuag. Et nō vltra dimittam eos. Chal. Paraph. eo quòd poteras conuerti, & non es conuersa. Santes Pag. ex Heb. laboraui ad pœnitēdum. Alij, laboraui pœnitere. Alij, Non sustinebo mutare sententiā de te perdendo propter scelera tua, vel lassus sum toties ignoscēdo tibi, & reuocando sententiā de te perdendo. Vox Heb. נלאיתי nilethi, à verbo לאה laah, q laborare, fatigari significat. Vbi verò nos habemus *rogans*, in Heb. est הנחם hinachē, à verbo נחם nacham, quod consolari passiuè, & pœnitere significat. possumus ergo transferre, laboraui pœnitere: & quia dum differebat vindictā, ad resipiscentiam hortabatur, laboraui rogans, transtulit noster interpres. Sūma clementia. Rogat, & laborat rogando. sic Paulus. Obsecramus pro Christo, reconciliamini Deo, & Timotheum discipulum suum instruens, Argue, inquit, obsecra, increpa in omni patientia. Nō sic illi qui omnia minis & terroribus agi volunt.

2. Cor. 5.

2. Tim. 4.

Et dispergam eos ventilabro in portis terræ. Eo scilicet modo, quo ventilabro paleæ disperguntur à vēto raptę. Per portas terrę, vel ciuitates, vel fines & ingressus terrarum ac regionum intelligere possumus, quasi dicat. Eijciam in captiuitatem in longinquas regiones, vel diuersas ciuitates terrę. Chald. Paraph. Et sicut ventilant in ventilabris, sic dispergam populum meum per ciuitates terræ. Septuag. Et dispergam eos in dispersione in portis populi mei. cuius ventilabrum in manu sua, & purgabit aream suā. Si palea fueris, dis-

pergeris: si granum, seruaberis, & congregaberis in horreum. *Interfeci & disperdidi populum meum, & tamen à vijs suis non sunt reuersi*: Futura pro præteritis. Loquitur de strage facta à Chaldæis. Septuag. sine liberis facti sunt, perdiderunt populum meum propter malitias suas. Chald. Paraph. orbaui liberis, & disperdidi populum meum, à semitis suis non sunt conuersi. *Interfeci.* Hebr. שכל sibalti, orbare significat, orbum reddere, & è medio tollere: interfeci ergo filios, & perdidi populum meum: neq; tamen à sceleribus suis sunt auersi. *Multiplicatæ sunt mihi viduæ eius super arenam maris.* Viris interfectis, factum est vt multæ mulieres remanerent viduæ. *Induxi eis super matrem adolescentis vastatorem meridie.* Diuus Hieronymus: Matres perditis liberis senserre vastantem, hoc est, induxi qui adolescentem perimeret ingenti matris dolore: id autem non nocte, neq; per insidias, sed clara luce: vt ostendat apertam vim aduersarij fortioris. Septuaginta: Induxi super matrem iuuenis miseriam in meridie: dum scilicet occisus est iuuenis. Chaldai. Paraphra. Induxi super eos, super cœtum adolescentum eorum deprędatores velut meridie. Santes Pag. ex Hebræo: adduxi ad eos super congregationem iuuenum vastatorem in meridie. alij, super matrē electi. alij, super matrem iuuentutis. Alij, contra multitudinem adolescentium, id est, contra fortissimos quosq;. Mox Hebr. אם em, matrem significat. בחור bachur, electum significat, & iuuenem, quòd sit electus ad omnem rem, ad omne opus, ad bellum potiùs quàm senex, ait Rab. Dau. Rectè ergo noster interpres, super matrem adolescentis: & id cohæret optimè cum præcedentibus,

& cum

& cùm sequentibus. superiùs enim orbasse se dixit. id quod explicat, dum & vxores viduæ remanserunt, & matres absq; liberis. Lyra per matrē, Ierusalem ait intelligi. est autem singulare pro plurali, quasi dicat, super eam quæ multos ac bellos habet filios adolescentes. *Misi super ciuitates repentè terrorem.* Ciuitates Iuda intelligit. Quò malum est magis repentinum, eò difficilius est effugium. Septuaginta ad matrem referunt: sic enim habent. Inieci super eam repentè tremorem & festinationem. Chaldai. Paraphra. Induxi super eos repentè exercitum, & dissipauit ciuitates eorum. Santes Pag. ex Hebræo. Cadere feci super eam repente desolationem ciuitatis & festinanter. Alij, Cadere feci super illam subitò ipsam vrbem, & in festinationibus, idest. Vrbs fuit subitò expugnata, cuius ruina intercepti sunt, & oppressi omnes fortes. Ad literam sic habetur in Hebræo. Cadere feci super eam repentè ciuitatem & terrores. hoc est, adduxi desolationem ciuitatum repente, & terrores. vel cadere feci repentè ciuitatem super eam, & terrores misi. vel cadere feci super eam, hoc est, ciuitatem, idest, induxi vel misi super ciuitatem, repentè ciuitatem, subaudi, inuaserunt hostes, & inde terrores: vt sit sensus. Feci vt repentè inuaderent ciuitatem, & inde maximus tremor omnes inuasit. & hic sensus quadrat cum nostra litera. Vox Hebr. עיר hir, ciuitatem, & hostes significat. Similiter vox בהלות behaloth terrores, & festinationes, & cum festinationibus. hinc multiplex nascitur interpretatio. *Infirmata est quæ peperit septem, defecit anima eius.* Quę diues erat, liberis orba subitò facta est. propterea prę dolore defecit

anima eius. Mulier cùm liberis augetur, dicitur roborari: quum eos perdit infirmari. Septuag. Vacua facta est. Chald. Paraph. deserta est terra eorum absq; populo, fuerunt in exhalatione animæ. intellexit per eam quæ peperit septem, terram quæ multos homines produxerat. per *septem*, multos intellige: est enim numerus plenitudinis, & perfectionis, & vniuersitati consecratus, eò quòd septem diebus mundus fit absolutus. Pro *defecit*, in Hebr. est נפחה haphchah, quod sufflare, & efflare, & expirare significat, & dolore affici. efflauit animam suam, interpretari possumus. hoc est, admodum doluit, ac si expirasset. Santes Pag. dolore affecta est. *Occidit ei sol, cùm adhuc esset dies.* hoc est, in medio prosperitatis cursu euersa est tribus Iuda. Sol & lux prosperitatem solẽt significare, sicut & nox & tenebræ aduersitatem & calamitatem. Chald. Paraph. Migrauit gloria eorum in vita eorum, & interea dum ipsi stant. Id peccatoribus optimè quadrat; quibus, dum peccãt, occidit sol cùm adhuc viuant. Sic Diuus Paul⁹ ḋ vidua delitijs dedita; Viuẽs mortua est. & maximè de illis qui relinquuntur, & indurantur à Deo, & traduntur in reprobum sensum. Sic etiam de Synagoga id intelligere possumus, quæ infirmata est, vt Ecclesiæ cresceret multitudo, iuxta illud. Sterilis peperit plurimos, & quæ multos habebat filios infirmata est. Vnde & occidit ei sol iustitiæ, in cuius pennis, hoc est radijs, sanitas, vt ait Malachias propheta: & idcirco æterna confusione cooperta est perdens populum suum gladio spirituali. *Confusa est, & erubuit, & residuos eius in gladium dabo in conspectu inimicorum eorum, ait Dominus.* Qui post obsidionem residui fuerint,

1.Tim.5.

1.Reg.2.a

Mal.4.a

hostiũ gladijs interibunt. Dare in gladiũ, est gladio in terire facere. sic etiã residui post vastationẽ Ierusalẽ, qui in Ægyptũ fugerũt, gladio occubuerũt. Sic cùm amissa gratia occidit nobis Sol iustitię, anima cõfusio ne & iguominia afficit, vt meritò erubescere debeat, si ignominiã suã agnosceret: sed & quod residuum est virtutum hostis perdit. *Væ mihi mater mea, quare genuisti me virum rixæ.* Dolet suam sortẽ Propheta, quòd omnibus odiosus sit propter prophetiam. Virũ rixę vocat seipsũm, hoc est, omnium iniurijs & contumelijs expositum propter verbum Dei. *Virum discordiæ in vniuersa terra.* Chald. Paraph. omnibus habitatoribus terræ. Sic nostro seculo qui vitia reprehendere volũt, & veritatem liberè prędicare, rixas & contẽtiones excitant. Loquimini nobis placentia, aiunt. D. Hiero. id Christo cõpetere dicit, qui de se ait. In iudiciũ ego in istũ mũdũ veni, vt qui nõ vident, videãt: & qui vidẽt, cęci fiant: de quo etiam Simeon. Ecce hic positus est in ruinam, & in resurrectionem multorum in Israël, & in signum cui cõtradicetur. Quis enim philosophorum, quis Gentilium, quis hæreticorum non iudicat Christũ ponẽtiũ ei leges natiuitatis, & passionis, resurrectionisq; suæ. Prędicamus, ait Apost. Christũ crucifixũ Iudæis quidẽ scandalũ, Gẽtibus verò stultitiam. *Non fœneraui, neq; fœnerauit mihi quisquam: omnes maledicũt mihi.* Hinc vt plurimũ lites oriũtur, cùm vel quod alteri ad vsuram dedisti, ab eo petis cum vsura: vel quod tibi datum est ad vsuram alius petit cũ vsura. Ego, inquit Propheta, nullũ negotium cum aliquo habeo: & tamen omnes me conuitijs proscindunt. Septuag. Non profui, neq; profuit mihi quisquam, mutuando

Isai. 30. e

Ioan 9 g.

Luc. 2. c.

1. Cor. 1.

nempe pecuniam. Theodo. Dignus sum lamentatione, frustra edit⁹ in hanc vitam; quia nulli profui, neq; ab alijs emolumentum adeptus sum: maledictā dūtaxat refero ab audientibus prophetias. D. Hie. de Christo ita exponit, quasi dicat Christus. Nullus se præbuit, qui dignè mea æra susciperet, nec fœnerauit mihi quisquam in sanctis, atq; pauperibus confouendis, me sibi faciens debitorem. In parabola Euangelica Dominus à seruo pecuniam creditam cum vsura vult recipere. neq; enim vult dona sua esse ociosa. vnde Paulus. Et gratia Dei in me vacua nō fuit. Et, Ne in vacuum gratiam Dei recipiatis. Et Salomon. Fœneratur Domino, qui miseretur pauperis, & vicissitudinē suam reddet ei. Deniq; quidquid pro Deo faciamus, fœneramur illi, qui ait, Centuplum accipietis. *Dicit Dominus si non reliquiæ tuæ in bonum.* Promittit Deus Ieremiæ nouissimo vitæ suæ tempore felicia omnia, quasi dicat. Nō habear post hac verax, nisi fecerim, vt nouissima tua fæliciter habeant. reliquias vocat, nouissimū vitæ tempus. Chald. Paraph. si non finis tuus in bonum. Pro. 27. Non æmuletur cor tuum peccatores, sed in timore Domini esto tota die, quia habebis spē in nouissimo, & prestolatio tua non auferetur. *Si non occurri tibi in tempore afflictionis, & in tempore tribulationis aduersus inimicum.* hoc est, Non habear post hac verax, nisi fecero, vt adsit tibi auxilium meum tempore afflictionis, & tribulationis aduersus hostes tuos. Chal. Paraph. Si non venient, & deprecabūtur te in tempore, quo adduxero super eos hostem. In hunc sensum potest & nostra litera exponi. hoc est, faciam vt qui modò te conuitijs & maledictis prosequuntur, ad te veniant

Mat. 25. c

1. Cor. 15.

2. Cor. 6.

Prou. 19.

Mat. 19.

niant,& deprecentur te tempore afflictionis & tribulationis, vt propitium reddas illis hostem, quem tu propitium habebis. vel, propitium reddas Deum aduersus hostem.vid.infra. cap. 37. vbi habes regem Sedeciam misisse ad Ieremiam,vt oraret pro se,& populo. Alij, si non id efficiam; vt in tempore malo, & in tempore afflictionis hostis te roget. idest, nisi effecero, vt Nabuchodonosor tuam ambiat amicitiam. In Hebræo, הִפְגַּעְתִּי hipgahti, à verbo פגע pagah, quod occurrere, obuiare, siue obuiam fieri & rogare, & precari significat. est autem in cōiugatione Hiphil, vt transitiuè interpretandum sit. hoc est, occurrere feci, vel rogare feci: quod noster interpres significauit, cū transtulit, si non occurrit, vel occurrerit, me scilicet faciente. aliàs transferendum erat, si non occurri, vel occurrerim. Porrò particula את eth, pro qua, aduersus, transtulit noster interpres, interdum redundat. Sic ergo transferre possumus, si non rogare te fecero, vel occurrere fecero tibi in tempore afflictionis, & in tempore tribulationis hostem. Santes Pag. aduersum hostem, habet. Rab. Dau. si non posui eum, nempe Nabuchodonosorem, vt rogaret pro te. Vide infra. Cap. 39. nam in Hebræo vbi nos habemus, tibi, est בך beca, quod pro te, & ante te, & in te, & tibi, trāsferri potest. Nos literam nostram sequamur, vt à nobis est exposita de diuino auxilio: quæ expositio reliquas omnes amplectitur. Ex eo enim quia diuinum auxilium adfuit Ieremiæ; factum est, vt Nabuchodonosor præciperet Nabuzardan magistro militum de Ieremia, dicens. Tolle illum, & pone super eum oculos tuos, &c. vt habes infra Cap. 39. Et vt

hostes Ieremiæ, qui priùs eum insequebantur, ad illum confugerent, vt pro ipsis ad Deum oraret: vt habes infra Cap.37. Septuag. hoc loco multò aliter habent. ab eo enim loco vbi nos habemus, *omnes maledicunt mihi.* ita ipsi trāsferunt. Fortitudo mea defecit in maledicentibus mihi. fiat Domine dominator dirigētibus eis, & in tempore tribulationis eorum in bona erga inimicum. Sic in Biblijs regijs. Sed D. Hiero. legit. Si non astiti tibi in tempore afflictionis eorum, & in tempore tribulationis eorum in bona erga inimicum. Quod ait se in editione vulgata scriptum reperisse. Sic etiam legit Theodoretus. Hoc autem. D. Hiero. de Saluatore secundùm dispensationem carnis assumptæ sic interpretatur. Fortitudo mea defecit in his, qui maledicunt mihi. Non enim intelligunt virtutem meam; quæ in infirmitate perficitur.; & quantò plus mihi maledixerint, tantò mea in illis plus deficit fortitudo. Iūgitq; vel Propheta, vel Dominus, & ait. Fiat Domine dirigentibus illis; hoc est, Eueniant mihi maledicta, quæ loquuntur inimici, & illi dirigantur in bonum: si non in tempore tribulationis eorum & angustiæ, quando eos vastabat inimicus, & capere festinabat, steti in conspectu tuo, & rogaui te pro illis, & dixi: Pater ignosce eis: quod enim faciunt, nesciunt. Sed & Ieremiam sæpè deprehendimus in hoc volumine rogasse pro populo.

Luc.23.e.

Nūquid fœderabitur ferrū ferro ab Aquilone, & æs. Tribus modis exponit D. Hier. Ne doleas, quòd populus inimicus tuus sit: te enim dura nunciante, non potest te amare, qui durus est. Siue Babylonij, qui ab Aquilone veniunt, suntq; ferrum durissimum, huic populo duriori,

riori,& in æris similitudinem indomito non poterũt amicitia copulari. Siue ferrũ durissimum, hoc est, populus Israel Dei cognitione indignus est, qui in tantã peruenit malitiam, vt duriori metallo ære circũdatus sit. Vel per ferrum, regem Ægypti: per ferrũ ab Aquilone, regem Babylonis: per æs, Ezechiam, quòd imbecillior esset. Septuag. si cognoscetur ferrum, & operimentum æreum fortitudo tua. Theodoretus. Ne fiduciã colloceris in indumẽtis ęneis aut ferreis, quasi dicat, Nõ cognoscetur ferrum & æs, quo tu vestiris, & in quibus fiduciã collocas: nihil proderit, nihil efficiet. Vel, non agnoscetur, contemnent illud hostes, nihili facient. Chald. Paraph. Et rex, qui fortis est sicut ferrum, ascendet vt fulciat regem robustum: sicut ferrum, & sicut æs veniet ab Aquilone contra eã, vt conterat eam. Videtur intelligere de rege Ægypti, quasi dicat, Nequaquam fiet, vt rex Ægypti Sedechiæ regi Iuda robustior auxilium & fulcimentum ferat: sed id fiet, vt tanquam ferrum & æs veniat ab Aquilone Nabuchodonosor contra Ierusalem. Vel si absq; interrogatione legatur, de rege alio, quem Nabuchodonosor habuit in suo exercitu, intelligi potest: multa enim regna & reges sub ditione sua habebat. Iuxta Hebr. ita interpretatur Santes Pag. Nunquid conteret ferrum ferrum (quod est) ab Aquilone, & æs. Alij, Num ferrum franget ferrum ab Aquilone, & Chalybem. idest. Ensis Iudaicus ferreus frangetné ensem Chaldæum ferro & chalybe cõstantem? quasi dicat, Non. Vires Iudæorum comparat ferro puro, & vires Chaldæorum ferro, quod habet multum chalybem admistum, atq; ideo validius est. Vox Hebr. ירע

iaroah, pro qua, fœderabitur noster interpres transtulit, est à radice רוע roah, quod verbum significat conterere: vicinum autem huic est רעה rahah, quod significat associari. Ex vicinitate ergo vocum nonnulli existimāt hallucinatum esse nostrū interpretem, vt pro conteret, transtulerit fœderabitur, sicut & Septuag. daleth, pro, res, legerunt hallucinati ex vicinitate literarum: nā ידע iadah, significat cognoscere. facile etiā fuit scriptorum incuria vnam literam pro alia poni. Vox Heb. נחשת nithseth, æs, & chalybem significat.
Diuitias tuas & thesauros tuos in direptionē dabo gratis in omnibus peccatis tuis, & in omnibus terminis tuis. Potest hæc sentētia cū superiori cōnecti hac ratione; quasi dicat. Frustra nitimini muneribus & pecunijs Ægyptios vobis cōciliare, vt à Chaldæis vos liberent: nihil enim aliud efficietis, quàm vt diuitias vestras amittatis frustra, quarum partem rex Ægypti, & partem Babylonis rex diripiet. *gratis*. In Heb. Non in pretio: sic etiam Chal. Paraph. Non in pretio, sed pro peccatis quibus colebatis idola in omnibus terminis vestris, quasi dicat, dabo thesauros vestros, non vt aliquid illis vobis cōparetis quasi pretio dato, sed propter peccata vrā. D. Hiero. *gratis*, hoc est, absq; vllo pretio tradā substātiam tuā inimicis tuis propter peccata tua. Alij, non pretio, hoc est, neq; redimere poteris thesauros tuos aliquo pretio. *& in omnibus terminis tuis*. Exponi potest, vt Chald. Paraph. propter peccata vestra, quæ in omnibus finibus vestris commisistis. ita D. Hiero. vel id accidet in omnibus finibus tuis, vt thesauri & diuitiæ diripiantur. Septuagin. Et thesauros tuos dabo commutationem propter omnia peccata tua. & in omnibus ter

bus terminis tuis seruire faciā te. &c. *Et adducam inimicos tuos de terra quam nescis: quia ignis succensus est in furore meo, & super vos ardebit.* Septuagin. seruire faciam te in circuitu inimicis tuis in terra quam non scis. Caldai. Paraph. Et seruietis inimicis vestris in terra quam ignorabatis. In Hebræo העברתי halibarti, hoc est, trāsire faciam, Alij, Et extrudam te ad hostes tuos in terram, quam non nouisti. Iuxta sensum Septuagin. & Chald. Paraph. dictio את eth, quæ præponitur voci quæ inimicos significat, aliquando articulus est accusandi casus, notans personam patientem; aliquando est vice אל el, idest ad, et si hoc modo sumatur, transferendum est, transire faciam ad inimicos tuos, te nēpe. Noster interpres primo modo indicauit sumēdam dictionem hanc. Similiter beth, præpositum dictioni quæ terram significat, aliquando pro præpositione (in) ponitur, aliquādo pro (de) quemadmodū accepit noster interpres. *ignis succensus est*. Vindictam nomine ignis significat: quam exarsisse ait irascente Domino, quæ Iudæos sit comprehensura. Ira Deo tribuitur per Anthropopathiam, humano nēpe more. In Hebr. באפי beapi, hoc est, in naso meo: nasus verò vocatur Hebraica phrasi ira, quòd in naso conspiciatur: solent enim irati sufflare nasu. Sic longus naribus dicitur Deus, quod nos longanimis dicimus, hoc est, tardus ad irascendum: qui enim facilè irascuntur, dicuntur breues habere nares: sic longitudo nasi patientia dicitur. *Tu scis Domine.* Animū suum erga Deū, qualis fuerit, manifestat: sicq; liberari ab afflictione orat. Tu nosti, ait, animum meum, & studia & opera mea tibi sunt manifesta: nosti etiam, quid contra me molia-

moliantur hostes mei, & quid pro te patiar. ad te ergo confugio, vt tua consolatione, tuo fauore & misericordia me visites, & ab omni angustia liberes. *noli in patientia tua suscipere me.* In Hebręo non in longitudine irę vel nasi tollas me; sub. de medio, hoc est. nę dum differs vindictam, priùs moriar, quàm sumpseris pœnas de hostibus meis. Chal. Para. Ne des dilationẽ iniuriæ meæ. *Scito quoniam sustinui pro te opprobrium.* hoc est, vide. Chald. Paraph. manifestum est enim coram te, quòd susceperim opprobria propter verbum tuũ. Fælix ille qui pro Deo patienter sustinet opprobria. Beati eritis, ait Christus, cùm vos oderint homines, & cũ persequuti vos fuerint, & dixerint omne malũ aduersus vos mẽtiẽtes propter me. Inde Apostoli ibãt gaudentes à conspectu cõcilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. *Inuenti sunt sermones tui, & comedi eos, & factum est mihi verbum tuum in gaudium, & in lætitiam cordis mei.* hoc est, inuenti sunt à me, quasi dicat: Reuelasti mihi, quæ volebas me annũciare populo: & comedi vel deuoraui, idest, loquutus sum quæ mihi reuelasti: quod mihi versum est in gaudium, & lætitiam: tametsi enim populares mei persequuti me fuerint propter verbum tuum, deinde tamen prosperè egi; reddidisti enim mihi propitium regem Nabuchodonosorem, qui me multis fauoribus prosequutus est. Vel, cùm me tua reuelatione dignatus es, suscepi reuelationem tuã, & gauisus sum, quòd factus fuerim Propheta tuus. Vel inuẽtos dicit sermones, quando opere completi sunt: nam & vox Hebr. est à verbo מצא masa, quod inuenire, & euenire significat. comedisse autem, idest, fructum ex verbo Dei

Luc. 6.d.

Act. 5.g.

sensi

sensisse; vel gauisum fuisse, quòd opere fuerint complerí propter Dei gloriam, & ne falsus propheta existimaretur. Vnde subdit, *Quoniam inuocatum est nomen tuũ super me*: hoc est, vocatus sum Propheta tuus, ex quo ita euenit, sicut annunciaueram Septuag. Scito quòd accepi pro te opprobrium à reprobantibus sermones tuos. consume eos, & erit mihi verbum tuum in lętitiam, & gaudium cordis mei: quoniã inuocatũ est nomen tuum super me. Chal. Paraph. suscepi verba tua, & stabiliui ea, & factum est. &c. vt nos habemus. *Non sedi in concilio ludentium*. Hoc est. Exhibui me tãto muneri idoneum, non sum versatus in cœtu iocantium. Vox Heb. סוד sod, secretum, & concilium, & cõgregationem vel cœtum significat. Chald. Para. Non sedi cum turba cantãtium, nec delectatus sum. Sic Dauid. Non sedi cum concilio vanitatis: & cum iniqua gerẽtibus non introibo: odiui Ecclesiam malignantium, & cum impijs non sedebo. *et gloriatus sum à facie manus tuæ: solus sedebam, quoniam comminatione replesti me*. Et gloriatus sum non habuisse malorum consortium. Vel, Nec exultaui aut delectatus sum, nempe, cum ludentibus. sic Chald. Para. Potest & id cum sequẽtibus cõnecti. gloriatus sum à facie manus tuæ, quasi dicat. à principio cùm me prophetam constituisti, exultaui pro tanta dignatione, vel propter manum tuam liberalem, quam erga me ostendisti, propter dona tua. Sedebam solus propter prophetiam, qua me dignatus es: credidisti enim mihi prophetiam plenam indignatione tua erga populum tuũ. Manum vocat prophetiam, quòd sit donum manus Dei. vel alludit ad id quod dicitur in principio li[illegible], dixit Dominus [illegible]

Psal. 23.

tetigit os meum, & dixit ad me. Ecce dedi verba mea in ore tuo. hoc est, prophetam te constituo. Chaldai. Paraph. à facie verbi tui solus sedebam, quia prophetia maledictionis impleſti me. Septuag. sed timui à facie manus tuæ. D. Hiero. Dum te timeo, dum impendentem manum tuam semper expecto, in concilio ludentium sedere nolui: sed meam amaritudinem deuorabam, vt in futuro mihi gaudium præpararem. Fælix qui ita facit. *Comminatione.* Vox Heb. זעם zaham, iram, & indignationem significat. significare vult prophetiam, qua Deus ostendebat se iratum cõtra populum suum. Comminationem, transtulit noster interpres: nam eiusmodi prophetia comminationem cõtinebat. *Quare factus est dolor meus perpetuus, & plaga mea desperabilis renuit curari?* Hoc est, Quare non consolaris me, & dolorem meum aufers? nunquid semper dolebo? Septuag. Quare cõtriſtãtes me præualent in me? plaga mea fortis: vnde curabor? vel dolorem suum & plagam suam vocat dolorem & plagam populi. *facta est mihi quasi mendacium aquarum infidelium.* D. Hiero. Sed in hoc habui cõsolationem, quòd fuerit quasi aqua mendax, atq; præteriens. Sicut enim aquæ prętereuntes dum fluunt, videntur, & dilabũtur: sic & omnis impetus inimicorum te adiuuante pręterijt. opponitur ei, quod dixerat. *Quare factus est dolor meus perpetuus.* Septuag. facta est mihi quasi aqua mendax nõ habens fidẽ. ad plagam referũt. Idem est sensus cum nostra litera. Chal. Para. Ne sit verbum tuum mihi in mendacium, sicut fons aquarũ, cuius aquæ deficiunt. In Heb. essendo eris mihi velut (vena vel fons) mendax aquæ (quæ) non fideles fuerunt. vel vt (fons) mẽ-

dacij

daeij (et vt) aquæ quæ non sunt fideles, idest; vt fons cuius aquæ aliquando cessant, & vt aquæ non perennes; quasi dicat. Cùm sperarem te laturum mihi auxiliũ, deseruisti me. Essendo eris, idem est, quod omnino eris. Noster interpres ita transtulit, vt sermonem habeat propheta ad plagã, de qua loquebatur; quasi dicat. plaga mea eris quasi mendacium. &c. quod idẽ est cum eo, quod ait, facta est mihi. &c. *Propter hoc hæc dicit Dominus. si conuerteris, conuertam te.* Fructum copiosum eorum, qui in conuersione peccatorum ad Deũ laborant, ostendit. D. Hiero. si conuerteris à peccatis populum, & ego te de tribulatione conuertam in lætitiam. Alij volunt inuitare hic Deum Prophetam ad resipiscentiam: nam visus est versu superiori non satis ei fidere. In Hebr. אם תשוב em tasub, si conuerteris, vel si conuersus fueris: vtroq; enim modo exponi potest. conuertam te, subaudi me, i. parcam tibi. *Et ante faciem meam stabis.* D. Hiero. Sicut angeli stant in conspectu Dei quotidie videntes faciem illius. phrasis Hebraica est. Idem autem significat, ac si dicat, eris mihi charus. Chaldi. Paraph. coram me ministrabis. *Et si separaueris pretiosum à vili, quasi os meum eris.* hoc est, si te ipsum mundaueris ab omni inquinamento. vel si dederis operam, vt conuertas electos, & à reprobis separes; vel ex impijs iustos feceris: accidet tibi, vt ego prædixero tibi; vel, euenient quæ dixeris, ac si ego dixissem. vel, propheta meus electus tu eris, per quem quasi per os meum ego populo ventura annunciabo, & voluntatem meam alijs manifestabo. Diuus Hieronymus, meis præceptis copulaberis; de quibus, Lex Domini immaculata cõuertens animas.

Psal. 18.

Vel, os pro eloquio & sermone. Eris ergo sicut eloquia mea, de quibus. Eloquia Domini eloquia casta, argentum igne examinatum, probatum terræ purgatum septuplum. Chald. Paraph. si reuocaueris impios vt sint iusti, voluntatem verbi mei implebis. *Conuertentur ipsi ad te, & tu non conuerteris ad eos.* D. Hiero. Debent ipsi imitatores tui esse, & non tu eorum. Chald. Para. Obedient ipsi verbis tuis: & tu non reuertêris, vt erres post eos. Vel, conuertantur: hoc est, fac vt qui recesserint à legibus Dei, tibi acquiescant: & ne acquiescas illis. Vel, insurgēt aduersum te: tu verò non cedes illis. *Et dabo te populo huic in murum æreum.* quasi dicat. Hæc tanta constantia vt mecum semper perseueres, neq; acquiescas vlla ratione impijs hominibus, ex dono meo tibi cōtinget: id meo auxilio munitus facies. Sic in principio libri. Dicamus ergo cum D. Hiero. Vtinā Dominus pręstet & nobis, non sedere in concilio ludentium, & eorum qui futura non cogitant: nec aduersis cedere, sed semper Dei sententiam formidare, & dicere cum propheta, Solus sedebam, quia amaritudine repletus sum. Gaudeat igitur in pręsenti tempore nequaquam concilium sapientium, sed arcanū secretumq; ludentium. Mihi adhærere Domino bonum sit: ponere in Deo spem meam, saturari opprobrijs & Iudicis mei expectare sententiam: quæ, cùm finis aduenerit, opere monstrabit omnem tristitiam, & amaritudinem instar aquarum fluentium pertrāsisse.

Psal. 11. *Psal. 72.*

ARGVMENTVM.

Iudæorum calamitatem prædicit: & idolorum cultum, & legis Dei contemptum tantæ calamitatis causam ostē

sam ostendit. Prædicit captiuitatem Babylonicam, & populi liberationem ab ea, & Gentium uocationem.

CAP. XVI.

ET factū est verbum Domini ad me dicens: 2 Non accipies vxorem, & non erūt tibi filij & filiæ in loco isto. 3 Quia hæc dicit Dominus super filios et filias, qui generātur in loco isto: & super matres eorum quæ genuerunt eos: & super patres eorum, de quorum stirpe sunt nati in terra hac. 4 Mortibus ægrotationum morientur: non plangentur, & non sepelientur, in sterquilinium super faciem terræ erunt: & gladio & fame consumentur, & erit cadauer eorum in escam volatilibus cœli, & bestijs terræ. 5 Hæc enim dicit Dominus: Ne ingrediaris domum conuiuij, neq; vadas ad plangendum, neq; consoleris eos: quia abstuli pacem meam à populo isto, dicit Dominus, misericordiam & miserationes. 6 Et morientur grandes, & parui in terra ista: non sepelientur neque plangentur, & non se incident, neque caluitium fiet pro eis. 7 Et non frangent inter eos lugenti panē ad consolandum super mortuo: & non dabunt eis potum calicis ad consolandum super patre suo & matre 8 Et domum cōuiuij non ingrediaris, vt sedeas cum eis, & comedas & bibas. 9 Quia hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel, Ecce, ego auferam de loco isto in oculis vestris, & in diebus vestris vocē gaudij, & vocem lætitiæ, vocem sponsi & vocem sponsæ. 10 Et cùm annuntiaueris populo huic omnia verba hæc, & dixerint tibi, † Quare loquutus est Dominus super nos omne malū grande istud? quæ iniquitas nostra? & quod peccatum nostrū quod peccauimus Domino Deo nostro? 11 Dices ad eos, Quia dereliquerunt me patres vestri, ait Dominus: & abierunt post deos alienos, & seruierūt eis, & adorauerūt eos: & me dereli

† Suprà. 7.26.

† Sup. 5, 10.

querunt, & legem meã non custodierunt. 12 † *Sed & vos peius operati estis, quàm patres vestri. ecce enim ambulat vnusquisq; post prauitatem cordis sui mali, vt me non audiat.* 13 *Et eyciã vos de terra hac, in terrã quã ignoratis vos, & patres vestri: et seruietis ibi dijs alienis die ac nocte, qui nõ dabunt vobis requiẽ.*

† Inf. 23, 7.

14 † *Propterea ecce dies veniũt, dicit Domin⁹, & nõ dicetur vltrà, Viuit Domin⁹ qui eduxit filios Israel de terra Ægypti:* 15 *sed, Viuit Dñs qui eduxit filios Israel de terra Aquilonis, et de vniuersis terris ad quas ejeci eos: & reducã eos in terrã suã quã dedi patribus eorũ.* 16 *Ecce, ego mittã piscatores multos, dicit Dñs, & piscabũtur eos. & post hæc mittẽ eis multos venatores, et venabũtur eos de omni mõte, et de omni colle, & de cauernis petrarũ.* 17 *Quia oculi mei super omnes vias eorum: non sunt abscondita à facie mea, et non fuit occultata iniquitas eorũ ab oculis meis.* 18 *Et reddam primũ duplices iniquitates, et peccata eorum: quia contaminauerunt terram meam in morticinis idolorũ suorum, et abominationibus suis impleuerunt hæreditatem meam.* 19 *Domine fortitudo mea, et robur meum, et refugiũ meũ in die tribulationis: ad te Gẽtes venient ab extremis terræ, et dicẽt, Verè mendaciũ possederunt patres nostri, vanitatẽ quæ eis non profuit.* 20 *Nunquid faciet sibi homo deos, et ipsi non sunt dij?* 21 *Idcirco ecce ego ostendam eis per vicem hanc, ostendam eis manum meam, et virtutem meam: et scient quia nomen mihi Dominus.*

EXPLANATIO.

ET factũ est verbum Domini ad me, dicẽs. *Nõ accipies vxorẽ, et nõ erũt tibi filij et filiæ in loco isto.* Prohibetur Propheta vxorem accipere, vt non solũ verbis, sed & factis futurã calami-

tatem denunciaret: ſicut infrà iubetur agrũ emere ab Hanameel, quò ſignificaret reducẽdos ex captiuitate, & iterum reuerſuros Iudæos in terram ſuam. Per locum iſtum, Anathoth, vel totam terram Iudęę intelligere poſſumus. Aperta eſt litera. *mortibus ægrotationum morientur*. Septuagin. In morte morboſa morientur. Chald. Paraph. morte ægrotationum famis morientur. In Heb. mortibus ægrotationum. peſtilentiam intelligit D. Hiero. *In ſterquilinium*. Septuagin. in exemplum. *Ne ingrediaris in domum conuiuij*. Septuagin. ne ingrediaris in choros eorum. Chal. Paraph. in domum conuiuij. Vox Heb. מרזח marzeach, luctum ſignificat. Sed & nonnulli Hebræorum conuiuium ſignificare aiunt. D. Hiero. de conuiuio, quod præparari ſolebat in exequijs mortuorum lugentibus, intelligit: quod Græci περίδειπνα vocant, & à noſtris vulgò appellantur parentalia, eo quòd parentibus iuſta celebrentur. Vide infra in hoc capite. Sic in prouerbijs. Date ſiceram mœrentibus, & vinum his qui amaro ſunt animo. Præcipitur ergo Prophetæ, ait D. Hieronymus, ne vllum de populo conſoletur, ne ſe miſceat inimicorum Dei conuiuijs, ne iuſta celebret ſuper funeribus defunctorum; aliud eſt enim mori communi lege naturæ, aliud Dei occidiſſe ſententia. Theodoretus. Admonet Prophetam Dominus, ne lętetur cum lætantibus, nec doleat cum dolentibus. *neq; conſoleris eos*. ſub. ciues tuos, vel Iudęos. Septuag. ne lugeas eos. Chal. Par. nec cõtriſteris cũ eis. Vox Hebr. תנוד tanod, à verbo נוד nud, quod mouere ſignificat, & conſolari lugentem, & compati, & condolere, quòd condolentes mouere ſoleãt caput. *abſtuli pacem meã*, fælicitatẽ,

Inf. Cap. 32.

Prou. 31.

& prosperitatem omnem:nam & vox Hebr. hæc omnia significat. id magis explicat, cùm subiungit, *misericordias, et miserationes*. primum, beneficentiæ affectum, secundum, commiserationis affectum, iuxta proprietatem Hebraici sermonis significat. *Et non se incident, neq; caluitium fiet pro eis* hoc est, nullo exteriori signo prosequentur honore mortuos. D. Hierony. Mos hic fuit apud veteres, & vsq; hodie in quibusdam permanet Iudæorum partibus, vt luctibus incidant lacertos, & caluitium faciant: quod etiam Iob fecisse legimus. Incidere se, & facere caluitium super mortuũ, prohibitum erat in lege. Vide Deut. 14. Nihilóminus ritum gentiũ imitantes id faciebant Iudæi: quod tamen minimè facturos esse dicitur, propter malorum cumulũ, & mortuorum multitudinem: & quia qui mortẽ effugerẽt, tot essent calamitatibus premẽdi, vt fæliciores essent iudicaturi mortuos, quàm viuentes. *Et non frangent inter eos lugenti panem ad consolandum*. Diximus suprà de conuiuijs mortuorum. Concordant cum nostra litera translatio Septuaginta, & Chal. Par. qui frangens eis, habet. subaudi, panem. In Heb. non est dictio, panem. Santes Pag. ita trãsfert ex Heb. Et nõ extendent se super luctum ad consolãdũ eos super mortuo. Alij. Non expandent (manus) gratia luctus. idest, non expandent manus propter illos mortuos, luctus indicandi gratia, ad consolandum vnumquemq; superstitẽ propter mortuũ. Vox יפרסו iipresu, pro qua nos, frangent, habemus, est à verbo פרס paras, quod frãgere significat. Portò אבל ebel & luctũ, & lugentem significat, variatis punctis: sicq; nostra litera cõsonat cũ hebraico textu, subaudiẽdo

panem: quod noster interpres expressit. *Ecce ego auferam de loco isto in oculis vestris, & in diebus vestris vocem gaudij, & vocem lætitiæ, vocem sponsi, & vocem sponsæ.* Nulla mentio fiet de nuptijs, neq; de alijs quę gratam hominibus vitam reddere solent: omnia planctu & mœrore plena erũt. Cùm quis peccat, aufertur ab eo omne gaudium, omnisq; lætitia, de qua Apostolus. Gaudete in Domino semper: iterum dico, gaudete. *Vox sponsi & vox sponsæ.* de qua scriptum est, Qui habet sponsam, sponsus est. Repudiata enim anima à cælesti spõso tanquam adultera, non iam vocat eam Christus sponsam, neq; potest ipsa Christũ sponsum vocare, à quo recessit. Sed & cessant iucũdissimi illi spirituales amplexus, quibus Christus animam se diligẽtem amplectitur: de quibus spõsa. Læua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. Et, Dilectus meus mihi, & ego illi. Et. Qui adhæret Deo, vnus spiritus fit cum eo. Sic etiam repudiata synagoga propter suam incredulitatem, cessauit vox sponsi, & sponsæ: non enim ampliùs sponsa dicitur, neq; spõsum habet Deũ, nisi ad Christũ conuertatur. *Et cùm annunciaueris. &c.* Prædictorum malorum causam esse dicit idolorum cultum, & cõtemptum legis Dei. *Quia dereliquerũt me patres vestri.* Derelinquunt patres Deum, & ambulant post Deos alienos, quãdo q alijs pręsunt in Ecclesijs, ab obseruatione diuinorum mandatorum recedunt, & ventrem Deum suum constituunt, & auaritiæ, & luxuriæ studẽt, quibus seruire dicũtur: à quo enim quis vincitur, eius & seruus est. *Sed et vos peius operati estis.* Puniuntur propter patrũ peccata, quibus grauiora commiserunt. Patribus & maioribus peccantibus, quid

Phil. 4. a.

Ioan. 3. d.

Cãt. 2. & 8.

1. Cor. 6.

Philip. 3.

2. Pet. 2.

aliud expectari poteſt, niſi vt filij & ſubditi peiora faciant? Vide ſuprà Cap. 7. & Cap. 11.
Et ſeruietis ibi dijs alienis die ac nocte, qui non dabunt vobis requiem. In Hebr. non dabo vobis miſericordiam. Septuag. & Chald. Para. legunt, vt habet noſtra litera. Dicitur autem, nō daturum Deum miſericordiam, quia inimici eorum apud quos erunt captiui, non miſerebuntur eis, neq; ceſſabunt eos affligere: quod expreſſit noſter interpres, transferens, *qui non dabunt vobis requiem.* Chaldai. Paraphra. ſeruietis ibi populis colentibus idóla die ac nocte, qui non erunt vobis miſericordes. Semel à Domino derelicti faciunt ea, quæ nō cōperunt, vt vadant poſt deſideria cordis ſui mali: de quo exeunt cogitationes peſſimę: & idcirco de Eccleſia ſeparantur, vt vadant in terram longinquam, quā nec ipſi, nec patres eorum nouerāt, priuſquam peccarent: vt ibi ſeruiāt dijs alienis, hoc eſt, erroribus varijs *Non dabunt vobis requiem.* Inuenietis requiem animabus veſtris, ait Chriſtus: quē qui deſerunt, requiē non habent: ſic enim ipſi confitentur, Laſſati ſumus in via iniquitatis & perditionis. *Propterea ecce dies venient, dicit Dominus.* Prædicit populi liberationem à captiuitate: quę ſub Zorobabel, & Ieſu pōtifice, & Esdra ex parte completa eſt. quod quidem beneficium adeò eximiū futurum dicit, vt obliuioni tradatur prę huius magnitudine beneficiū illud liberationis ab Ægyptiaca ſeruitute. Quòd ſi de ſola liberatione à Babylonia captiuitate ſit ſermo, profectò non maius hoc fuit beneficium, quā liberatio ab Ægyptiaca ſeruitute, quæ tot mirabilibus facta eſt, & ſexcenta millia hominū abſq; mulieribus & paruulis liberata ſunt. *Non dicent, viuit Dominus*

Mat. 11.
Sap. 5. a.

minus qui eduxit etc. Hoc est, cùm iurare voluerint: nã, Viuit Dominus, forma iurandi erat. Vel, Non laudabunt Deum commemoratione beneficij liberationis ab Ægyptiaca seruitute, sed commemoratione huius noui beneficij. Chald. Paraph. Non erunt vltra narrantes potentiam Domini, qui ascendere fecit filios Israel de terra Ægypti: sed erunt narrantes potẽtiam Domini. &c. Obseruat hic Diuus Hieron. quòd cùm hic dicatur, *de vniuersis terris ad quas eieci eos,* quod nequaquam Cyri temporibus completum est, sed vltimo fine complebitur: consequens est, pertinere hãc prophetiam ad conuersionẽ Iudæorum ad Christũ, de qua Apostolus. Postquam subintrauerit plenitudo gentium, tũc omnis Israël saluus fiet. vt per terrã, spiritualiter Ecclesiam intelligamus datam patribus, hoc est, Apostolis. Sed & à terra Aquilonis, hoc est peccati, quòd calore gratię destituit, in terrã nostrã, patriam scilicet cælestem quã amisimus propter peccatum, reducit, & reducet electos suos Deus de vniuersis terris: quod maius est beneficium, quàm eduxisse Iudęos de Ægyptiaca seruitute, vel de captiuitate Babylonica. *Ecce ego mittam piscatores multos, dicit Dominus.* Ad literam loquitur de Chaldæis, qui Iudæos in captiuitatem adegerunt. Sed in spiritu loquitur de Apostolis, & Apostolicis viris, qui tam ex Iudæis, quã ex gẽtibus innumeros ad Christũ adduxerũt, & semp adducũt. Cõparat ergo ciues Ierusalẽ piscibus, Chaldęos piscatoribus, quasi dicat. Excitabo Chaldęos aduersus vrbẽ, & cingẽt illã obsidione quasi reti, & ciues illius capiẽt. Cõparat etiã eosdẽ Chaldęos venatoribus, qui Sedechiã, & milites eius in in fugã versos, tãq̃

Rom. 11.

feras quę metu venatorũ fugiũt,& se huc atq; illuc recipiũt, venati sunt de omni mõte & de omni colle, & de cauernis petrarũ, vbi se receperãt. Chal. Para. Ecce ego mandabo populis occisoribus, dicit Dñs, vt occidãt eos: & post hæc mandabo multis venatoribus, vt venẽtur eos ab omni mõte, & ab omni colle, & de cauernis petrarũ. Sed & piscatores Chaldęos, & venatores Romanos interpretari possumus. Apostolos porrò hominum piscatores fuisse manifestum est ex verbis Christi, quibus eos ad Apostolatum vocauit, dicens, Venite post me, & faciam vos fieri piscatores hominum. Qui etiam, vt omnia consonarent, piscatores erant: & à piscium piscatione, ad hominum spiritualem, & mirabilem piscationẽ vocati sunt. Sic & Euangelij prædicationem Christus comparat reti, dicens. Simile est regnum cælorum sagenæ missæ in mare, & ex omni genere piscium congreganti. Sed et venatores fuerunt Apostoli, & illorum successores, qui per omnem terram discurrentes venati sunt homines ex montibus & collibus superbiæ, vt humiles facti Christo manus darent, nõ in se ipsis, sed in eo in quo solo salus est, fiduciam habẽtes: extrahentes eos ex cauernis errorũ, in quibus veluti in densissimis tenebris versabantur: vt lucem mundi Christum intuerentur, qui ait. Qui sequitur me, non ambulat in tenebris; sed habebit lumen vitæ: et Euangelicæ veritatis mirabili luce perfunderentur, vt virtutes eius annunciarẽt, qui eos de tenebris vocauit in admirabile lumẽ suum. In qua quidem cælesti venatione illud supra modũ mirabile est, quòd agni humiles & mãsueti, inermes, omnium iniurijs expositi, venati sunt lupos, tumidos, superbos

Mat. 4. *Mar. 1. b.* *Mat. 13 f* *Ioan. 8. b.* *.Pet. 2.*

perbos, elatos potētia, diuitijs, carnis sapientia, sed & truculentos, & sanguinarios. Vnde & Christus cū eos ad huiusmodi venationē destinaret, Ite, ait. Ecce ego mitto vos, sicut agnos inter lupos. A Domino factū est istud, & est mirabile in oculis nostris. Videāt ergo pastores Ecclesiæ, quorum hoc est munus, vt piscatores & venatores animarum sint, qua ratione huic officio incumbere debeant, si animarum lucra amant.

Luc. 10.
Psal. 117.

Quia oculi mei super omnes vias eorum. Hoc est, video illorū studia, neq; me latent eorum scelera, propter quę statui in hostium suorum manus eos tradere. *Et reddā primùm duplices iniquitates, & peccata eorum.* Illud *primū* referendum est ad id, quod superiùs prædixerat, *& reducam eos in terram suam*; quasi dicat, primùm illos dignis flagellis puniam pro peccatis suis, ne sibi iusti videātur: deinde misericorditer cum illis agam. Leuit. 26. Donec confiteantur iniquitates suas, & maiorum suorum, & donec erubescat incircuncisa mens eorum: tunc orabunt pro impietatibus suis, & recordabor fœderis mei. Quod autē *duplices iniquitates* ait, peccata patrum, & filiorum intelligit: de quibus superiùs dixerat, Quia dereliquerunt me patres vestri: sed & vos peius operati estis, quā patres vestri. Sic Leui. 26. Propter peccata patrū suorum, & sua affligentur. Alij ad peccata in Deum, & in proximum referunt. Theodoret. Quasi plenus humanitate vltionem peccatorū appellat duplicationē: non enim secūdū iuris normā & rationē pares persoluerunt pœnas. Videtur alludere ad id quod Leuit. 26. habet. Sin autē nec sic obedieritis mihi, addā correptiones vr̄as septuplū propter peccata vestra. Et deindè addam plagas vestras vsq; in septu

Leui. 26.

in septuplum propter peccata vestra. Et iterum percutiam vos septies propter peccata vestra. Septuag. non habent, primùm, sed in Hebræo habetur. Chald. Paraph. ita habet, & reddam secundis sicut & primis iniquitates eorum, & peccata eorum. In Heb. pro eo quod nos habemus *duplices* est dictio משנה mischeh, quę duplum significat. Sed idem est dicere, reddam duplum iniquitatis pro iniquitatum eorum, quod dupli ces iniquitates eorũ, vt habet nostra litera. Sic & Deu. 17. habetur. In Heb. scribet sibi duplum legis huius. quod idem est, quod scribet sibi duplicem legẽ hanc. *In morticinis idolorum suorum.* In Hebr. in cadauere abominationum suarũ. Sed idóla abominationes vocat scriptura, vt. 3. reg. 11. Intelligit autem de hominibus, & animalibus, quæ idólis immolabantur. *Dominus fortitudo mea.* Prædicit gentium vocationem, quam præuidens Propheta exultat in spiritu. Deum autem robur suũ, & refugium vocat, quòd potẽtiam suam manifestam fecerit in debellandis hostibus nostris, dęmone, peccato, & morte, & tuendo suos. Vnde Maria virgo in Cãtico. Fecit potentiam in brachio suo, dispersit superbos mente cordis sui. Sed & Christus Dei virtus est, vt ait Diuus Paulus, sine quo omnis hominum fortitudo imbecilla est, ad quem nobis est confugiẽdum, vt ab hostibus protegamur. Hic est ille fortior, sed & fortissimus, qui fortem armatum custodientem atriũ suum vicit, & vniuersa arma eius in quibus confidebat, abstulit, & spolia eius distribuit. *Ad te gẽtes venient ab extremis terræ.* Chald. Paraph. Ad famam potentiæ tuæ populi venient à finibus terræ. Nonnulli hæc de Gentibus, quę audita Dei fama qui Iudæos in terram

Luc. 1. e.

1. Cor. 1.

Luc. 11.

suam

ſuã reduxerat, abiectis idolis ad Dei veri cultũ acceſſerũt, & populo Dei adhæſerũt, intelligũt. Sed multò meliùs de conuerſione gentium ad Chriſtũ intelligũtur: quamuis neq; hunc ſenſum reijciamus, ita vt conuerſio hæc, quæ tunc facta eſt paucorum, adumbratio eſſet quædam conuerſionis innumerarum gentium ad Chriſtum, quam in ſpiritu præuidit propheta. *Verè mendacium poſſederunt patres noſtri, & vanitatem, quæ eis non profuit.* Mendacium & vanitatem vocat idololatriam, qua & mendaces ac falſi dij coluntur, & ſpem ſuam collocant homines in ligno & lapide, quę prodeſſe non poſſunt. Vel mendacium & vanitatem vocat Deos mendaces & fallaces. *Nunquid faciet ſibi homo Deos, & ipſi non ſunt dij?* hoc eſt, cùm Dei ſit homines facere, nequaquam autem fieri ab alio, quì fieri poteſt, vt dij ab hominibus facti ſint dij? *Idcirco ego oſtendam eis per vicem hanc manũ meam.* Idem eſt cum eo, quod ſuperiùs dixit, *Et reddam primùm duplices iniquitates & peccata eorum*: ſicut enim ſuperiùs cùm reductionem à captiuitate prędixiſſet, ſubiunxit, Reddam primùm iniquitates & peccata eorum: ſic hìc cùm prædixiſſet eandem liberationem, vocando Deum fortitudinem, & robur, & refugium in die tribulationis, ſubiungit, *Idcirco ego oſtendam eis per vicem hanc manum meam*, hoc eſt, vindictam meam, quam manu & potentia mea faciam: quaſi dicat, priuſquam miſericordiam experiantur, ſentient iuſtitiam meam. Vel hac vice oſtendam manum meam: deinde oſtendam brachium, quum per Romanos perdam. *Et ſcient quia nomen mihi Dominus.* hoc eſt, quod ſim rerum omnium auctor, & conditor, cui omnia deſeruiunt

uiũt, quiq; præstare possum quod comminatus sum? & quem noluerunt benefacientem agnoscere, puniẽtem saltem cogentur cognoscere. Chald. Para. Propterea ego annunciabo eis hoc tempore: ostẽdam eis vltionem meam, & plagam potentiæ meæ: & scient, quia nomen meum est Dominus. D. Hiero. de Christo interpretatur, qui manus, idest virtus Dei est, quasi dicat. In hac vice ostendam manifestè, & non vt priùs in vmbra, & in imagine, & vaticinio futurorum virtutem meam, Christum scilicet meum: vt postquã cognouerint, sciant nomen meum, audiantq; à filio, Pater manifestaui nomen tuum hominibus. Theodoretus similiter ad tempus Euangelij prophetiam hanc refert: potentiam autem interpretatur, qua per abiectos, & pauperes homines procuraturus erat conuersionem gẽtium. De hac manu Propheta. Emitte manum tuã de alto, eripe me & libera me de aquis multis. Et dexteram tuam notam fac, quam & brachium vocat Isaias, dicens. Et brachium Domini cui reuelatum est? D. Paulus ait de Christo, Qui prædestinatus est filius Dei, hoc est, declaratus & manifestatus est esse filius Dei, in virtute, hoc est, ex signorũ & miraculorum potentia. Sic hoc in loco nomen יהוה iehouah, ponitur, quod soli Deo tribuitur: nã Christus & Dei virtus, & verus Deus est.

Ioã. 17. a. *Psal. 143* *Isa. 53. a.* *Rom. 1. a.*

ARGVMENTVM.

De Iudęorum pertinacia. Non esse fiduciam collocandã in hominibus, sed in Deo, qui & cordium scrutator est. Orat Propheta auxilium Dei implorans. Sãctificationem Sabbathi præcipit.

CAP. xvij.

¶CAP. XVII.

PECCATVM Iuda scriptum est stylo ferreo in vngue adamantino, exaratum super latitudinem cordis eorũ, & in cornibus ararum eorũ. 2 Cùm recordati fuerint filij eorũ ararũ suarũ, & lucorũ suorum, lignorumque frondentiũ in montibus excelsis, 3 sacrificantes in agro: fortitudinem tuam, & omnes thesauros tuos in direptionem dabo, excelsa tua propter peccata in vniuersis finibus tuis. 4 Et relinqueris sola ab hæreditate tua, quam dedi tibi, & seruire te faciam inimicis tuis in terra quam ignoras: quoniam ignem 'succendisti' in furore meo, vsque in æternũ ardebit. 5 Hæc Dicit Dominus, † Maledictus homo qui confidit in homine, & ponit carnẽ brachiũ suũ, & à Domino recedit cor eius. 6 † Erit enim quasi myricæ in deserto, et non videbit cũ venerit bonum: sed habitabit in siccitate in deserto in terra salsuginis et inhabitabili. 7 Benedictus vir qui confidit in Domino, et erit Dominus fiducia eius. 8 † Et erit quasi lignũ quod transplantatur super aquas, quod ad humorẽ mittit radices suas: et non timebit, cùm venerit æstus. Et erit foliũ eius viride, et in tẽpore siccitatis nõ erit sollicitum, nec aliquãdo desinet facere fructũ. 9 Prauum est cor 'hominis' et inscrutabile: quis cognoscet illud? 10 † Ego Dominus scrutans cor, et probans renes: qui do vnicuique iuxta viam suã, et iuxta fructũ adinuentionũ suarũ. 11 Perdix fouit quæ nõ peperit: fecit diuitias, et non in iudicio: in dimidio dierum suorum derelinquet eas, et in nouißimo suo erit insipiens. 12 Soliũ gloriæ altitudinis à principio, locus sanctificationis nostræ. 13 Expectatio Israel Domine, omnes qui te derelinquũt, confundentur: recedẽtes à te, in terra scribẽtur: quoniã dereliquerũt venã aquarũ viuẽtiũ Dominũ. 14 Sana me Domine, et sanabor: saluũ me fac, et saluus ero: quoniã laus mea tu es.

'succendistis. 3. MS Hiero. H G.
† Isa. 30. 2, 31, 1.
† Inf. 48. 7.
Inf. 48. 6
† Psal. 1. 3.
'omniũ 9 MS. Hiero.
'sup omnia H. G. C.
† 1. Reg. 11, 7.
Ps. 7, 10.

15 Ecce ipsi dicunt ad me, Vbi est verbum Domini? veniat. 16 Et ego non sum turbatus, te pastorem sequens: & diem hominis non desideraui, tu scis. Quod egressum est de labijs meis, rectũ in conspectu tuo fuit. 17 Non sis tu mihi formidini, spes mea tu in die afflictionis. 18 Confundantur qui me persequuntur, et non confundar ego: paueant illi, & nõ pauean ego: induc super eos diem afflictionis, et duplici contritione contere eos. 19 Hæc dicit Dominus ad me, Vade, & sta in porta filiorum populi per quam ingrediuntur reges Iuda, & egrediuntur, & in cunctis portis Ierusalem: 20 & dices ad eos, Audite verbum Domini reges Iuda, et omnis Iuda, cunctiq; habitatores Ierusalẽ qui ingredimini per portas istas. 21 Hæc dicit Dominus, Custodite animas vestras, & nolite portare pondera in die sabbathi: nec inferatis per portas Ierusalẽ. 22 Et nolite eijcere onera de domibus vestris in die sabbathi, & omne opus nõ facietis: sanctificate diem sabbathi, sicut præcepi patribus vestris. 23 Et non audierunt, nec inclinauerunt aurẽ suã: sed indurauerunt ceruicẽ suã, ne audirent me, et ne acciperent disciplinã. 24 Et erit: si audieritis me, dicit Dominus, vt non inferatis onera per portas ciuitatis huius in die sabbathi: & si sanctificaueritis diẽ sabbathi, ne faciatis in eo omne opus: 25 Ingredientur per portas ciuitatis huius reges & principes, sedentes super soliũ Dauid, & ascẽdẽtes in curribus et equis, ipsi & principes eorũ, viri Iuda, & habitatores Ierusalẽ, & habitabitur ciuitas hæc in sempiternũ. 26 Et venient de ciuitatibus Iuda, et de circuitu Ierusalẽ, et de terra Beniamin, et de cãpestribus, et de mõtuosis, et ab Austro, portãtes holocaustum, et victimã, et sacrificiũ, et thus, et inferent oblationẽ in Domum Domini. 27 Si autem non audieritis me, vt sanctificetis diẽ sabbathi, et ne portetis onus, et ne inferatis per portas Ierusalem in die sabbathi: succendam ignem in portis eius, et deuorabit domos Ierusalem, et nõ extinguetur

EXPLA.

EXPLANATIO.

PECCATVM *Iudæ scriptum est stylo ferreo in vngue adamantino, exaratum super latitudinem cordis eorum.* In Prophetis non est quærenda verborum, rerumq; consequentia: sed prout illis spiritus suggerebat, facilè ab vno ad aliud transibant. Sic in nostro Ieremia videre licet: nũc cõminatur, nunc consolatur, nunc populi peccata recẽset, nunc Dei beneficia commemorat, nunc Christũ annunciat, nunc gentium conuersionem prædicit, nũc arguit, nunc orat, nũc lamẽtatur. In hoc autẽ potissimùm incumbit, vt obstinationem & pertinaciam Iudęorum ostendat, vt hanc Deum veluti nolentem sequire coegisse doceat. Peccatũ ergo Iuda indelebile esse ait, neq; ab illorũ cordib⁹ euelli posse, veluti si stylo ferreo in vngue adamãtino scriptũ esset. Duo his verbis significat, & Iudęorũ in peccato pertinaciã, & certã definitãq; vindictã: vt nequaquã De⁹ traditur⁹ esset obliuioni illorũ peccata. Quod autẽ ait, *in vngue adamantino*, non sic exponendum est, vt in adamante scriptum intelligamus: nam adamas ferro minimè cedit: sed vngue, hoc est, stylo adamãtino: vt dicat, peccatũ Iuda scriptum esse stylo ferreo, & stylo adamãtino exaratũ super latitudinem cordis eorũ. Rab. Kim. ait stylum dictum esse vnguem, quòd eo non secus ac vnguibus sculpatur. Sed שָׁמִיר samir, pro quo nos adamantis legimus, durius & robustius ferrum exponit. Sãtes Pag. transfert, stylo ferreo, & stylo adamantino. Sed & Chal. Paraph. ita habet. Peccata domus Iudæ scripta sunt stylo ferreo, & vngue adamantino sculpta super tabula cordis eorum. Diuus Hierony. primo

modo

modo exponit, & vnguem adamantinum vocari ipsum lapidem adamantinum, ob nitorem & leuitatē, vt absque vllo impedimento scribi in eo possit stylo ferreo, vt dura inquit ferri materia scribat in duriori tabula adamantina, & duret quod scriptum est in perpetuum: quod & de peccato contra Christum commisso exponit, iuxta illud quod ipsi dixerunt, Sanguis eius super nos, & super filios nostros. Theodoretus. Nihil potentius conscientia, in qua scilicet confixæ literæ sunt solidæ, quicquid homines mentiantur: frustra igitur te iustum iactas, vel ab alijs prædicaris, cùm peccator sis; nam peccatum tuum scriptum portas in corde: ibi legit Deus, qui cordium est scrutator. *Et in cornibus ararum eorum.* aras intelligit, in quibus idolis sacrificabant: quę cum sanguine sacrificiorum, quę dijs immolabantur, infectæ essent, peccatum in illis scriptum dicitur. Lyra, quòd in cornibus ararum scriberentur idolorum nomina, quasi dicat. Neq; tu potes peccatum tuum excusare, cùm scriptum illud habeas in corde: neque potest non esse manifestum omnibus, cùm aræ ipsæ clament. *Cùm recordati fuerint filij eorum ararum suarum, et lucorum suorum, lignorumq; frondentium in montibus excelsis, sacrificantes in agro.* subaudi, recordabuntur peccatorum patrum suorum: vel cognoscent patres suos iustè punitos, qui in agro sacrificabant. Chal. Para. duas illas voces, sacrificantes in agro, coniungit cū subsequētibus: sic enim habet. Pro eo ꝙ colūt idóla super mōtes in agro, substātiā vestrā, & omnem domū thesaurorū vestrorū direptioni tradam in peccatis. Sic etiam Sep. qui pro eo quod nos habemus, sacrificantes in agro, habēt ipsi, O mōtane

Mat. 27.

in cam-

in campo diuitias tuas; & omnes thesauros tuos direptioni dabo. Priorem partem ex Heb. nonnulli sic transferunt, Vt reminiscantur filiorum suorum (ita) ararum suarum, quasi dicat, vt iucunda est recordatio liberorum charissimorum; sic gratę sunt illis arę eorum. Sed nostra litera consonat textui Hebraico. sic & Santes Pag. Vbi tamen nos habemus, *lignorumq; frondentium*, in Hebręo est על hal, præpositio, quę iuxta, & in, & super, & ad, significat. vnde transferre possumus, iuxta, vel ad lignum frondosum, vel in ligno frondoso, pro lignis, vt lucos lignorum frondentium significare velit. Sententia est eadem: qui enim recordatur lucorum lignorum frondentium, recordatur lucorum & lignorum frondentium. Pro eo autem quod nos habemus, *sacrificantes in agro*, Sātes Pag. ex Heb. ita transfert, montane in regione: & connectit cū sequentibus, Opes tuas, omnes thesauros tuos in direptionem dabo: vt alloquatur Iudam, quasi dicat, O Iuda, qui soles versari in montibus, vt illic colas idola, in regione hac tua omnes opes tuas, & thesauros tuos prędæ exponam hostibus. Vox Hebręa הררי hatari, montanum significat. Noster interpres per montanum, intellexit sacrificantem in mōte, quemadmodum Chald. Paraph. interpretatur, ideo sensum attendens transtulit, sacrificātes: & quia iam precesserat, in montibus excelsis, dictionem hanc sacrificantes coniunxit cum precedenti, in montibus excelsis: duę autem illę dictiones *in agro*, possunt cū sequentibus connecti, nempe fortitudinem tuam. &c. Possumus ergo hac ratione exponere literam nostram iuxta textū Hebraicum. Cùm recordati fuerint, idest

quia recordati sunt filij eorum ararum suarum, & lucorum suorum lignorum frondentium, in montibus excelsis sacrificantes: ipsi, nempe filij, patrum iniquitatem imitati: propterea ego in agro, vel regione fortitudinem tuam, & omnes thesauros tuos in direptionem hostibus dabo. Vox Heb. חיל chail, pro qua nos fortitudinem habemus, fortitudinem, & opes significat. *Excelsa tua propter peccata in vniuersis finibus tuis*. hoc est, dabo excelsa tua, omnem nempe gloriam tuam, & quidquid excelsum te facit, in direptionem hostibus in vniuersis ciuitatibus tuis, & finibus tuis propter peccata tua: vel propter peccata quæ committis in omnibus terris tuis. Septuaginta. Excelsa tua in peccato in omnibus terminis tuis. Idem est sensus: quamuis & possit hic esse sensus. Excelsa tua in peccato sunt, cùm scilicet ibi idóla colas in omnibus terminis tuis. Chaldai. Paraphra. connectit cum superioribus, substantiam vestrā & omnem domum thesaurorum vestrorum direptioni tradam in peccatis, quibus coluistis idóla in omnibus terminis vestris. Santes Pag. ex Hebræo transfert, connectendo cum superioribus, vt facit Chaldai. Paraphra. propter peccata excelsorum tuorum, quæ sunt in omnibus confinibus tuis. Vox Hebræa במות bamoth, excelsa significat, & vt plurimùm in sacra scriptura significat aras in excelsis cōstructas dijs dicatas, quamuis etiam significet cuiusuis rei sublimitatem atque celsitudinem. Possumus etiam literam nostram hac ratione exponere, vt cum superioribus orationem hanc coniungamus. Dabo in direptionem thesauros tuos propter excelsa tua peccata in vniuersis finibus: hoc

est,

est, propter peccata in excelsis tuis commissa in omnibus finibus tuis, vt transpositio sit pręprositionis propter. *Et relinqueris sola ab hæreditate tua.* Santes Pag. ex Hebræo. Et remissio erit in te ab hæreditate tua, quasi dicat. Præceperam tibi, vt septimo quoque anno agros incultos & sabbathizantes relinqueres, quod tamen tu facere neglexisti, neq; terræ dare requiem voluisti: quare terra dabit tibi quietem: abducêris enim in captiuitatem, vt non possis terram colere. Vox Heb. ושמטתה vesamatthah, & dimittêris, vel relinquêris significat: quia tamē sequitur ובך vbeca, hoc est, in te, Santes Pag. transtulit, remissio erit in te: Possumus tamen transferre ex Heb. ad literam, & relinquêris in te ab hęreditate tua, quam phrasim Hebraicæ linguæ optimè noster interpres explicauit sermone latino dicens. Et relinquêris sola ab hæreditate tua. Chald. Paraph. Et adducam hostem super terram vestram, eritq; desolata sicut in anno remissionis: & tunc faciam vindictam iudicij, donec transmigrare vos faciam de hæreditate vestra, quam dedi vobis. *quoniam ignem succendisti in furore meo, vsq; in æternum ardebit.* hoc est, quia iram meam prouocasti, quæ te comprehendet: fecisti, vt iratus vindictam de te sumerem. ignis pro vindicta. Chal. Para. Quia spiritus vrēs fortis sicut ignis egress⁹ est à facie mea in ira, vsq; in seculum residebit. Pro *in æternum* in Heb. est עולם holam, quæ dictio seculum, perpetuum, æternum significat; interdum significat tempus longum: nonnunquam tempus vitæ alicuius, aliquando tempus vsq; ad annum Iubilęi, vel spaciū illud tēporis ab aliquo notabili tēpore & insigni ad aliud etiā notabile

feras quę metu venatorū fugiūt,& se huc atq; illuc recipiūt,venati sunt de omni mōte & de omni colle, & de cauernis petrarū,vbi se receperāt.Chal.Para.Ecce ego mandabo populis occisoribus,dicit Dn̄s, vt occidāt eos:& post hæc mandabo multis venatoribus, vt venētur eos ab omni mōte,& ab omni colle,& de cauernis petrarū.Sed & piscatores Chaldęos, & venatores Romanos interpretari possumus. Apostolos porrò hominum piscatores fuisse manifestum est ex verbis Christi,quibus eos ad Apostolatum vocauit,dicens,Venite post me,& faciam vos fieri piscatores hominum.Qui etiam,vt omnia consonarent,piscatores erant:& à piscium piscatione, ad hominum spiritualem,& mirabilem piscationē vocati sunt. Sic & Euangelij prædicationem Christus comparat reti, dicens. Simile est regnum cælorum sagenæ missæ in mare, & ex omni genere piscium congreganti.Sed et venatores fuerunt Apostoli, & illorum successores, qui per omnem terram discurrentes venati sunt homines ex montibus & collibus superbiæ,vt humiles facti Christo manus darent, nō in se ipsis, sed in eo in quo solo salus est,fiduciam habētes: extrahentes eos ex cauernis errorū,in quibus veluti in densissimis tenebris versabantur: vt lucem mundi Christum intuerentur, qui ait.Qui sequitur me,non ambulat in tenebris;sed habebit lumen vitæ: et Euangelicæ veritatis mirabili luce perfunderentur,vt virtutes eius annunciarēt,qui eos de tenebris vocauit in admirabile lumē suum. In qua quidem cælesti venatione illud supra modū mirabile est,quòd agni humiles & māsueti,inermes,omnium iniurijs expositi, venati sunt lupos, tumidos,superbos

Mat. 4.
Mar. 1, *b.*
Mat. 13 *f*
Ioan. 8. *b.*
.*Pet.* 2.

perbos, elatos potẽtia, diuitijs, carnis sapientia, sed & truculentos, & sanguinarios. Vnde & Christus cũ eos ad huiusmodi venationẽ destinaret, Ite, ait. Ecce ego mitto vos, sicut agnos inter lupos. A Domino factũ est istud, & est mirabile in oculis nostris. Videãt ergo pastores Ecclesiæ, quorum hoc est munus, vt piscatores & venatores animarum sint, qua ratione huic officio incumbere debeant, si animarum lucra amant.

Luc. 10. *Psal. 117.*

Quia oculi mei super omnes vias eorum. Hoc est, video illorũ studia, neq; me latent eorum scelera, propter quę statui in hostium suorum manus eos tradere. *Et reddã primùm duplices iniquitates, & peccata eorum.* Illud *primũ* referendum est ad id, quod superiùs prædixerat, *& reducam eos in terram suam*, quasi dicat, primùm illos dignis flagellis puniam pro peccatis suis, ne sibi iusti videãtur: deinde misericorditer cum illis agam. Leuit. 26. Donec confiteantur iniquitates suas, & maiorum suorum, & donec erubescat incircuncisa mens eorum: tunc orabunt pro impietatibus suis, & recordabor fœderis mei. Quod autẽ *duplices iniquitates* ait, peccata patrum, & filiorum intelligit: de quibus superiùs dixerat, Quia dereliquerunt me patres vestri: sed & vos peius operati estis, quã patres vestri. Sic Leui. 26. Propter peccata patrũ suorum, & sua affligentur. Alij ad peccata in Deum, & in proximum referunt. Theodoret. Quasi plenus humanitate vltionem peccatorũ appellat duplicationẽ: non enim secũdũ iuris normã & rationẽ pares persoluerunt pœnas. Videtur alludere ad id quod Leuit. 26. habet. Sin autẽ nec sic obedieritis mihi, addã correptiones vr̃as septuplũ propter peccata vestra. Et deinde addam plagas vestras vsq; in septu

Leui. 26.

in septuplum propter peccata vestra. Et iterum percutiam vos septies propter peccata vestra. Septuag. non habent, primùm, sed in Hebræo habetur. Chald. Paraph. ita habet, & reddam secundis sicut & primis iniquitates eorum, & peccata eorum. In Heb. pro eo quod nos habemus *duplices* est dictio משנה misneh, quç duplum significat. Sed idem est dicere, reddam duplum iniquitatis pro iniquitatum eorum, quod duplices iniquitates eorũ, vt habet nostra litera. Sic & Deu. 17. habetur. In Heb. scribet sibi duplum legis huius. quod idem est, quod scribet sibi duplicem legẽ hanc. *In morticinis idolorum suorum*. In Hebr. in cadauere abominationum suarũ. Sed idóla abominationes vocat scriptura, vt. 3. reg. 11. Intelligit autem de hominibus, & animalibus, quæ idólis immolabantur. *Dominus fortitudo mea*. Prædicit gentium vocationem, quam præuidens Propheta exultat in spiritu. Deum autem robur suũ, & refugium vocat, quòd potẽtiam suam manifestam fecerit in debellandis hostibus nostris, dęmone, peccato, & morte, & tuendo suos. Vnde Maria virgo in Cãtico. Fecit potentiam in brachio suo, dispersit superbos mente cordis sui. Sed & Christus Dei virtus est, vt ait Diuus Paulus, sine quo omnis hominum fortitudo imbecilla est, ad quem nobis est confugiẽdum, vt ab hostibus protegamur. Hic est ille fortior, sed & fortissimus, qui fortem armatum custodientem atriũ suum vicit, & vniuersa arma eius in quibus confidebat, abstulit, & spolia eius distribuit. *Ad te gẽtes venient ab extremis terræ*. Chald. Paraph. Ad famam potentiæ tuæ populi venient à finibus terræ. Nonnulli hæc de Gentibus, quç audita Dei fama qui Iudæos in terram suam

Luc. 1. e.

1. Cor 1.

Luc. 11.

suã reduxerat, abiectis idólis ad Dei veri cultũ accesserũt, & populo Dei adhæserũt, intelligũt. Sed multò meliùs de conuersione gentium ad Christũ intelligũtur: quamuis neq; hunc sensum reijciamus, ita vt conuersio hæc, quæ tunc facta est paucorum, adumbratio esset quædam conuersionis innumerarum gentium ad Christum, quam in spiritu præuidit propheta. *Verè mendacium possederunt patres nostri, & vanitatem, quæ eis non profuit.* Mendacium & vanitatem vocat idololatriam, qua & mendaces ac falsi dij coluntur, & spem suam collocant homines in ligno & lapide, quę prodesse non possunt. Vel mendacium & vanitatem vocat Deos mendaces & fallaces. *Nunquid faciet sibi homo Deos, & ipsi non sunt dij?* hoc est, cùm Dei sit homines facere, nequaquam autem fieri ab alio, quì fieri potest, vt dij ab hominibus facti sint dij? *Idcirco ego ostendam eis per vicem hanc manũ meam.* Idem est cum eo, quod superiùs dixit, *Et reddam primùm duplices iniquitates & peccata eorum:* sicut enim superiùs cùm reductionem à captiuitate prędixisset, subiunxit, Reddam primùm iniquitates & peccata eorum: sic hìc cùm prædixisset eandem liberationem, vocando Deum fortitudinem, & robur, & refugium in die tribulationis, subiungit, *Idcirco ego ostendam eis per vicem hanc manum meam,* hoc est, vindictam meam, quam manu & potentia mea faciam: quasi dicat, priusquam misericordiam experiantur, sentient iustitiam meam. Vel hac vice ostendam manum meam: deinde ostendam brachium, quum per Romanos perdam. *Et scient quia nomen mihi Dominus.* hoc est, quod sim rerum omnium auctor, & conditor, cui omnia deseruiunt

¶ CAP. XVII.

PECCATVM Iuda scriptum est stylo ferreo in vngue adamantino, exaratum super latitudinem cordis eorū, & in cornibus ararum eorū. 2 Cùm recordati fuerint filij eorū ararū suarū, & lucorū suorum, lignorumque frondentiū in montibus excelsis, 3 sacrificantes in agro: fortitudinem tuam, & omnes thesauros tuos in direptionem dabo, excelsa tua propter peccata in vniuersis finibus tuis. 4 Et relinqueris sola ab hæreditate tua, quam dedi tibi, & seruire te faciam inimicis tuis in terra quam ignoras: quoniam ignem 'succendisti' in furore meo, vsque in æternū ardebit. 5 Hæc Dicit Dominus, † Maledictus homo qui confidit in homine, & ponit carnē brachiū suū, & à Domino recedit cor eius. 6 † Erit enim quasi myricæ in deserto, et non videbit cū venerit bonum: sed habitabit in siccitate in deserto in terra salsuginis et inhabitabili. 7 Benedictus vir qui confidit in Domino, et erit Dominus fiducia eius. 8 † Et erit quasi lignū quod transplantatur super aquas, quod ad humorē mittit radices suas: et non timebit, cùm venerit æstus. Et erit foliū eius viride, et in tēpore siccitatis nō erit sollicitum, nec aliquādo desinet facere fructū. 9 Prauum est cor' hominis' et inscrutabile: quis cognoscet illud? 10 † Ego Dominus scrutans cor, et probans renes: qui do vnicuique iuxta viam suā, et iuxta fructū adinuentionū suarū. 11 Perdix fouit quæ nō peperit: fecit diuitias, et non in iudicio: in dimidio dierum suorum derelinquet eas, et in nouissimo suo erit insipiens. 12 Soliū gloriæ altitudinis à principio, locus sanctificationis nostræ. 13 Expectatio Israel Domine, omnes qui te derelinquūt, confundentur: recedētes à te, in terra scribētur: quoniā dereliquerūt venā aquarū viuētiū Dominū. 14 Sana me Domine, et sanabor: saluū me fac, et saluus ero: quoniā laus mea tu es.

'succendistis. 3. MS Hiero. H G.
† Isa. 30. 2, 31, 1.
† Inf. 48. 7.
Inf. 48. 6
† Psal. 1. 3.
'omniū 9 MS. Hierc.
'sup omnia H. G. C.
† 1. Reg. 11, 7.
Ps. 7, 10.

15 Ecce ipsi dicunt ad me, Vbi est verbum Domini? veniat. 16 Et ego non sum turbatus, te pastorem sequens: & diem hominis non desideraui, tu scis. Quod egressum est de labijs meis, rectũ in conspectu tuo fuit. 17 Non sis tu mihi formidini, spes mea tu in die afflictionis. 18 Confundantur qui me persequuntur, et non confundar ego: paueant illi, & nõ pauean ego: induc super eos diem afflictionis, et duplici contritione contere eos. 19 Hæc dicit Dominus ad me, Vade, & sta in porta filiorum populi per quam ingrediuntur reges Iuda, & egrediuntur, & in cunctis portis Ierusalem: 20 & dices ad eos, Audite verbum Domini reges Iuda, et omnis Iuda, cunctiq; habitatores Ierusalẽ qui ingredimini per portas istas. 21 Hæc dicit Dominus, Custodite animas vestras, & nolite portare pondera in die sabbathi: nec inferatis per portas Ierusalẽ. 22 Et nolite eijcere onera de domibus vestris in die sabbathi, & omne opus nõ facietis: sanctificate diem sabbathi, sicut præcepi patribus vestris. 23 Et non audierunt, nec inclinauerunt aurẽ suã: sed indurauerunt ceruicẽ suã, ne audirent me, et ne acciperent disciplinã. 24 Et erit si audieritis me, dicit Dominus, vt non inferatis onera per portas ciuitatis huius in die sabbathi: & si sanctificaueritis diẽ sabbathi, ne faciatis in eo omne opus: 25 Ingredientur per portas ciuitatis huius reges & principes, sedentes super soliũ Dauid, & ascẽdẽtes in curribus et equis, ipsi & principes eorũ, viri Iuda, & habitatores Ierusalẽ, & habitabitur ciuitas hæc in sempiternũ. 26 Et venient de ciuitatibus Iuda, et de circuitu Ierusalẽ, et de terra Beniamin, et de cãpestribus, et de mõtuosis, et ab Austro, portãtes holocaustum, et victimã, et sacrificiũ, et thus, et inferent oblationẽ in Domum Domini. 27 Si autem non audieritis me, vt sanctificetis diẽ sabbathi, et ne portetis onus, et ne inferatis per portas Ierusalem in die sabbathi: succendam ignem in portis eius, et deuorabit domos Ierusalem, et nõ extinguetur

EXPLA.

EXPLANATIO.

P*ECCATVM Iudæ scriptum est stylo ferreo in vngue adamantino, exaratum super latitudinem cordis eorum*. In Prophetis non est quærenda verborum, rerumq; consequentia: sed prout illis spiritus suggerebat, facilè ab vno ad aliud transibant. Sic in nostro Ieremia videre licet: nũc cõminatur, nunc consolatur, nunc populi peccata recẽset, nunc Dei beneficia commemorat, nunc Christũ annunciat, nunc gentium conuersionem prædicit, nũc arguit, nunc orat, nũc lamẽtatur. In hoc autẽ potissimùm incumbit, vt obstinationem & pertinaciam Iudęorum ostendat, vt hanc Deum veluti nolentem sęuire coegisse doceat. Peccatũ ergo Iuda indelebile esse ait, neq; ab illorũ cordib⁹ euelli posse, veluti si stylo ferreo in vngue adamãtino scriptũ esset. Duo his verbis significat, & Iudęorũ in peccato pertinaciã, & certã definitãq; vindictã: vt nequaquã De⁹ traditur⁹ esset obliuioni illorũ peccata. Quod autẽ ait, *in vngue adamantino*, non sic exponendum est, vt in adamante scriptum intelligamus: nam adamas ferro minimè cedit: sed vngue, hoc est, stylo adamãtino: vt dicat, peccatũ Iuda scriptum esse stylo ferreo, & stylo adamãtino exaratũ super latitudinem cordis eorũ. Rab. Kim. ait stylum dictum esse vnguem, quòd eo non secus ac vnguibus sculpatur. Sed שָׁמִיר samir, pro quo nos adamantis legimus, durius & robustius ferrum exponit. Sãtes Pag. transfert, stylo ferreo, & stylo adamantino. Sed & Chal. Paraph. ita habet. Peccata domus Iudæ scripta sunt stylo ferreo, & vngue adamantino sculpta super tabula cordis eorum. Diuus Hierony. primo

modo

modo exponit, & vnguem adamantinum vocari ipsum lapidem adamantinum, ob nitorem & leuitatē, vt absque vllo impedimento scribi in eo possit stylo ferreo, vt dura inquit ferri materia scribat in duriori tabula adamantina, & duret quod scriptum est in perpetuum: quod & de peccato contra Christum commisso exponit, iuxta illud quod ipsi dixerunt, Sanguis eius super nos, & super filios nostros. Theodoretus. Nihil potentius conscientia, in qua scilicet confixæ literæ sunt solidæ, quicquid homines mentiantur: frustra igitur te iustum iactas, vel ab alijs prædicaris, cùm peccator sis; nam peccatum tuum scriptum portas in corde: ibi legit Deus, qui cordium est scrutator. *Et in cornibus ararum eorum.* aras intelligit, in quibus idólis sacrificabant: quę cum sanguine sacrificiorum, quę dijs immolabantur, infectæ essent, peccatum in illis scriptum dicitur. Lyra, quòd in cornibus ararum scriberentur idolorum nomina, quasi dicat. Neq; tu potes peccatum tuum excusare, cùm scriptum illud habeas in corde: neque potest non esse manifestum omnibus, cùm aræ ipsæ clament. *Cùm recordati fuerint filij eorum ararum suarum, et lucorum suorum, lignorumq; frondentium in montibus excelsis, sacrificantes in agro.* subaudi, recordabuntur peccatorum patrum suorum: vel cognoscent patres suos iustè punitos, qui in agro sacrificabant. Chal. Para. duas illas voces, sacrificantes in agro, coniungit cū subsequētibus: sic enim habet. Pro eo quod colūt idóla super mōtes in agro, substātiā vestrā, & omnem domū thesaurorū vestrorū direptioni tradam in peccatis. Sic etiam Sep. qui pro eo quod nos habemus, sacrificantes in agro, habēt ipsi, O mōtane

Mat. 27.

in cam-

in campo diuitias tuas; & omnes thesauros tuos direptioni dabo. Priorem partem ex Heb. nonnulli sic transferunt, Vt reminiscuntur filiorum suorum (ita) ararum suarum, quasi dicat. vt iucunda est recordatio liberorum charissimorum; sic gratę sunt illis arę eorum. Sed nostra litera consonat textui Hebraico. sic & Santes Pag. Vbi tamen nos habemus, *lignorumq; frondentium*, in Hebręo est על hal, prępositio, quę iuxta, & in, & super, & ad, significat. vnde transferre possumus, iuxta, vel ad lignum frondosum, vel in ligno frondoso, pro lignis, vt lucos lignorum frondentium significare velit. Sententia est eadem: qui enim recordatur lucorum lignorum frondentium, recordatur lucorum & lignorum frondentium. Pro eo autem quod nos habemus, *sacrificantes in agro*, Sãtes Pag. ex Heb. ita transfert, montane in regione; & connectit cũ sequentibus, Opes tuas, omnes thesauros tuos in direptionem dabo: vt alloquatur Iudam, quasi dicat, O Iuda, qui solos versari in montibus, vt illic colas idola, in regione hac tua omnes opes tuas, & thesauros tuos prędæ exponam hostibus. Vox Hebręa הררי harari, montanum significat. Noster interpres per montanum, intellexit sacrificantem in mõte, quemadmodum Chald. Paraph. interpretatur, ideo sensum attendens transtulit, sacrificãtes: & quia iam precesserat, in montibus excelsis, dictionem hanc sacrificantes coniunxit cum precedenti, in montibus excelsis: duę autem ille dictiones *in agro*, possunt cũ sequentibus connecti, nempe fortitudinem tuam. &c. Possumus ergo hac ratione exponere literam nostram iuxta textũ Hebraicum. Cùm recordati fuerint, idest

quia recordati sunt filij eorum ararum suarum, & lucorum suorum lignorum frondentium, in montibus excelsis sacrificantes: ipsi, nempe filij, patrum iniquitatem imitati: propterea ego in agro, vel regione fortitudinem tuam, & omnes thesauros tuos in direptionem hostibus dabo. Vox Heb. חיל chail, pro qua nos fortitudinem habemus, fortitudinem, & opes significat. *Excelsa tua propter peccata in vniuersis finibus tuis*. hoc est, dabo excelsa tua, omnem nempe gloriam tuam, & quidquid excelsum te facit, in direptionem hostibus in vniuersis ciuitatibus tuis, & finibus tuis propter peccata tua: vel propter peccata quæ committis in omnibus terris tuis. Septuaginta. Excelsa tua in peccato in omnibus terminis tuis. Idem est sensus: quamuis & possit hic esse sensus. Excelsa tua in peccato sunt, cùm scilicet ibi idóla colas in omnibus terminis tuis. Chaldai. Paraphra. connectit cum superioribus, substantiam vestrã & omnem domum thesaurorum vestrorum direptioni tradam in peccatis, quibus coluistis idóla in omnibus terminis vestris. Sanctes Pag. ex Hebræo transfert, connectendo cum superioribus, vt facit Chaldai. Paraphra. propter peccata excelsorum tuorum, quæ sunt in omnibus confinibus tuis. Vox Hebræa במות bamoth, excelsa significat, & vt plurimùm in sacra scriptura significat aras in excelsis cõstructas dijs dicatas, quamuis etiam significet cuiusuis rei sublimitatem atque celsitudinem. Possumus etiam literam nostram hac ratione exponere, vt cum superioribus orationem hanc coniungamus. Dabo in direptionem thesauros tuos propter excelsa tua peccata in vniuersis finibus: hoc est,

est, propter peccata in excelsis tuis commissa in omnibus finibus tuis, vt transpositio sit pręposi tionis propter. *Et relinqueris sola ab hæreditate tua.* Santes Pag. ex Hebræo. Et remissio erit in te ab hæreditate tua, quasi dicat. Præceperam tibi, vt septimo quoque anno agros incultos & sabbathizantes relinqueres, quod tamen tu facere neglexisti, neq; terræ dare requiem voluisti: quare terra dabit tibi quietem: abducêris enim in captiuitatem, vt non possis terram colere. Vox Heb. ושמטתה vesamatthah, & dimittêris, vel relinquêris significat: quia tamē sequitur ובך vbeca, hoc est, in te, Santes Pag. transtulit, remissio erit in te: Possumus tamen transferre ex Heb. ad literam, & relinquêris in te ab hęreditate tua, quam phrasim Hebraicæ linguæ optimè noster interpres explicauit sermone latino dicens. Et relinquêris sola ab hæreditate tua. Chald. Paraph. Et adducam hostem super terram vestram, eritq; desolata sicut in anno remissionis: & tunc faciam vindictam iudicij, donec transmigrare vos faciam de hæreditate vestra, quam dedi vobis. *quoniam ignem succendisti in furore meo, vsq; in æternum ardebit.* hoc est, quia iram meam prouocasti, quæ te comprehendet: fecisti, vt iratus vindictam de te sumerem. ignis pro vindicta. Chal. Para. Quia spiritus vrēs fortis sicut ignis egress⁹ est à facie mea in ira, vsq; in seculum residebit. Pro *in æternum* in Heb. est עולם holam, quæ dictio seculum, perpetuum, æternum significat; interdum significat tempus longum: nonnunquam tempus vitæ alicuius, aliquando tempus vsq; ad annum Iubilęi, vel spaciū illud tēporis ab aliquo notabili tēpore & insigni ad aliud etiā notabile

& insigne sonat eriā diuturnitatē, & durationē temporis homini absconditam. Est enim à radice verbi עלם halam, quod latere, abscondere, & occultare significat: hæc omnia facilè distinguet locorum circunstantia. Hinc facile est conuincere Iudæos de ceremonijs legis, quòd eas obseruari iussi sint in perpetuum, cùm per Christum suo tempore abrogandæ essent: & vox Hebræa non semper perpetuitatem significat. Quod autem D. Hieronymus in Epistola ad Galatas notat עולם holam, cum vau æternitatem, sine vau, tempus finitum significare, non ita esse innumera loca sacræ scripturæ passim ostendunt. Sunt qui ex Hebræo deductum velint latinum, olim, quod de præterito & de futuro sicut Hebreū holam, dicitur. In hoc loco, in æternum, potest significare tempus æternum: impij enim in æternum cruciabuntur igne illo ab ira Dei accensi, qui nunquam extinguetur. Et Iudæi impœnitentes puniti sunt amissione terræ, quam Deus velut hæreditariam dederat patribus eorum, & punientur in ęternum æterno igne. Sicq; sententia hæc optimè in peccatores omnes quadrat. Quoniam ignem succendisti in furore meo, vsque in æternum ardebit. Dum peccas, ignem iræ Dei accendis, qui eò magis accenditur, quò diutiùs in peccatis perseueras: ardebit in æternum, nisi lachrymarum pœnitentię profluuio illum extinguere curaueris. Hoc est quod Diuus Paulus dicit. Tu autem propter duritiam cordis tui, & impœnitens cor thesaurizas tibi irā in diē vindictæ. *Hæc dicit Dominus, Maledict⁹ homo qui confidit in homine.* Id propter Sedechiā dicit, q̄ confisus de rege Ægypti defecerat à Nabuchodonosore re

Rom.2.4.

ſore rege Babylonis, & nequaquam fiduciam in Deo collocabat, à cuius cultu defecerat, & totus idololatriæ erat deditus cum reliquo populo. Sed in vniuerſum de Iudæis & de omnibus alijs, qui relicto Deo ſpem ſuam in homine, in diuitijs, in potentia, principum fauore, & quacunq; alia re extra Deũ collocant. Nequaquã autem hìc prohibemur fiduciam collocare in Beata Virgine, & in Sãctis, & in noſtris operibus, eo modo quo Catholica Eccleſia docet: nõ enim in ſanctis fiduciã collocamus, vt à Deo recedamꝰ; ſed vt per ipſos auxilium Dei impetremus, qui ſolus auctor eſt ſalutis noſtræ. Sic in operibus noſtris fiduciã collocamus, qua ratione à diuina gratia procedunt, & illi innituntur. *ponit carnem brachium ſuum.* Hoc eſt, robur ſuum conſtituit carnem, hominem nempe. idem eſt quod confidere in homine. Brachium pro robore & potentia, quòd in brachio robur ſit; & caro pro homine, & pro terrenis & fragilibus rebus. *Erit enim quaſi myricæ in deſerto.* In Heb. ערער harhar, myricam aut iuniperum ſignificat: eſt autem genus humilis virgulti, vnde illud Virgil. humileſq; myricæ. cuius duæ ſunt ſpecies, ſatiua, quæ Tamarix vocatur à Plinio lib. 13. cap. 11. altera ſylueſtris, de qua hìc loquitur. Comparatur igitur ille qui gratia Dei deſtitutus eſt, myricę in deſerto, quòd vilis admodum ſit & abiectus, nullũq; fructum Deo & cælo dignum afferat, cæleſti deſtituatur imbre, ſegregatuſq; à iuſtorum conſortio ſit. *Et nõ videbit cum venerit bonum.* bona ſcilicet illa, de quibus Propheta, Credo videre bona Domini in terra viuentium. idem eſt ac ſi dicat, nihil habebit proſperum: nõ videtur, quod nõ habetur. Hiſpanè dicimus, *no ſe vera*

Pſal. 26.

mas bien, no vera mas bien por su casa. Alij de myrica intelligunt, & per bonum, imbrem: quasi dicat, quemadmodum myrica in deserto cælesti imbre priuatur, sic ille qui à Deo recedẽs fiduciam in homine constituit, cælesti gratia. *Sed habitabit in siccitate in deserto in terra salsuginis & inhabitabili.* Infœlicia omnia intelligit. Obserua hæc tria, quæ in regione peccati inueniuntur, & priuationem diuinæ gratiæ consequuntur, siccitas nempe, sterilitas, quod per terram salsuginis vel salsam intelligitur; & segregatio à Dei & sanctorum consortio: ex siccitate sterilitas, quia sine me nihil potestis facere, & Sufficientia nr̃a ex Deo est; ex sterilitate separatio: Omnem palmitem non ferentem fructum tollet eũ, & sterilis ficulnea succidi præcipitur. pro siccitate, in Heb. est in plurali in siccitatibus, hoc est magna in siccitate. Magna sanè siccitas, vbi neq; cogitare aliquid boni possumus, quod Deo & cælo dignum sit: Non quòd sufficientes simus aliquid boni cogitare ex nobis, ait Apostolus. *Benedictus vir qui confidit in Domino.* Ponitur hìc nomen יהוה Iehouah, quod soli Deo conuenit, vt in solo eo collocandam esse fiduciam, tã quã in auctore salutis nostræ intelligamus; quòd solus ipse sit יהוה Iehouah, qui est, & à quo omne esse manat, in quo, & per quẽ omnia sunt, & sine quo deficiunt. *Et erit Dominus fiducia eius.* Idẽ est. *Et erit quasi lignum quod trãsplantatur super aquas, quod ad humorem mittit radices suas, & non timebit cùm venerit æstus, & in tempore siccitatis non erit sollicitum, neq; aliquando desinet facere fructum.* Pulchra Antithesis. Confidentia in homine, relicto Deo, siccitatem secum adfert, sterilitatem, segregationem à Deo, & sanctorum consortio. Confiden-

Ioã. 15. a.
2. Cor. 3.
Luc. 13. b.
2. Cor. 3.

tia autem in domino aquarum abundãtiam, quę omnem caloris & siccitatis iniuriam propulsent, fertilitatem, & hæc in Dei & sanctorum consortio; id quod significat, cùm ait, *transplantatur*. In deserto enim non est qui plantet, neq; qui trasplantet. Hic autem est pater cælestis agricola, qui plantat, qui colit. Dei plantatio estis, Dei agricultura estis. Et, Omnis plantatio, quam non plantauit pater meus cælestis, eradicabitur. qui palmitem ferentem fructum purgat, vt abundantiorẽ ferat fructum. sunt & ministri, qui plantant & rigant. Ego plantaui, Apollo rigauit. Sed neq; qui plantat aliquid est, nẽq; qui rigat, sed qui incrementum dat Deus: ideo in Domino confidit, & Dominus est fiducia eius. *quasi lignum*, non iam humilis myrica, sed procera arbor, quæ non tantùm fructus Deo gratos ferat, sed vmbra sua ab æstu defendat, in cuius ramis aues cæli requiescant, & nidos constituant, vt nõ sibi soli prosit, sed multis. *quod transplantatur*. Verbum Hebr. שָׁתַל sathal, de arborum plantatione & transplantatione dicitur. Non autem absq; mysterio, *quod transplantatur*, transtulit noster interpres, vt significaret nos quidem ex prima nostra plantatione steriles arbores esse; nascimur enim filij iræ. Quidquid autẽ boni in nonis est, ex transplantatione nobis cõtingere, hoc est, non ex generatione, sed ex regeneratione. Vnde Christus ad Nicodemum. Nisi quis natus fuerit denuo, non potest videre regnum Dei. Et nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu Sãcto, non potest intr oire in regnum Dei. Et dedit eis potestatẽ filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius, qui non ex sanguinibus, neq; ex voluntate carnis, neq; ex voluntate

1. Cor. 3.
Mat. 15. b
Ioan. 15.
1. Cor. 3.
Ephes. 2.
Ioan. 3. A.
Ioan. 1.

viri, sed ex Deo nati sunt. Renascimur per baptismũ, & transplantamur à regione & deserto peccati in Ecclesiam, paradysum Dei manu plantatum, vbi magna est aquarum copia, diuinorum nempe charismatum, quibus ligna continuò irrigantur, vt æstum, & siccitatem non timeant: tẽtationes intellige, persecutiones, & quæcunq; alia mala, quæ quidem omnia diligentibus Deũ cooperantur in bonum. Quis nos separabit à charitate Dei? &c. Et, Portæ inferi non prçualebunt aduersus eam. *Et erit folium eius viride.* Prouidentes bona non tantùm coram Deo, sed etiam coram omnibus hominibus: vt sancta sint & opera, et verba. *Et in tempore siccitatis non erit sollicitum.* Omnem enim sollicitudinem proijciũt in Deum, quoniam ipsi cura est de eis. Dominus regit me, & nihil mihi deerit, in loco pascuæ ibi me collocauit. super aquam refectionis educauit me. Sed in nouissimo illo die, quando homines arescent præ timore & expectatione eorum, quæ superuenient vniuerso orbi, illis dicetur. Respicite, & leuate capita vestra, quoniã appropinquat redemptio vestra. *nec aliquando desinet facere fructum.* Quibus dictũ est. Posui vos vt eatis, & fructum afferatis. Sed & istæ sunt illę oues, de quibus dicitur. Omnes gemellis fœtibus, & sterilis nõ est inter eas. Charitas enim magna operatur, vbi est. *Prauũ est cor hominis & inscrutabile: quis cognoscet illud?* quasi dicat, Difficile est dignoscere, quis in Deo speret: cùm multi sint, qui Dei cultores exteriꝰ apparent, quorum cor longè est à Deo: sed licèt id hominibus sit difficile, nequaquam Deo, qui corda scrutatur, cui omne cor patet, & omnis volũtas loquitur. Vnde Psalmista. Scrutans corda & renes Deus. Septuag.

Rom. 8. e. *Mat. 16.* *Rom. 12.* *1. Pet. 2.* *Psal. 22.* *Luc. 21. f.* *Ioan. 15. c* *Cant. 4. a* *Psal. 7.*

tuaginta. Profundum cor super omnia, & homo est: quis cognoscet eum? Chaldai. Paraphra. dolosum est cor præ omnibus, & validum est: quis cognoscet illud? In Hebræo: עקב hachob, hoc est, deceptiuum, versutum, versipelle, fraudulentum, à verbo עקב hachab, quod est seducere, decipere, supplantare, dolosè & callidè & astutè agere. hæc omnia comprehendit noster interpres transferendo, *prauum*. In Heb. nō est dictio hominis, sed prauū est cor præ omnibus, aut super omnia, vt habēt etiam Septuagin. & Chald. Paraph. sed cùm sermo sit de hominis corde, maioris claritatis gratia noster interpres adiunxit dictionē, hominis, subintellectā. *& inscrutabile*. in Hebr. ואנש veanus, hoc est, & validum, durum, grauiter affectum, deploratū, quòd nullus valeat illud cognoscere: vnde optimè noster interpres *inscrutabile* transtulit: ab eadem radice fit אנוש enos, quod hominem significat. Inde est, quòd Septuag. tra stulerunt, & homo est. *Ego Dominus scrutans cor & probans renes.* idem supra Cap. 11. p renes, affectus, cogitationes, & intima quæq; hominis intellige. Probare autē dicitur De⁹, hoc est, examinare, explorare. *qui do vnicuiq; iuxta viā suam, & iuxta fructū adinuentionū suarum*. via, pro studijs; fructus adinuentionum vel studiorum, opera ipsa sunt. *Perdix fouit, quæ non peperit: fecit diuitias & non in iudicio: in dimidio dierum suorum derelinquet eas, & in nouissimo suo erit insipiens.* Docet nequaquam collocandam esse fiduciam in diuitijs malè partis, quòd in medio tempore relinquantur immatura morte, qua adueniente insipiens fuisse conuincitur, qui eas congregauit, tanquam qui breuia putauit perpetua, & nouissima non prouidit.

Septua-

Septuag. clamauit perdix, congregauit quæ non pepe rit. quod exponit Theodor. de perdice mansuefacta, qua vtũtur venatores, vt suo clamore alias vocet, vt decidant in casses: congregat ergo eas, quas non pepe rit. Chald. Paraph. sicut perdix, quæ congregat oua, quæ non sunt sua, & fouet pullos, qui eam non sint se cuturi. Vox Heb. דגל dagal, congregare, & colligere significat. quia tamẽ auis sub alis congregat oua, vt fo ueat, noster interpres trãstulit, fouit. Perdicis hæc dici tur esse natura, vt oua alterius perdicis furetur, & eis incubet, foueatq́;: cùmq; fœtus adolcuerit, auolare ab eo, & alienum parentem relinquere: tales esse dicit di uites qui aliena diripiunt, & per rapinas, & fraudes, & vsuras conuertrunt pecunias. Hæc de Iudæis dicũtur, qui spem in diuitijs collocabant, & quas Babylonij di repturi breui erant. Theodoretus de rege Babylonis intelligit. Simile habes Haba. 2. Væ ei qui multiplicat non sua; vsquequo? & agrauat contra se densum lu tum. Nunquid non repente cõsurgent, qui mordeãt te, & suscitabuntur lacerãtes te, & eris in rapinam eis. *Et non in iudicio.* Chald. Paraph. preter ius *in dimidio die rum.* hoc est, quando illis frui debebat. Sic in parabola à Christo proposita de diuite, cùm diceret, Anima

Luc. 12.

mea habes multa bona reposita in annos plurimos: requiesce, comede, bibe, epulare, audiuit, Stulte hac no cte animam tuam repetent: quæ autem parasti, cuius erunt? *Solium gloriæ altitudinis à principio, locus sanctificatio nis nostræ.* quasi dicat, Est qui iudicet eos, qui cum alio rum iniuria diuitias congregant, Deus nempe, qui so lium suum gloriosum, & excelsum à principio habet, vnde omnia intuetur, cælum nempe: quiq; locũ sibi

elegit

elegit in terra, nẽpe locum sanctuarij nostri, ob eãq; rem decet nos maiori studio iustitiã colere, qui Deũ habeamus inter nos habitãtem. Sic in Psal. Dominus in tẽplo sancto suo, Dominus in cælo sedes eius, oculi eius in pauperem respiciunt, palpebræ eius interrogant filios hominum. Et, De cælo respexit Dominus, vidit omnes filios hominum. de præparato habitaculo suo respexit super omnes, qui habitant terrã. Chal. Paraph. Vltio fiet de eo à facie eius, cuius maiestas habitat in solio gloriæ suæ, in cælis excelsis à principio, è regione domus sanctuarij nostri. Septuagin. solium gloriæ exaltatum à principio sanctificatio nostra. De sanctuario loquitur, arca nempe testamenti: vnde dicebatur Deus sedere super Cherubin, hoc est super propitiatorium, quod erat super arcam inter duos Cherubin. Dicitur autem exaltatum à principio, hoc est, ex quo data est lex. Theodoretus qui superiorem orationem de Rege Babylonis intelligit, similiter verba hæc *solium gloriæ altitudinis*, vel exaltatum, vt ipse legit, ad eundem regem refert: quasi dicat, priuatus est etiã solio. Quod reliquum est, *à principio locus sanctificationis nostræ*, vel vt ipse legit, sublimis sanctificatio nr̃a, ab initio loc⁹ sanctificationis nostræ, sic exponit. Tu autẽ Dñe sanctificatio nostra, splẽdor loci nr̃i sempiternum habes imperiũ. *Expectatio Israël Domine*. quasi dicat. Et tu Domine, qui nobiscũ habitare voluisti, expectatio es populi Israëlitici: in te spem nostrã collocamus, non in diuitijs, nõ in Ægiptiorum aut aliarum gentium auxilio: non iam ab alio, nisi à te solo salutem expectamus. *omnes qui te derelinquunt confundentur*. hoc est, qui te derelicto, in alio extra te fiduciã collocant

Psal. 10.

Psal. 32.

collocant, confundentur à spe sua, fallet eos vana illorum spes, *recedentes à te in terra scribentur*. hoc est, non in cęlo, in libro vitæ vbi iusti scribuntur, quasi futuri hęredes cælestium bonorum, quibus dicitur, Gaudete & exultate, quia nomina vestra scripta sunt in cęlis. quod in terra scribitur citò deletur. Sic breuis est impiorum gloria. Perijt memoria eorum cum sonitu. In memoria autem æterna erit iustus. Quod in terra scribitur, conculcatur: sic gloria impiorum erit in conculcationem, & lutum. Chal. Para. Et impij qui transgrediuntur verbum tuum, futurum est vt cadāt in gehennam. *quoniam dereliquerunt venam aquarum viuentium Dominum*. Idem supra Cap. 2. Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, hoc est, perpetuò manantis. Chal. Para ph. cuius aquæ non deficiunt. Nunquā suis deest Deus. Etenim vniuersi, qui sustinent te, non confundentur. Quis sperauit in Domino, & confusus est? cōfundētur autem omnes, qui adorant sculptilia, & qui spem suam in illis, & in bonis quibuscunq; caducis collocant, quæ sunt veluti cisternæ dissipatæ, quæ nō valent continere aquas.

Matt. 5. b — *Psal. 9.* — *Psal. 111.* — *Psal. 24.* — *Eccli. 2. c.* — *Psal. 96.*

Sana me Domine & sanabor, saluum me fac & saluus ero. Prouidentiæ tuæ me totum committo, à te vno sanitatem & salutem expecto: quam si decreueris dare, absq; vlla mora ea mihi continget, & quidem abundantissimè, plusquàm desiderare possim. Multi medici in Euāgelio Hęmorroisam curare studuerant, quę omnem substantiam suā erogauerat in eos: & tamē à nullo curari potuit, nisi ab eo, qui verus est medicus, & cuius sanitas in pennis eius. Quoniā virtus de illo exibat, & sanabat omnes. Quod autem ait, *sana me*,

Mal. 4. — *Luc. 6. c.*

ad cor

ad corpus referri potest: *saluum me fac*, ad animam: totum enim hominē curat cælestis iste medicus. Vnde & aiebat, Mihi indignamini, qui totum hominem saluum feci. *quoniam laus mea tu es*. hoc est, in quo, & de quo gloriari soleo: non in diuitijs, nō in viribus meis, non in hominibus, ideo confidenter à te salutem expecto, & exposco. Vide an laus tua Deus sit: tūc enim securè dicere poteris, Sana me Domine, & sanabor: saluum me fac, & saluus ero. *Ecce ipsi dicunt ad me. vbi est verbum Domini? veniat.* hoc est, quare non venit? quomodo non videmus opere impleri, quod in nomine Domini locutus es. Hac ratione insultabant Prophetæ impij homines, & dū differebat Deus vindictam, mendacem existimabant prophetiam. Chal. Paraph. Ecce ipsi dicunt mihi: vbi est, quod prophetasti in nomine Domini? confirmetur nunc. *Et ego non sum turbatus te pastorem sequens: & diem hominis non desideraui, tu scis.* Hoc est, quantumuis viderē vindictam tuam differri, & impij homines mihi insultarent, nequaquam turbationem aliquam animi propterea passus sum: sed constanti semper animo fui, cùm te pastorem, & ducem haberem, neq; vitam longiorem, vel prospera quęq; huius seculi desideraui: cuius rei tu testis es, tu nosti. Septuagin. Ego autem non laboraui sequens post te. Chald. Para. Ego autem nō sum cunctatus super verbum tuum, vt non prophetarem eis: vt conuertā eos ad timorem tui: & diem malam, quam tu adduces super eos, non desideraui. In hunc sensum etiam interpretatur Theodoretus orationem illam, *& diem hominis non desideraui*. hoc est, etsi mihi perspectum esset, quòd dolere nescirent, eos in calamitatē labi nolui.

Ioan. 7.

non

non sum turbatus, in Hebræo אָצְתִּי asti, hoc est, festinaui, & etiam angustijs affectus sum. Quidam. Quum tamen ego non fuerim sollicitus, vt essem pastor post te, quasi dicat. Quãuis Iudæi lacerent prouinciã meã, tu tamen nosti, quòd non inuaserim illam, & quòd non intruserim me, vt essem propheta. sunt enim prophetæ secundi pastores à Deo: vnde, post te, dixit. Santes Pag. Et ego non elongaui me ipsum, vt essem pastor post te. Sed id alijs minimè placet, quòd verbum Heb. semper accelerationem significet propriè, metaphoricè autem, arctationem: quòd qui acceleret, instet, & vrgeat. possumus ergo iuxta Hebr. ita ad literã transferre. Et ego non acceleraui à pastore post te. id quod in hunc sensum possumus interpretari. hoc est, non sunt moti pedes mei, vt à te pastore recederem, constanter sequutus sum te pastorem. & hac ratione eadem est sententia cum nostra vulgata editione. *Et diem hominis*. In Heb. אָנוּשׁ anus, idest doloris, afflictionis, contritionis: eisdem literis mutatis punctis cõstat vox אֱנוֹשׁ enos, quæ hominem significat. Septuag. hominis, transtulerunt, vt habet nostra litera. Cõstat ab initio Hebraicam linguam pũctis caruisse, adiecta autem esse à Rabbinis, vt non tanta fides illis sit adhibẽda. Per diẽ verò hominis longiorem vitã, vel prospera quæq; huius seculi intelligere debemus: dies enim hominis dicitur ille, in quo prosperè agit, potens est, optatis fruitur. sic D. Paulus. 1. Cor. 4. Mihi autem pro minimo est, vt à vobis iudicer, aut ab humano die, hoc est, à potentia & sapientia huius mundi: nihil timeo quod vos de me iudicetis, aut potẽtissimi & clarissimi quiq; huius mũdi. Fælix ille, qui dicere potest,

diem

diem hominis non desideraui;ita vt huius rei Deũ teſtẽ habeat. Hęc ſumma pfectio eſt, qua omnia vt ſtercora reputãtur, vt Chriſtũ lucrifaciamus. Id Moyſes iã grandis effectus facit;grandiũ enim hæc res eſt, negãs ſe eſſe filium filiæ Pharaonis,magis eligens affligi cũ populo Dei,quàm tẽporalis peccati habere iucunditatẽ. *Quod egreſſum eſt de labijs meis,rectũ in conſpectu tuo fuit.* hoc eſt,quod tibi rectũ viſum eſt, loquutus ſum: quod tu inſpiraſti, prædixi. Vox *rectũ*,non eſt in Heb. neq; habent Septuag. neq; Chald. Para. Sed noſter interpres veluti ſubintellectam expreſſit. nam,in conſpectu tuo fuit, idem eſt, quod rectum & bonum tibi viſum fuit,placuit tibi. Qui diem hominis non concupiſcit, quod rectum eſt in conſpectu Dei loquitur, neq; quærit hominib⁹ placere, niſi in bono. Sic Apoſtolus qui omnia vt ſtercora reputabat,neq; multùm curabat iudicari ab humano die, An quęro, (dicebat) hominibus placere? Si adhuc hominibus placerem, Chriſti ſeruus nõ eſſem. Pſeudoprophetæ, qui diem hominis deſiderabant,loquebãtur placentia,ſic pſeudo Apoſtoli, & pſeudo magiſtri prurientes auribus. *Non ſis tu mihi formidini ſpes mea in die afflictionis.* i. Ne permittas me propter verbum tuum in periculo verſari, vnde mihi formidandum ſit, cùm in te ſpem meam collocauerim tẽpore afflictionis. Sep. Nõ fias mihi in alienationẽ, parcens mihi in die mala. quod ita interpretatur D. Hiero. Ne parcas mihi in præſenti ſeculo quod malum eſt: ſed redde mihi iuxta peccata mea, vt requiẽ habeã ſempiternã. Chal. Para. Non ſit mihi verbũ tuũ in interitũ, fiducia mea es tu in tẽpore tribulationis. Vox Heb. מחתה meclutah, pauorẽ, formidinem,

Heb. 11. e

Gal. 1. b.

dinē & cōtritionē significat. *Cōfundātur qui me persequūtur, & non confundar ego, paueant illi, & nō paueam ego: induc super eos diem afflictionis, et duplici cōtritione contere eos.* hoc est, qui me persequūtur conatib⁹ suis, excidāt: ipse verò insidiarū victor euadā. Tu interim, sicut p me prædixisti, adducito super eos afflictionem & calamitatē, & contere eos fame & gladio: vel *duplici*, hoc est, alia post aliā, idest multiplici. Id spiritu prophetico dicit futura prænuncians, potiùs quàm mala imprecās. Duplex est contritio, dum perdit Deus corpus & animā in gehennam, & vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur. & pœna damni & sensus, quibus impij afficientur in die afflictionis, in die iræ & calamitatis & miseriæ. *Hæc dicit Dominus ad me. Vade, & sta in porta filiorum populi mei, per quam ingrediuntur reges Iuda, & egrediūtur, & in cunctis portis Ierusalem: & dices ad eos. Audite verbum Domini reges Iuda, & omnis Iudæa, cunctiq; habitatores Ierusalem, qui ingredimini per portas istas.* Quoniam verba tua audire contēnunt, neq; ad te veniūt, vt requirāt, quæ sit sentētia Dei: tu perge, quò ipsi cōuenire solent, & prædica ibi, vt etiā nolentes audiant, neq; vlla apud eos remaneat excusatio, quòd ideo non fecerint, quia non audierint. Prædica verbū, insta opportunè, importunè. sic illum facere oportet, qui lucrā animarū desiderat. Medicus ægroto phrenesi laboranti etiam nolēti pharmacum porrigit. sic mater paruulo filio respuenti, vi aperto ore, cibum infundit. Ne dixeris, ipsi viderint: ego paratus sum docere, si voluerint audire. Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis, dicebat ille qui totus charitate flagrabat. Sed & Dei clementiam admi

2.Tim.4.

Gal. 4.

tare, qui tot modis obstinatū populum reuocare ad se nitebatur. *In porta filiorum populi mei.* hoc est, in porta omnium frequentissima, ad quam pręcipuè conuenire solent ciues Ierusalem iuris causa: in portis enim iudicia exerceri solebant. *Hæc dicit Dominus, custodite animas vestras.* Hortatur ad obseruationē sabbathi. Custodite, inquit, animas vestras ab omni culpa, legem Dei obseruando: Nam qui diligit iniquitatem, odit animam suam. & quasi romphæa bis acuta omnis iniquitas, & plagæ eius non est sanitas, & dentes eius dentes leonis interficientes animam. In Hebræo ad literam. Circunspecti estote in animabus vestris, vel propter animas vestras. idem est sensus. vel super animas vestras, vt maius studium adhiberi debeat in custodiendis diuinis legibus, quàm in custodienda vita. Qui sabbathum non seruabant, prçterquam quod legem violabant, videbantur inficiari Deum conditorem esse cæli & terræ: huius enim contemplationis causa sabbathum inprimis erat institutum, sicut sub Euangelio dies dominica in memoriam resurrectionis dominicæ, quam negare videretur, qui dominicā diem obseruare nollet. Reliqua aperta sunt. Cùm ergo nulla diuini cultus ratio haberetur, obseruatio etiam sabbathi negligebatur, quod manifestū erat impietatis argumentum: propter hanc causam de sola obseruatione sabbathi hìc meminit, quamuis & sub hac totius legis obseruationem comprehendat. *Ingredientur per portas ciuitatis huius reges.* hoc est, vrbs hæc habebit reges de sanguine Dauidis, qui non sint alienigenæ, qui liberè in ea versabuntur, & omnes Iudæi in magno erunt honore, & omnium rerum abundantia

Psal. 10.
Eccli, 21.

perfruentur. Prospera quæq; populo promittit, si sabbathum custodierit: quòd si minus, aduersa omnia, calamitates, & vltimum exitiũ: *Holocausta.* In Hebræo עולה holah, à verbo עלה halah, quod ascendere significat. ascensionem vertere possumus: sic autem vocatur holocaustum, quòd tota hæc oblatio super altare posita ascenderet concremata, *et victimam.* Hebræũ זבח zenach, sacrificium, victimam, & hostiam significat, *et sacrificium.* Heb. מנחה minchah, munus, & sacrificium præcipuè vespertinum significat: *Inferent oblationem.* Verbum Hebr. תודה todah, confessionem significat, vel sacrificium in quo super victima confitebantur iniquitates suas. Annotat autẽ Rab. Dauid, quòd huiusmodi sacrificium non fiebat secundum ritum ac legem sacrificiorum pro peccato, quam habes Leuit. 7. quia comedebatur eodem die: alia enim erant pro singulis peccatis, hoc autem pro omnibus in vniuersum. Significat etiam laudem, celebrationẽ: quo nomine & genus sacrificij dicitur, quod qui offerebant, accepto beneficio Dei clementiam & benignitatem celebrabant gratias agentes: *Succendam ignem.* Per ignem, vltionem significat: quæ etiam per ignem facta est, qui & portas, & palatia Ierusalẽ deuorauit.

ARGVMENTVM.

Exemplo figuli ostendit Deus in manu sua esse contemptores verbi sui posse perdere, eosdem autem resipiscentes reædificare. Iudæorum obstinatio ostenditur, & illorum exitium prædicitur. conspiratio Iudæorum aduersus Ieremiam, oratio Ieremiæ contra aduersarios.

CAP. XVIII.

CAP. XVIII.

Verbũ quod factũ est ad Ieremiã à Domino, dicens, 2 Surge & descende in domũ figuli, & ibi audies verba mea. 3 Et descendi in domũ figuli, & ecce, ipse faciebat opus super rotã. 4 Et dissipatũ est vas quod ipse faciebat è luto manibus suis: cõuersusq; fecit illud, vas alterum, sicut placuerat in oculis eius vt faceret. 5 Et factum est verbum Domini ad me dicens: 6 † Nunquid sicut figulus iste, non potero vobis facere, domus Israel? ait Dominus, ecce sicut lutum in manu figuli, sic vos in manu mea, domus Israel. 7 Repẽtè loquar aduersum gentem & aduersus regnum, † vt eradicem, & destruam, & disperdam illud. 8 Si pœnitentiam egeris gens illa à malo suo quod locutus sum aduersus eam: agam & ego pœnitentiam super malo quod cogitaui vt facerem ei. 9 Et subitò loquar de gente & de regno, vt ædificem & plantem illud. 10 Si fecerit malum in oculis meis, vt non audiat vocẽ meã: pœnitentiã agã super bono quod locutus sum vt facerẽ ei. 11. Nunc ergo dic viro Iuda, & habitatoribus Ierusalem, dicens, Hæc dicit Dominus, † Ecce ego fingo contra vos malum, et cogito contra vos cogitationem: † reuertatur vnusquisque à via sua mala, & dirigite vias vestras & studia vestra. 12 Qui dixerunt, Desperauimus: post cogitationes enim nostras ibimus, & vnusquisq; prauitatem cordis sui mali faciemus. 13. Ideo hæc dicit Dominus, Interrogate gentes, Quis audiuit talia horribilia, quæ fecit nimis virgo Israel? 14 Nunquid deficiet de petra agri nix Libani? aut euelli possũt aquæ erũpẽtes frigidæ, et defluẽtes? 15 Quia oblitus est mei populus meus, frustra libantes, et impingẽtes in vijs suis, in semitis seculi, ut ambularẽt per eas in itinere nõ trito: 16 † Vt fieret terra eorũ in desolationẽ, et in sibilũ sempiternũ: omnis qui præterierit per eã, obstupescet, mouebit caput

† Isai. 45, 9. Rom. 9, 20.
† Sup. 1. 10.
† Inf. 25, 5. 35, 15.
† Ion. 3, 8.
† Inf. 19. 8. 49. 13, 50 13.

suum. 17 Sicut ventus urens dispergã eos coram inimico, dorsum & non faciem ostẽdam eis in die perditionis eorum. 18 Et dixerunt, Venite, & cogitemus contra Ieremiam cogitationes: non enim peribit lex à sacerdote: neq; consilium à sapiente, nec sermo à propheta. Venite, & percutiamus eum lingua, & non attendamus ad vniuersos sermones eius. 19. Attẽde Domine ad me, & audi vocem aduersariorum meorum. 20 Nũquid redditur pro bono malum, quia foderunt foueam animæ meæ? Recordare quòd steterim in conspectu tuo, vt loquerer pro eis bonum, & auerterem indignationem tuam ab eis. 21 Propterea da filios eorum in famem, & deduc eos in manus gladij: fiant vxores eorum absq; liberis, & viduæ & viri earum interficiantur morte: iuuenes eorum confodiantur gladio in prælio. 22 Audiatur clamor de domibus eorum, adduces enim super eos latronem repente: quia foderunt foueam vt caperent me, & laqueos absconderunt pedibus meis. 23 Tu autem Domine scis omne consilium eorum aduersum me in mortem: ne propitieris iniquitati eorum: & peccatum eorum à facie tua non deleatur: fiant corruentes in conspectu tuo, in tempore furoris tui abutere eis.

EXPLANATIO.

V*ERBVM quod factum est ad Ieremiam à Domino dicens, Surge, et descende in domum figuli, et ibi audies verba mea.* Per omnes sensus, ait Diuus Hieronymus, ad iudicium & intelligentiam animi peruenitur: sed magis mente retinetur, quod oculis cernitur: propterea diuinus spiritus ex visis erudit Prophetam suum, vt eodem exemplo rei visæ, & quam quotidie cernere licebat, populum erudiret. Mira res, non in regis palatio, sed in domo figuli vult Deus vocem suam audiri. Nihil est, quod magis nos erudiat, quàm lutum nostrum,

vt non

vt non absq; mysterio luto super oculos posito Christus cæco visum restituerit. Noli ambulare in magnis, neq; in mirabilibus super te, quoniam puluis es, & in puluerem reuertêris: conditionem tuā attende: sciant gentes, quoniam homines sunt. Versare frequenter in domo figuli, descende ad eam. Vt quid ascendis super te, vt cum illo deijciaris, qui dicebat, Ascēdam super altitudinem nubium, similis ero altissimo? *Et descēdi in domum figuli & ecce, & ipse faciebat opus super rotam.* Septuag. super lapides. Annotauit D. Hiero. eisdem literis, mutatis tamen punctis, constare nomen quod lapides, & rotam significat: nam אבנים abanim, lapides, אבנים abenim, instrumētum significat, super quo facit opus figulus: habet autē formā dualē, quia in nōnullis locis est instar duarū rotarū: vnde Rab. Ionah. scribit etiā num hodie tale instrumētum apud orientales duplici rota constare. Pulchrè super rotam, nam & lutum homo est, & hoc quod est humile & vile, in continuo motu est, vt constātiam nullam habeat: sed quasi flos egreditur, & conteritur, & nunquam in eodem statu permanet. *Et dissipatum est vas, quod ipse faciebat è luto manibus suis.* D. Hiero. Hoc Dei agente prouidentia, vt manus artificis, dum nesciret, errore suo parabolam figuraret. Vide quàm facilè dissipatur vas. Quæ est enim vita nostra? vapor est ad modicum parens. Habemus thesaurum in vasis fictilibus: & ecce thesaurus negligitur, & omnem nostram sollicitudinem, omne studium huc tantùm cōferimus, vt fictilis vasis curam agamus: cùm tamen scriptum sit. Et curam carnis ne feceritis in desiderijs. *Cōuersusq; fecit illud vas alterum, sicut placuerat in oculis eius, vt faceret.* hoc est,

Ioan. 9. d.
Psal. 130
Psal. 9.
Isai. 14. c
Iob. 14. a.
2. Cor. 4. c.
Rom. 9.

ex eodem luto fecit aliud vas, vt illi placuit. O homō
Rom.9. (ait D. Paulus arrogantium hominum impudētiam retundens, qui disputare cū Deo volunt) tu quis es, vt respondeas Deo? Nunquid figmētū dicit ei qui se finxit, quid me fecisti sic? An non habet potestatem figulus luti ex eadē massa facere aliud quidem vas in honorem, aliud in cōtumeliam. Et id quidem potest facere Deus, sed nequaquam facit, nisi summa cum iustitia & æquitate: sustinet quidem vasa iræ apta sua propria duritia & impœnitentia in interitum, vt ostēdat diuitias gloriæ suæ in vasa misericordiæ, quæ præparauit in gloriam: ipse nempe, nullis etiam præuisis meritis. si quis ergo emundauerit se ab istis, erroribus nempe & iniquitatibus, erit vas in honorē sanctificatū, & vtile Domino ad omne opus bonū paratū. Ex hoc loco collige, quàm facile sit Deo resuscitare corpora nostra quantumuis dissipata: conuersus enim figulus fecit vas alterū: quasi dicat, nullo negotio, eadē facilitate qua dissipatū est, imo maiori; quamuis in resurrectione non aliud corpus, sed idem quod fuerat, resurget: sed aliud ab eo quod iacet dissipatum. Sed &
1. Cor. 15. seminatur corpus animale, resurget autē corpus spirituale, hoc est, spiritui simile: seminatur enim in corruptione, resurget autem in incorruptione. *Et factum est verbum Domini ad me dicens. Nunquid sicut figulus iste, non potero vobis facere domus Israel, ait Dominus?* Ecce domus figuli facta est schola cælestis sapientiæ. vtinam multi eam frequentarent, vt seipsos agnoscerent, & totos diuinæ prouidentiæ committerēt, vt cum Pro-
Psal. 118. pheta dicerent. Manus tuæ fecerunt me, & plasmauerunt me, da mihi intellectum, vt discam mādata tua.

hæc so

hæc sola nobis sit cura de reliquo, omnem sollicitudinem nostram in illum cæleste figulum proijcientes; quoniam ipsi cura est de nobis. *Ecce sicut lutum in manu figuli, sic vos in manu mea domus Israel.* Quæ est ergo hæc tāta nostra audacia, vt aduersus figulum insurgamus? sed quę est ista tanta clemētia tua, mitissime Deus, patiens & præstabilis super malitiam, vt lutum aduersus te insurgens sustineas, portes in manibus tuis, conserues, ac protegas? *Repente loquar aduersum gentem et aduersus regnum, vt eradicem, et destruam, et disperdam illud. si pœnitentiam egerit gens illa à malo suo, quod locutus sum aduersus eam; agam et ego pœnitentiam super malo, quod cogitaui, vt facerem ei.* Caue ne cogites vel Deū ignorare quæ euētura erant, cui omnia præsentia sunt, antequam fiāt: vel mutationem aliquam in Deo esse, cùm ipse dicat, Ego Deus & non mutor: apud quem nō est transmutatio, nec vicissitudinis obūbratio. hoc est, neq; vmbra quidem mutationis. Cōminatur ergo Deus præsentem intuens iniquitatem, cui debetur supplicium: ideo autem comminatur, vt timore comminationis eius perterritus recedas ab iniquitate: quod si feceris, effugis iram, effugis pœnam: quoniam in peccatores respicit ira eius. Dedisti, ait Propheta, metuentibus te significationem, vt fugiant à facie arcus. Qui manifestè ait. Non enim voluntatis meæ est mors impij, sed magis vt cōuertatur à vijs suis, & viuat. quare moriemini domus Israël? Quòd si pœnitentiam egeris, id quidem sciebat Deus futurum: sed quamdiu non facis pœnitentiam, comminatur, vt fugiens à facie arcus agas pœnitentiam. *Repentè loquar.* Sep. ad summā loquar. Chald. Paraph. Tempore quodā loquar. Heb.

1. *Pet.* 5.
Iac. 1.
Psal. 59.
Ezech. 18

רגע regah, momentum, breuiſſimum tempus, repente etiam ſignificat: nam abſolutè poſitum aduerbiaſcit. D. Tho. id dictū exponit humano more: qui enim abſq; pręmeditatione loquiť, dicitur repētè loqui. ſic Deus cùm pręſentem tantùm iniquitatē cōſpiciens, nulla habita ratione ſubſecuturæ pœnitentiæ, pœnā comminatur, repentè dicitur loqui. Sed & ea quæ nobis non cogitantibus eueniunt, repentè dicuntur euenire: ſic ſubitò dicitur venirę ira Dei. *Vt eradicem, & deſtruam, & diſperdam.* Vid. Cap. 1. *agam & ego pœnitētiam.* Humano more loquitur, quaſi pœnituiſſe videatur, quando pœnam quam cōminatus fuerat, non infert. Hìc obſerua, nos quidem ita eſſe in manu Domini tā quam lutum, vt & liberū arbitrium habeamus: poſſumus enim & pœnitētiam agere, & in peccatis permanere: ſed id totum noſtrum eſt, illud vero nequaquā niſi gratia Dei adiuti præſtare poſſumus. Poſtquā cōuertiſti me, egi pœnitentiam. Et Conuerte nos Domine, & conuertemur. ſed quia hanc Dei gratiā oblatam reſpuere poſſumus, Conuertimini ad me, ait, & ego conuertar ad vos. *Et ſubitò loquar de gente & de regno vt ædificem, et plantem illud, ſi fecerit malū in oculis meis, vt non audiat vocem meam: pœnitentiā agam ſuper bono, quod locutus ſum, vt facerem ei.* Qui ſtat ergo, videat ne cadat: & tene quod habes, ne alius accipiat coronam tuam. *Vt ædificē & plātem.* Vide Cap. 1. Obſerua. Priùs miſericordiam & clementiam commemorauit, poſteriùs ſeueritatem, vt intelligas id magis illi cordi eſſe, vt bene faciat, ſed iniquitates noſtrę ſęuire nolentem cogūt. Vide ergo bonitatem & ſeueritatem Dei. in eos quidem qui ceciderunt ſeueritatem: in te autem bonitatem Dei,

Sup. cap. 3

1. Cor. 10.

Apoc. 3.

Rom. 11.

tem Dei, si permanseris in bonitate, alioquin & tu excidêris: sed & illi, si non permanserint in incredulitate, inserentur: potens est enim Deus iterum inserere illos. Quod autem ait Apostolus, Sine pœnitētia sunt dona & vocatio Dei. hæc non de illis, quæ præsentem iustitiam respiciunt intelligenda sunt, sed de illis, quæ iuxta æternam Dei prædestinationem contingunt. *ibid.*

Nunc ergo dic viro Iuda & habitatoribus Ierusalem dicens. Hæc dicit Dominus, Ecce ego fingo contra vos malum, & cogito contra vos cogitationem: reuertatur vnusquisq; à via sua mala, & dirigite vias vestras, & studia vestra. Vide bonitatē Dei, qua ratione non iam timentibus, sed contemnētibus se dat significationem, vt fugiant à facie arcus. Tempus faciendi Domine dissipauerunt legem tuā. Vtiq; tempus est faciēdi, nec ampliùs expectādi, etiā cùm primùm in Deum peccas. Inexcusabilis enim es omnis qui peccas: sed longanimis est, patiens & multùm misericors, qui retractat cogitans vt non omnino pereat, qui abiectus est. *Ego fingo.* Alludit ad figulū. hoc est, ego cogito vos perdere propter peccata vestra. Sic per Isaiam, Faciēs pacem, & creans malū. Nō quod per se malum est, sed quod patientibus malum esse videtur, re vera autem est iustitiam exercere, scelera punire, quod & diuinam decet iustitiam, & homini in bonum cedit, si modò velit vel flagellatus resipiscere. *& cogito cōtra vos cogitationē.* Explicat magìs quod dixit. fingo malū, hoc est, cogito vos punire propter scelera vestra. *reuertatur vnusquisq; à via sua mala.* Ipse qui orandus erat, rogat; neq; continet in ira sua misericordias suas. *& dirigite vias vestras.* hoc est, rectas facite, emendate vestram viuendi rationem. In Heb. bo- *Psal. 118.* *Rom. 2. a.* *Isai. 46.*

nas fa-

nas facite vias vestras. *et studia vestra.* מעלליכם mahal lechem, actiones, opera, conatus, studia significat. Vocatur autem studiū, teste Cicerone, animi assidua & vehemens ad aliquam rem applicata magna cum voluptate occupatio. *Qui dixerunt, desperauimus. post cogitationes enim nostras ibimus, et vnusquisq. prauitatem cordis sui mali faciemus.* Sic supra Cap. 2. Desperaui, nequaquam faciam. Septuagin. confortamur. Chald. Para. Auersi sumus à cultu tuo. In Heb. נואש noas, idest desperatū est, sub. cor nostrum. vel actum est, deploratum est, quùm quis malo obrutus diffidit posse bene agere. Quidam dicunt verbum hoc complecti fastidium, cōtemptum, & negligentiam, quasi dicat. Animus noster abiecit spem in Deum. *Ideo hæc dicit Dominus, interrogate gentes. quis audiuit talia horribilia, quæ fecit nimis virgo Israël?* Idem est hoc cum eo, quod in Cap. 2 habetur. Transite ad Insulas Cethim, & videte: & in Cedar mittite, & considerate vehementer, & videte si factū est huiuscemodi, si mutauit gens Deos suos, &c. Vide quònā redactus erat populus Dei, vt gētes velit interrogari, & iudicium ferre de rebus suis, quasi dicat. ipsi meliùs cognoscent, quàm populus hic malitia excæcatus. *horribilia.* Chald. Paraph. rem alienam admodū. In Heb. שערורת saharurit, turpitudinem, vel turpe, fœdum, horrēdum præ nimia fœditate & turpitudine, vt horreant aures audire. *Virgo Israel.* Chald. Paraph. cœtus Israël. Vocatur virgo, ait D. Hiero. ob cultum vnius Dei, quamuis vt corrupti essent idololatria, aliquando non ita fuit, & semper aliqui fuerunt in populo, qui idololatria infecti non erant, à quibus veluti à præcipuis totus populus denominatur. Theodore-

tus.

tus. Virginem eam appellat, non quòd non ſit intem perans, ſed quòd formę det operam, & de pulchritudine glorietur. Vel virgo dicitur, quia nondum in cap tiuitatem deductus erat: nam de duabus tribubus ſer mo eſt. vel ironicè dictum eſt, vel per Antiphraſim, quemadmodum ſiquis inſignem meretricem virginem dicat. nam ſuperiùs meretricem vocauit Cap. 2. *Nunquid deficiet de petra agri nix libani? aut euelli poſſunt aquæ erumpentes frigidæ et defluētes? Quia oblitus eſt mei populus meus.* D. Hieronymus in hunc ſenſum exponit. quo modo nix de Libani ſummitatibus deficere non poteſt: nec vllo, vt omnis liqueſcat, Solis ardore ſuperatur, fluenteſq́; de montibus riui nequaquam ſiccantur in fontibus: ſic meum nomen, quod per ſe ſtabile eſt atq; perpetuum, non poterit immutari: & tamen cum cætera naturæ ordinem ſeruent, populus meus oblitus eſt mei. quaſi dicat, citiùs debuiſſent deficere niues de Libano, & exſiccari riui de montibus fluentes, quàm deleri potuiſſet memoria mei ex animo populi mei, propter aſſidua beneficia, quæ à me in illum manant, cùm nunquam ceſſem curam illius agere. Qua ergo ratione fieri potuit, vt mei obliuiſceretur populus meus? Septuagin. Nunquid deficient de petra vbera, vel nix đ Libano? vel declinabit aqua violenter vento ſublata? quod ita exponit Theodoretus, Fōtes ſine intermiſſione ſcaturiunt: Libanus ſemper habet niuem: aqua quæ fertur impetu, trita via fluit: iſti verò viā legis deſeruerunt, & mādatorū meorum apud eos nulla eſt mentio. Chal. Para. Ecce ſicut fieri non poteſt, vt deficiat nix, quæ deſcendit ſuper agros Libani, ſic non deficient pluuię deſcendētes, &

dinē & cōtritionē significat. *Cōfundūtur qui me persequūtur, & non confundar ego, paueant illi, & nō paueam ego: induc super eos diem afflictionis, et duplici contritione contere eos.* hoc est, qui me persequūtur conatib⁹ suis, excidāt: ipse verò insidiarū victor euadā. Tu interim, sicut p me prędixisti, adducito super eos afflictionem & calamitatē, & contere eos fame & gladio: vel *duplici*, hoc est, alia post aliā, idest multiplici. Id spiritu prophetico dicit futura pręnuncians, potius quàm mala imprecās. Duplex est contritio, dum perdit Deus corpus & animā in gehennam, & vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur. & poena damni & sensus; quibus impij afficientur in die afflictionis, in die irę & calamitatis & miserię. *Haec dicit Dominus ad me. Vade, & sta in porta filiorum populi mei, per quam ingrediuntur reges Iuda, & egrediūtur, & in cunctis portis Ierusalem: & dices ad eos. Audite verbum Domini reges Iuda, & omnis Iudaea, cunctiq; habitatores Ierusalem, qui ingredimini per portas istas.* Quoniam verba tua audire contēnunt, neq; ad te veniūt, vt requirāt, quę sit sentētia Dei: tu perge, quò ipsi cōuenire solent, & prędica ibi, vt etiā nolentes audiant, neq; vlla apud eos remaneat excusatio, quòd ideo non fecerint, quia non audierint. Prędica verbū, insta

2.Tim.4.

opportunè, importunè. sic illum facere oportet, qui lucra animarū desiderat. Medicus ęgroto phrenesi laboranti etiam nolēti pharmacum porrigit. sic mater paruulo filio respuenti, vi aperto ore, cibum infundit. Ne dixeris, ipsi viderint: ego paratus sum docere, si voluerint audire. Filioli mei, quos iterum parturio, do-

Gal. 4.

nec formetur Christus in vobis, dicebat ille qui totus charitate flagrabat. Sed & Dei clementiam admirare,

rare, qui tot modis obstinatū populum reuocare ad se nitebatur. *In porta filiorum populi mei.* hoc est, in porta omnium frequentissima, ad quam præcipuè conuenire solent ciues Ierusalem iuris causa: in portis enim iudicia exerceri solebant. *Hæc dicit Dominus, custodite animas vestras.* Hortatur ad obseruationē sabbathi. Custodite, inquit, animas vestras ab omni culpa, legem Dei obseruando: Nam qui diligit iniquitatem, odit animam suam. & quasi romphæa bis acuta omnis iniquitas, & plagæ eius non est sanitas, & dentes eius dentes leonis interficientes animam. In Hebræo ad literam. Circunspecti estote in animabus vestris, vel propter animas vestras, idem est sensus. vel super animas vestras, vt maius studium adhiberi debeat in custodiendis diuinis legibus, quàm in custodienda vita. Qui sabbathum non seruabant, præterquam quod legem violabant, videbantur inficiari Deum conditorem esse cæli & terræ: huius enim contemplationis causa sabbathum inprimis erat institutum, sicut sub Euangelio dies dominica in memoriam resurrectionis dominicæ, quam negare videretur, qui dominicā diem obseruare nollet. Reliqua aperta sunt. Cùm ergo nulla diuini cultus ratio haberetur, obseruatio etiam sabbathi negligebatur, quod manifestū erat impietatis argumentum: propter hanc causam de sola obseruatione sabbathi hìc meminit, quamuis & sub hac totius legis obseruationem comprehendat. *Ingredientur per portas ciuitatis huius reges.* hoc est, vrbs hæc habebit reges de sanguine Dauidis, qui non sint alienigenæ, qui liberè in ea versabuntur, & omnes Iudæi in magno erunt honore, & omnium rerum abundantia

Psal. 10.
Eccli. 21.

perfruentur. Prospera quæq; populo promittit, si sabbathum custodierit: quòd si minus, aduersa omnia, calamitates, & vltimum exitiũ: *Holocausta*. In Hebræo עולה holah, à verbo עלה halah, quod ascendere significat. ascensionem vertere possumus: sic autem vocatur holocaustum, quòd tota hæc oblatio super altare posita ascenderet concremata. *et victimam*. Hebræũ זבח zenach, sacrificium, victimam, & hostiam significat. *et sacrificium*. Heb. מנחה minchah, munus, & sacrificium præcipuè vespertinum significat: *Inferent oblationem*. Verbum Hebr. תודה todah, confessionem significat, vel sacrificium in quo super victima confitebantur iniquitates suas. Annotat autẽ Rab. Dauid, quòd huiusmodi sacrificium non fiebat secundum ritum ac legem sacrificiorum pro peccato, quam habes Leuit. 7. quia comedebatur eodem die: alia enim erant pro singulis peccatis, hoc autem pro omnibus in vniuersum. Significat etiam laudem, celebrationẽ: quo nomine & genus sacrificij dicitur, quod qui offerebant, accepto beneficio Dei clementiam & benignitatem celebrabant gratias agentes: *succendam ignem*. Per ignem, vltionem significat: quæ etiam per ignem facta est, qui & portas, & palatia Ierusalẽ deuorauit.

ARGVMENTVM

Exemplo figuli ostendit Deus in manu sua esse contemptores verbi sui posse perdere, eosdem autem resipiscentes reædificare. Iudæorum obstinatio ostenditur, & illorum exitium prædicitur. conspiratio Iudæorum aduersus Ieremiam, oratio Ieremiæ contra aduersarios.

CAP. XVIII.

CAP. XVIII.

VErbũ quod factũ est ad Ieremiã à Domino, dicens, 2 Surge & descende in domũ figuli, & ibi audies verba mea. 3 Et descendi in domũ figuli, & ecce, ipse faciebat opus super rotã. 4 Et dissipatũ est vas quod ipse faciebat è luto manibus suis: cõuersusq; fecit illud, vas alterum, sicut placuerat in oculis eius vt faceret. 5 Et factum est verbum Domini ad me dicens: 6 † Nunquid sicut figulus iste, non potero vobis facere, domus Israel? ait Dominus, ecce sicut lutum in manu figuli, sic vos in manu mea, domus Israel. 7 Repẽtè loquar aduersum gentem & aduersus regnum, † vt eradicem, & destruam, & disperdam illud. 8 Si pœnitentiam egeris gens illa à malo suo quod locutus sum aduersus eam: agam & ego pœnitentiam super malo quod cogitaui vt facerem ei. 9 Et subitò loquar de gente & de regno, vt ædificem & plantem illud. 10 Si fecerit malum in oculis meis, vt non audiat vocẽ meã: pœnitentiã agã super bono quod locutus sum vt facerẽ ei. 11. Nunc ergo dic viro Iuda, & habitatoribus Ierusalem, dicens, Hæc dicit Dominus, † Ecce ego fingo contra vos malum, et cogito contra vos cogitationem: † reuertatur vnusquisque à via sua mala, & dirigite vias vestras & studia vestra. 12 Qui dixerunt, Desperauimus: post cogitationes enim nostras ibimus, & vnusquisq; prauitatem cordis sui mali faciemus. 13. Ideo hæc dicit Dominus, Interrogate gentes, Quis audiuit talia horribilia, quæ fecit nimis virgo Israel? 14 Nunquid deficiet de petra agri nix Libani? aut euelli possũt aquæ erũpẽtes frigidæ, et defluẽtes? 15 Quia oblitus est mei populus me⁹, frustra libantes, et impingẽtes in vijs suis, in semitis seculi, ut ambularẽt per eas in itinere nõ trito: 16 † vt fieret terra eorũ in desolationẽ, et in sibilũ sempiternũ: omnis qui præterierit per eã, obstupescet, mouebit caput

† Isai. 45, 9. Rom. 9, 20.
† Sup. 1. 10.
† Inf. 25, 5. 35, 15.
† Ion. 3, 8.
† Inf. 19. 8. 49. 13, 50 13.

vt non absq; mysterio luto super oculos posito Christus cæco visum restituerit. Noli ambulare in magnis, neq; in mirabilibus super te, quoniam puluis es, & in puluerem reuerteris: conditionem tuã attende: sciant gentes, quoniam homines sunt. Versare frequenter in domo figuli, descende ad eam. Vt quid ascendis super te, vt cum illo deijciaris, qui dicebat, Ascẽdam super altitudinem nubium, similis ero altissimo? *Et descẽdi in domum figuli & ecce, & ipse faciebat opus super rotam.* Septuag. super lapides. Annotauit D. Hiero. eisdem literis, mutatis tamen punctis, constare nomen quod lapides, & rotam significat: nam אבנים abanim, lapides, אבנים abenim, instrumẽtum significat, super quo facit opus figulus: habet autẽ formã dualẽ, quia in nõnullis locis est instar duarũ rotarũ: vnde Rab. Ionah. scribit etiã num hodie tale instrumẽtum apud orientales duplici rota constare. Pulchrè super rotam, nam & lutum homo est, & hoc quod est humile & vile, in continuo motu est, vt constãtiam nullam habeat: sed quasi flos egreditur, & conteritur, & nunquam in eodem statu permanet. *Et dissipatum est vas, quod ipse faciebat è luto manibus suis.* D. Hiero. Hoc Dei agente prouidentia, vt manus artificis, dum nesciret, errore suo parabolam figuraret. Vide quàm facilè dissipatur vas. Quæ est enim vita nostra? vapor est ad modicum parens. Habemus thesaurum in vasis fictilibus: & ecce thesaurus negligitur, & omnem nostram sollicitudinem, omne studium huc tantùm cõferimus, vt fictilis vasis curam agamus: cùm tamen scriptum sit. Et curam carnis ne feceritis in desiderijs. *Cõuersusq; fecit illud vas alterum, sicut placuerat in oculis eius, vt faceret.* hoc est,

Ioan. 9. a. *Psal. 130* *Psal. 9.* *Isai. 14. c* *Iob. 14. a.* *2. Cor. 4.* *Rom. 9.*

ex eodem luto fecit aliud vas, vt illi placuit. O homō (ait D. Paulus arrogantium hominum impudētiam retundens, qui disputare cū Deo volunt) tu quis es, vt respondeas Deo? Nunquid figmētū dicit ei qui se finxit, quid me fecisti sic? An non habet potestatem figulus luti ex eadē massa facere aliud quidem vas in honorem, aliud in cōtumeliam. Et id quidem potest facere Deus, sed nequaquam facit, nisi summa cum iustitia & æquitate: sustinet quidem vasa iræ apta sua propria duritia & impœnitentia in interitum, vt ostēdat diuitias gloriæ suæ in vasa misericordiæ, quæ præparauit in gloriam: ipse nempe, nullis etiam præuisis meritis. siquis ergo emundauerit se ab istis, erroribus nempe & iniquitatibus, erit vas in honorē sanctificatū, & vtile Domino ad omne opus bonū paratū. Ex hoc loco collige, quàm facile sit Deo resuscitare corpora nostra quantumuis dissipata: conuersus enim figulus fecit vas alterū: quasi dicat, nullo negotio, eadē facilitate qua dissipatū est, imo maiori; quamuis in resurrectione non aliud corpus, sed idem quod fuerat, resurget: sed aliud ab eo quod iacet dissipatum. Sed & seminatur corpus animale, resurget autē corpus spirituale, hoc est, spiritui simile: seminatur enim in corruptione, resurget autem in incorruptione. *Et factum est verbum Domini ad me dicens. Nunquid sicut figulus iste, non potero vobis facere domus Israel, ait Dominus?* Ecce domus figuli facta est schola cælestis sapientiæ. vtinam multi eam frequentarent, vt seipsos agnoscerent, & totos diuinæ prouidentiæ committerēt, vt cum Propheta dicerent. Manus tuæ fecerunt me, & plasmauerunt me, da mihi intellectum, vt discam mādata tua.

Rom. 9. *1. Cor. 15.* *Psal. 118.*

hæc so

hæc sola nobis sit cura de reliquo, omnem sollicitudi nem nostram in illum cæleste figulum proijcientes; quoniam ipsi cura est de nobis. *Ecce sicut lutum in manu figuli, sic vos in manu mea domus Israel.* Quæ est ergo hæc tãta nostra audacia, vt aduersus figulum insurgamus? sed quę est ista tanta clemẽtia tua, mitissime Deus, pa tiens & præstabilis super malitiam, vt lutum aduersus te insurgens sustineas, portes in manibus tuis, conser- ues, ac protegas? *Repente loquar aduersum gentem et aduer sus regnum, vt eradicem, et destruam, et disperdam illud. si pœ nitentiam egerit gens illa à malo suo, quod locutus sum aduer- sus eam; agam et ego pœnitentiam super malo, quod cogitaui, vt facerem ei.* Caue ne cogites vel Deũ ignorare quæ euẽ tura erant, cui omnia præsentia sunt, antequam fiãt: vel mutationem aliquam in Deo esse, cùm ipse dicat, Ego Deus & non mutor: apud quem nõ est transmu tatio, nec vicissitudinis obũbratio. hoc est, neq; vm- bra quidem mutationis. Cõminatur ergo Deus præ- sentem intuens iniquitatem, cui debetur supplicium: ideo autem comminatur, vt timore comminationis eius perterritus recedas ab iniquitate: quod si feceris, effugis iram, effugis pœnam: quoniam in peccatores respicit ira eius. Dedisti, ait Propheta, metuentibus te significationem, vt fugiant à facie arcus. Qui ma- nifestè ait. Non enim voluntatis meæ est mors impij, sed magis vt cõuertatur à vijs suis, & viuat. quare mo riemini domus Israël? Quòd si pœnitentiam egeris, id quidem sciebat Deus futurum: sed quamdiu non facis pœnitentiam, comminatur, vt fugiens à facie ar- cus agas pœnitentiam. *Repentè loquar.* Sep. ad summã loquar. Chald. Paraph. Tempore quodã loquar. Heb.

1. Pet. 5.

Iac. 1.

Psal. 59.

Ezech. 18

רגע regah, momentum, breuissimum tempus, repente etiam significat: nam absolutè positum aduerbiascit. D.Tho. id dictũ exponit humano more: qui enim absq; pręmeditatione loquit̃, dicitur repẽtè loqui. sic Deus cùm pręsentem tantùm iniquitatẽ cõspiciens, nulla habita ratione subsecuturæ pœnitentiæ, pœnã comminatur, repentè dicitur loqui. Sed & ea quæ nobis non cogitantibus eueniunt, repentè dicuntur euenire: sic subitò dicitur venire ira Dei. *Vt eradicem, & destruam, & disperdam.* Vid. Cap. 1. *agam & ego pœnitẽtiam.* Humano more loquitur, quasi pœnituisse videatur, quando pœnam quam cõminatus fuerat, non infert. Hìc obserua, nos quidem ita esse in manu Domini tã quam lutum, vt & liberũ arbitrium habeamus: possumus enim & pœnitẽtiam agere, & in peccatis permanere: sed id totum nostrum est, illud vero nequaquã nisi gratia Dei adiuti præstare possumus. Postquã cõuertisti me, egi pœnitentiam. Et Conuerte nos Domine, & conuertemur. sed quia hanc Dei gratiã oblatam respuere possumus, Conuertimini ad me, ait, & ego conuertar ad vos. *Et subitò loquar de gente & de regno vt ædificem, et plantem illud, si fecerit malũ in oculis meis, vt non audiat vocem meam: pœnitentiã agam super bono, quod locutus sum, vt facerem ei.* Qui stat ergo, videat ne cadat: & tene quod habes, ne alius accipiat coronam tuam. *Vt ædificẽ & plãtem.* Vide Cap. 1. Obserua. Priùs misericordiam & clementiam commemorauit, posteriùs seueritatem, vt intelligas id magis illi cordi esse, vt bene faciat, sed iniquitates nostrę sęuire nolentem cogũt. Vide ergo bonitatem & seueritatem Dei in eos quidem qui ceciderunt seueritatem: in te autem bonitatem Dei,

Sup. cap. 3

1. Cor. 10.

Apoc. 3.

Rom. 11.

tem Dei, si permanseris in bonitate, alioquin & tu excidêris: sed & illi, si non permanserint in incredulitate, inserentur: potens est enim Deus iterum inserere illos. Quod autem ait Apostolus, Sine pœnitētia sunt dona & vocatio Dei. hæc non de illis, quæ præsentem iustitiam respiciunt intelligenda sunt, sed de illis, quæ iuxta æternam Dei prædestinationem contingunt. *ibid.*

Nunc ergo dic viro Iuda & habitatoribus Ierusalem dicens. Hæc dicit Dominus, Ecce ego fingo contra vos malum, & cogito contra vos cogitationem: reuertatur vnusquisq; à via sua mala, & dirigite vias vestras, & studia vestra. Vide bonitatē Dei, qua ratione non iam timentibus, sed contemnētibus se dat significationem, vt fugiant à facie arcus. Tempus faciendi Domine dissipauerunt legem tuā. Vtiq; tempus est faciēdi, nec ampliùs expectādi, etiā cùm primùm in Deum peccas. Inexcusabilis enim es omnis qui peccas: sed longanimis est, patiens & multùm misericors, qui retractat cogitans vt non omnino pereat, qui abiectus est. *Ego fingo.* Alludit ad figulū. hoc est, ego cogito vos perdere propter peccata vestra. Sic per Isaiam, Faciēs pacem, & creans malū. Nō quod per se malum est, sed quod patientibus malum esse videtur, re vera autem est iustitiam exercere, scelera punire, quod & diuinam decet iustitiam, & homini in bonum cedit, si modò velit vel flagellatus resipiscere. *& cogito cōtra vos cogitationē.* Explicat magìs quod dixit. fingo malū, hoc est, cogito vos punire propter scelera vestra. *reuertatur vnusquisq; à via sua mala.* Ipse qui orandus erat, rogat; neq; continet in ira sua misericordias suas. *& dirigite vias vestras.* hoc est, rectas facite, emendate vestram viuendi rationem. In Heb. bonas fa- *Psal. 118.* *Rom. 2. a.* *Isai. 46.*

nas facite vias vestras. *et studia vestra.* מעלליכם mahal lechem, actiones, opera, conatus, studia significat. Vocatur autem studiū, teste Cicerone, animi assidua & vehemens ad aliquam rem applicata magna cum voluptate occupatio. *Qui dixerunt, desperauimus. post cogitationes enim nostras ibimus, et vnusquisq. prauitatem cordis sui mali faciemus.* Sic supra Cap. 2. Desperaui, nequaquam faciam. Septuagin. confortamur. Chald. Para. Auersi sumus à cultu tuo. In Heb. נואש noas, idest desperatū est, sub. cor nostrum. vel actum est, deploratum est, quùm quis malo obrutus diffidit posse bene agere. Quidam dicunt verbum hoc complecti fastidium, cōtemptum, & negligentiam, quasi dicat. Animus noster abiecit spem in Deum. *Ideo hæc dicit Dominus, interrogate gentes. quis audiuit talia horribilia, quæ fecit nimis virgo Israël?* Idem est hoc cum eo, quod in Cap. 2 habetur. Transite ad Insulas Cethim, & videte: & in Cedar mittite, & considerate vehementer, & videte si factū est huiuscemodi, si mutauit gens Deos suos. &c. Vide quònā redactus erat populus Dei, vt gētes velit interrogari, & iudicium ferre de rebus suis, quasi dicat. ipsi meliùs cognoscent, quàm populus hic malitia excæcatus. *horribilia.* Chald. Paraph. rem alienam admodū. In Heb. שערורת saharurit, turpitudinem, vel turpe, fœdum, horrēdum præ nimia fœditate & turpitudine, vt horreant aures audire. *Virgo Israel.* Chald. Paraph. cœtus Israël. Vocatur virgo, ait D. Hiero. ob cultum vnius Dei, quamuis vt corrupti essent idololatria, aliquando non ita fuit, & semper aliqui fuerunt in populo, qui idololatria infecti non erant, à quibus veluti à præcipuis totus populus denominatur. Theodoretus.

tus. Virginem eam appellat, non quòd non sit intemperans, sed quòd formę det operam, & de pulchritudine glorietur. Vel virgo dicitur, quia nondum in captiuitatem deductus erat: nam de duabus tribubus sermo est. vel ironicè dictum est, vel per Antiphrasim, quemadmodum siquis insignem meretricem virginem dicat. nam superiùs meretricem vocauit Cap. 2. *Nunquid deficiet de petra agri nix libani? aut euelli possunt aquæ erumpentes frigidæ et defluētes? Quia oblitus est mei populus meus.* D. Hieronymus in hunc sensum exponit. quomodo nix de Libani summitatibus deficere non potest: nec vllo, vt omnis liquescat, Solis ardore superatur, fluentesq; de montibus riui nequaquam siccantur in fontibus: sic meum nomen, quod per se stabile est atq; perpetuum, non poterit immutari: & tamen cum cætera naturæ ordinem seruent, populus meus oblitus est mei. quasi dicat, citiùs debuissent deficere niues de Libano, & exsiccari riui de montibus fluentes, quàm deleri potuisset memoria mei ex animo populi mei, propter assidua beneficia, quæ à me in illum manant, cùm nunquam cessem curam illius agere. Qua ergo ratione fieri potuit, vt mei obliuisceretur populus meus? Septuagin. Nunquid deficient de petra vbera, vel nix đ Libano? vel declinabit aqua violenter vento sublata? quod ita exponit Theodoretus. Fōtes sine intermissione scaturiunt: Libanus semper habet niuem: aqua quæ fertur impetu, trita via fluit: isti verò viā legis deseruerunt, & mādatorū meorum apud eos nulla est mentio. Chal. Para. Ecce sicut fieri non potest, vt deficiat nix, quæ descendit super agros Libani, sic non deficient pluuię descendētes, &

aquæ

aquæ fontis manantes, quia dereliquerũt cultũ meũ populus meus. aliquid videtur ſubintelligendum, veluti ſi dicas. Quì ergo fieri potuit, vt deficeret, & recederet à me populus meus. quia dereliquerunt. &c. Santes Pag. ex Heb. ſic transfert. Nunquid relinquet de petra agri niuem Libani? Num relinquentur aquæ venientes, vel peregrinæ, frigidæ defluentes, quia oblitus eſt mei populus meus: quod ita exponitur. An deſerere ſolet homo aquas manantes è rupe, quæ eſt in agro, aquas inquã, quę proueniunt è niue libani, quæ per montium rimas percolantur? an aliquis relinquere ſolet aquas viuas & fluentes, quæ canalibus deducuntur in vrbem? quaſi dicat. Non. nam is eſſet dementiſſimus, qui cùm fontem habeat optimum apud ſe, aliô ſe confert ad aquas fœdas & fœtidas quærendas in ſuos vſus. vt idem his verbis ſignificare velit, quod ſupra Cap. 2. Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ. &c. nam & in alijs ſermo huius capitis cum ſermone capitis illius conuenit, vt quod horrendum hìc dicit, & ibi, obſtupeſcite ſuper hoc, & interrogate gẽtes, & ibi, Tranſite ad Inſulas. &c. Noſtra interpretatio à veritate Hebraica non diſcordat: nam יעזב iahazob, relinquet, ſignificat; vnde poſſumus ex Hebręo ſic trãsferre. Nunquid deficiet de petra agri nix libani? quod noſtra habet litera. Poſſumus autem in alio ſenſu literam noſtram interpretari hac ratione. Nunquid deficiet aqua manus è rupe, quæ eſt in agro proueniens è libano? ſubaudi, vt homo inde aquas non accipiat. Quod ſequitur in noſtra litera. *aut euelli poſſunt aquæ erũpentes frigidæ & defluẽtes*? In Heb. pro euelli poſſunt, eſt ונחשו innatſu, hoc eſt euellent, quãuis aliquãdo verbũ

hoc

hoc deserere significet propter vicinitatē cum verbo נטש natas, quod deserere significat. nam Teth & Tau sunt eiusdem exitus, & significantiæ, aiunt Hæbræi. Pro *erumpentes* in Hebr. est זרים zarim, quod alienas, vel extraneas significat. est autē à verbo: זור zur, quod premere, & cōprimere, & alienari significat: vnde & compressas transferre possumus: inde erumpentes, quod veluti compressa terra vel rupe erumpāt. sicq; nostra litera cum Hebraica consonat: & hanc secundam partem possumus sicut primā interpretari hac ratione. Nunquid euelli possunt, idest, facere vt non erumpant aquæ erumpentes frigidę, & defluentes, ex eodem nempe libano: quasi dicat, cur ergo aquam aliunde petet homo, vbi tāta est aquarum copia in his locis? Idē est sensus huius orationis & superioris. Nunquid deficiet de petra agri nix libani? *Frustra libantes et impingentes in vijs suis, et in semitis seculi, vt ambularent per eas in itinere non trito.* Explicat in quo reliquerint Deū, libantes nempe dijs alienis: & id quidem frustra absq; vlla causa, & absq; vlla vtilitate, cùm inutilia prorsus essent idóla *impingentes*, ait, *in vijs suis*, hoc est, quas sibi inuenerunt, recta via relicta: vt non ambulare, sed impingere sit, & cadere: quas semitas seculi vocat, quia ab antiquo idóla colere cœperūt: & iter non tritum vocat, quia patres illi antiqui Abraham, Isaac, & Iacob nequaquam vias has cognouerunt, sed in vnius veri Dei cultu constanter permanserunt. Septuag. in vanum adoleuerunt, & infirmabuntur in vijs suis, semitis sempiternis, vt ascendant semitas non habentes viā ad iter. sub. sed in pręcipitium. Vocem, sempiternis, ita interpretatur Theodoretus, quasi dicat ijs

vti perseuerant. perpetuò per eas ambulare volunt. Santes Pag. ex Hebræo ita transfert nonnullis subintellectis. Frustra adolebunt, & impingere fecerũt eos (falsi Prophetæ) in vijs eorum (vt relinquant) semitas longi temporis, vt perambulent semitas viæ non calcatæ. hoc est, vt via regia & antiqua relicta, quam sequuti sunt maiores sui fideles & pij, irent per vias nouas & non tritas. Eodem etiam sensu prædictam sententiam interpretatur Chaldęus Paraphrastes. In nullum vsum accenderunt aromata, & errare eos fecerunt in vijs suis pessimis à semitis rectis, quæ à seculo sunt, vt ambularent in vijs non rectis, in sęmitis non stratis. Nostra litera cum Hebręa consonat nullo alio subintellecto: nam verbũ Heb. ויכשלום iacsilũ, impegerunt, & impingere fecerunt transferre possumus. nam licèt verba in cõiugatione Hiphil sint trãsitiua, quæ in kal. erant neutra, nonnunquam etiam in Hiphil manent neutra. *Vt fieret terra eorum in desolationem, et in sibilum sempiternum: omnis qui preterierit per eam, obstupescet et mouebit caput suum.* Ecce quem peperit fructum Dei obliuio, & idolorum cultus, vt terra eorum redacta sit in solitudinem, & in miraculum omnium, sibilumq; ita vt qui terram quondam, & vrbem florentissimam viderint in desertum & cineres esse collapsam, admirentur & stupeant, & animæ confusionẽ gestu corporis indicẽt. Vide 3. reg. 9. & in hoc eodem propheta. Cap. 19. *Sicut ventus vrens dispergam eos coram inimico: dorsum et non faciem ostendam eis in die perditionis eorum.* Hoc est, ad eum modum quo vẽtus dispergit nubes, dispergã eos coram inimicis suis, vt dispersi nequaquam possint hostibus resistere, & me sentiẽt aduersum,

uersum in die calamitatis suę. *sicut ventus vrens.* In Heb. קדים chadim, significat ventū, qui flat ab Oriēte. Quidā Typhonicum ventum, qui & Euro aquilo dicitur, esse credunt: sed Euro auster potius videtur, vt doctè colligit kymchi ex Psal. 78. vbi nos habemus. Trāstulit Austrum de cælo, & induxit in virtute sua Africū. In Hebr. primo loco est קדים chadim, secundo loco תימן teman, hoc est Auster. Est in terra Israël ventus hic rapidissimus, & ardētissimus: propterea noster interpres *uentus urens.* transtulit. Rab. Dauid sic exponit hunc locum. Sicut ventus orientalis, qui est vehemēs, & dispergit quisquilias & alia minuta, sic dispergā eos coram inimico: quia autem illum fugiēt huc & illuc, ostendere dorsum & non faciē, est non exaudire, non se ostēdere propitium, sed aduersum & iratum: auertimus enim faciem ab illis, quos contemnimus, quos audire nolumus, quibus irati sumus. D. Hier. Vsq; hodie sententia Dei permanet in Iudęos. In toto orbe dispersi sunt coram inimico diabolo, vel inimicis dæmonibus, & cùm diebus ac noctibus in Synagogis Satanæ innocent nomē Dei, dorsum & non faciē ostendit eis Deus, vt intelligant eū semper recedentē & nūquam ad se veniētem. Dies autē perditionis Iudaicæ omne tēpus est post passionē Saluatoris vsq; ad finē seculi: vt postquā subintrauerit plenitudo gentiū, tūc omnis Israël saluus fiat. *Et dixerunt, Venite et cogitemus cōtra Ieremiam cogitationes.* Hìc cōspirationē Iudęorū cōtra se narrat. cogitare cogitationē cōtra aliquem, est machinari in malum contra illum. *Non enim peribit lex à sacerdote, neq; consilium à sapiente, nec sermo à Propheta.* idest. Sacerdotes habemus, qui nunquam desinent

Rom. 11. c

legem

legem docere, & sapientes à quibus semper licebit cõsilium petere: neq; deerunt Prophetæ, qui sermones Dei loquantur, quasi dicat. Non erit magna iactura, si hic Ieremias perierit, & occidatur, quamuis Sacerdos, & sapiens, & Propheta sit. *Venite et percutiamus eũ lingua, et non attendamus ad vniuersos sermones eius.* Percutere lingua, est aliquem accusare, aut per calumniam alicuius nomen deferre. Chald. Paraph. Venite, & testificemur cõtra eum falsa testimonia. Hæc in spiritu de conspiratione Iudæorum contra Christum, cuius & typum gessit Ieremias, intelliguntur. Vnde in Psal.

Psal. 2. Quare fremuerũt gentes, & populi meditati sunt inania: astiterunt reges terræ & principes conuenerũt in vnum aduersus Dominum, & aduersus Christũ eius. De qua etiam conspiratione habes Sap. 2. & in Euangelio completum esse, quod per Prophetas prædictũ fuerat, licet intueri. *Attẽde Domine ad me, & audi vocem aduersariorum meorum.* Orat Ieremias, & diuinum auxilium adesse sibi postulat contra aduersarios. Id Chri-

Luc. 23. e. stus non fecit, sed pro crucifigentibus orauit: Sed &

Mat. 26. proximus passioni dicebat Petro. An putas, quia non possum rogare patrem meum, & exhibebit mihi modò plusquam duodecim legiones angelorũ? quomodo ergo implebuntur scripturæ, quia sic oportet fieri.

Ioã. 10. d. Et iterum. Nemo tollit à me animam meam, sed ego eam pono à me ipso: vt videas, quantùm veritas à typo distet, & quàm longo interuallo hic iustus noster iustos omnes superauerit. *Nunquid redditur pro bono malum, quia foderunt foueam animæ meæ?* Hoc est, nunquid reddi solet pro bono malum, quasi dicat. cũ ego multa illis contulerim beneficia, quì fieri potest, vt malũ

pro bo

pro bono mihi reddant, & vitæ meæ insidietur? Fode re foueam, est necem struere, vitę insidiari, metaphora à venatoribus sumpta, qui scrobibus feras capiunt. Sic Christus Iudęis volentibus eum lapidare dicebat. Multa bona opera ostendi vobis; propter quod illorum me lapidatis? *Recordare quòd steterim in conspectu tuo, vt loquerer pro eis bonũ, et auerterem indignationem tuam ab eis.* Explicat magis quod dixerat, connumerans bona & beneficia, quæ popularibus suis contulerat: cùm in stantissimè pro illis Deum orasset, vt illis peccata dimitteret, & propitius illis fieret. Dictio, et, ponit pro, idest. In Heb. non est, et, neq; in Septuagin. neque in Chald. Paraph. Sed, vt auerterem iram tuam ab eis. Hinc collige rem esse Deo acceptam pro proximis orare: id enim se fecisse commemorat Propheta tanquam rem Deo gratam in argumentum iustitiæ tuæ. *Propterea da filios eorum in famem.* Imprecatur mala hostibus suis: vel potiùs, spiritu prophetico prędicit. Affli ge eorum filios fame. *Et deduc eos in manus gladij.* Chald. Paraph. Trade eos in manus occidentium gladio. In Heb. effunde, vel effundere fac eos per manus gladij. idest gladio effundere fac sanguinem eorum. Eadem est sentẽtia, quam apertiùs reddidit noster interpres. *Adduces enim super eos latronem repentè.* Chald. Paraph. Cũ adduxeris contra eos exercitus repente. Heb. גדוד gedud, exercitum, turmam, globum militum, & latronem significat, propriè turmam ad prędam excurrẽtem ex militibus lenioris armaturæ collectam ad faciendum excursiones & depopulationes, vbi robur exercitus non est. Septuagin. latrones habent. *quia foderunt foueã, vt caperent me.* hoc est, vitę meę insidiati sunt.

Ioã. 10. *f.*

vide supra hoc eodem cap. id quod deinde màgis explicat, cùm ait. Tu scis omne consilium eorum aduersum me in mortem. *Ne propitieris iniquitati eorũ, et peccatum eorum à facie tua nõ deleatur*. idest, semper esto huius sceleris memor, vt tandem illud punias. *fiant corruẽtes in conspectu tuo*. Septuag. fiat infirmitas eorum coram te. idẽ est sensus. infirmitas enim corruere facit. Chal. Paraph. sint corruentes, & proiecti coram te. Hebr. מכשלים mucsalim, idest debilitati, deiecti, corruentes. vel corruentes gladio. *In tempore furoris tui abutere eis*. Septuag. in tempore furoris tui fac in eis. idest, exple in eis iram tuam. Chald. Paraph. in tempore vltionis furoris tui vindictam sume ex eis. Hebr. in tẽpore nasi vel furoris tui fac cum eis. sub. quod soles iratus facere. Sanè si propheta rationem tantùm habuisset peccati contra se commissi, nõ tot verbis vltionem expeteret, vir alioqui mitissimus, & qui humanitate & cõdolentia parem ex omnibus prophetis habuit neminem, vt de illo testatur Grego. Nazian. sed spiritu præuidit, quæ Iudæi facturi erant contra Christum, cuius se typum esse cognoscebat, & eodem spiritu prænunciauit mala obuentura Iudæis ob Christum Dei filiũ verum Messiã interfectum. Vnde per latronem, Romanum exercitum intellige. Sic peccatum eorũ nunquam delebitur: nam licèt Christus pro illis orauerit, (*Luc.23.e.*) cuius orationis virtute datum est illis tempus pœnitentiæ: tamen postquam tempus hoc præterijt, & illi in suo scelere perseuerant, in aliorum exemplum puniti sunt, & puniuntur.

ARGVMENTVM

Prædicit

Prædicit Ierosolymitanum excidium ob cõtemptum verbi Dei: cuius rei symbolum est dissipatio lagenæ fictilis, quæ semel fracta restaurari non potest.

¶ CAP. XIX.

HAEC dicit Dñs, Vade: & accipe lagunculã figuli testeã à senioribus populi, & à senioribus sacerdotum. 2 Et egredere ad vallẽ filij Ennom, quæ est iuxta introitũ portæ fictilis: & prædicabis ibi verba quæ ego loquar ad te. 3 Et dices, Audite verbum Domini reges Iuda, & habitatores Ierusalem: Hæc dicit Dominus exercituũ, Deus Israël, Ecce ego inducam afflictionem super locum istum: ita vt omnis qui audierit illam, tinniant aures eius: 4 Eo quòd dereliquerint me, & alienum fecerint locum istum: & libauerunt in eo dijs alienis, quos nescierunt ipsi & patres eorum, & reges Iuda: & repleuerunt locum istum sanguine innocentum. 5 Et ædificauerunt excelsa Baalim ad comburendos filios suos igni in holocaustum Baalim: quæ non præcepi, nec locutus sum, nec ascenderunt in cor meum. 6 Propterea ecce dies veniunt, dicit Dominus: & non vocabitur amplius locus iste, Topheth, & Vallis filij Ennom, sed Vallis occisionis. 7 Et dissipabo consilium Iuda & Ierusalem in loco isto: & subuertam eos gladio in conspectu inimicorum suorum, et in manu quærẽtium animas eorum: et dabo cadauera eorum escam volatilibus cœli, et bestijs terræ. 8 † Et ponam ciuitatem hanc in stuporẽ, et in sibilum: omnis qui præterierit per eam, obstupescet, et sibilabit super ʼ vniuersa plaga ʼ eius. 9 Et cibabo eos carnibus filiorũ suorũ, et carnibus filiarum suarũ: et vnusquisq; carnẽ amici sui comedet in obsidione et in angustia, in qua concludent eos inimici eorum, et qui quærunt animas eorum. 10 Et conteres lagunculam

† Sup. 18. 15. Infr. 49. 13. & 50. 13.

ʼ vniuersas plagas 4 MS. H. Pro textu faciũt Hier. & G.

in oculis virorum qui ibunt tecum: 11 & dices ad eos, Hæc dicit Dominus exercituum, Sic conteram populum istum & ciuitatem istam, sicut conteritur vas figuli quod non potest vltrà instaurari: & in Topheth sepelientur, eo quòd non sit alius locus ad sepeliendum. 12 Sic faciam loco huic, ait Dominus, & habitatoribus eius: & ponam ciuitatem istam sicut Topheth. 13 Et erunt domus Ierusalem & domus regum Iuda sicut locus Topheth, immundæ: omnes domus, in quarum domatibus sacrificauerunt omni militiæ cæli, & libauerunt libamina dijs alienis. 14 Venit autem Ieremias de Topheth, quò miserat eum Dominus ad prophetandum, & stetit in atrio domus Domini, & dixit ad omnē populum: 15 Hæc dicit Dominus exercituū Deus Israel, Ecce ego inducam super ciuitatem hanc, & super omnes vrbes eius vniuersa mala quæ locutus sum aduersum eam: quoniā indurauerūt ceruicē suā, vt non audirēt sermones meos.

EXPLANATIO.

H*ÆC dicit Dominus, Vade et accipe lagunculam figuli testeā à senioribus populi, et à senioribus sacerdotum.* D. Hiero. Vult populum non solùm auribus, sed oculis etiam doceri: magis enim mente retinetur, quod visu, quàm quod auditu tātùm ad animū peruenit. Adhuc vult Dominus in luto nr̄o versari, id enim plurimùm nobis est necessariū. Sep. Vade, & posside doliū fictile testeum. Chal. Para, vade, & eme tibi lagūculā testaceam figuli. Vox Heb. pro qua nos *accipe* habemus, acquirere, possidere, & emere significat. Pro *lagunculā*, in Heb. est בקבק bach buch. significat autē vas testaceū, vel vitreū, aut ligneū, cuius os est angustū: sic appellatū, q̄ bibēte aut propināte, aut fūdēte homine facit bac buc: vt cū etymo sit cōiūcta onomatopœia. Hīc *brocal*, līgua vulgari

à senio-

à senioribus populi. Chald. Paraph. & tolles tecum de senioribus populi. sic Santes Pag. subaudiri vult, duc tecũ. Hebr. מ mi, ꝙ pro מן min, præpositione ponitur, à, ab, de, ex, & cum significat. Cùm dicat *figuli*, videtur quòd ex domo figuli iussus sit Propheta lagunculam accipere, & non à senioribus: vnde enim eã seniores ad manum haberent? Nisi hoc modo intelligamus, vt acceperit à figulo, & senioribus tradiderit, à quib⁹ postea acceperit. aut cum senioribus ad domũ figuli venerit, & ipsi uas illud acceperint, à quibus deinde Ieremias accepit. Aut accipe à figulo, ementibus senioribus, vt sic accepisse ab illis dicatur qui precium dederant, vt & hoc significatione non careat: dissipatione enim lagenæ excidium illorum significauit, quod illi suis peccatis veluti precio compararũt, vnde fructus adinuentionum eorum dicitur. *Et egredere ad vallem filiorum Ennom quæ est iuxta introitum portæ fictilis: et prædicabis ibi verba, quæ ego loquor ad te.* De valle hac vide supra Cap. 7. Ibi filios suos sacrificabant Iudæi idólo Moloch: vt congruè eodem loco ventura calamitas prænuncietur. Septuag. Egredieris in polyandrion filiorũ Ennom. Grecè autem πολυάνδριον locũ significat, vbi multa sunt sepulchra. sic vallem illam vocarunt propter cadauera hominum, qui ibi idólis sacrificabantur. *iuxta introitum portæ fictilis*. Chald. Paraph. ante portam sterquilinij. Heb. Et exibis ad vallem filij Hinnon, quę ostio portæ fictilis vel solaris, sub. proxima est. Santes Pag. Et egredere ad vallem filij Hinnon per ostiũ portę fictilis. Heb. חרס cheres, cũ Samech Solẽ significat, ab ardore & exsiccatione: inde חרסית charsit, solaris vel oriẽtalis. Hebr. חרש cheres, ꝙ hic habetur cũ schin

cum puncto in sinistro cornu, testam, & fictile significat igne vel Sole coctum: nam cõuenit cum חרס cheres, & vicinę literæ sunt samech, & schin cum puncto in sinistro cornu. hoc loco possumus, oriẽtalis & fictilis, transferre. Lyra ait vocatam portam fictilem, eo quòd iuxta illam figuli habitabãt. Rab. Sal. quòd prope portam illam proijcerentur fragmẽta vasorũ fictilium. *Et prædicabis.* Septuag. leges. Chald. Paraph. prophetabis. Verbũ Heb. קראת charath, leges, vel clamabis, aut clarè pronunciabis significat. *tinniant aures eius.* hoc est, contremiscant, vel moueantur pauore. magnitudinem afflictionis significat, quã aures sustinere non possint, & horrendum sit & tremendum audire. sic 1. Reg. 3. Tinniunt aures, cùm inclusi subtiles & leues vapores interdum per membranam, quę in auribus est, emergũt, & sonum illũ fictitium edunt: quod fieri solet, cùm vehemẽtem aliquem sonum auribus haurimus. *alienum fecerunt locum istum.* Chald. Paraph. coinquinauerunt. Heb. ינכרו ienachru, alienauerunt, vel alienum fecerunt. Explicat autem, quid sibi velit, cùm subdit. *et libauerunt in eo dijs alienis.* Cùm locus Deo esset dicatus, alienum fecerunt: vt non Dei locus, sed idolorum esset. *quos nescierunt ipsi, & patres eorum, & reges Iuda.* idest, quorum vires & opem nunquam senserunt. vel de nouis idolis intellige: semper enim nouos quęrebant Deos, vt nulla esset in superstitione constãtia. *Repleuerunt locum istum sanguine innocentum.* Prophetarũ, & aliorũ. Vid. 4. reg. *nec ascenderunt in cor meũ.* hoc est, nec cogitaui quidẽ rem huiuscemodi pręcipere. Chal. Para. nec est volũtas coram me. *Vallis occisionis.* vid. supra cap. 7. hoc est, stragis: nam interficientur à

Chaldęis

Chaldæis plurimi Iudęi in hac valle, vnde nomen suũ mutatura est. *Et dissipabo consilium Iuda.* hoc est irritum faciam. Cõsilium intelligit, vel quo rebellare regi Nabuchodonosori contra consilium Ieremiæ decreuerunt, vel quo idóla colere statuerunt, quasi opem accepturi ab illis, vel à gentibus quorum erant. *et in sibilum.* sonus exilis est, qui fit ore compressis dentibus, & parum deductis labris. significat autem obstuporẽ, aut irrisionem. *Et cibabo eos carnibus filiorum.* Lõgam obsidionem significat, in qua propter aliorum ciborum penuriam, cogendi erant carnes filiorum comedere. *Et conteres laguncùlam in oculis eorum.* Ecce quam ob causam iussus sit lagunculam accipere, vt illius confractione Ierosolymitanum excidium significaret. *quod non potest vltra instaurari.* Hæc, inquit D. Hiero. non Babylonicæ, sed Romanæ conueniunt captiuitati: nam post Babylonicam captiuitatem vrbs instaurata est, & populus reductus est in Iudæam. Obserua. Vas luteum antequam igne sit coctum, si dissipatum fuerit, reparatur facilè, vt ex superiori Cap. constat: sed iam coctum, non reparatur: vt per dissipationem vasis nondum cocti, sententiam Dei secundùm præsentem rerum statum datam intelligamus, quæ mutari potest: per dissipationẽ verò vasis iam cocti, sententiam secũdùm æternam Dei prædestinationẽ, quæ mutari non potest. Sic etiam quamdiu hic viuimus, vasa sumus nondum igne cocta, vt casus nostri reparari possint pœnitẽtia. Quòd si semel ignem illũ æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius, attigerimus: nullus iam locus reparationi & pœnitentię manet. Operemur ergo bonũ, dũ tempus habemus.

Mat. 25. d.

Gal. 6. c.

aquæ fontis manantes, quia dereliquerũt cultũ meũ populus meus. aliquid videtur ſubintelligendum, veluti ſi dicas. Quì ergo fieri potuit, vt deficeret, & recederet à me populus meus. quia dereliquerunt. &c. Santes Pag. ex Heb. ſic transfert. Nunquid relinquet de petra agri niuem Libani? Num relinquentur aquæ venientes, vel peregrinæ, frigidæ defluentes, quia oblitus eſt mei populus meus: quod ita exponitur. An deſerere ſolet homo aquas manantes è rupe, quæ eſt in agro, aquas inquã, quę proueniunt è niue libani, quæ per montium rimas percolantur? an aliquis relinquere ſolet aquas viuas & fluentes, quæ canalibus deducuntur in vrbem? quaſi dicat. Non. nam is eſſet demẽtiſſimus, qui cùm fontem habeat optimum apud ſe, aliô ſe confert ad aquas fœdas & fœtidas quærendas in ſuos vſus. vt idem his verbis ſignificare velit, quod ſupra Cap. 2. Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ. &c. nam & in alijs ſermo huius capitis cum ſermone capitis illius conuenit, vt quod horrendum hìc dicit, & ibi, obſtupeſcite ſuper hoc, & interrogate gẽtes, & ibi, Tranſite ad Inſulas. &c. Noſtra interpretatio à veritate Hebraica non diſcordat: nam יעזב iahazob, relinquet, ſignificat; vnde poſſumus ex Hebręo ſic trãſferre. Nunquid deficiet de petra agri nix libani? quod noſtra habet litera. Poſſumus autem in alio ſenſu literam noſtram interpretari hac ratione, Nunquid deficiet aqua manus è rupe, quæ eſt in agro proueniens è libano? ſubaudi, vt homo inde aquas non accipiat. Quod ſequitur in noſtra litera. *aut euelli poſſunt aquæ erũpentes frigidæ & defluẽtes?* In Heb. pro euelli poſſunt, eſt ינתשו innatſu, hoc eſt euellent, quãuis aliquãdo verbũ

hoc

hoc deserere significet propter vicinitatẽ cum verbo נטש natas, quod deserere significat. nam Teth & Tau sunt eiusdem exitus, & significantiæ, aiunt Hæbræi. Pro *erumpentes* in Hebr. est זרים zarim, quod alienas, vel extraneas significat. est autẽ à verbo: זור zur, quod premere, & cõprimere, & alienari significat: vnde & compressas transferre possumus: inde erumpentes, quod veluti compressa terra vel rupe erumpãt. sicq; nostra litera cum Hebraica consonat: & hanc secundam partem possumus sicut primã interpretari hac ratione. Nunquid euelli possunt, idest, facere vt non erumpant aquæ erumpentes frigidę, & defluentes, ex eodem nempe libano: quasi dicat, cur ergo aquam aliunde petet homo, vbi tãta est aquarum copia in his locis? Idẽ est sensus huius orationis & superioris. Nunquid deficiet de petra agri nix libani? *Frustra libantes et impingentes in vijs suis, et in semitis seculi, vt ambularent per eas in itinere non trito*. Explicat in quo reliquerint Deũ, libantes nempe dijs alienis: & id quidem frustra absq; vlla causa, & absq; vlla vtilitate, cùm inutilia prorsus essent idóla *impingentes*, ait, *in vijs suis*, hoc est, quas sibi inuenerunt, recta via relicta: vt non ambulare, sed impingere sit, & cadere: quas semitas seculi vocat, quia ab antiquo idóla colere cœperũt: & iter non tritum vocat, quia patres illi antiqui Abraham, Isaac, & Iacob nequaquam vias has cognouerunt, sed in vnius veri Dei cultu constanter permanserunt. Septuag. in vanum adoleuerunt, & infirmabuntur in vijs suis, semitis sempiternis, vt ascendant semitas non habentes viã ad iter. sub. sed in pręcipitium. Vocem, sempiternis, ita interpretatur Theodoretus, quasi dicat ijs

vti

vti perseuerant. perpetuò per eas ambulare volunt. Santes Pag. ex Hebræo ita transfert nonnullis subintellectis. Frustra adolebunt, & impingere fecerūt eos (falsi Prophetæ) in vijs eorum (vt relinquant) semitas longi temporis, vt perambulent semitas viæ non calcatæ. hoc est, vt via regia & antiqua relicta, quam sequuti sunt maiores sui fideles & pij, irent per vias nouas & non tritas. Eodem etiam sensu prædictam sententiam interpretatur Chaldęus Paraphrastes. In nullum vsum accenderunt aromata, & errare eos fecerunt in vijs suis pessimis à semitis rectis, quæ à seculo sunt, vt ambularent in vijs non rectis, in sęmitis non stratis. Nostra litera cum Hebręa consonat nullo alio subintellecto: nam verbū Heb. ויכשלום iacsilū, impegerunt, & impingere fecerunt transferre possumus. nam licèt verba in cōiugatione Hiphil sint trāsitiua, quæ in kal. erant neutra, nonnunquam etiam in Hiphil manent neutra. *Vt fieret terra eorum in desolationem, et in sibilum sempiternum: omnis qui præterierit per eam, obstupescet et mouebit caput suum.* Ecce quem peperit fructum Dei obliuio, & idolorum cultus, vt terra eorum redacta sit in solitudinem, & in miraculum omnium, sibilumq; :ita vt qui terram quondam, & vrbem florentissimam viderint in desertum & cineres esse collapsam, admirentur & stupeant, & animæ confusionē gestu corporis indicēt. Vide 3. reg. 9. & in hoc eodem propheta. Cap. 19. *Sicut ventus vrens dispergam eos coram inimico: dorsum et non faciem ostendam eis in die perditionis eorum.* Hoc est, ad eum modum quo vētus dispergit nubes, dispergā eos coram inimicis suis, vt dispersi nequaquam possint hostibus resistere, & me sentiēt aduersum,

uersum in die calamitatis suę. *sicut ventus vrens.* In Heb. קדים chadim, significat ventũ, qui flat ab Oriẽte. Quidã Typhonicum ventum, qui & Euro aquilo dicitur, esse credunt: sed Euro auster potius videtur, vt doctè colligit Kymchi ex Psal. 78. vbi nos habemus. Trãstulit Austrum de cælo, & induxit in virtute sua Africũ. In Hebr. primo loco est קדים chadim, secundo loco תימן teman, hoc est Auster. Est in terra Israël ventus hic rapidissimus, & ardẽtissimus: propterea noster interpres *uentus urens.* transtulit. Rab. Dauid sic exponit hunc locum. Sicut ventus orientalis, qui est vehemẽs, & dispergit quisquilias & alia minuta, sic dispergã eos coram inimico: quia autem illum fugiẽt huc & illuc, ostendere dorsum & non faciẽ, est non exaudire, non se ostẽdere propitium, sed aduersum & iratum: auertimus enim faciem ab illis, quos contemnimus, quos audire nolumus, quibus irati sumus. D. Hier. Vsq; hodie sententia Dei permanet in Iudęos. In toto orbe dispersi sunt coram inimico diabolo, vel inimicis dæmonibus, & cùm diebus ac noctibus in Synagogis Satanæ inuocent nomẽ Dei, dorsum & non faciẽ ostendit eis Deus, vt intelligant eũ semper recedentẽ & nũquam ad se veniẽtem. Dies autẽ perditionis Iudaicæ omne tẽpus est post passionẽ Saluatoris vsq; ad finẽ seculi: vt postquã subintrauerit plenitudo gentiũ, tũc omnis Israël saluus fiat. *Et dixerunt, Venite et cogitemus cõtra Ieremiam cogitationes.* Hìc cõspirationẽ Iudęorũ cõtra se narrat: cogitare cogitationẽ cõtra aliquem, est machinari in malum contra illum. *Non enim peribit lex à sacerdote, neq; consilium à sapiente, nec sermo à Propheta.* idest. Sacerdotes habemus, qui nunquam desinent

Rom. 11. c

pro bono mihi reddant, & vitæ meæ insidiētur? Fodere foueam, est necem struere, vitę insidiari, metaphora à venatoribus sumpta, qui scrobibus feras capiunt. Sic Christus Iudęis volentibus eum lapidare dicebat. Multa bona opera ostendi vobis, propter quod illorum me lapidatis? *Recordare quòd steterim in conspectu tuo, vt loquerer pro eis bonū, et auerterem indignationem tuam ab eis.* Explicat magis quod dixerat, connumerans bona & beneficia, quæ popularibus suis contulerat: cum instantissimè pro illis Deum orasset, vt illis peccata dimitteret, & propitius illis fieret. Dictio, et, ponitˉ pro, idest. In Heb. non est, et, neq; in Septuagin. neque in Chald. Paraph. Sed, vt auerterem iram tuam ab eis. Hinc collige rem esse Deo acceptam pro proximis orare: id enim se fecisse commemorat Propheta tanquam rem Deo gratam in argumentum iustitiæ tuæ. *Propterea da filios eorum in famem.* Imprecatur mala hostibus suis: vel potiùs, spiritu prophetico prędicit. Afflige eorum filios fame. *Et deduc eos in manus gladij.* Chald. Paraph. Trade eos in manus occidentium gladio. In Heb. effunde, vel effundere fac eos per manus gladij. idest gladio effundere fac sanguinem eorum. Eadem est sentētia, quam apertiùs reddidit noster interpres. *Adduces enim super eos latronem repentè.* Chald. Paraph. Cū adduxeris contra eos exercitus repente. Heb. גדוד gedud, exercitum, turmam, globum militum, & latronem significat, propriè turmam ad prędam excurrētem ex militibus leuioris armaturæ collectam ad faciendum excursiones & depopulationes, vbi robur exercitus non est. Septuagin. latrones habent. *quia foderunt foueā, vt caperent me.* hoc est, vitę meę insidiati sunt.

Ioā. 10. f.

vide supra hoc eodem cap. id quod deinde magis explicat, cùm ait. Tu scis omne consilium eorum aduersum me in mortem. *Ne propitieris iniquitati eorũ, et peccatum eorum à facie tua nõ deleatur.* idest, semper esto huius sceleris memor, vt tandem illud punias. *fiant corruẽtes in conspectu tuo.* Septuag. fiat infirmitas eorum coram te. idẽ est sensus. infirmitas enim corruere facit. Chal. Paraph. sint corruentes, & proiecti coram te. Hebr. מכשלים mucsalim, idest debilitati, deiecti, corruentes. vel corruentes gladio. *In tempore furoris tui abutere eis.* Septuag. in tempore furoris tui fac in eis. idest, exple in eis iram tuam. Chald. Paraph. in tempore vltionis furoris tui vindictam sume ex eis. Hebr. in tẽpore nasi vel furoris tui fac cum eis. sub. quod soles iratus facere. Sanè si propheta rationem tantùm habuisset peccati contra se commissi, nõ tot verbis vltionem expeteret, vir alioqui mitissimus, & qui humanitate & cõdolentia parem ex omnibus prophetis habuit neminem, vt de illo testatur Grego. Nazian. sed spiritu præuidit, quæ Iudæi facturi erant contra Christum, cuius se typum esse cognoscebat, & eodem spiritu prænunciauit mala obuentura Iudæis ob Christum Dei filiũ verum Messiã interfectum. Vnde per latronem, Romanum exercitum intellige. Sic peccatum eorũ nunquam delebitur: nam licèt Christus pro illis orauerit, cuius orationis virtute datum est illis tempus pœnitentiæ: tamen postquam tempus hoc præterijt, & illi in suo scelere perseuerant, in aliorum exemplum puniti sunt, & puniuntur.

Luc. 23. e.

ARGVMENTVM

Prædicit

Prædicit Ierosolymitanum excidium ob cõtemptum verbi Dei: cuius rei symbolum est dissipatio lagenæ fictilis, quæ semel fracta restaurari non potest.

¶ CAP. XIX.

HAEC dicit Dñs, Vade: & accipe lagunculã figuli testeã à senioribus populi, & à senioribus sacerdotum. 2 Et egredere ad vallẽ filij Ennom, quæ est iuxta introitũ portæ fictilis: & prædicabis ibi verba quæ ego loquar ad te. 3 Et dices, Audite verbum Domini reges Iuda, & habitatores Ierusalem: Hæc dicit Dominus exercituũ, Deus Israël, Ecce ego inducam afflictionem super locum istum: ita vt omnis qui audierit illam, tinniant aures eius: 4 Eo quòd dereliquerint me, & alienum fecerint locum istum: & libauerunt in eo dijs alienis, quos nescierunt ipsi & patres eorum, & reges Iuda: & repleuerunt locum istum sanguine innocentum. 5 Et ædificauerunt excelsa Baalim ad comburendos filios suos igni in holocaustum Baalim: quæ non præcepi, nec locutus sum, nec ascenderunt in cor meum. 6 Propterea ecce dies veniunt, dicit Dominus: & non vocabitur amplius locus iste, Topheth, & Vallis filij Ennom, sed Vallis occisionis. 7 Et dissipabo consilium Iuda & Ierusalem in loco isto: & subuertam eos gladio in conspectu inimicorum suorum, et in manu quærẽtium animas eorum: et dabo cadavera eorum escam volatilibus cœli, et bestijs terræ. 8 †Et ponam ciuitatem hanc in stuporẽ, et in sibilum: omnis qui præterierit per eam, obstupescet, et sibilabit super' vniuersa plaga' eius. 9 Et cibabo eos carnibus filiorũ suorũ, et carnibus filiarum suarũ: et vnusquisq; carnẽ amici sui comedet in obsidione et in angustia, in qua concludent eos inimici eorum, et qui quærunt animas eorum. 10 Et conteres lagunculam

† Sup. 18. 15. Infr. 49. 13. & 50. 13.

' vniuersas plagas 4 M S. H.

Pro textu faciũt Hier. & G.

in oculis virorum qui ibunt tecum: 11 & dices ad eos, Hæc dicit Dominus exercituum, Sic conteram populum istum & ciuitatem istam, sicut conteritur vas figuli quod non potest vltrà instaurari: & in Topheth sepelientur, eo quòd non sit alius locus ad sepeliendum. 12 Sic faciam loco huic, ait Dominus, & habitatoribus eius: & ponam ciuitatem istam sicut Topheth. 13 Et erunt domus Ierusalem & domus regum Iuda sicut locus Topheth, immundæ: omnes domus, in quarum domatibus sacrificauerunt omni militiæ cæli, & libauerunt libamina dijs alienis. 14 Venit autem Ieremias de Topheth, quò miserat eum Dominus ad prophetandum, & stetit in atrio domus Domini, & dixit ad omnẽ populum: 15 Hæc dicit Dominus exercituũ Deus Israel, Ecce ego inducam super ciuitatem hanc, & super omnes vrbes eius vniuersa mala quæ locutus sum aduersum eam: quoniã indurauerũt ceruicẽ suã, vt non audirẽt sermones meos.

EXPLANATIO.

HÆC *dicit Dominus, Vade et accipe lagunculam figuli testeã à senioribus populi, et à senioribus sacerdotum.* D. Hiero. Vult populum non solùm auribus, sed oculis etiam doceri: magis enim mente retinetur, quod visu, quàm quod auditu tãtùm ad animũ peruenit. Adhuc vult Dominus in luto nr̃o versari, id enim plurimùm nobis est necessariũ. Sep. Vade, & posside doliũ fictile testeum. Chal. Para, vade, & eme tibi lagũculã testaceam figuli. Vox Heb. pro qua nos *accipe* habemus, acquirere, possidere, & emere significat. Pro *lagunculã*, in Heb. est בקבק bach buch. significat autẽ vas testaceũ, vel vitreũ, aut ligneũ, cuius os est angustũ: sic appellatũ, ꝙ bibẽte aut propinãte, aut fũdẽte homine facit bac buc: vt cũ etymo sit cõiũcta onomatopœia. Hĩc *brocal*, lĩgua vulgari

à senio-

à senioribus populi. Chald. Paraph. & tolles tecum de senioribus populi: sic Santes Pag. subaudiri vult, duc tecũ. Hebr. מ mi, ꝙ pro מן min, præpositione ponitur, à, ab, de, ex, & cum significat. Cùm dicat *figuli*, videtur quòd ex domo figuli iussus sit Propheta lagunculam accipere, & non à senioribus: vnde enim eã seniores ad manum haberent? Nisi hoc modo intelligamus, vt acceperit à figulo, & senioribus tradiderit, à quib⁹ postea acceperit. aut cum senioribus ad domũ figuli venerit, & ipsi uas illud acceperint, à quibus deinde Ieremias accepit. Aut accipe à figulo, ementibus senioribus, vt sic accepisse ab illis dicatur qui precium dederant, vt & hoc significatione non careat: dissipatione enim lagenæ excidium illorum significauit, quod illi suis peccatis veluti precio compararũt, vnde fructus adinuentionum eorum dicitur. *Et egredere ad vallem filiorum Ennom quæ est iuxta introitum portæ fictilis: et prædicabis ibi verba, quæ ego loquor ad te.* De valle hac vide supra Cap. 7. Ibi filios suos sacrificabant Iudæi idólo Moloch: vt congruè eodem loco ventura calamitas prænuncietur. Septuag. Egredieris in polyandrion filiorũ Ennom. Grecè autem πολυάνδριον locũ significat, vbi multa sunt sepulchra. sic vallem illam vocarunt propter cadauera hominum, qui ibi idólis sacrificabantur. *iuxta introitum portæ fictilis.* Chald. Paraph. ante portam sterquilinij. Heb. Et exibis ad vallem filij Hinnon, quę ostio portæ fictilis vel solaris, sub. proxima est. Santes Pag. Et egredere ad vallem filij Hinnon per ostiũ portę fictilis. Heb. חרס cheres, cũ Samech Solẽ significat, ab ardore & exsiccatione: inde חרסית charsit, solaris vel oriẽtalis. Hebr. חרש cheres, ꝙ hic habetur cũ schin

 cum

cum puncto in sinistro cornu, testam, & fictile significat igne vel Sole coctum: nam cõuenit cum חרס cheres, & vicinę literæ sunt samech, & schin cum puncto in sinistro cornu. hoc loco possumus, oriẽtalis & fictilis, transferre. Lyra ait vocatam portam fictilem, eo quòd iuxta illam figuli habitabãt. Rab. Sal. quòd prope portam illam proijcerentur fragmẽta vasorũ fictilium. *Et prædicabis.* Septuag. leges. Chald. Paraph. prophetabis. Verbũ Heb. קראת charath, leges, vel clamabis, aut clarè pronunciabis significat. *tinniant aures eius.* hoc est, contremiscant, vel moueantur pauore. magnitudinem afflictionis significat, quã aures sustinere non possint, & horrendum sit & tremendum audire. sic 1. Reg. 3. Tinniunt aures, cùm inclusi subtiles & leues vapores interdum per membranam, quę in auribus est, emergũt, & sonum illũ fictitium edunt: quod fieri solet, cùm vehemẽtem aliquem sonum auribus haurimus. *alienum fecerunt locum istum.* Chald. Paraph. coinquinauerunt. Heb. וינכרו ienachru, alienauerunt, vel alienum fecerunt. Explicat autem, quid sibi velit, cùm subdit. *et libauerunt in eo dijs alienis.* Cùm locus Deo esset dicatus, alienum fecerunt: vt non Dei locus, sed idolorum esset. *quos nescierunt ipsi, & patres eorum, & reges Iuda.* idest, quorum vires & opem nunquam senserunt. vel de nouis idólis intellige: semper enim nouos quęrebant Deos, vt nulla esset in superstitione constãtia. *Repleuerunt locum istum sanguine innocentum.* Prophetarũ, & aliorũ. Vid. 4. reg. *nec ascenderunt in cor meũ*, hoc est, nec cogitaui quidẽ rem huiuscemodi pręcipere. Chal. Para. nec est volũtas coram me. *Vallis occisionis.* vid. supra. cap. 7. hoc est, stragis: nam interficientur à

Chaldęis

Chaldæis plurimi Iudęi in hac valle, vnde nomen suũ mutatura est. *Et dissipabo consilium Iuda.* hoc est irritum faciam. Cõsilium intelligit, vel quo rebellare regi Nabuchodonosori contra consilium Ieremiæ decreuerant, vel quo idóla colere statuerunt, quasi opem accepturi ab illis, vel à gentibus quorum erant. *et in sibilum.* sonus exilis est, qui fit ore compressis dentibus, & parum deductis labris. significat autem obstuporẽ, aut irrisionem. *Et cibabo eos carnibus filiorum.* Lõgam obsidionem significat, in qua propter aliorum ciborum penuriam, cogendi erant carnes filiorum comedere. *Et conteres laguunculam in oculis eorum.* Ecce quam ob causam iussus sit laguunculam accipere, vt illius confractione Ierosolymitanum excidium significaret. *quod non potest vltra instaurari.* Hæc, inquit D. Hiero. non Babylonicæ, sed Romanæ conueniunt captiuitati: nam post Babylonicam captiuitatem vrbs instaurata est, & populus reductus est in Iudæam. Obserua. Vas luteum antequam igne sit coctum, si dissipatum fuerit, reparatur facilè, vt ex superiori Cap. constat: sed iam coctum, non reparatur: vt per dissipationem vasis nondum cocti, sententiam Dei secundùm præsentem rerum statum datam intelligamus, quæ mutari potest: per dissipationẽ verò vasis iam cocti, sententiam secũdùm æternam Dei prædestinationẽ, quæ mutari non potest. Sic etiam quamdiu hic viuimus, vasa sumus nondum igne cocta, vt casus nostri reparari possint pœnitẽtia. Quòd si semel ignem illũ æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius, attigerimus: nullus iam locus reparationi & pœnitentię manet. Operemur ergo bonũ, dũ tempus habemus.

Mat. 25. d.

Gal. 6. c.

Et erūt domus Ierusalem, et domus regum Iuda sicut locus Topheth immundæ. hoc est, Iacebunt in eis mortui, sicut in Topheth, & ita propter cadauera immūdæ erūt: polluitur enim terra vel domus, dū insepultum iacet cadauer. *omnes domus in quarum domatibus sacrificauerūt omni militiæ cæli.* Astra intellige. In Hebr. propter omnes domos, quarum adoleuerunt super tectis earum omni militiæ cælorū, Sic ordina. propter omnes domos super quarum tectis adoleuerūt: super tectis inquam earum omni militiæ: cęlorūgemino enim quandoq; relatiuo vtuntur Hebræi. vel dictio אשר aser, quæ pronomen est relatiuum potest in ablatiuo esse, vt subintellecta præpositione in, quæ aliquando deficit, transferamus, in quibus adoleuerunt super tectis earū. &c. quamquam etiam אשר aser, solet aliquando poni vice, propterea quòd, vel eo quòd. et sic etiā interpretari possumus, vt duæ illæ dictiones coniungantur cū superioribus hoc modo. immūdæ omnes domus, eo quòd adoleuerunt super tectis earū. nā ל quod pręponitur dictioni כל chol, i. omnes, quod propter significat, solet aliquando redūdare. Quocunq; modo trāsferamus, idem est sensus nostræ literę, quod solum curauit noster interpres, vt sensum nempe redderet. *indurauerunt ceruicem suam.* hoc est, indomitam & rebellem reddiderunt. Metaphora à bobus recusantibus iugum, qui nolunt ceruicem deprimere, & iugo supponere. Sic erecta ceruix, animum indomitum, & contumacem significat. constat ceruix ex vertebratis ossibus in orbē, vt faciliùs huc atq; illuc obuertatur: propterea eos qui flecti nequeunt, cōtumaces, indomabiles, scriptura dura ceruice appellat.

Argumen

ARGVMENTVM.

Ieremias ob verbum Dei percutitur, & in carcerē conijcitur, Prædicit exilium Babylonicum. Conqueritur se esse in derisum propter verbum Dei. Non potest verbum Dei continere, quin prædicet. Fiduciam suam in Deo collocat. Gratias agit ob liberationem suam, postquam rursum à tentatione impetitur.

¶ CAP. XX.

Et audiuit Phassur filius Emmer sacerdos, qui constitutus erat princeps in domo Domini, Ieremiam prophetantem sermones istos. 2 Et percussit Phassur Ieremiam prophetam, & misit eum in neruū, quod erat in porta Ben-iamin superiori, in domo Domini. 3. Cumque illuxisset in crastinum, eduxit Phassur Ieremiam de neruo, & dixit ad eum Ieremias, Non Phassur vocauit Dominus nomen tuum, sed pauorem vndiq;. 4. Quia hæc dicit Dominus, Ecce, ego dabo te in pauorem, te & omnes amicos tuos: & corruent gladio inimicorum suorum, & oculi tui videbunt, & omnem Iudam dabo in manu regis Babylonis: & traducet eos in Babylonem & percutiet eos gladio. 5 Et dabo vniuersam substantiam ciuitatis huius, & omnem laborem eius, omneq; pretium, & cunctos thesauros regum Iuda dabo in manu inimicorum eorum: et diripient eos, et tollent, et ducent in Babylonem. 6 Tu autem Phassur, et omnes habitatores dom⁹ tuæ ibitis in captiuitatem, et in Babylonem venies, et ibi morieris: ibiq; sepelieris tu, et omnes amici tui quibus prophetasti mendacium. 7 Seduxisti me Domine, et seductus sum: fortior me fuisti, et inualuisti: factus sum in derisum tota die, omnes subsannant me,

8 Quia

8 *Quia iam olim loquor, vociferans iniquitatem, & vastitatem clamito: & factus est mihi sermo Domini in opprobrium, et in derisum tota die. 9 Et dixi, Non recordabor eius, neq; loquar vltra in nomine illius: & factus est in corde meo quasi ignis exæstuans, claususq; in ossibus meis: & defeci, ferre non sustinens. 10 Audiui enim contumelias multorum, & terrorem in circuitu, Persequimini, & persequamur eum: ab omnibus viris qui erant pacifici mei, & custodientes latus meum: si quo modo decipiatur, & prævaleamus aduersus eum, & consequamur vltionem ex eo. 11 Dominus autem mecum est quasi bellator fortis: idcirco qui persequuntur me cadent, et infirmi erunt: confundentur vehementer, † quia nō intellexerunt opprobrium sempiternum quod nunquam delebitur. 12 Et tu Domine exercituum † probator iusti, qui vides renes & cor: videam quæso vltionem tuam ex eis: tibi enim reuelaui causam meam. 13 Cantate Domino, laudate Dominum: quia liberauit animam pauperis de manu malorum. 14 † Maledicta dies in qua natus sum: dies in qua peperit me mater mea, non sit benedicta. 15 Maledictus vir qui annuntiauit patri meo, dicens, Natus est tibi puer masculus: & quasi gaudio lætificauit eum. 16 Sit homo ille vt sunt ciuitates quas subuertit Dominus, & non pœnituit eum: audiat clamorem manè, et vlulatum in tempore meridiano. 17 ' qui nō me interfecit à vulua, vt fieret mihi mater mea sepulchrum, et vulua eius conceptus æternus. 18 Quare de vulua egressus sum, vt viderē laborē & dolorem, et consumerentur in confusione dies mei?*

† Inf. 23, 40.
† Sup. 11. 20. 17. 10.
† Iob. 3. 2.
' quia. 3. M S. R G. Q n.

EXPLANATIO.

ET audiuit Phassur filius Emmer sacerdos, qui constitutus erat princeps in domo Domini, Ieremiam prophetantem sermones istos. Et percussit Phassur Ieremiam prophetam. D. Hiero. Nihil mirum si serui Dei cędātur à Phassur, mittāturq; in carcerē, & horribi

& horribili custodia reseruētur: datur enim hæc potestas à Deo, vt prophetarū ostendatur fides. Nec tamē maior est ille qui cędit, sed fortior est qui cæditur. Et patiēter Propheta suscipit iudiciū Dei: nec reclamat ad verbera, sed considerat imperantem. Sic Christus Pilato. Non haberes potestatē in me vllā, nisi tibi datū esset desuper. Quòd si data est potestas in caput, nihil mirū si concedatur in membra. de quibus Apostolus. Ludibria & verbera experti, insuper & vincula & carceres: & hi omnes testimonio fidei probati. Et iterū. Puto enim quòd Deus nos Apostolos nouissimos ostendit, tanquā morti destinatos. &c. Tanquam purgamenta huius mundi facti sumus, omniū peripsema vsque adhuc. Sed Ieremias percussus est à Pontifice, Christus à ministris, & à vilissimis hominibus illusus, flagellatus, & cruci affixus.

Ioā. 19. b.

Heb. 11.

1. Corin. 4

Et misit eū in neruum, quod erat in porta Ben-iamin superiori in domo Domini. Sep. καταῤῥάκτην, idest fossam profundā in quam vincti demitti solēt. Theodo. locū dicit subterraneū, cuiusmodi multa habebat tēplū à Salomone ædificatum. Chal. Para. in carcerem. Hebr. מַהְפֶּכֶת mahphecheth, neruum, vel compedes, vel carcerē interpretātur nonnulli, alij cippū. Rab. Ioseph Kimchi ait fuisse instrumentū è duobus cōpactū lignis, inter quę erat locus vbi vincti ceruicē cogebātur immittere. Sed & solet in huiusmodi locus esse pedib⁹, & etiā manibus. Vera nominis ratio ignoratur. nomen est à verbo הפך hapac, quod vertere, & subuertere significat. Vnde nōnulli subuersionem interpretātur, idest, vbi detinebantur subuertendi, hoc est plectendi. alij cryptam. Erat autem locus iste, in quem coniectus

est Ieremias,in appendicibus templi. Chaldica Paraph. qui erat in porta superiori tribus Beniamin in domo sanctuarij domini. Templum erat in confinio sortis Beniamin, & Iuda, & versus sortem Beniamin plures erãt portæ.superior vocatur, quòd esset locus accliuis, & illa in altiori loco esset. *Non Phassur vocauit nomen tuum,sed pauorem vndiq;.* D.Hiero.vt tremens,& propriç salutis incertus, huc illucq; circumspicias, & venientes contra te aduersarios formides.Septuagin. sed migrantem.Chald.Paraph. Sed congregabuntur contra te,qui occident gladio per circuitum.Heb.pauorem vndiq;,vt nostra litera habet.מגור magor,pauorẽ significat,à verbo גור gor, quod peregrinari significat:vnde nonnulli pauorẽ dici sentiunt,quòd mẽtem loco moueat:vel potiùs quia qui timet, fugit, & aliò migrat.Vide constantiam Prophetæ.Eductus de carcere liberè prædicat, etiam aduersus pontificem, qui illum in carcerẽ coniecerat. Hoc est quod illi dixerat Dominus.Et bellabunt aduersum te,& nõ præualebunt.*Omnẽ laborem eius.*idest facultates labore partas.aperta est litera. *Seduxisti me Domine,et seductus sum.* D.Hiero.ea ratione interpretatur Prophetam dixisse seductum se fuisse, quòd existimasset gentibus,& non Iudæis prędicaturum,propter verba Dei,*Prophetam in gentibus dedi te.* Vel quòd existimasset prophetiam suã citò complendam:nunc autem videat differri, & ob eam causam se irrideri,quasi mendacium prophetasset.Vel quòd nihil se aduersi passurum crederet propter promissiones sibi ab initio factas:nunc autẽ videat se in neruum pręter opinionem suam coniectũ. Hęc autem humano spiritu dicta sunt:permittit enim aliquan

Sup.1.ca.

Sup.1. Cap.

quando Deus seruos suos humani aliquid pati, vt magis humilientur. Post cruciatum ergo nerui sortē suā deplorat: seductum autem se ait à Deo, non quòd existimet Deū aliquem decipere, nisi permittēdo: quasi dicat. Renuebam ego munus Prophetiæ, tu verò renuentem compulisti tot ac tantis factis promissionibus, vt omnia mihi prospera promitterem: nunc autem video aliter mihi accidisse. Hac autem ratione seruos Dei seduci permitti, vtile est illis: cùm enim habeant Deum illis opem ferentem, gloriosiores persecutionibus euadūt, sicut aurum quod igne probatur. *fortior me fuisti, et inualuisti*, dum scilicet reluctātem me officium Prophetæ suscipere fecisti. *factus sum in derisum tota die, omnes subsannant me*. Id magis explicatur per ea quæ consequuntur. *Quia iam olim loquor vociferans iniquitatem, et vastitatem clamito, et factus est mihi sermo Domini in opprobrium, et in derisum tota die*. Hoc est. Quia à longo tempore vociferor Iudæorum scelera arguēdo, & futuram vltionem comminādo: & tarditatem prophetiæ putant mendacium. Septuag. Quia amaro verbo meo ridebor, præuaricationem & miseriam inuocabo. Chal. Paraph. quia in tempore quo ego prophetizo, ego tollo vocem meā plorans & exclamans: & contra raptores & direptores ego prophetizo. Sātes Pag. ex Heb. Quia omni tempore loquor, vociferor iniquitatem, & vastitatem clamo. Alij. Nam ex quo loquor, clamo vim, & vastitatem inclamo. idest, ex quo tēpore prophetare cœpi, vehemētissimè affligor, & cogor inclamare, sicut illi qui vociferantur ob violentiam & direptionem. Vox Heb. מדי mide, pro qua nos habemus *iam olim*, à tempore, vel in tempore

significat.

significat. optimè autē noster interpres phrasim hanc Hebraicę linguæ, à tempore loquor, explicauit dicendo *iam olim loquor*. Verbū Heb. חמס chamas, pro quo nos *iniquitatem* habemus, & iniquitatem, & rapinam, & violentiam significat. *Et dixi, non recordabor eius, neq; loquar vltra in nomine illius.* Decreui, inquit, nullam post hac rationem sermonis Domini habere: vt prophetā illius agam, & nomine illius ad populum loquar. D. Hiero. pudore superatus, verecundè sed stultè. *Et factus est in corde meo quasi ignis exæstuans, claususq; in ossibus meis, et defeci ferre non sustinens.* Dum sermonem Dei cō tineo, neq; prædicare volo, factus est quasi ignis ardēs & inclusus in ossibus meis, vt nulla ratione ardorem illius ferre possim. Id dono prophetiæ fiebat, ꝙ nequaquā volebat Deus ociosum esse. Portat Deus imperfectionem prophetæ sui: ipse enim cognouit figmentum nostrum. Non habemus pontificem, ait Apostolus, qui non possit compati infirmitatibus nostris. Cùm ceciderit, ait Propheta de viro iusto, non collidetur, quia Dominus supponit manum suam. Sic Ionas dum fugere vult à facie Domini, ne verbū eius Niniuitis annunciet intumescit mare, deuoratur à pisce, euomitur, & nolens cogitur verbum Dei prędicare. O vtinam & nostras rebelles voluntates ad se compellat. *Audiui enim contumelias multorum.* Iterum connumerat persecutiones, quas propter verbum Dei passus est. *et terrorem in circuitu* id est, minas quibus vndiq; terrebar: audiebam enim dicentes, *persequimini, et persequamur eum* Septuagin. resistite, & resistamus ei. Chald. Para. Annunciate, & denunciabimus illud. Vox Heb. à verbo נגד nagad, quod annunciare, & indicare

Psal. 102
Heb. 4. d
Psal. 36.

dicare significat. Santes Pag. ex Hebr. Annunciate, & annũciabimus illud. subaudiũt verbũ, falsum, siue falsas eius prędictiones. Noster interpres apertiùs trãstulit *persequimini* communi verbo, quod omne genus ꝑsecutionis comprehẽdit, siue calumnijs id fiat, siue insidijs, siue aperta vi. *pacifici mei.* In Heb. pacis meæ. amicum significat, qui pacem meditatur, pacificè agit. *et custodientes latus meum*. eosdem amicos significat, quorum est officium assistere amicis, maximè vbi in periculo versantur. Septuag. Custodite opinionem eius, si decipietur: coniungitur cum sequentibus. Chal. Paraph. qui insidiantur, vt malè faciant mihi. Sãtes Pag. ex Heb. Qui mecũ pacificus esse debebat, obseruabat an claudicarẽ in aliquo. Vox Heb. צלע salah, latus significat, & claudicationem, vel lapsum, quòd in alterũ latus fiat. Vnde optimè transferre possumus, & custodes lateris mei, vel custodiẽtes latus meum, vt habet noster interpres. *Si quo modo decipiatur*. Propter verba hæc, vt cũ superioribus cohæreant, possumus & illud, *custodientes latus meum*, hoc sensu interpretari, quasi dicat. Amici mei, qui dum se amicos simulabant, hostilem animũ gerebãt, aderãt semper mihi, nõ vt opem ferrẽt, sed vt obseruarẽt, si fortè in aliquo possent me decipere. Quãquàm priori sensu retẽto possum⁹ hęc superioribus ita cõiungere, subaudiẽdo, obseruabãt, quasi dicat. Amici mei, & qui mihi adesse solebant & comitari, obseruabant si possent me decipere. vel illud, si quo modo, potest optatiuũ esse, quasi dicat. ô si aliquo modo illum possemus decipere, aut si in aliquo deciperetur, vt falsum pro vero annunciaret. Chal. Para. fortè errabit, & pręualebim⁹ aduersus eũ.

Dominus

Dominus autem mecum est. Fiduciam suam in Deo collocat, quem pro se pugnare certò nouerat: sic enim promiserat, Quia tecũ ego sum, vt eruam te. Obserua hìc varios naturæ, & gratiæ effectus. Dum nobis relinquimur, timemus, nutamus, conquerimur, dum autem diuina gratia fulcimur, impauidi sumus, constantes, intrepidi, læti, Deum laudantes, & gratias agẽtes in omnibus. *quasi vir bellator fortis.* Chald. Paraph. verbum autem Domini est in adiutorium meum, sicut heros robustus. Heb. גבור gibor, potentem, fortem, robustum, Heroem, virum strenuũ significat. עריץ garets, quod secundo loco habetur, fortem, robustum, timendum significat. *quia non intellexerunt opprobriũ sempiternũ, quod nunquã delebitur.* sub. quod illos obtinebit, vel illos manet. Septuag. quia non cognouerũt ignominias suas, quæ in æternum non tradẽtur obliuioni. potest & de ignominia, qua affecti sunt à Chaldæis, & de illa quæ post hanc vitam sceleratos homines manet, intelligi. Chald. Paraph. quia non prosperabuntur, & operiet eos verecundia æterna, quæ nunquam cessabit. Sãtes Pag. ex Heb. quia non prosperabũtur, ignominia perpetua (erit illis) nõ obliuioni tradetur. השכילו hischilu, pro quo nos habemus *intellexerunt*, est a verbo שכל sachal, quod intelligere, aspicere, prospicere, considerare, circunspectum esse, prudẽtiam habere, & prosperari significat. hinc diuersæ interpretationes. *Et tu Domine exercituũ probator iusti.* Optat vltionem fieri de hostibus suis: seu potiùs spiritu prophetico prędicit, tanquam qui verbo Dei contradicerent, & illud impedirent. Septuag. probans iusta. Chald. Para. eligens veritatem. In Heb. צדיק tsadich, iustum significat. Dicitur

Sup. 1. ca.

autem

autem Deus probare iustum, hoc est, examinare illius iustitiam, num vera sit nec ne. vnde subditur. *qui vides renes et cor*. Dicitur etiam probare persecutionibus & tentationibus, vt manifesta appareat. idem est ergo, ac si dicat Propheta. Tu Domine me & illos nosti, & scis iniustè me ab illis persecutionē pati, falsam verò esse illorum iustitiam, quam iactant: puni ergo illos, vt manifestum fiat me tuum esse prophetam, illos autem iniquos & sceleratos: tibi enim manifestaui causam meam, & tibi eam commisi. habes hoc idē supra Cap. 11. vide ibi. *Cantate Domino.* Prorūpit in laudes Dei, qui illū è neruo liberauerat, inuitatq; sanctos ad Dei laudem. Cātate, & laudate, hoc est, cātate laudantes. *animam pauperis*. idest, me tenuem & imbecillū. Pauperes liberat Dominus, qui de se ipsis & de proprijs viribus diffidentes spem suam in illo collocant. superbos & elatos de se vanè confidentes, qui dicūt, quia diues sum & nullius egeo, sibi ipsis relinquit: vt experiantur, quàm vana sit illorum confidentia. *de manu malorum*. Septuag. de manu fortiorum eo. Chald. Para. de manu malignorum. Vox Hebr. מרעים merehim, à verbo רעע roah, malos significat. *Maledicta dies*. D. Hiero. eodem modo locum hunc interpretatur, sicut & illum Iob 3. Pereat dies in qua natus sum: quòd scilicet melius sit non esse, quàm in supplicijs viuere. Theodoretus. Qui vehementer angūtur, solent astantes reprehendere, & manibus reprimere, quandoq; premēte dolore manus collidere; quod accidit Prophetæ, qui præ nimio dolore nulla subsistēte causa diem redarguit, eum item qui patri partum nunciauit. Huic sententiæ consonat sententia Diui Thomę,

 qui per

cum puncto in sinistro cornu, testam, & fictile significat igne vel Sole coctum: nam cõuenit cum חרס cheres, & vicinę literæ sunt samech, & schin cum puncto in sinistro cornu. hoc loco possumus, oriẽtalis & fictilis, transferre. Lyra ait vocatam portam fictilem, eo quòd iuxta illam figuli habitabãt. Rab. Sal. quòd prope portam illam proijcerentur fragmẽta vasorũ fictilium. *Et prædicabis.* Septuag. leges. Chald. Paraph. prophetabis. Verbũ Heb. קראת charath, leges, vel clamabis, aut clarè pronunciabis significat. *tinniant aures eius.* hoc est, contremiscant, vel moueantur pauore. magnitudinem afflictionis significat, quã aures sustinere non possint, & horrendum sit & tremendum audire. sic 1. Reg. 3. Tinniunt aures, cùm inclusi subtiles & leues vapores interdum per membranam, quę in auribus est, emergũt, & sonum illũ fictitium edunt: quod fieri solet, cùm vehemẽtem aliquem sonum auribus haurimus. *alienum fecerunt locum istum.* Chald. Paraph. coinquinauerunt. Heb. ינכרו ienachru, alienauerunt, vel alienum fecerunt. Explicat autem, quid sibi velit, cùm subdit. *et libauerunt in eo dijs alienis.* Cùm locus Deo esset dicatus, alienum fecerunt: vt non Dei locus, sed idolorum esset. *quos nescierunt ipsi, & patres eorum, & reges Iuda.* idest, quorum vires & opem nunquam senserunt. vel de nouis idólis intellige: semper enim nouos quęrebant Deos, vt nulla esset in superstitione constãtia. *Repleuerunt locum istum sanguine innocentum.* Prophetarũ, & aliorũ. Vid. 4. reg. *nec ascenderunt in cor meũ*, hoc est, nec cogitaui quidẽ rem huiuscemodi pręcipere. Chal. Para. nec est volũtas coram me. *Vallis occisionis.* vid. supra. cap. 7. hoc est, stragis: nam interficientur à

Chaldęis

Chaldæis plurimi Iudæi in hac valle, vnde nomen suũ mutatura est. *Et dissipabo consilium Iuda.* hoc est irritum faciam. Cõsilium intelligit, vel quo rebellare regi Nabuchodonosori contra consilium Ieremiæ decreuerant, vel quo idóla colere statuerunt, quasi opem accepturi ab illis, vel à gentibus quorum erant. *et in sibilum.* sonus exilis est, qui fit ore compressis dentibus, & parum deductis labris. significat autem obstuporẽ, aut irrisionem. *Et cibabo eos carnibus filiorum.* Lõgam obsidionem significat, in qua propter aliorum ciborum penuriam, cogendi erant carnes filiorum comedere. *Et conteres laguntulam in oculis eorum.* Ecce quam ob causam iussus sit laguntulam accipere, vt illius confractione Ierosolymitanum excidium significaret. *quod non potest vltra instaurari.* Hæc, inquit D. Hiero. non Babylonicæ, sed Romanæ conueniunt captiuitati: nam post Babylonicam captiuitatem vrbs instaurata est, & populus reductus est in Iudæam. Obserua. Vas luteum antequam igne sit coctum, si dissipatum fuerit, reparatur facilè, vt ex superiori Cap. constat: sed iam coctum, non reparatur: vt per dissipationem vasis nondum cocti, sententiam Dei secundùm præsentem rerum statum datam intelligamus, quæ mutari potest: per dissipationẽ verò vasis iam cocti, sententiam secũdùm æternam Dei prædestinationẽ, quæ mutari non potest. Sic etiam quamdiu hic viuimus, vasa sumus nondum igne cocta, vt casus nostri reparari possint pœnitẽtia. Quòd si semel ignem illũ æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius, attigerimus: nullus iam locus reparationi & pœnitentię manet. Operemur ergo bonũ, dũ tempus habemus.

Mat. 25. d.

Gal. 6. c.

Et erũt domus Ierusalem, et domus regum Iuda sicut locus Topheth immundæ. hoc est, Iacebunt in eis mortui, sicut in Topheth, & ita propter cadauera immũdæ erũt: polluitur enim terra vel domus, dũ insepultum iacet cadauer. *omnes domus in quarum domatibus sacrificauerũt omni militiæ cæli.* Astra intellige. In Hebr. propter omnes domos, quarum adoleuerunt super tectis earum omni militiæ cælorũ, Sic ordina. propter omnes domos super quarum tectis adoleuerũt: super tectis inquam earum omni militiæ :cęlorũgemino enim quandoq; relatiuo vtuntur Hebræi. vel dictio אשר aser, quæ pronomen est relatiuum potest in ablatiuo esse, vt subintellecta præpositione in, quæ aliquando deficit, transferamus, in quibus adoleuerunt super tectis earũ. &c. quamquam etiam אשר aser, solet aliquando poni vice, propterea quòd, vel eo quòd. et sic etiã interpretari possumus, vt duæ illæ dictiones coniungantur cũ superioribus hoc modo. immũdæ omnes domus, eo quòd adoleuerunt super tectis earũ. nã ל quod pręponitur dictioni כל chol, i. omnes, quod propter significat, solet aliquando redũdare. Quocunq; modo trãsferamus, idem est sensus nostræ literę, quod solum curauit noster interpres, vt sensum nempe redderet. *indurauerunt ceruicem suam.* hoc est, indomitam & rebellem reddiderunt. Metaphora à bobus recusantibus iugum, qui nolunt ceruicem deprimere, & iugo supponere. Sic erecta ceruix, animum indomitum, & contumacem significat. constat ceruix ex vertebratis ossibus in orbẽ, vt faciliùs huc atq; illuc obuertatur: propterea eos qui flecti nequeunt, cõtumaces, indomabiles, scriptura dura ceruice appellat.

Argumen

ARGVMENTVM.

Ieremias ob verbum Dei percutitur, & in carcerē conijcitur. Prædicit exilium Babylonicum. Conqueritur se esse in derisum propter verbum Dei. Non potest verbum Dei continere, quin prædicet. Fiduciam suam in Deo collocat. Gratias agit ob liberationem suam, postquam rursum à tentatione impetitur.

❡ CAP. XX.

ET audiuit Phassur filius Emmer sacerdos, qui constitutus erat princeps in domo Domini, Ieremiam prophetantem sermones istos. 2 Et percussit Phassur Ieremiam prophetam, & misit eum in neruũ, quod erat in porta Ben-iamin superiori, in domo Domini. 3. Cumque illuxisset in crastinum, eduxit Phassur Ieremiam de neruo, & dixit ad eum Ieremias, Non Phassur vocauit Dominus nomen tuum, sed pauorem vndiq; .4. Quia hæc dicit Dominus, Ecce, ego dabo te in pauorem, te & omnes amicos tuos: & corruent gladio inimicorum suorum, & oculi tui videbunt, & omnem Iudam dabo in manu regis Babylonis: & traducet eos in Babylonem & percutiet eos gladio. 5 Et dabo vniuersam substantiam ciuitatis huius, & omnem laborem eius, omneq; pretium, & cunctos thesauros regum Iuda dabo in manu inimicorum eorum: et diripient eos, et tollent, et ducent in Babylonem. 6 Tu autem Phassur, et omnes habitatores dom⁹ tuæ ibitis in captiuitatem, et in Babylonem venies, et ibi morieris: ibiq; sepelieris tu, et omnes amici tui quibus prophetasti mendacium. 7 Seduxisti me Domine, et seductus sum: fortior me fuisti, et inualuisti: factus sum in derisum tota die, omnes subsannant me,

8 *Quia*

& horribili custodia reseruētur: datur enim hæc potestas à Deo, vt prophetarū ostendatur fides. Nec tamē maior est ille qui cędit, sed fortior est qui cæditur. Et patiēter Propheta suscipit iudiciū Dei: nec reclamat ad verbera, sed considerat imperantem. Sic Christus Pilato. Non haberes potestatē in me vllā, nisi tibi datū esset desuper. Quòd si data est potestas in caput, nihil mirū si concedatur in membra. de quibus Apostolus. Ludibria & verbera experti, insuper & vincula & carceres: & hi omnes testimonio fidei probati. Et iterū. Puto enim quòd Deus nos Apostolos nouissimos ostendit, tanquā morti destinatos. &c. Tanquam purgamenta huius mundi facti sumus, omniū peripsema vsque adhuc. Sed Ieremias percussus est à Pontifice, Christus à ministris, & à vilissimis hominibus illusus, flagellatus, & cruci affixus.

Ioā.19.b.

Heb. 11.

1.Corin.4

Et misit eū in neruum, quod erat in porta Ben-iamin superiori in domo Domini. Sep. καταῤῥάκτην, idest fossam profundā in quam vincti demitti solēt. Theodo. locū dicit subterraneū, cuiusmodi multa habebat tēplū à Salomone ædificatum. Chal. Para. in carcerem. Hebr. מַהְפֶּכֶת mahphecheth, neruum, vel compedes, vel carcerē interpretātur nonnulli, alij cippū. Rab. Ioseph Kimchi ait fuisse instrumentū è duobus cōpactū lignis, inter quę erat locus vbi vincti ceruicē cogebātur immittere. Sed & solet in huiusmodi locus esse pedib⁹, & etiā manibus. Vera nominis ratio ignoratur. nomen est à verbo הפך hapac, quod vertere, & subuertere significat. Vnde nōnulli subuersionem interpretātur, idest, vbi detinebantur subuertendi, hoc est plectendi. alij cryptam. Erat autem locus iste, in quem coniectus

est Ie-

est Ieremias,in appendicibus templi. Chaldica Paraph. qui erat in porta superiori tribus Beniamin in domo sanctuarij domini. Templum erat in confinio sortis Beniamin, & Iuda, & versus sortem Beniamin plures erãt portæ.superior vocatur, quòd esset locus accliuis, & illa in altiori loco esset. *Non Phassur vocauit nomen tuum,sed pauorem vndiq;*. D.Hiero.vt tremens,& propriç salutis incertus, huc illucq; circumspicias, & venientes contra te aduersarios formides.Septuagin. sed migrantem.Chald.Paraph. Sed congregabuntur contra te,qui occident gladio per circuitum.Heb.pauorem vndiq;, vt nostra litera habet. מגור magor,pauorẽ significat,à verbo גור gor, quod peregrinari significat:vnde nonnulli pauorẽ dici sentiunt,quòd mẽtem loco moueat:vel potiùs quia qui timet, fugit, & aliò migrat. Vide constantiam Prophetæ. Eductus de carcere liberè prædicat, etiam aduersus pontificem, qui illum in carcerẽ coniecerat. Hoc est quod illi dixerat Dominus. Et bellabunt aduersum te,& nõ præualebunt. *Omnẽ laborem eius*.idest facultates labore partas.aperta est litera. *Seduxisti me Domine,et seductus sum.* D.Hiero.ea ratione interpretatur Prophetam dixisse seductum se fuisse, quòd existimasset gentibus,& non Iudæis prędicaturum,propter verba Dei,*Prophetam in gentibus dedi te*. Vel quòd existimasset prophetiam suã citò complendam:nunc autem videat differri, & ob eam causam se irrideri,quasi mendacium prophetasset. Vel quòd nihil se aduersi passurum crederet propter promissiones sibi ab initio factas:nunc autẽ videat se in neruum pręter opinionem suam coniectũ. Hęc autem humano spiritu dicta sunt:permittit enim ali-

Sup.1.ca.

Sup. 1. Cap.

quan

quando Deus seruos suos humani aliquid pati, vt magis humilientur. Post cruciatum ergo nerui sortē suā deplorat: seductum autem se ait à Deo, non quòd existimet Deū aliquem decipere, nisi permittēdo: quasi dicat. Renuebam ego munus Prophetiæ, tu verò renuentem compulisti tot ac tantis factis promissionibus, vt omnia mihi prospera promitterem: nunc autem video aliter mihi accidisse. Hac autem ratione seruos Dei seduci permitti, vtile est illis: cùm enim habeant Deum illis opem ferentem, gloriosiores persecutionibus euadūt, sicut aurum quod igne probatur. *Fortior me fuisti, et inualuisti*, dum scilicet reluctātem me officium Prophetæ suscipere fecisti. *factus sum in derisum tota die, omnes subsannant me*. Id magis explicatur per ea quæ consequuntur. *Quia iam olim loquor vociferans iniquitatem, et vastitatem clamito, et factus est mihi sermo Domini in opprobrium, et in derisum tota die.* Hoc est. Quia à longo tempore vociferor Iudæorum scelera arguēdo, & futuram vltionem comminādo: & tarditatem prophetiæ putant mendacium. Septuag. Quia amaro verbo meo ridebor, præuaricationem & miseriam inuocabo. Chal. Paraph. quia in tempore quo ego prophetizo, ego tollo vocem meā plorans & exclamans: & contra raptores & direptores ego prophetizo. Sātes Pag. ex Heb. Quia omni tempore loquor, vociferor iniquitatem, & vastitatem clamo. Alij. Nam ex quo loquor, clamo vim, & vastitatem inclamo. idest, ex quo tēpore prophetare cœpi, vehemētissimè affligor, & cogor inclamare, sicut illi qui vociferantur ob violentiam & direptionem. Vox Heb. מדי mide, pro qua nos habemus *iam olim*, à tempore, vel in tempore

significat.

ſignificat. optimè autē noſter interpres phraſim hanc Hebraicę linguæ, à tempore loquor, explicauit dicendo *iam olim loquor*. Verbū Heb. חמס chamas, pro quo nos *iniquitatem* habemus, & iniquitatem, & rapinam, & violentiam ſignificat. *Et dixi, non recordabor eius, neq; loquar vltra in nomine illius.* Decreui, inquit, nullam poſt hac rationem ſermonis Domini habere: vt prophetā illius agam, & nomine illius ad populum loquar. D. Hiero. pudore ſuperatus, verecundè ſed ſtultè. *Et factus eſt in corde meo quaſi ignis exæſtuans, clauſuſq; in oßibus meis, et defeci ferre non ſuſtinens.* Dum ſermonem Dei cōtineo, neq; prædicare volo, factus eſt quaſi ignis ardēs & incluſus in oſſibus meis, vt nulla ratione ardorem illius ferre poſſim. Id dono prophetiæ fiebat, ꝙ nequaquā volebat Deus ocioſum eſſe. Portat Deus imperfectionem prophetæ ſui: ipſe enim cognouit figmentum noſtrum. Non habemus pontificem, ait Apoſtolus, qui non poſſit compati infirmitatibus noſtris. Cùm ceciderit, ait Propheta de viro iuſto, non collidetur, quia Dominus ſupponit manum ſuam. Sic Ionas dum fugere vult à facie Domini, ne verbū eius Niniuitis annunciet intumeſcit mare, deuoratur à piſce, euomitur, & nolens cogitur verbum Dei prędicare. O vtinam & noſtras rebelles voluntates ad ſe compellat. *Audiui enim contumelias multorum.* Iterum connumerat perſecutiones, quas propter verbum Dei paſſus eſt. *et terrorem in circuitu* id eſt, minas quibus vndiq; terrebar: audiebam enim dicentes, *perſequimini, et perſequamur eum* Septuagin. reſiſtite, & reſiſtamus ei. Chald. Para. Annunciate, & denunciabimus illud. Vox Heb. à verbo נגד nagad, quod annunciare, & indicare

Pſal. 102
Heb. 4. d
Pſal. 36.

dicare significat. Santes Pag. ex Hebr. Annunciate, & annũciabimus illud. subaudiũt verbũ, falsum, siue falsas eius prędictiones. Noster interpres apertiùs trãstulit *persequimini* communi verbo, quod omne genus psecutionis comprehẽdit, siue calumnijs id fiat, siue insidijs, siue aperta vi. *pacifici mei.* In Heb. pacis meæ. amicum significat, qui pacem meditatur, pacificè agit. *et custodientes latus meum*. eosdem amicos significat, quorum est officium assistere amicis, maximè vbi in periculo versantur. Septuag. Custodite opinionem eius, si decipietur: coniungitur cum sequentibus. Chal. Paraph. qui insidiantur, vt malè faciant mihi. Sãtes Pag. ex Heb. Qui mecũ pacificus esse debebat, obseruabat an claudicarẽ in aliquo. Vox Heb. צלע salah, latus significat, & claudicationem, vel lapsum, quòd in alterũ latus fiat. Vnde optimè transferre possumus, & custodes lateris mei, vel custodiẽtes latus meum, vt habet noster interpres. *Si quo modo decipiatur*. Propter verba hæc, vt cũ superioribus cohæreant, possumus & illud, *custodientes latus meum*, hoc sensu interpretari, quasi dicat. Amici mei, qui dum se amicos simulabant, hostilem animũ gerebãt, aderãt semper mihi, nõ vt opem ferrẽt, sed vt obseruarẽt, si fortè in aliquo possent me decipere. Quãquàm priori sensu retẽto possum⁹ hęc superioribus ita cõiungere, subaudiẽdo, obseruabãt, quasi dicat. Amici mei, & qui mihi adesse solebant & comitari, obseruabant si possent me decipere. vel illud, si quo modo, potest optatiuũ esse, quasi dicat. ó si aliquo modo illum possemus decipere, aut si in aliquo deciperetur, vt falsum pro vero annunciaret. Chal. Para. fortè errabit, & pręualebim⁹ aduersus eũ.

Dominus

Dominus autem mecum est. Fiduciam suam in Deo collocat, quem pro se pugnare certò nouerat: sic enim promiserat, Quia tecũ ego sum, vt eruam te. Obserua hìc varios naturæ, & gratiæ effectus. Dum nobis relinquimur, timemus, nutamus, conquerimur, dum autem diuina gratia fulcimur, impauidi sumus, constantes, intrepidi, læti, Deum laudantes, & gratias agẽtes in omnibus. *quasi vir bellator fortis.* Chald. Paraph. verbum autem Domini est in adiutorium meum, sicut heros robustus. Heb. גבור gibor, potentem, fortem, robustum, Heroem, virum strenuũ significat. עריץ garets, quod secundo loco habetur, fortem, robustum, timendum significat. *quia non intellexerunt opprobriũ sempiternũ, quod nunquã delebitur.* sub. quod illos obtinebit, vel illos manet. Septuag. quia non cognouerũt ignominias suas, quæ in æternum non tradẽtur obliuioni. potest & de ignominia, qua affecti sunt à Chaldæis, & de illa quæ post hanc vitam sceleratos homines manet, intelligi. Chald. Paraph. quia non prosperabuntur, & operiet eos verecundia æterna, quæ nunquam cessabit. Sãtes Pag. ex Heb. quia non prosperabũtur, ignominia perpetua (erit illis) nõ obliuioni tradetur. השכילו hischilu, pro quo nos habemus *intellexerunt*, est a verbo שכל sachal, quod intelligere, aspicere, prospicere, considerare, circunspectum esse, prudẽtiam habere, & prosperari significat. hinc diuersæ interpretationes. *Et tu Domine exercituũ probator iusti.* Optat vltionem fieri de hostibus suis: seu potiùs spiritu prophetico prędicit, tanquam qui verbo Dei contradicerent, & illud impedirent. Septuag. probans iusta. Chald. Para. eligens veritatem. In Heb. צדיק tsadich, iustum significat. Dicitur

Sup. 1. ca.

autem Deus probare iustum, hoc est, examinare illius iustitiam, num vera sit nec ne. vnde subditur. *qui vides renes et cor*. Dicitur etiam probare persecutionibus & tentationibus, vt manifesta appareat. idem est ergo, ac si dicat Propheta. Tu Domine me & illos nosti, & scis iniustè me ab illis persecutionē pati, falsam verò esse illorum iustitiam, quam iactant: puni ergo illos, vt manifestum fiat me tuum esse prophetam, illos autem iniquos & sceleratos: tibi enim manifestaui causam meam, & tibi eam commisi. habes hoc idē supra Cap. 11. vide ibi. *Cantate Domino.* Prorūpit in laudes Dei, qui illū è neruo liberauerat, inuitatq; sanctos ad Dei laudem. Cātate, & laudate, hoc est, cātate laudantes. *animam pauperis.* idest, me tenuem & imbecillū. Pauperes liberat Dominus, qui de se ipsis & de proprijs viribus diffidentes spem suam in illo collocant. superbos & elatos de se vanè confidentes, qui dicūt, quia diues sum & nullius egeo, sibi ipsis relinquit: vt experiantur, quàm vana sit illorum confidentia. *de manu malorum.* Septuag. de manu fortiorum eo. Chald. Para. de manu malignorum. Vox Hebr. מרעים merehim, à verbo רוע roah, malos significat. *Maledicta dies.* D. Hiero. eodem modo locum hunc interpretatur, sicut & illum Iob 3. Pereat dies in qua natus sum: quòd scilicet melius sit non esse, quàm in supplicijs viuere. Theodoretus. Qui vehementer angūtur, solent astantes reprehendere, & manibus reprimere, quandoq; premēte dolore manus collidere: quod accidit Prophetæ, qui præ nimio dolore nulla subsistēte causa diem redarguit, eum item qui patri partum nunciauit. Huic sententiæ consonat sententia Diui Thomę,

qui per hyperbolem hæc dicta ait, ad vitæ tædiũ quo tenebatur explicandum. Non quòd ratio cõsensum prębere t, sed vt inferioris partis animæ affectũ exprimeret. D. Gre. nequaquã secũdùm literã intelligi posse ait, sicut neq; illud Iob simile. Vel, cùm illi qui Ieremiæ insidiabãtur, assererẽt cõficta esse ab eo quæ prædicabat, quasi exitiũ patrię & popularium optaret. Si hæc, inquit, vera sunt, meritò tanquã maledicta, & detestãda esset dies, in qua natus sum. &c. Hebræi quintum mensem, quo capta Ierusalem, templumq; subuersum est, natiuitati Ieremiæ supputant, inextricabilibus argumentis, ait D. Hiero. sed oporteret idem cõfingere de die natiuitatis Iob. Possumus etiam cum præcedenti sententia hæc connectere hoc modo. Cãtate Domino, laudate Dominum, quia liberauit animam pauperis de manu malorum: quod nisi fecisset, maledicta sanè esset dies in qua natus sum. *Et non pœnituit eum.* Hoc est, non mutauit sententiam, vel placuit subuertisse. Chald. Paraph. & non sunt habitatę. explicat vim verbi, pœnituit, quasi dicat. non pœnituit subuertisse, vt iterum eas habitari faceret: non enim sunt habitatę. Videtur loqui đ ciuitatibus Sodomæ & Gomorrhæ. *audiat clamorem mane, et vlulatum in tempore meridiano.* sub. pereuntium. Per mane & meridiem, intellige totũ diem, quasi dicat. totis diebus sit in ea animi perturbatione, in qua hi solẽt esse, qui vrbẽ incolunt obsidione cinctã. Vel nunquã in domo eius desint afflicti, quorum clamores semper audiat, nõ solùm nocte, sed mane & meridie, quibus tẽporibus solent malè affecti respirare, nam nox molesta esse solet. *Et vulua eius conceptus æternus.* Vt nunquã scilicet fœtũ emisisset.

set Chald. Paraph. Et essem quasi non essem. hoc est, conceptus, & non natus. Vox Heb. הרה harah, grauidam, & conceptum significat. vnde nõnulli interpretantur, & vulua eius (fuisset) grauida perpetuò. Idem est sensus. *Quare de vulua egressus sum, vt viderem laborem et dolorem, et consumerentur in confusione dies mei.* Subaudi. nisi tu ab his laboribus liberaueris me. Vel, si ego mihi horum laborum causa extiti, tristes & infęlices prophetias confingendo.

ARGVMENTVM

Vaticinatur Sedeciam capiendum, & vrbem exurendam. Consulit populo, vt ad Chaldæos transfugiant, Hortatur ministros regis iustè iudicare.

¶ CAP. XXI.

VERBVM quod factum est ad Ieremiam à Domino, quando misit ad eum rex Sedecias Phassur filium Melchiæ, & Sophoniã filium Maasiæ sacerdotem, dicẽs, 2 Interroga pro nobis Dominum, quia Nabuchodonosor rex Babylonis præliatur aduersum nos: si fortè faciat Dominus nobiscũ secundum omnia mirabilia sua, et recedat à nobis. 3 Et dixit Ieremias ad eos: Sic dicetis Sedeciæ: 4 Hæc dicit Dñs Deus Israël, Ecce, ego cõuertã vasa belli quæ in manibus vestris sunt, & quib⁹ vos pugnatis aduersum reg͞e Babylonis & Chaldæos qui obsidẽt vos in circuitu murorũ: & cõgregabo ea in medio ciuitatis hu⁹. 5 Et debellabo ego vos in manu extẽta, et in brachio forti, et in furore, & in indignatione, et in ira grãdi. 6 Et percutiã habitatores ciuitatis huius: homines et bestiæ pestilẽtia magna morietur. 7 Et post hoc ait Dominus, dabo Sedeciã regẽ Iuda, et seruos ei⁹. et populũ eius, et qui derelicti sunt in ciuitate hac à peste, et gladio, et fame, in manu Na

buchodonosor regis Babylonis, & in manu inimicorum eorum, & in manu quærentium animam eorũ: & percutiet eos in ore gladij, & non flectetur, neque parcet, nec miserebitur. 8 Et ad populum hunc dices, Hæc dicit Dominus, *Ecce, ego do corã vobis viam vitæ, & viam mortis 9 † Qui habitauerit in vrbe hac, morietur gladio, & fame, & peste: qui autem egressus fuerit, et transfugerit ad* Chaldæos, *qui obsident vos, viuet, et erit ei anima sua quasi spolium. 10 Posui enim faciem meã super ciuitatem hanc in malũ, et non in bonum, ait Dominus, in manu regis Babylonis dabitur, et exuret eam igni. 11 Et domui regis Iuda, Audite verbum Domini, Domus Dauid, hæc dicit Dominus, 12 † Iudicate manè iudiciũ, et eruite vi oppressum de manu calũniantis: ne forte egrediatur vt ignis indignatio mea, et succendatur, et non sit qui extinguat propter malitiam studiorũ vestrorũ, 13 Ecce, ego ad te habitatricem vallis solidæ atq; campestris, ait Dominus: qui dicitis, quis percutiet nos? et quis ingredietur domos nostras? 14 et visitabo super vos iuxta fructum studiorum vestrorum, dicit Dominus: et succendam ignem in saltu eius: et deuorabit omnia in circuitu eius.*

† Inf. 38. 2.

† Inf. 22. 3.

EXPLANATIO.

V*ERBVM quod factũ est ad Ieremiã à Domino.* Quę in hoc Capite narrãtur, cõtigerũt sub Sedechia rege, cùm iã Babylonici Ierusalẽ obsiderent. vbi notat D. Hier. & Theodoret⁹. In prophetis, & maximè in Ieremia, & in Ezechiele, nequaquã regũ & tẽplorũ ordinẽ seruari, sed prępostere ꝙ iuxta historiã postea factũ est, prius referri, & quod prius gestũ est, postea. Aliud est enim historiã, aliud prophetiam scribere. Sic in pręsenti loco scribitur Sedechiã misisse ad Ieremiã eo tẽpore, quo obsidebatur Ierusalem. Et postea narratur historia

Ioakim

Ioakim fratris eius, qui ante eum rex fuit, & Ioachin, hoc est Iechoniæ, qui filius fuit Ioakim. *Phassur filiũ Melchiæ.* Hic alius est ab eo, de quo facta est mẽtio superiori capite, cùm ille fili⁹ esset Emmer. *Interroga pro nobis Dominũ.* Chald. Paraph. Ora pro nobis coram Domino. Heb. דְּרָשׁ debas, Quære, inquire, interroga, percontare significat. Sed cùm Deus interrogari dicitur, de eius verbo aut voluntate ex sacerdote aut per sacerdotem vel prophetã exquirenda intelligitur. per ea quæ inferiùs dicuntur, magis hoc declaratur. *Si fortè faciat Dominus nobiscum secundum omnia mirabilia sua, et recedat à nobis.* Hoc est quod à Domino per Prophetam scire cupiebãt, nempe an mirabiliter liberaturus esset eos, vt aliquando fecerat. *Ecce ego conuertam vasa belli.* Septuag. arma bellica. Chald. Paraph. instrumenta bellica. Vox Heb. כְּלִי cheli, vas, instrumentum, vestem, arma, supellectilia significat. tã latè patet quàm Græcis, σκεῦος aut etiam latiùs, cõplectitur omne vtẽsile, & quicquid ad vsum hominis paratur, consumatur, & perficitur. Quod verò *conuertam* ait, intelligendũ est, in vos, quasi dicat. nihil vobis arma vestra proderunt, neq; illis hostibus nocere poteritis, sed hostes vos armis suis conficient. Gladius dicitur reuerti inanis, quando hostem nõ vulnerat. Sic Dauid de Saule dicebat. Et gladius Saul non est reuersus inanis, hoc est, non vulnerato hoste. Sic hìc, conuertere vel conuerti facere arma belli, est facere vt reuertãtur inania, non vulnerato hoste. Vel cõuertam, i. transferam ad hostes: vt sit sensus. Ego vnà cum Chaldæis pugnabo contra vos, nam impediam arma vestra, & retundam ea de manu vestra, vt non possitis resistere hostibus vestris.

2. *Reg.* 1.

vestris. *Et congregabo ea in medio ciuitatis.* Sep. congregabo eos: ad Chaldęos referũt. Chal. Para. Cõgregabo ea, vasa nẽpe, vel instrumẽta belli, sicut nr̃a litera. Hebr. אותם othã, eos & ea reddi potest. D. Hier. ita interpretatur. Frustra repugnare vultis Chaldęis obsidentibus, & arma bellica pręparatis, quorũ in media tantũ vrbe vsum habebitis, ut armati esse videamini. Possumus & hoc modo interpretari. Faciam, vt penitus desperãtes posse vos hostibus resistere, arma deponatis, & in media vrbe cõgregetis. Vel cõgregabo arma in medio ciuitatis, hoc est. Ego, obsidẽtibus Chaldęis ciuitatẽ, pugnabo aduersum vos, veluti cõgregatis armis in medio ciuitatis, & fame & pestilentia vos cõsumã. Vnde subdit. *Et debellabo ego vos in manu extenta.* quibus uerbis apertiùs declarat quod dixerat, *cõgregabo arma in medio ciuitatis.* Quod quidem & factũ legimus, ait D. Hiero. Absq; vlla enim corona strepituq; pugnantium vrbs tanta obsidione capta est, vt quos vincerẽt non haberent, sed quos tantũ caperent. Aperta sunt reliqua, *in manu extenta et brachio forti*, hoc est, magna vi & potentia. Qui pugnant, manũ extendunt, vt percutiant. Chal. Paraph. in manu excelsa. Idẽ est. qui enim percutere vult fortiter, manum eleuat, vt fortiùs percutiat. *in manu quærẽtium animam eorum.* Hoc est, hostiũ potestati, qui sanguinem eorum sitiũt, & mortem desiderant. *Et percutiet eos in ore gladij.* id est, in acie gladij. Hisp. *à hilo de espada.* Vox Heb. פה peh, quæ os significat, ad inanimata transfertur per similitudinem, sicut & Græcis *στόμα.* Et sumitur pro acie ab inscindendo, & mordendo. *nõ flectetur vt parcat.* Septuag. nõ parcam in eis. ad Deum referunt. Chal. Para. nõ parcet eis Heb.

dimiachus, parcet. Sed qui parcit, flectitur animus ei⁹ misericordia. *Ecce ego do corã vobis viam vitæ, et viã mortis.* Hoc est. Propono vobis rationẽ, qua viuere possitis, vel qua mortẽ vobis comparabitis. Cõsiliũ dat vt transfugiant ad Chaldæos, si vitam seruare cupiũt. *Et erit anima sua quasi spolium.* Septuag. in spolia. Hoc est chara, quemadmodum solent esse spolia. Chal. Para. Et erit ei anima eius in euasionem, hoc est, liberabit à morte, integram seruabit, sicut spolia quæ è bello referuntur. Quasi spoliũ, ergo duobus modis possumus interpretari. nempe, vel erit chara sicut spolia ampla. vel liberabitur à morte, sicut spoliũ quod quis reportat, & ab incendio liberat. *Posui enim faciem meam super ciuitatem hanc in malũ.* Hoc est, maligno & inimico vultu eã aspicio, quasi dicat. statui eam perdere. Septua. Quia firmaui faciem meam super ciuitatem istam in mala. Chald. Para. Quia residet furor meus contra ciuitatem istam in malũ. Ponere faciem ad aliquid, est obfirmare animum ad aliquid agendum. Posui ergo faciem meam super ciuitatem in malum & nõ in bonum, idem est ac si dicat. Obfirmaui animum, firmiter statui ciuitatẽ hãc perdere, neq; illius misereri, aut illi benefacere. Vnde quò magis explicet, subdit, *in manus regis Babylonis dabitur, et exuret eam igni. Et domui regis Iuda.* Sub dices; quod suprapositũ est. Ad eos qui in domo regis erãt loquitur, ad ministros, & seruos, ob cuius potissimùm culpã ciuitas obsidebatur. Cõsiliũ autẽ dat, quo possint se à malis, quæ ventura prędixerat, liberare. Vbi D. Hier. incredibilis in hoc loco Dei clemẽtia demõstratur: vt de quib⁹ supra dixerat, *posui faciẽ meã super ciuitatẽ hãc in malũ, et non in bonũ, in manu regis Babylo*

nis tradetur, et exuret eam igni: iam Dñi ingruēte sentētia, eos prouocet ad salutem. Non quòd ignoret vrbem Ierusalem esse capiendam: sed quòd liberum homini seruetur arbitrium: vt nō ignorantia futuri, sed voluntate propria videātur perire. Quo modo & Saluator sciebat Apostolum negaturū, & se esse crucifigendum: quippe qui hoc Apostolis sępe prędixerat, & nihilominus commonebat, volēs eos corrigere ad pœnitentiam; vt quidquid postea sustinuerint, suo vitio eis acciderit, non duritia comminantis. *Domus Dauid.* Idē est ac si dicat. O serui regis Iuda, qui est de stirpe Dauidis. *Iudicate mane iudicium*. D. Hiero. Non in tenebris iniquitatis, sed in luce iustitiæ. Heb. בקר bocher, manè, ponitur pro quam primùm, opportunè: quia matutinum tempus ad res gerēdas est opportunum: inde verbum בקר bachar, quod quęrere, & inquirere significat, quasi manicare dicas, hoc est, mane inquirere, seu inuisere. Diluculum aptum est ad res inquirēdas, quæ per noctem latuerant. Sed & בקר bocher, aliquando pro luce capitur. vt Iob. 38. vbi nos habemus, Cùm me laudarent simul astra matutina, in Hebr. est dictio hæc, vt interpretari possis, Astra lucis. i. lucida. Et in Psal. 148. Vbi nos habemus, Laudate eū omnes stellæ & lumen, in Heb. habetur, Omnes stellæ lucis. Significat etiam vox hęc mane, idem quod cito, vel quam primùm. Psal. 46. Mane exaudies vocem meā. i. cito. vel primo quoq; tempore, quam primùm. Et secundùm hanc significationem, locum hunc possumus etiam interpretari. *Iudicate manè.* Hoc est, in luce veritatis, non in tenebris falsitatis, vel quam primùm, vel opportuno tempore. Alij *mane*, hoc est, sobrij &

ieiuni interpretantur, quasi dicat. Cauete ne per ebrietatem corrumpatis iudicia. *Et eruite vi oppressum de manu calumniantis.* quasi dicat. Non accipiatis personã in iudicio, sed diuitibus & potẽtibus pauperes opprimẽtibus, magis apud vos valeat Dei imperium, quàm potentia persequentis. *Ne fortè egrediatur vt ignis.* Hoc est, ne grauiter succenseam. vide Cap. 17. *Ecce ego ad te.* Subaudi, venio. Chald. Paraph. Ecce ego mitto furorẽ meum cõtra te. Alloquitur Ierusalem, hoc est, ciues qui fidebant ciuitati, quòd natura munita esset. *Habitatricem vallis solidæ atq; Campestris.* Ierusalem intelligit, quæ in loco accliui sita erat, & circum eam montes. Propterea vallem solidam vocat, quòd natura munita esset: & campestrem, quòd partim in campo esset, & campos haberet vicinos. Septuag. habitantem vallem sor campestrem. Chald. Paraph. Quæ habitas in fortitudine in ciuitatibus munitis. Dictio צור tsur, saxum, petram, & per trãslationem fortem, solidam, & fortitudinem significat. Sic ergo trãsferre possumus. vallis petræ, vel fortis. Nonnulli aiunt, ita dictam Ierusalem, quòd tribus muris lapideis cingeretur. Pro *campestris*, in Heb. est המישר hamisor, planitiem significat excultam & amœnam. Possumus ergo, planitiei & cãpestris, transferre. Dictio, *atq;* in Heb. non est, sed maioris explicationis gratia posita est a nostro interprete. D. Hiero. ait vallem campestrem dictam Ierusalẽ, quòd peruia sit hostibus. *Qui dicitis, quis percutiet nos.* A ciuitate ad ciues transit: nã cùm ciuitatẽ alloquitur, ciues alloquitur. Fidebant loco natura munito: vanam autem esse fiduciam hanc docet. In Heb. יחת iechat, descendet, & percutiet, & confringet significat. Kimchi in

chi in commentarijs ait, verbum descendendi in prælio vsurpari, quòd in valle & planitie cōmitti soleat. sic & Latinè dicimus descēdere in certamē, vel in aciem. *Et visitabo super vos iuxta fructum studiorū vestrorum.* Hoc est, puniam vos iuxta opera vr̄a pessima, ac scelerata. *Et succendā ignē in saltu eius.* Nēpe Ierusalē. Chald. Para. In vrbibus eius. Nōnulli, in ciuitatibus eius, quæ circū eā erāt quasi sylua: quod cohęret cū sequētib⁹. *Et deuorabit omnia in circuitu eius.* D. Hier. Saltū ait vocari Ierusalē, & omnem circa regionem, quòd frugiferas arbores bonorū operū non haberet. Theodoret⁹ Syluā vocari ob domorum & habitātium multitudinem, vt idē sit sensus huius loci, qui & illius Cap. 17. Succēdā ignē in portis eius, & deuorabit domos Ierusalē. Sic Zacha. 11. Aperi libane portas tuas, & comedat ignis cedros tuas. Vbi Chal. Para. Aperite populi portas vr̄as, ex lignis nempe Libani factas. Sic per Saltū vel Syluā, portas & domos ex lignis Syluæ constructas. Vel, *in saltu eius*, hoc est, in te, quę eris veluti salt⁹, in quo si semel accēdatur ignis, vehemēter crescit, adeò vt extingui nō possit. Sic supra Cap. 5. Ecce ego do verba mea in ore tuo vt ignē, & populū istū in ligna, & vorabit eos. D. Hie. Quidquid ad domū regiā, & ad vrbē Metropolim prophetatur, referam⁹ ad ecclesiasticū ordinē, & ad principes Ecclesiarū, eos duntaxat, qui se supbię & diuitijs, lasciuięq; tradiderint. Nec statim quia domus regia est, ab interitu liberabit: quo modo & qui de stirpe fuere Dauid, pauci admodum sunt inuenti, qui placuerint Dn̄o, vt ipse Dauid, Ezechias, & Iosias: magnaq; pars principū & stirpis regiæ in vniuersum populū irā Domini prouocauit.

ARGVMENTVM.

Regem Iuda adhortatur ad iudicium & iustitiam. Non audiẽtibus verbum Domini exitium comminatur. Mors Sellũ filij Iosiæ prędicitur. Prophetat cõtra Ioacim. Captiuitatẽ Iechoniæ filij Ioacim prędicit.

¶ CAP. XXII.

HAEC dicit Dominus: Descende in domum regis Iuda, & loqueris ibi verbum hoc, 2 & dices, Audi verbum Domini rex Iuda, qui sedes super soliũ Dauid: tu & serui tui, & populus tuus, qui ingredimini per portas istas. 3 Hæc dicit Dominus, † Facite iudicium & iustitiã, et liberate vi oppressum de manu calumniatoris: & aduenam, & pupillũ, & viduam nolite contristare, neq; opprimatis iniquè, & sanguinem innocentẽ ne effundatis in loco isto. 4 Si enim facientes feceritis verbum istud: ingredientur per portas domus huius reges sedentes de genere Dauid super thronũ eius, & ascendentes currus & equos, ipsi & serui, & populus eorum. 5 Quòd si non audieritis verba hæc: in memetipso iuraui dicit Dominus: quia in solitudinem erit domus hæc. 6 Quia hæc dicit Dominus super domũ regis Iuda, Galaad tu mihi caput Libani: si non posuero te solitudinem vrbes inhabitabiles. 7 Et sanctificabo super te interficientem virũ et arma eius: et succidẽt electas cedros tuas et præcipitabũt in ignem. 8 Et pertransibũt gẽtes multæ per ciuitatem hãc: et dicet vnusquisq; proximo suo: † Quare fecit Dominus sic ciuitati huic grãdi? 9 Et respondebunt, Eo quòd dereliquerint pactum Domini Dei sui, et adorauerint deos alienos, et seruierint eis. 10 Nolite flere mortuum, neq; lugeatis super eum fletu: plangite eum qui egreditur, quia non reuertetur vltra, nec videbit terram natiuitatis suæ. 11 Quia hæc dicit Dominus ad Sellum filium Iosiæ regem Iuda qui regnauit pro Iosia patre suo: qui egressus est de loco isto.

†Sup. 21. 12.

† Deut. 29. 24. 3. Reg. 9. 8.

Non

Non reuertetur huc ampliùs. 12 sed in loco ad quem transtuli eum, ibi morietur, & terram istam non videbit ampliùs 13 Væ qui ædificat domũ suã in iniustitia, & cœnacula sua non in iudicio, amicum suum opprimet frustra, & mercedẽ eius nõ reddet ei. 14 Qui dicit, Ædificabo mihi domum latam & cœnacula spaciosa: qui aperit sibi fenestras, & facit laquearia cedrina, pingitq; sinopide. 15 Nunquid regnabis, quoniam confers te cedro? pater tuus nunquid nõ comedit & bibit, & fecit iudicium & iustitiam tunc cùm bene erat ei? 16 Iudicauit causam pauperis & egeni in bonum suum: nũquid nõ ideo quia cognouit me, dicit Dominus. 17 Tui verò oculi & cor ad auaritiã, et ad sanguinem innocentem fundẽdum, et ad calumniam, et ad cursum mali operis. 18 Propterea hæc dicit Dominus ad Ioacim filiũ Iosiæ regem Iuda, Non plangent eum, Væ frater et væ soror: non concrepabunt ei, Ve Domine, et væ inclyte. 19 Sepultura asini sepelietur, putrefactus et proiectus extra portas Ierusalem. 20 Ascende Libanum et clama: et in Basan da vocem tuã, et clama ad transeuntes, quia contriti sunt omnes amatores tui. 21 Locutus sum ad te in abundantia tua: dixisti, Non audiam. hæc est via tua ab adolescentia tua, quia non audisti vocem meam. 22 Omnes pastores tuos pascet ventus, et amatores tui in captiuitatem ibunt: et tũc confunderis, et erubesces ab omni malitia tua, 23 Quæ sedes in Libano, et nidificas in cedris, quomodo cõgemuisti cùm venissent tibi dolores, quasi dolores parturiẽtis? 24 Viuo ego, dicit Dominus: quia si fuerit Iechonias filius Ioacim regis Iuda, annulus in manu dextera mea, inde euellã eum. 25 Et dabo te in manu quærentiũ animam tuam, et in manu quorum tu formidas faciem, et in manu Nabuchodonosor regis Babylonis, et in manu Chaldæorum. 26 Et mittam te et matrem tuam quæ genuit te, in terram alienam, in qua nati non estis, ibiq; moriemini: 27 et in terram ad quam ipsi leuant animam suam, vt

reuertantur illuc: non reuertentur. 28 Nunquid vas fictile atque contritum vir iste Iechonias? nunquid vas absq; omni voluptate? quare abiecti sunt ipse & semen eius, & proiecti in terram quam ignorauerunt? 29 Terra, terra, terra, audi sermonem Domini, 30 Hæc dicit Dominus, Scribe virum istum sterilem, virum qui in diebus suis non prosperabitur, nec enim erit de semine eius vir qui sedeat super solium Dauid, & potestatē habeat vltrà in Iuda.

EXPLANATIO.

HÆC *dicit Dominus. Descende in domum regis Iuda.* D. Hiero. Hæc visio, vel sermo Domini, vel factus est ad Prophetam antequam Sedechias nūtios ad eum mitteret, de quo superiori Cap. vel certè postquam nuntijs pręcepit, quid regi referre deberent. Pręcipitur Ieremiæ, vt nequaquā per nūtios loquatur ad regem, sed ipse vadat ad palatiū, & ibi loquatur ei. Simulq; animaduertamꝰ diuinā sapientiā, quòd per nuncios iubet tristia nūtiare, mistis & prosperis, si agere voluerit rex pœnitentiā. Hìc verò quia ipsi imperatur vt pergat, non tristia nuntiat, sed monet quid facere debeat, vt vitet impē dentem sententiā Dei. *Facite iudicium et iustitiā.* Optimi regis & Principis, & gubernatoris, & iudicis officium describitur, rectè & iustè iudicare, oppressos vi à potē tibus à calumnijs liberare: aduenam, & pupillum, & viduam, qui humano subsidio destituūtur, nequaquā permittere contristari, ius illis dicere, & ab omni iniuria liberare, ne cùm humano destituantur subsidio, & iudicum & Principis solum suffugium habeant, si hij neglexerint opem illis ferre, contristētur. Multò verò minus illos opprimere, insontem morte dānare, neq;

vlla

vlla ratione permittere vt innocẽtium sanguis effundatur, homicidas seuerè puniendo. *Si enim facientes feceritis verbum istud, ingredientur per portas domus huius reges sedentes de genere Dauid super thronum eius.* Idẽ supra cap. 17. Vide ibi. Hæc, ait D. Hiero. intelligant Episcopi, sociiq; eorum præsbyteri, atq; Diaconi, & omnis ordo Ecclesiasticus, quòd si fecerint quæ præcepta sunt, & inter cetera sanguinem innocentem non effuderint, scandalizantes minimos quosq;, & percutientes cõscientias singulorum, obtineant traditam sibi à Domino dignitatem. Sin autem facere noluerint, atq; contempserint, ipsi redigãt Ecclesiam Dei in solitudinẽ. Quod nostris temporibus factum ingẽti animi dolore cernimus. Ingrediuntur autẽ de genere Dauid per portas Ierusalem, & sedent super thronum eius, & ascendunt currus, & equos, quando refrenant & suas & populi perturbationes, & composito in Ecclesia ingrediuntur gradu, multarum virtutum choro sibiq; omni parte concinentium. *In memetipso iuraui.* D. Paulus ad Heb. 6. Quoniam neminem habuit, per quem iuraret maiorem, iurauit per semetipsum. Dicitur autem Deus iurare, ait D. Hiero. metaphoricè sicut dormire, irasci, quia ad modum iurãtis loquitur, nobis se attemperãs, vt certiores reddamur, & securiores. Vnde idem Apostolus vbi supra. Abundantius volens ostendere Deus pollicitationes hæredibus, immobilitatẽ sui cõsilii, interposuit iuramẽtum, vt per duas res immobiles, quibus impossibile est mentiri Deum, fortissimum solatiũ habeamus. Propriè iurat, qui dictũ suum confirmat per id quod certius est. Vnde ait idẽ Apostolus. Homines per maiorem sui iurant. Id autem

D. Hier. in cap. 8. Amos. et in 1. Cap. Episto. ad Titum.

tem

tem Deo conuenire non potest. Nihil enim certius esse potest verbo suo. *In solitudinem erit domus hæc.* Domū regis Iuda intelligit, in qua sermonem habebat, quasi dicat, Perdam regem, & domesticos eius. *Galaad tu mihi caput libani.* Galaad mons est collibus Libani copulatus. De ratione verò nominis habes Gene. 31. Sed & terra Galaad, vocabatur Regio Galileæ ad orientem vltra Iordanem, vbi dimidia tribus Manasses accepit possessionem cum tribubus Rubē & Gad. Vide. Num. 32. Deu. 3. Et Ios. 13. Dicitur ergo Galaad caput libani, hoc est, initium & principium libani. Per Galaad verò, vel regiam domum de qua in præcedenti oratione locutus est, vel vrbem Ierusalem, vel templum intelligi ait Diuus Hieronymus. Nam Ierusalē caput erat omnium vrbiū Iudeę, & regia domus caput omniū domorū Ierusalē, & tēplū caput totius Iudeæ. Per libanū verò aut terrā Iudeæ per Synecdochē à parte totū, aut Ierusalē quæ magna habebat palatia ex cedris libani cōstructa, vel viros potētes & eximios, qui cedris libani cōparari solent, intellige. Comminatur ergo deuastationem domus Regię, vel vrbis Ierusalem, vel templi, vel omnium simul. Iuxta contextum, rectiùs de Ierusalem intelligitur, quasi dicat. Ierusalem caput & Metropolis Iudeæ, veluti Galaad caput libani, vel sicut Galaad caput est totius regionis vltra Iordanem, non habeat posthac verax, nisi redegero te solitudinem, quemadmodum vrbes quę nunquam habitatæ fuerunt. Sed & magnificos tuos, superbos & elatos quemadmodū cedri libani: vel domos tuas elegātes & magnificas succidam, et diruam, & igni tradam. Quod autem præcessit, *Hæc dicit Dominus*

nus super domum regis Iuda, vt videatur loqui de domo regis tantùm, nihil obstat; nam vastatio vrbis Ierusalem ad vastationem domus regis, quæ in ea erat, pertinebat. Sed & quod ait, *succidam electas cedros tuas*, ad eãdem domum pertinet. Et quòd sermo sit de vrbe Ierusalem, apertius fit per ea, quæ inferiùs habentur. *Et pertransibunt gentes multæ per ciuitatẽ hanc, et dicet vnusquisque proximo suo. Quare fecit Dominus sic ciuitati huic grãdi?* Theodoretus per Galaad Palatia regia intelligi ait: & per Libanum, Ierusalem. Vocari autem Galaad palatia regia propter admissam in eis impietatẽ, vt in Galaad. Vnde Oseæ. 6. Galaad ciuitas operantium idolũ supplantata sanguine. Chald. Paraph. Quamuis tu sis dilectus coram me sicut domus sanctuarij, quę excelsa est in cacumine montium, si non ponam te desertum, vrbes inhabitabiles. *Et sanctificabo super te interficiẽtem virum, et arma eius.* D. Hiero. Sãctus vocatur Nabuchodonosor, & omnis eius exercitus, quia exequitur volũtatem Dei. Septuag. Et inducam super te virum interficientem, & securim eius. Chald. Paraph. Et pręparabo cõtra te vastantes, virum & arma eius. Sãctificare, pro præparare vtũtur Hebræi. Sic supra Cap. 6. Sanctificate super eam bellum. Sed & bella etiã apud gẽtes certis ritibus ac solennitatibus suscipiebantur, iurisiurandi sacramento interposito. Et apud Romanos sacris interpositis per fecialem indicebatur bellũ. Deut. 20. iura belli cõmemorãtur. *Virum & arma eius.* Phrasis Hebr. Hoc est, vnũquemq; cũ armis suis. Sed & איש is, & virum, & vnumquemq; significat. *Et succident electas cedros tuas.* Elegãtes domos & magnificas intelligit, sicut iam explicauim⁹. Chal. Para. Et occidẽt

pulchri-

pulchritudinē fortium tuorū, ſicut ſucciduntur ligna ſaltus, & proijciūtur in ignem. Perſtat in metaphora: quia libanū vocauerat, cedros quib⁹ liban' abūdabat, cōmemorat. *Nolite flere mortuū.* Calamitatē regis maiorem futuram prędicit, quàm eorum qui moriūtur, & magis eum lugendū ac deplorādum, quàm mortuos. D. Hier. hęc de Sedechia vult intelligi, de quo ſermo etiam fuit ſuperiori Cap. Nā in eo regnum Iuda finitū eſt. Sub quo & vrbs capta, qui ductus eſt in Babylonē, & ibi mortuus eſt. Et propterea ait vocari Sellū, quod cōſummationē & completionē ſignificat. Qui & filius fuit Ioſię, & regnauit pro Ioſia patre ſuo in Iuda. Theodoretus Ioachaz vocari Sellū ait, & de ipſo fieri hìc ſermonem: qui primus regnauit poſt Ioſiam patrem ſuū, quem Pharao Nechao captiuū duxit in Ægyptum. D. Tho. per mortuū quem non plāgendū dicit propheta, Ioſiam intelligit. Porrò quod ait, *plangite eum qui egreditur*, hoc eſt, qui in captiuitatem ducitur non reuerſurus, Ioathan filiū Ioſiæ intelligit. Per id autem quod ait. *Quia hæc dicit Dominus ad Sellū filiū Ioſiæ*, Ioachim intelligit filium etiam Ioſiæ, quia omnes filij Ioſiæ dicti ſunt Sellum, ita vt Prophetia hæc loquatur de omnibus tribus filijs Ioſiæ, qui regnauerunt poſt eum in Iuda. Et ait prophetiam huius capitis factam fuiſſe temporibus Ioachim, commemorari autem captiuitatem Ioathan quaſi præteritam. Nicolaus de Lyra, per mortuum quem prohibet flere, Ioachaz intelligit filium Ioſiæ mortuum in Ægypto. Cum verò ſubdit. *Plangite eum qui egreditur*; de Sedechia intelligit, quem Sellum vocari ait. Quod autem in præterito dicit, *qui egreſſus eſt de loco iſto*, de re futura

loquitur tãquam de præterita, ſicut ſæpe faciunt Prophetæ. Alij hæc omnia quæ hic dicuntur, de Ioachin qui fuit filius Ioakim filij Ioſiæ, qui alio nomine vocabatur Sellum, exponunt: vnde filium pro nepote ſumi, cùm dicitur, Sellum filium Ioſiæ. Obſcurum facit locum iſtum nomen Sellum, præſertim cum 1. Par.3.legamus ſic. Filij autem Ioſię fuerunt primogenitus Ioannan, ſecundus Ioakim, tertius Sedecias, quartus Sellũ. Cuius non fit mentio 4.reg.23. vbi tres tantùm filij Ioſiæ annumerantur. Sed facilè reſponderi poteſt, in libris regum eos tantùm annumerari, qui regnum poſt patrem obtinuerunt. Neq; enim ibi dicitur tres tantùm filios habuiſſe. Cùm igitur Sellũ non obtinuerit regnum, nõ fit de eo mentio. Quòd ſi hoc ita eſt, quomodo hic dicit Ieremias, ad Sellum filium Ioſiæ regis Iuda, qui regnauit pro Ioſia patre ſuo. Reſpondent Hebræi, omnes tres filios Ioſię vocari Sellũ, quod interpretatur cõſummatio, ſiue completio, eò quòd regnum Iuda in ipſis finitum ſit. D. Hiero. hoc nomine vocari ait Sedeciã, qui vltimus fuit regũ Iuda, & ita in eo verè regnum Iuda finitum eſt. De quo ſolo prophetiam hanc intelligit, vt diximus. Hæc ſententia D. Hiero. & expoſitio eius contextui literæ magis conſonat. Nam ſuperiori Cap. dicitur Sedeciam miſiſſe ad Ieremiã Phaſſur, vt interrogaret Dominũ. Cui reſpõſum dedit Propheta. Deinde iuſſus eſt Propheta deſcendere in domum regis, Sedeciæ nempe: & loquitur ad regem, & ad ſeruos eius, hortatur ad iuſtè iudicandum: comminatur, ſi non audierint verba Domini: vaticinatur vaſtationẽ Ieruſalẽ, & domorũ eius. Et vt calamitatẽ captiuitatis Babylonicæ declaret, ſub

ret, subdit. *Nolite flere mortuũ. etc.* Et hic filius fuit Iosiæ, vt non oporteat filiũ pro nepote interpretari, & patrẽ pro auo, vt coguntur alij. Quę deinde sequuntur, *Qui egressus est de loco isto,* nõ sunt coniungenda cũ præcedẽtibus, sed cũ sequẽtibus, *non reuertetur huc ampliùs:* vt hęc sit prophetia, nõ reuersurum qui egressus est, hoc est, cùm egressus fuerit. Sic Chal. Para. coniungit. Qui migrauit đ loco isto, nõ reuertetur huc ampliùs. Est autẽ præteritum pro futuro, egressus est, pro egredietur. Sic infra. *in loco, ad quẽ trãstuli eũ.* Hoc est, transferã. *Væ qui ædificat domũ suã in iniustitia, & cœnacula sua nõ in iudicio.* Hoc est. Nõ honestis rationibus. D. Hier. hęc intelligit đ Ioakim filio Iosię impio & crudeli. vide 4. reg. 14. et 2. Paral. 36. *amicũ suũ opprimet frustra.* hoc est, gratis. vt prior pars per sequẽtẽ ęxponatur, quũ ait, *et mercedẽ ei nõ reddet.* vt opprimere frustra, sit seruire & laborare facere nulla data mercede. Sep. Apud eũ proximus operatur gratis. Declarat magis, cùm subdit. *Amicũ suum opprimet frustra. Et mercedẽ eius non reddet ei.* Chal. Para. In seruitutẽ redigit amicũ suum frustra, & mercedẽ non dat ei. In Hebræo. In socio suo seruiet gratis. vel socio vtetur pro seruo gratis. Nam verbum Hebræum עבר habar, quod est seruire, quãdo cõstruitur cum Beth, significat duritiem seu sæuitiam in aliquẽ exercere, aliquo vti pro seruo, vt in pręsenti loco: Vnde rectè noster interpres transtulit, *opprimet. Ædificabo mihi domũ latã.* Hoc est, amplissimam. In Heb. Domũ mẽsurarũ. Sic etiã Chal. Para. sub. magnarum. Sep. Ædificasti tibi domũ paruulam. Græce est σύμμετρον hoc est, moderatam, exiguam, sed proportionatã in longitudine & latitudine. Id quod potest etiã

 intelli-

intelligi per domum mensurarum, quod habetur in Heb. si non subintelligamus, magnarũ. *Cœnacula spaciosa.* Sep. perflatilia. Idẽ est sensus. Nã in spaciosis cœnaculis liberiùs perflat aër. Sed et vox Hebr. מרוחים miruatim, vento expositã significat. Hisp. *Ayrosa.* Vnde subdit. *qui aperit sibi fenestras.* Subaudi, multas. Nempe vt Aër omni ex parte ingressũ habeat. Cœnacula ęstiua intellige. vnde Sãtes Pag. ita transfert. Et cœnacula spaciosa, vt ingrediatur ventus æstatis tempore. *Et facit laquearia cedrina.* Hebr. Et tecta in cedro. Sub: est domus. Heb. ספון sapun, à verbo ספן sapan, quod tegere, operire significat: & est propriè supernè obtegere, laqueare, contignare. Septuag. Contignata in cedro. Chald. Paraph. Et contegit tabulis cedrinis. *Pingitq; Sinopide* Heb ששר sasar, sinopẽ colorẽ qui rubrica dicitur, vel miniũ significat. *Nunquid regnabis, quoniã confers te Cedro?* Hoc est, Iosiæ patri tuo, interpretatur D. Hiero. Diximus enim cũ eodẽ D. Hier. de Ioakim hæc dici. Chal. Para. Num censes te esse regẽ primũ? Pro *cõfers te,* in Hebr. מתחרת metachareth, à verbo חרה charah, quod irasci, excãdescere, furore succẽdi, & cõtendere & ęmulari significat. Vnde Sep. Nũquid regnabis quia tu cõcitatus es in Achaz patrẽ tuũ? Pro ארז arez, quod cedrũ significat, legerũt Sep. אחז Achaz. Sẽsus est. Nũquid existimas firmũ & stabile & diuturnũ futurum regnũ tuũ, eo ꝙ velis cõtẽdere gloria & magnificẽtia cũ magnis regib⁹? vel cũ existimes te cõferri posse cũ patre tuo Iosia, cuius regnũ stabile fuit, quem tu minimè imitaris? Alij trãsferũt, quia misces te cedro, idest, quòd habites in domibus cedrinis, quasi dicat. Opes non faciunt regna diuturna, sed sola Iustitia. *Pater*

tuus

tuus nunquid non comedit & bibit, & fecit iudicium & iustitiam tunc, cùm bene erat ei. D. Hiero. Hoc est. Iosias pater tuus fruitus est opibus regijs: nec tamē in eo offendit Deum, quòd habuit diuitias: sed in eo placuit, quòd fecit iudicium atq; iustitiam. Et idcirco tam in presenti seculo, quàm in futuro bene ei fuit, & erit. In Hebr. Tunc bene erat ei. Hoc est, prosperè egit, cùm iustitiā & iudicium fecit. Lōgitudinem vitæ sibi peperit exercendo iustitiam. *Iudicauit causam pauperis & egeni in bonum suum.* Heb. Tunc bonum. Sub. erat illi. Septuagint. multò aliter duas illas voces *pater tuus* cum superioribus connectunt. Deinde habent. Non comedent, & non bibent: melius erat te facere iudicium & iustitiā bonam. Non cognouerunt, nō iudicauerunt iudiciū humilis, neq; iudicium pauperis. Nonne hoc est ignorare te me. vt hic sit sensus. Parum tibi proderunt diuitiæ tuæ: neq; enim illis frui poteris tu & serui tui, vt comedatis & bibatis. Quare meli⁹ fuisset iustitiā exercere, quàm dare operam cumulandis diuitijs. *Nunquid non ideo quia cognouit me?* Hoc est, quia rationem mei habuit, me timuit, volūtatem meam perficere studuit. Chald. Paraph. Nonne ista est scientia quam volo. Heb. Nonne hoc scire me? Dicunt se nosse Deum, factis autem negant, ait Apostolus. Qui studet voluntatem Dei perficere, iustitiā colere, ostendit se cognoscere Deum, quem timet, amat, reueretur vt Deum ac Dominum. *Tui verò oculi et cor ad auaritiam et ad sanguinem innocentem fundendum, et ad cursum mali operis.* Ostendit quātùm illius studia & mores distent ab studijs & moribus patris sui. Nihil aliud cogitas, nihil aliud desideras, nisi vt diuitias tibi congeras, etiam cum aliorū

Tit. 1.

iniuria: vt innocētes interficias, vt calũ nieris: Deniq; vt nihil boni agas, sed vt celeri cursu ab vno scelere ũ aliud discurras, in peius semp proficias, *ad calũniã*. Vox Heb. העשק hahosceh, significat oppressionem quę fit à tyranno, cùm expilat suos, & pecunia emungit. Nã est à verbo עשק hasach, quod vsurpare, occupare, vi capere & opprimere significat. *et ad cursum mali operis.* Heb. & super cōtritionem ad faciendã. Vox המרוצה hamerutsah, significat oppressionem, quæ fit cùm tyrãnus exigit à suis immoderatas operas. Abutebatur enim opera suorũ subditorum, vt supra diximus. Eadem vox cursum significat, à verbo רוץ ruts, quod currere significat. vnde possumus ex Hebr. interpretari, ad cursum faciendũ sub malũ. Quod apertiùs transtulit noster interpres. *Ad cursum mali operis.* Chaldaica Para. Ad faciendam calumniam & volũtatem animi tui. *Propterea hæc dicit Dominus ad Ioakim filium Iosiæ regẽ Iuda.* Ex his constat superiora etiam de Ioakim intelligi, quemadmodum diximus: nisi nouam dicas esse prophetiam: cui obstat dictio, propterea. *Non plangent eum, væ frater, & væ soror: non concrepabunt ei, væ Domine, et væ inclyte.* In Heb. idem verbum. 1. & 2. loco ponitur, nempe יספדו iismedu, quod plangere & planctũ agere significat. Et de ceremonia propriè, vel pompa lugentium mortuos dicitur, & gestum externum lamẽtantium indicat. Hoc est, neq; cognati sui fratres vel sorores eum plangent, neq; subditi tanquam dominum & inclytum suũ, quasi dicat, neq; plãctu priuato, neq; publico. Habes 4. reg. 24. Ioakim interfectũ à latrunculis Chaldęorũ, & Syrię, & Moab. Nam quod 2. Paral. 36. dicitur, contra eũ ascendisse Nabuchodono

sorem, & vinctũ catenis duxisse in Babylonẽ, id antea factũ est: nam cum per annum in vinculis detinuit, postea eũ restituit regno tributo pacto, quod post tres annos negauit, vt habes 4. reg. 24. Quod autem ait Iosephus lib. 10. Antiq. Cap. 8. quẽ sequitur Lyra super 4. reg. Cap. 24. Ioakim à Nabuchodonosore interfectum, non probatur: cùm dicat scriptura Dominum immisisse latrũculos in Iudã, vt disperderẽt eum, iuxta verbum suum, quod locutus fuerat per seruos suos Prophetas. Et ita D. Hieronymus hoc in loco interfectum fuisse à latrunculis ait. Neq; minùs probatur, quod idem Nicolaus de Lyra super 2. Paral. Cap. 36. ait, Ioakim vinctum fuisse catenis à Nabuchodonosore, vt duceretur in Babylonem, nequaquam tamen ductum fuisse, sed mutato consilio fuisse interfectum. Cum apertè sacra scriptura dicat 2. Paral. Cap. 36. Nabuchodonosorem ascendisse contra Ioakim, & vinctum catenis duxisse in Babylonem. Sic enim habet nostra litera, quãuis in Heb. sit, ad ire faciẽdum eum, id est vt duceret. Quidam iuxta Hebræorum sententiã aiunt in itinere, cùm duceretur in Babylonẽ, mortuum fuisse. Sed cùm in Paral. dicatur vinctum à Nabuchodonosore, in 4. autem Reg. missos fuisse latrunculos ad disperdendum eum: nequaquam dici potest mortuum esse, quãdo vinctus catenis à Nabuchodonosore ductus est in Babylonẽ. D. Tho. ait octauo anno regni Ioakim venisse Nabuchodonosorẽ contra eũ, cui seipsum tradidit, & factus est ei tributarius. Deinde rebellasse, & cõtra eũ venisse iterũ Nabuchodonosorẽ: quem cùm captiuũ duceret in Babyloniã, in itinere pacẽ cũ eo iniit, reuersumq; eũ fuisse in Ierusalẽ,

Nabuzardan verò congregatis latrunculis intrasse Ierusalem, & rupto fœdere Ioakim interfecisse. Quo sepulto in sepulchris regũ à populo terræ, Nabuzardan indignatum corpus eius eduxisse ex sepulchro, & bestijs ad deuorandum exposuisse. Sed si eum populus terræ sepulturę tradidisset, profectò & planctu funus eius prosequut⁹ fuisset: quod nequaquã factũ ait hoc in loco Ieremias. Sed posset quis dicere occultè sepulturæ traditum, cùm aliter nõ liceret propter hostem. *Sepultura Asini sepelietur, putrefactus et proiectus extra portas Ierusalem.* hoc est, cadauer eius insepultum exponetur volucribus & feris, vt accidit asinis. Chal. Paraph. sicut proijciunt cadauer asini, sic proijciẽt cadauer eius; lacerabitur, & proijcietur extra portas Ierusalem. *putrefactus.* In Hebręo. סחוב sachob, trahendo à verbo סחב sachab, quod trahere, raptare per pauimentũ aut solum significat. Septuag. putrefactus. vicinũ est huic verbo סרח sarach, quod in Niphal, corrũpi, & putrescere significat. Et similiter רקב rachab; vt facile fuerit vnum pro alio accipere: quamquam & sententia nõ multùm est diuersa. Huic loco videtur repugnare id quod 4. reg. 24. dicitur. Et dormiuit Ioakim cum patribus suis. sed vt ait D. Hiero. dormisse cõmemoratur, non autem sepultum fuisse, quod commemorare solet sacra scriptura. Vide quæ paulò superiùs diximus hoc eodem Cap. Interfectus est a latrunculis, vt neq; plangi, neq; sepeliri potuerit. *Ascende libanum, et clama.* Sermo est ad Ierusalem. Cui ironicè dicitur, vt montes cõscendat, indeq; amicorum, hoc est Ægyptiorum opem imploret, propter impendentem calamitatem. Quod frustra factura sit: cùm amici eius cõ-

triti

triti sint. Vel per amicos, idóla intelligere possumus, quæ colebat. Ita Theodoretus. Denuntiat, inquit, vrbi vt fugiat ad libanum, & ad Basan (sunt autem mõtes) itidem trans mare, & vociferetur lugens proprias calamitates, quód nullum ab idólis consecuta sit auxilium: illa enim vocat amatores. Priorem expositionem sequitur D. Hiero. Chal. Paraph. Ascende in domum sanctuarij & clama, & in portis montis domus eleua vocem tuam. In Heb. est libanũ. *Et clama ad transeuntes.* Septuag. Clama trans mare. Chald. Paraph. Et clama ad vada. Vox Heb. עברים habarim, latera, transitus, vada, vlteriores partes significat. Vnde, clama à lateribus, hoc est, vndequaq; transferre possumus. Ex eisdem literis, mutatis punctis, constat participiũ verbi עבר habar, quod transire significat. Vnde si puncta auferas, ad transeuntes, transferri potest, vt habet noster interpres. Possumus etiã interpretari. Clama ex Abarim mõtibus: vt quia Libanum & Basan dixerat, Abarim etiam commemoret mõtana Moabitarum. *Locutus sum ad te in abundantia tua.* hoc est. Cùm prospere ageres, rebus tuis adhuc integris. Chald. Para. Misi ad te omnes seruos meos prophetas, cùm sederes trãquilla. Heb in fęlicitatibus tuis, vel securitatibus tuis. Vox Heb שלוה saleuah, quietem, salutem, fælicitatẽ, tranquillitatem, abundantiam, prosperitatem significat. Vtuntur autem numero plurali Hebræi, quia fælicitas non in vna tantùm re sita est, sed in multorũ bonorũ aggregatione. Vnde beatitudinem ait Boetius esse statum omnium bonorum aggregatione perfectum. Septuag. multò aliter habent, nempe. Locutus sum ad te in ruina tua. Quod ita exponit Theodoretus.

tas. Consulebam peccanti, vt recederes ab errore; & consilium non suscepisti. Verbum Heb. כשל casal, quod impingere, & offendere significat, vicinum est verbo שלה salah, quod quietum esse, pacificum esse significat, à quo est nomen hic positum, *Et dixisti nō audiā.* Subaudi, verba Dei, vel prophetarum. Prosperitate & rerum abundantia abusa es in contemptum mei. Incrassatus est dilectus & recalcitrauit, incrassatus impinguatus dilatatus, dereliquit Deum factorem suū.

Deut. 32.

Hæc est via tua ab adolescentia tua. hoc est, ex quo egressa es ab Ægypto, semper hæc tua fuit consuetudo, vt cōtemneres audire vocem meam. Sicut supra. à seculo confregisti iugum meum, rupisti vincula mea, dixisti, non seruiam. *Omnes pastores tuos pascet ventus.* Per pastores, reges, præsides, sacerdotes, & prophetas intelligit. Pascere autem ventum aliquem, est res friuolas & vanas moliri, quasi dicat, frustrabuntur sua spe. Chal. Paraph. Omnes gubernatores tui dispergētur in omnē ventum. Hoc est, huc illucq; dispergentur. Ita D. Hiero. Alij, depascet, cōsumet. vel conterentur citò, perinde ac si ventus expulisset eos. *Et amatores tui in captiuitatem ibunt.* Ægyptios intelligit, in quibus confidebant. *Quæ sedes in Libano.* Arrogantiā suggillat, ait D. Hiero., quę de omniū rerū creuerat abundantia. Theodoretus. quasi dicat, Eminens, cōspicua, & celebris es apud omnes. Ierusalē Libano cōparat: domos & palatia eius cedris, quòd ex cedris Libani essent cōstructę. Tu ergo quę in tanta rerū abūdātia quieta sedes, quomodo ingemisces cū repentina calamitas ingruerit, teq; nō cogitantē inuaserit, quemadmodū dolores parturientē? Chal. Para. Quę habitas in domo sanctuarij, & in domo

Sup. Ca. 2

in domo regū nutriens filios tuos, quid facies, cùm venerit tibi tribulatio & cōmotio, quasi dolores parturientis? *quomodo congemuisti*. In Heb. נחנת nechāti, quā gratiosa, aut grata fuisti, sub. Deo. quasi dicat. Quid tibi corā Deo profuerūt ista omnia, đ quibus gloriaris? vel pro futuro. Quàm grata eris Deo? quasi dicat. Nequaquā illi eris grata, vt te à calamitatib᷒ eripiat. Verbū חנן chanan, misereri, rogare, precari, gratiosum esse significat. Vnde possumus etiā transferre. Quomodo precata es? Et id videtur significare noster interpres per vocē *congemuisti*. Hoc est, gemens precata es. Est etiā verbū vicinū אנח anach, quod gemere significat. *Viuo ego dicit Dominus*. Captiuitatē Iechoniæ, qui & Ioakim, prędicit, quasi dicat. Etiā si fuerit mihi antea coniunctissimus, & dilectissimus Iechonias, & similis annulo signatorio, quē homines propter dignitatē assiduè gestāt in manu dextera: tamē ob scelera euellā eū, & eijciā, & traducā ad Chaldęos. Chald. Parafra. Si fuerit Chonias filius Ioakim rex trib᷒ domus Iuda quasi sculptura annuli in manu dextera mea, quia inde per verbū meū trāsferam te. Hic Ioachin, qui & Iechonias, nepos fuit Iosię, & filius Ioakim. Hic captus à Nubuchodonosore cū matre sua, principib᷒, & artificibus, & multis nobilibus est ductus in Chaldęā, ibiq; mortu᷒. Vide. 4. reg. 24. Et 2. Para. 36. Vides autē nequaquā seruari ordinē in prophetia. Pri᷒ enim loquutus est de Sedechia, deinde đ Ioakim, nūc de filio eius Ioachin *Annulus*. Heb. חותם chotā, signū, signaculū, sigillū, & annulū signatoris propriè significat, à verbo חתם chatā, ꝙ est signare, sigillare, obsignare. Theodoretus. Quoniam non imitantes pietatem maiorū,

de cog-

de cognatione eorum gloriabantur, afferentes in medium Abraham, Isaac, Iacob, Israel, Dauid, Ezechiã, Iosiam viros insignes virtute: hac de causa Deus omnem repellit Iechoniæ arrogantiam, quasi dicat. Nõ confidat in maiorum virtute, cùm illorum virtutem non ęmuletur. Quæ sequuntur aperta sunt ex libris regum, & Paral. vbi hęc quæ hìc prædicuntur, facta narrantur. *Et dabo te in manu quærentium animam tuã.* Hoc est, tradã te in potestatem hostium tuorum, qui tuam expetunt mortem, & interficere quęrunt. *Et in terram ad quam ipsi leuant animam suã, vt reuertantur illuc, et non reuertentur.* Hoc est, non reuertentur in terram hanc, quam expetũt, & desiderant: morientur enim, vt dixit in terra Babylonis, sicut re vera accidit. Leuare animam, Hebraica phrasis est, pro anhelare, aspirare, cupere, sua sponte ad aliquid anniti. Chald. Para. In terram quò ipsi seducunt animas suas, vt reuertantur illuc, non reuertentur. Hoc est, quò falsò sibi persuadẽt reuersuros. *Nunquid vas fictile.* Miratur quomodo Iechonias cum suis proiectus sit, tanquam si vas fictile confractũ esset. Tribus enim tantùm mensibus regnauit. Quo genere loquendi significat nihil nobilitatem generis, diuitiarum abundantiam, regiam dignitatem, & siquid aliud est quod hominẽ hic illustrẽ reddat, coram Deo valere, nisi hæc omnia cum timore Dei fuerint coniuncta: qui si defuerit, illustrissimi quiq; tanquam vasa inutilia & vilia reputabũtur. Septuag. Inhonoratus est Iechonias, quasi vas cuius non est vsus eius: quia proiectus est, & eiectus est in terrã, quam nesciebat. Chald. Para. Contemptus, infirmus, vagus est vir iste Chonias. Aut sicut vas in quo nõ est

vtili-

vtilitas, quare translati sunt ipse & filij eius, & captiui ducti sunt in terram, quam ignorauerunt. *Vas*. Hebr. עצב hatseb, dolorem, tristitiam, & idolum, & simulachrum significat. Est autem à verbo עצב hatsab, quod turbare, tristari, aut dolore afficere significat. Inde idolum dictum, quòd molestiam & laborē tantùm adferat suis cultoribus, & Deum ad iram commoueat. vel vt alij, ab elaborãdo, quòd manibus fiat. Sic etiam & vas, vox hæc significare potest, quòd manib⁹ fiat. Pro *fictile* in Heb. נבזה nibseh, despectum, cōtemptum significat, quasi dicat. Nunquid est tanquam idolum, aut simulachrum cōtemptibile, quod proijcit conteritq́; homo, qui agnoscit eius vanitatem, & nihil in eo esse vtilitatis. vel tanquam sculptile contemptū & fractū in multas partes. Noster interpres fictile transtulit, ꝙ vas fictile res sit vilis & despecta, præsertim si confractum sit. *Nunquid vas absq; vlla voluptate*. In Heb. An vas nō volūtas in eo, idest, quod nemini placet, quod neminem delectat, absq; vlla voluptate. vt nostra habet litera. *Terra, terra, terra, audi sermonem Domini*. Theodoretus. Quasi non audiant, qui participes sunt sermonum, alloquitur terram anima carentem. vel terram, homines terram inhabitantes. Continens pro cōtento. Quo etiam genere dicendi significat eos terrenos esse, nihil nisi terram cogitare, neq; oculos in cælum attollere. Repetitio Emphasim habet, quò magis ad attētionem prouocet. vel tres plagas terræ significat. vel etiam terram homines, quibus cum loquebatur, esse significat ex conditione, tanquam ex luto factos: & terram, propter terrenos mores: & terram, quòd in terram & puluerem sint conuertendi. Chal. Paraph.

duas

duas illas particulas *terra terra*, exponit, De terra suã eum transmigrare fecerunt in terram aliam. Deinde.. Terra Israël suscipe verbum Domini. *Scribe virum istũ sterilem.* In Heb. Scribite, in plurali. loquitur ad habitatores terræ, quos per terram intelligit: ideo, scribite, ait. hoc est. Id notum omnibus sit, hominumq; memoriæ commendetur, vt non excidat, quemadmodũ quod literis mandatur, durare solet, hominem futurum sterilem: non quòd non sit liberos habiturus, sed quòd nullus eorum regiam dignitatem sit cõsequuturus: se enim ipsum explicat, cùm subdit. *Nec enim erit de semine eius vir qui sedeat super solium David, & potestatẽ habeat vlterà in Iuda.* Pro sterilẽ, in Heb. ערירי hariri, vnicum absq; filijs significat, sterilem, infœcundum, orbũ & solitarium, qui vel prorsus liberis caruit, vel eos sepeliuit. Sterilẽ autẽ vocat, quasi dicat. Habeatur tãquã sterilis, ac si filios nõ haberet: nõ enim prosperabitur in diebus suis, idest, nullũ de filijs suis gaudiũ habebit, ac si omnino caruisset, nullũ ex illis videbit prosperè agere, & regiam dignitatem habere. Habes in regũ historia Ioachin successisse in regno Mathathiam patruum eius, quem Nabuchodonosor vocauit Sedeciam, in quo regnum Iuda finitum est. Theodoret⁹. Nec proferat quis in medium Zorobabelem, qui à Iechonia descendit. Non enim rex fuit populi, sed gubernator eius, & dux exercitus. Christus autem ex hoc deducens genus secundùm carnem, sedibus Dauidicis non sedit, sed supra omnem principatum, potestatem & dominationem, & omne nomen quod nominatur non solùm in hoc seculo, sed etiam in futuro. Quod autem Angelus ad Mariam dixit. Dabit

illi Dominus Deus ſedem Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in ęternū, & regni eius non erit finis de ſpirituali regno quo regnat in Eccleſia, & regnabit in æternū intelligitur: cùm ipſe dixerit, Regnū meum non eſt de hoc mundo. Poſt captiuitatem Babylonicam, nemo fuit de ſemine Dauid, qui liberè regnum adminiſtraret in Iuda, ſed parebant exteris gentibus, nunc Medis, nunc Græcis: donec Machabæi, qui erant de genere ſacerdotali, excuſſerunt iugum Græcorum, quibus domus Herodum ſubrepſit. Principes tamen fuerunt de ſtirpe Iuda, qui cenſuram habebant in populum, præſertim Senatus Sanhedrim. Sed nato Chriſto, omnis poteſtas fuit illis adempta ſub præſide Cyrino: vt etiam illis non eſſet fas ſupplicium ſumere de facinoroſis. Sicq; completa eſt propheria Iacob. Non auferetur ſceptrum de Iuda, & dux de fœmore eius, donec veniat qui mittendus eſt, & ipſe erit expectatio gentium. Et ſacra ſcriptura vbiq; ſibi conſtat, vt pote quæ Deum habeat auctorem. Vide Galatinum lib. 4. de arcanis catholicæ veritatis.

Luc. 1.d.

Ioan. 18.f

Gen. 49.

ARGVMENTVM.

Inuehitur in Paſtores, & populi præfectos. Prophetat côuerſionem reliquiarum populi Iudaici ad Chriſtum. Et Chriſti veri paſtoris aduentum. Reprehendit pſeudoprophetarum & ſacerdotum profligatos mores: quibus ne populus credat, hortatur. De Iudeæ captiuitate. De fructu verbi Dei.

¶ CAP. XXIII.

†Eze. 13. 3. 34. 2.

VÆ † pastoribus qui disperdunt & dilacerant gregem pascuæ meæ, dicit Dominus. 2 Ideo hæc dicit Dominus Deus Israël ad pastores qui pascunt populum meum, Vos dispersistis gregem meum, & eiecistis eos, & non visitastis eos: ecce, ego visitabo super vos malitiam studiorum vestrorum, ait Dominus. 3 Et ego congregabo reliquias gregis mei de omnibus terris, ad quas eiecero eos illuc: & conuertam eos ad rura sua, & crescent & multiplicabuntur. 4 Et suscitabo super eos pastores, & pascent eos: *nō formidabunt vltrà, & non pauebunt: & nullus quæretur ex numero, dicit Dominus. †5 Ecce dies veniunt, dicit Dominus: & suscitabo David germen iustum: & regnabit rex, & sapiens erit: & faciet iudicium et iustitiam in terra. 6† In Diebus illis saluabitur Iuda, et Israel habitabit confidenter: et hoc est nomen quod vocabunt eum, Dominus iustus noster. 7 † Propter hoc ecce dies veniunt, dicit Dominus, et non dicent vltrà, Viuit Dominus, qui eduxit filios Israel de terra Ægypti: 8 Sed, †Viuit Dominus qui eduxit et adduxit semen domus Israel de terra Aquilonis, et de cunctis terris ad quas eieceram eos illuc: et habitabūt in terra sua. 9 Ad prophetas, Contritum est cor meum in medio mei, contremuerūt omnia ossa mea: factus sum quasi vir ebrius, et quasi homo madidus à vino, à facie Domini, et à facie verborum sanctorum eius. 10 Quia adulteris repleta est terra. quia à facie maledictionis luxit terra, arefacta sunt arua deserti: factus est cursus eorum malus, et fortitudo eorum dissimilis. 11 Propheta namque et sacerdos polluti sunt: et in domo mea inueni malum eorum, ait Dominus. 12 Idcirco via eorum erit quasi lubricum in tenebris: impellentur enim, et corruent in ea: afferam enim super eos mala, annum visitationis eorum, ait Dominus

*& I. M S. H. G. C.

†Isa. 4. 2. 40, 11, 45 8. Inf. 33. 14. Eze. 14. 11. 24. Dan. 9. 24. Ioā. 1. 45

illius. I. M S. H. G. C.

†Sup. 16 28.

†Deu. 33 18.

adulteriis MS. Textus lectio conformis est R. Hie. H. G. & C.

nus.13 Et in prophetis Samariæ vidi fatuitatem: ⁻ & prophetabant in Baal, & decipiebant populum meum Israël. 14 Et in prophetis Ierusalem vidi similitudinem adulterātium, & iter mendacij: & confortauerunt manus pessimorū, vt non conuerteretur vnusquisq; à malitia sua: facti sunt mihi omnes vt Sodoma, & habitatores eius quasi Gomorrha. 15 Propterea hæc dicit Dominus exercituū ad prophetas, †Ecce ego cibabo eos absynthio, & potabo eos felle: à prophetis enim Ierusalem egressa est pollutio super omnem terrā. 16 Hæc dicit Dominus exercituū. †Nolite audire verba prophetarum, qui prophetāt vobis, & decipiunt vos: visionem cordis sui loquūtur, non de ore Domini. 17 Dicūt his qui blasphemāt me, Locutus est Dominus, †Pax erit vobis, et omni qui ambulat in prauitate cordis sui, dixerunt, Nō veniet super vos malum. 18 Quis enim affuit in consilio Domini, & vidit, & audiuit sermonem eius? quis considerauit verbū illius, & audiuit? 19 †Ecce, turbo Dominicæ indignationis egredietur, & tempestas erumpens super caput impiorū veniet. 20 Non reuertetur furor Domini, vsque dum faciat, & vsque dū compleat cogitationem cordis sui, in nouissimis diebus intelligetis consilium eius. 21 †Non mittebā prophetas, & ipsi currebāt: nō loquebar ad eos, et ipsi prophetabant. 22 Si stetissent in consilio meo, et nota fecissent verba mea populo meo: auertissem vtique eos à via sua mala, et à cogitationibus suis pessimis. 23 Putasne Deus è vicino ego sum, dicit Dominus? et non Deus delonge? 24 Si occultabitur vir in absconditis: et ego non videbo eū, dicit Dominus? nunquid non cœlū et terrā ego impleo, dicit Dominus? 25 Audiui quæ dixerunt prophetæ, prophetātes in nomine meo mēdacium, atque dicentes, Somniaui, somniaui. 26 Vsquequo istud est in corde prophetarum vaticinantium mendacium, et prophetantium seductiones cordis sui? 27 Qui volunt facere vt obliuiscatur populus me⁹ nominis mei propter somnia eorū quæ narrat

⁻ 7 MS. Hier. H. G. C. ; adulterium. 15 MS. Hieron. Q. n.
†Sup, 9. 15.
†Inf. 27, 9. 29. 8.
† Sup. 5, 12. 14. 13.
†Inf. 30, 14.
; egreditur 6 MS. G. C.
†Sup. 14, 14.
Infr. 27. 15. & 29, 9.

vnusquisque ad proximum suum: sicut obliti sunt patres eorum nominis mei propter Baal. 28 Propheta qui habet somniū, narret somnium: & qui habet sermonem meum, loquatur sermonem meum verè. quid paleis ad triticum, dicit Dominus? 29 Nūquid non verba mea sunt quasi ignis, dicit Dominus: & quasi malleus conterens petram? 30 Propterea ecce ego ad prophetas, ait Dominus: qui furantur verba mea vnusquisque à proximo suo. 31 Ecce ego ad prophetas, ait Dominus: qui assumunt linguas suas, & aiunt, Dicit Dominus. 32 Ecce ego ad Prophetas somniantes mendaciū, ait Dominus: qui narrauerūt ea, & seduxerūt populum meum in mēdacio suo, & in miraculis suis: cùm ego non misissem eos, nec mandassem eis, qui nihil profuerūt populo huic, dicit Dominus. 33 Si igitur interrogauerit te populus iste, vel propheta, aut sacerdos, dicens, Quod est onus Domini? Dices ad eos, Vt quid vobis onus? proijciam quippe vos, dicit Dominus. 34 Et propheta & sacerdos, et populus qui dicit, Onus Domini: visitabo super virum illum, et super domum eius. 35 Hæc dicetis vnusquisque ad proximum et ad fratrem suum, Quid respondit Dominus? et quid locutus est Dominus? 36 Et Onus Domini vltrà non memorabitur: quia Onus erit vnicuique sermo suus: et peruertistis verba Dei viuentis, Domini exercituum Dei nostri. 37 Hæc dices ad prophetam, Quid respondit tibi Dominus? et quid loquutus est Dominus? 38 Si autem Onus Domini dixeritis: propter hoc hæc dicit Dominus: Quia dixistis sermonem istum, Onus Domini: et misi ad vos, dicens, Nolite dicere, Onus Domini: 39 propterea ecce ego tollam vos portans, et derelinquam vos, et ciuitatem quam dedi vobis, et patribus vestris à facie mea. 40 † Et dabo vos in opprobrium sempiternum, et in ignominiam æternam, quæ nunquam obliuione delebitur.

† Sup. 20 11.

EXPLANATIO.

Va pa

VÆ pastoribus qui disperdunt, & dilacerant gregem pascuæ meæ. Per pastores, principes, pontifices, sacerdotes, & alios populi præfectos intelligit. Chal. Para. Væ gubernatoribus. De his suprà Cap. 2. Sacerdotes non dixerunt, vbi est Dominus? & tenentes legem nescierunt me, & pastores præuaricati sunt in me, & prophetæ prophetauerunt in Baal. Et Cap. 5. de optimatibus. Magis hi simul confregerũt iugum, ruperũt vincula. Et Cap. 10 Quia stultè egerunt pastores, & Dominum non quæsierũt: propterea non intellexerunt, & omnis grex eorum dispersus est. Dum ergo pastores somno indulgẽt, & pascere gregem verbo & exemplo negligunt, dum lupos non arcent, dũ sceleribus cõniuent, dũ nõ reprehendũt, non puniũt, gregẽ Dñi dissipãt, & dilacerãt. Multò verò magis si scelerũ ipsi auctores, & reprobatorũ dogmatũ doctores fiant, vt nõ iam pastores, sed lupi vocandi sint. *Disperdunt*. Vox Heb. מאבדים meabdim, perdentibus, vel disperdẽtibus. *Et dilacerãt*. Heb. ומפצים vmpitsim, à verbo פוץ puts, quod dispergere, & coterere, & cõfringere cũ dispsione significat. Sep. ô pastores dispergentes, & disperdentes oues pascuæ meæ. Chal. Para. Væ gubernatoribus qui disperdũt, & dispergũt populũ, super quem inuocatum est nomen meum. *Pascuæ meæ*. hoc est, quem ego pasco lege mea, sermonibus, adhortationib⁹, doctrina per prophetas meos. Peculiarem quandam curam modus hic dicẽdi significat: vt quamuis omnes homines & animantia Deus pascat, à quo omnia expectant, vt det illis escam in tempore: oues tamen pascuæ Dei dicuntur illi, qui ad populum eius pertinent, cuius Deus

Psal. 103.

 peculia-

peculiarem habet curam, vt olim Iudaici, nunc Christiani. Id Chald. Paraph. explicauit, cùm loco *pascua mea* habet, populum super quē inuocatum est nomē meum. Disperduntur oues Christi vitijs, sceleribus, erroribus, hæresibus. Disperguntur & dilacerantur dissidijs, odijs, inimicitijs, schismatibus. Officia boni, & mali pastoris vide Ezechi. 34. Et Ioan. 10. *Vos dispersistis gregem meum.* Id quidem verum est, etiam si talis nō adsit voluntas, si modò negligenter officio suo satisfacere studeat pastor: summā enim officiū hoc exigit vigilātiā, summū studiū: quod si defuerit, reus est pastor perditionis ouiū. Vnde hic Dominus ait, pastores dispersisse & eiecisse oues, eò quod non visitauerint. *Et eiecistis eos.* Vox Heb. à verbo נדח nadach, quod expellere, & eijcere, & dispergere significat, quasi dicat. Incuria vestra factum est, vt populus meus iret in exilium. vel fecistis, vt ego illum à facie mea eijcerem propter eorum scelera & idololatriam. *Et non visitastis eum.* Verbū Heb. פקד pacad, nō solùm visitare, sed & requirere, rationem & curam habere significat, quasi dicat. Non fuit vobis curæ. Chald. Paraph. Non quęsistis. *Ecce ego visitabo super vos malitiam studiorum vestrorum*, Hoc est, pœnas à vobis deposcam. Qui non visitant, visitabūtur à Deo ī malū suū. *Et ego cōgregabo reliquias gregis mei.* Theodoret⁹. Ista quidē tēporib⁹ Zorobabelis & Iesu filij Iosedech, typicè euenerūt, nō tamē tota prophetia. Multi enim insurrexerūt in eos, nō modò vicini, sed etiam Macedones posteriùs, & tādē Romani. Verùm prædictio sufficientem gratiam pollicetur. Quocirca certū est illa quidē tēporibus eorū cōtigisse, hęc verò tēporib⁹ sacrorū Apostolorū: vnde & subditur.

Ecce

Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & suscitabo Dauid germen iustum. &c. Quod manifestè de Christo intelligitur, vt statim docebimus. Congregabo ergo, ait, per me scilicet & Apostolos meos, in vnũ ouile, Ecclesiam nempe, reliquias gregis mei. Pauci enim ex Iudaismo conuersi sunt. Sed & postquam plenitudo gentium intrauerit, ait Apostolus, reliquię etiam saluæ fient. *De omnibus terris ad quas eiecero eos illuc.* Id potissimùm post deuastationem, quæ per Romanos facta est, contigit. Dispersi enim sunt Iudæi per vniuersum orbem. *Et cõuertam eos ad rura sua.* Reducã ad caulas suas. Vox Heb. נוה nauch, habitaculum significat, à verbo נוה nauah, quod est habitare. Sed & eadem vox locum amœnũ pascuis vbi sit villa vel tuguriũ, hoc est rus, significat. Optimè de Ecclesia intelligitur, quæ & vna est in vniuersum, & plures ob particulares Ecclesias. Vnde in Apocalypsi. Et septem Ecclesijs quę sunt in Asia. Iam verò quod ait, *ad rura sua*, ideo dictum est, quia eadem est Ecclesia quæ nunc est, cum illa quæ olim fuit, ob eandem fidem: quãuis quod ipsi futurum credebant, nos iam factũ credimus. Christus etiam, qui caput est Ecclesiæ, ex Iudæis est secũdùm carnem. Sed & Apostoli Ecclesię principes ex Iudæis fuerunt. Deniq; finis legis Christus est, & Euangelium legis complemẽtum, ad quod lex ipsa eos, qui sub lege erãt, ducebat. Meritò ergo *ad rura sua* dixit. *Et crescent, & multiplicabũtur.* Act. 6. Et Verbum Domini crescebat, & multiplicabatur numerus discipulorum in Ierusalem valde. De multiplicatione fideliũ Isaias in multis locis prophetat, præcipuè Cap. 49. & 60. *Et suscitabo super eos pastores.* Apostolos nempe, & apostolicos viros, de quib'

Rom. 11. c

Apoc. 1.

Ephes.4. D. Paulus. Alios quidem dedit Apoſtolos, alios Euangeliſtas, alios paſtores & doctores. Vox Hebr. הקימתי hachimeti, ſtatuere, firmare vel confirmare, & ſuſcitare ſignificat, à radice קום chum. Suſcitaturum autem dixit, quò vel alios dormitaſſe ſignificet, vel extinctos prorſus, vt ſacerdotij, & legis & paſtorũ trãſlationẽ ſignificet. vel vt officiũ paſtoris innuat, qui ſemper inuigilare debeat. Vel etiam quòd nequaquam huiusmodi officium præſtari poſſit, niſi Deus ſpiritum ſuũ ſuſcitet in miniſtris ſuis. Vnde Chriſt⁹ ad Apoſtolos. *Ioã.20.f.* Accipite ſpiritũ ſanctũ. Et Sedete in ciuitate, quoad *Luc. vlt.* vſq; induamini virtute ex alto. *Non formidabunt vltra, et non pauebunt.* Hinc conſtat nequaquam impletam fuiſſe prophetiam hanc tempore Zorobabelis. Poſt reditum enim ex Babylonica captiuitate Iudæi in continuis fuerunt timoribus, & aduerſitatibus. Referenda ergo ſunt hæc ad Chriſti tempora: in quibus perfecta facta eſt liberatio. vt chriſtianus homo iã non timeat hoſtes aliquos, neq; viſibiles, neq; inuiſibiles: cũ ſciat ſe ouem eſſe Chriſti, dummodo paſtorẽ ſuum ſequatur. Vnde Chriſt⁹ ad ſuos: Nolite timere puſill⁹ grex. *Luc.12.* Et Zacharias pater D. Ioannis Bap. Vt ſine timore de *Luc.1.* manu inimicorum noſtrorum liberati ſeruiamus illi. *Ioan.10.f.* *Et nullus quæretur ex numero.* Sic Chriſtus de ouibus ſuis. Et nemo rapit eas de manu mea. Et quos dediſti mi- *Ioan.18.e* hi, non perdidi ex eis quẽquã. In Heb. ולאיפקדו velo iipachedu, hoc eſt, nõ deerũt vel deficient, vel deſiderabũtur. Verbũ enim פקד pachad, multiplicem habet ſignificationẽ, & in cõiugatione Niphal deeſſe, deficere, deſiderari, detrahi vel ſubduci de numero ſignificat. Septuag. Neq; requirentur, Eodẽ ſenſu interpretari

tari possumus, quasi dicat. nulla ex ouibus deficiet, vt tanquã deperdita requiratur. Chal. Par. Nec cõmouebũtur. vt scilicet dispergãtur, & pereat aliqua ex ouibus. Theodoretus legit. Nec illis quicquã deficiet. *Ecce dies veniunt dicit Dominus*. De Christo manifesta est prophetia, & ex Iudęorum sentẽtia sicut etiã Chald. Par. manifestè de Messia interpretatur. Cùm igitur de Euãgẽlicis pastoribus prophetasset, ac de sũma illa pace ac trãquillitate, qua sub fęlicissimo Euangelij statu potimur, ꝺ auctore huius pacis prophetat. Dies ergo isti, de quibus Propheta loquitur, illi sunt de quibus Apostolus. Nouissimè diebus istis loquutus est nobis in filio. Et. Cùm venit plenitudo tẽporis, misit Deus filium suũ. vt cùm omnes pręteriti nox & tenebræ potiùs dicendi sint, quàm dies: hi iure optimo dies vocẽtur, in quibus lux orta est iusto, & populus qui habitabat in tenebris vidit lucem magnam, & habitantibus in regione vmbræ mortis lux orta est eis. Et Deus ipse per viscera misericordiæ suæ visitauit nos oriens ex alto, tanquam Sol iustitiæ in cuius pẽnis est sanitas. Nã qui ambulat in tenebris, nescit quò vadat: qui autẽ Solẽ hunc sequitur, nõ ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitę. Erat enim lux vera, ait D. Ioãnes, quę illuminat omnẽ hominẽ venientẽ in hunc mundũ. Ecce dies veniunt, ait Propheta, celebratissimos quosdam dies significans, quibus Deus promissionem iam ab initio mundi factam, toties patribus confirmatã, tot modis ꝑ legẽ adũbratã, per prophetas celebratã adimpleuit: vt mitteret eũ qui mittẽdus erat, qui & futurꝰ erat expectatio gẽtiũ: quos dies iusti oẽs qui ab initio fuerũt, ardẽtissimis desiderijs aduenire exoptarunt, &

Heb. 1.a.
Galat. 4.
Isai. 9.a.
Ioan. 12.
Ioan. 8.
Ioan. 1.
Gen. 49. b.

summis suspirijs,vt aduenirent,contendebant. Quos Abraam exultauit,vt videret: vidit in spiritu, & gauisus est. *Suscitabo David germen iustum.* Christum nempe, qui ex semine Dauid fuit secundùm carnem. Proinde germen ipsius Dauidis dicitur, cui & promissio facta erat. Cuius ipse meminit in Psalmo. Iurauit Dominus Dauid veritatem, & non frustrabitur eum: de fructu ventris tui ponam super sedem tuam. Chald. Para: Et suscitabo Dauid Messiam iustum. Similiter Cap.33. In diebus illis & in tempore illo germinare faciam Dauid germen iustitiæ. vbi Chald. Para. Suscitabo Dauid Christum iustitiæ. Isai. etiã. 4. In die illa erit germen Domini in magnificentia. vbi Cald. Para. In tempore illo erit Christus Domini in gaudium & gloriam. Et Zachar. 6. Ecce vir oriens nomen eius. vbi in Heb. est eadem vox צמח tsemach, quæ germẽ & oriẽtem significat. Et Chal. Para. Ecce vir Christus nomẽ eius. Est igitur proprium nomen Christi germen, quo significatur proprietas diuinę personę, & humanæ naturæ. Nam secundùm naturam diuinam filius est Dei ex patre nascens, & secundùm humanam naturam filius est virginis ex Maria natus. Vnde Isaias germen Domini vocat, quòd Dei filius sit. Et Ieremias germẽ Dauid, quòd factus sit ex semine Dauid secũdùm carnem, vt ait Apostolus. Vox Heb. germen, succrescentiam, surculum significat, à verbo צמח tsamach, quod germinare, pullulare, oriri, crescere, succrescere significat: & de plãtis propriè dicitur, sed ad alia passim trãsfertur. Dauid autem in Heb. est datiui casus: præponitur enim ל signum datiui casus. Sic Septuag. τῷ Δαυὶδ habent. Idem est autem dicere, suscitabo Germẽ Da-

Ioan. 8. g.

Psal. 131.

Rom. 1.

uidi, quod suscitabo germen Dauidis. Ideo enim Dauidi dicitur suscitari, quia ex Dauide natus est. Dicitur autem Christus germen, quòd ex tenuibus initijs ad summum vsq; excreuerit. Germen enim terræ paulatim crescit. Sic in Daniele significatur per lapidem abscisum de monte sine manibus, qui factus est mons magnus, & impleuit vniuersam terram. Iustum autẽ dicit, vt statim. *Et hoc est nomen quod vocabunt eum, dominus iustus noster.* Solus enim Christus iustus fuit ea ratione, vt neq; peccatum habuerit, neq; habere potuerit. Cæteri quamuis iusti sint, non tamen possunt germẽ iustum vocari, cùm omnes comprehendat illud Prophetæ. Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea. Et illud Apostoli. Nascimur omnes filij irę. Ita vt non ex germine illis Iustitia competat, sed ex eo quia vt palmites viti, quæ Christus est, inserũtur. Vnde de solo Christo dictum legimus. Et quod nascetur ex te sanctum: vt nõ priùs, conceptum fuerit, quàm sanctum; sed in ipsa conceptione fuerit sanctũ. *Et regnabit rex.* Sic Angelus ad Mariam. Dabit illi Dominus Deus sedem Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis. Regnum autem hoc spirituale est, quo per fidem regnat, quem omnes fideles tanquam regem adorãt, illiusq; legibus colla subdunt. Vnde & Christus dicebat. Regnum meum non est de hoc mũdo. Quamuis qua ratione filius Dei erat, & mediator Dei & hominum, potestatem habebat super omnes homines & super omnes Angelos, vt rex regum sit & Dominus dominantium. Sed regni temporalis vsum non habuit, quin potiùs pauper & egenus pro nobis

Dan. 2.

Psal. 50.

Ephes. 2.

Luc. 1.

Ioan. 18.

factus est, vt nos illius egestate diuites essemus. Vnde *regnabit rex* ait, vt significet prinsquam regnaret vt homo, iam regem fuisse vt Deus. Sunt etiam qui regnant, neq; reges sunt, sed vi regnum inuadunt, aut si ius regni habēt, tyrāni potiùs sunt quàm reges, quòd per insolentiam imperij viribus abutātur, & vi quadā animi libidine dominantur, non iure & legibus ęquis. Sed Christus regnat rex, vt & ius sibi regni competat, & summa æquitate omnes gubernet. Hinc autem fit manifestum, prophetiam hanc nequaquam de Zorobabele posse intelligi, vt Iudæi aliqui obstinatissimè contendunt. Non enim Zorobabel rex fuit, sed dux tantùm populi. *Et sapiens erit.* De Christo dicitur in Euangelio. Crescebat & confortabatur plenus sapientia. Et proficiebat sapientia & ætate. Et Apostolus. Qui factus est nobis sapientia. Septuag. Et intelliget. Chald. Paraph. Et prosperabitur. In Hebr. והשכיל vehischil, à verbo שכל sachal, quod intelligere, aspicere, prospicere, circumspectum esse, considerare, prouidentiam habere, & prosperari significat. Et in coniugatione Hiphil, vt est in hoc loco, scitè & solerter & prosperè agere. *Et faciet iudicium et iustitiam in terra.* Nunc iudicium est mundi, dicebat Christus, nūc princeps huius mundi eijcietur foras. Et, In iudicium ego veni in mundum, vt qui non vident videant, & qui vident cęci fiant. Et, Pater non iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit filio. Qui constitutus est à Deo Iudex viuorum & mortuorū. Dum vixit in hac mortali vita, iudicium fecit & iustitiam, dum causam nostram aduersus inimicum nostrū ęgit, & nos ab illius tyrannide liberauit. Iudicium etiā fecit discretionis,

Luc. 1. | *1. Cor. 1.* | *Ioan. 12.* | *Ioan. 9. g* | *Ioan. 5. d.* | *Act. 10. g.*

dum

dum quos voluit, elegit. In fine autem mundi iudicium generale faciet, reddens vnicuiq; secundum opera sua. *In diebus illis saluabitur Iuda, & Israel habitabit confidenter.* In diebus illius, legendum est: Sic habet Hebraicus textus, & Septuagin. & Chald. Paraph. Ex his etiam verbis apertè conuincitur, locum istum de Christo intelligendum. Nunquam enim decem tribus salutem consequutæ sunt nisi per Christum, qui non solùm Iudam, sed Israelem, & omnes gentes saluas fecit. De quo Dominus per Isaiam. Dedi te in lucem gentium, vt sis salus mea vsq; ad extremum terræ. Israelem autem habitare confidenter, effectus est salutis per Christum factæ. Deuictis enim hostibus nostris, & ab illis liberati tutò agimus. Sic superiùs. Non formidabunt vltra, & non pauebunt. *Et hoc est nomen quod vocabunt eum Dominus iustus noster.* Hoc in loco ponitur nomen יהוה Iehouah, quod non nisi vero Deo conuenit, atq; adeò significatur Christum verū esse Deum: vt quem hominem futurum significauit, vocans germen Dauid, nunc verum esse Deum significet. Vide Galatinum lib. 3. de Arcanis Catho. verit. Cap. 9. In Hebræo est vox יקרא iichreo, quæ, & vocabunt, & vocabit eum, interpretari potest, iuxta diuersam punctuationem. Sept. tamen & Chald Para. vocabunt, habent teste Nicolao de Lyra, & Galatino. Quamuis D. Hiero. in Commentarijs dicat Septuagin. vocabit eum, transtulisse. Et in Biblijs regijs καλέσει. i. vocabit, habetur. In Para. autem Chal. in Biblijs regijs ita legimus. Et hoc est nomē q̄ vocabunt eum: fient nobis iustitiæ à facie Dñi in diebus eius. Galatinus autem ait Chal. Paraph. habere. Et hoc est

Isa. 42.

nomen

nomen eius, quod ipsi apellabunt eum, Deus iustus noster. Pro *iustus noster*, Sept. habent Iosedech, quod Dominus iustus, vel Domini iustitia significat. Iustus ergo noster dicitur Christus. De quo D. Paulus ait. Factus est nobis sapientia à Deo, & iustitia & sanctificatio & redemptio. Nam illius iustitia nos iusti sumus non formaliter, vt aiunt philosophi, sed efficienter: auctor enim fuit nostrę iustitiæ, quam nobis meruit. Vt iustificati gratia ipsius hæredes simus secūdùm spem vitæ ęternæ, ait Aposto. *Propter hoc ecce dies veniunt dicit Dominus: & non dicent vlterà, viuit Dominus, qui eduxit filios Israel de terra Ægypti, sed viuit Dominus qui eduxit & adduxit semen domus Israel de terra Aquilonis, & de cunctis terris, ad quas eiecerā eos illuc, & habitabunt in terra sua.* Maius & eximius futurū beneficiū liberationis per Christum quàm liberationis ab Ægypto docet, ita vt illud propter huius magnitudinem obscurandū sit, & obliuioni tradendum: non aliter ac Solis splendore astra obscurātur, vt non appareāt. Habes idem supra Cap. 16. Vide ibi. *Qui eduxit, & adduxit.* Septuag. Qui adduxit, & congregauit. Chald. Paraph. Qui ascendere fecit, & adduxit. In Heb. primo loco est הֶעֱלָה hehelah, hoc est, ascendere fecit, transtulit, quod idem quod eduxit: secundo loco הֵבִיא hebi, hoc est, introduxit, ingredi fecit, adduxit. Porrò totā hanc peryodū deesse in Septuag ait D. Hiero. In Biblijs tamen regijs habetur in textu Septuag. *Ad Prophetas.* Tituli vice positum est: quòd sequens sermo de Prophetis, aut cōtra Prophetas, falsos nempe, sit. Septuagin. cum sequentibus connectunt: sic enim habent. In prophetis cōtritum est cor meum, Quamuis D. Hiero. coniungi cum superiori

1. Cor. 1.

Tim. 3.

perioribus in textu Sep.dicat,nempe hoc modo. Vocabit eum Dominus Iosedech in prophetis. Deesse enim superiorem peryodum dixit. Chal.Par.Propter pseudoprophetas contritum est cor meum. In Hebr. prę ponitur ל quod Ad,in,& propter significare solet. *Contritum est cor meum in medio mei*. i. conficior dolore. Sic etiam sequētibus verbis acerbissimum animi dolorem,quo premebatur,significat:idq; propter dominum,& propter verba sancta eius, quòd Deū scilicet iratum cerneret, & calamitates maximas comminantem aduersus prophetas. *Madidus à vino*. Sep.Captus à vino.Chal. Paraph. Sicut vir factus insanus vino suo. In Heb. עברו habero,idest transiuit eum, vel superauit.Hoc est, quasi vir quē superauit vinum. quod idē est quod madid⁹ à vino,hoc est,ebrius. *Quia adulterijs*. adulteris legendum.Sic Septuag.& Chal.Paraph. Sic etiam in Heb.Sic etiam D.Hierony.in Cōmenta.vbi ait in Septuag.non haberi orationem hanc, *quia adulteris repleta est terra*, sed in Biblijs regijs habetur. Theodoretus per adulteros,mendaciorum pręcones intelligit,qui adulterant & corrumpūt verbum Dei,vt hæretici faciūt.*Quia à facie maledictionis luxit terra*. Hoc est, desolata est propter periuria. Desolata enim terra videtur veluti lugere.D.Hiero.ait Septuag.transtulisse, quia à facie iuramenti luxit terra. In Biblijs regijs in textu Septuag.à facie horum,habetur.Chal. Paraph. Quia propter iuramētum falsum deserta est terra. In Heb. אלה alah, iuramentū, execrationem,& maledictionē significat. *arefacta sunt arua deserti*. Quid per luctū terræ intelligat, explicat.Septuag.pascua deserti. Chald.Para.habitacula deserti. In Hebr. נאות neoth,

habita-

habitacula vbi pascua sunt, loca amœna, & pascua significat. D. Hiero. Quicquid de terra Iudea iuxta literã intelligis, refer ad congregationem credentium: quoniam propter adulteria, & mendacia siue periuria, virtutũ & donationũ Dei sterilitas in Ecclesia sit. *factus est cursus eorũ malus* Id de hominib⁹ intelligi debet. Sic in Heb. quasi dicat. Homines Iuda seduli, & veloces sunt ad mala patranda. Chal. Para. Et eò quod multiplicant volũtatem animę suę, malũ veniet super eos. *Et fortitudo eorum dißimilis.* Septuag. Et fortitudo eorũ non sic. Ita etiam in Hebr. Idem est autem ac si dicas, non firma, non fortitudo. hoc est, nutauit eorum fortitudo, euanuit, imbecilles facti sunt: id quod significare voluit noster interpres, cùm ait. *Et fortitudo eorum dißimilis.* Idest, nõ vera. vel fortitudo eorum non est veritas. Hoc est, veritate non nituntur, sed mendacio. vel, pro viribus suis veritati non student, sed mendacio. *Propheta namq; & Sacerdos polluti sunt.* Vitijs nempe, adulterijs, iniustitijs, periurijs, idololatria. Id de falsis prophetis, & de veris intelligi potest, vt ait D. Hier. quòd qui verè donũ prophetiæ habebant, pseudoprophetarũ similes extiterint, & eorũ sceleribus se cõtaminauerint. Chal. Para. Quoniam & scriba & sacerdos suffurati sunt vias suas. Hypochrisin vult significare, dum quis aliud intus gerit, & aliud exteriùs ostẽdit. Heb. חנפו chanephu, impiè egerunt, polluti sunt, Hypocritæ fuerunt, simulauerunt. propriè significat, cùm quid ita inficitur, aut contaminatur, vt aliam prę se speciem ferat. *Et in domo mea inueni malum eorũ.* Quòd scilicet etiam in templo Dei idòlis sacrificarent. *Idcirco via illorum erit quasi lubricum in tenebris.* Hoc est, ruēt, & pœ-

& pœnas dabunt propter peccata ſua. Qui per lubricam viam in tenebris incedit, fieri non poteſt vt non corruat, impellente præſertim alio. Sic Iudæi me auctore ruent, & dabunt pœnas ob peccata & ſcelera ſua. *Impellentur enim, & corruent in ea.* Explicat magis quod dixerat. *Afferam enim ſuper eos mala, annum viſitationis eorum.* Apertiùs idem explicat. Septuagin. Quia inferam ſuper eos mala in anno viſitationis eorũ. Chal. Quia adducam ſuper eos malum, annum viſitationis peccatorum eorum. Annum pro tempore poſuit. Viſitationem vocat vindictam, & punitionem. *Et in prophetis Samariæ vidi fatuitatem.* Nomine Samariæ, decem tribus intelligit: vt nomine Ieruſalem, Iudam & Beniamin. Pro *fatuitatem*, Septuag. iniquitates habent, Chald. Paraph. impietatem. Hebr. תיפלה tiplah, fatuitatem, & rem inſulſam ſignificat. Sic autem vocat idololatriam: quid enim magis inſulſum, & abſurdum, quàm lapides colere? *Prophetabant in Baal, & decipiebant populum meum Iſrael.* Ecce fatuitatem: nomine falſorum deorum falſa prædicere, quibus populus in errorem inducebatur. Diuus Hieronymus per prophetas Samariæ hæreticos, & omnes qui falſi nominis ſcientiam iactant, ſignificari ait: qui quod dæmon ſuggerit, loquuntur. *Et in prophetis Ieruſalem vidi ſimilitudinem adulterantium, & iter mendacij.* Per prophetas Ieruſalem, prophetas duarũ tribuum intelligit. Septua. Vidi horribilia, adulterantes & ambulantes in mendacijs. Chal. Para. vidi mutationem adulterantium, & ambulantium in mendacio. In Heb. ad verbum. Vidi turpitudinem, adulterare & ambulare in mendacio. Vox Heb. שערורה ſaharurah, à verbo שער ſahar, quod

cogitare

cogitare & existimare significat. Quidam pro apparẽre velut spectrum, aut terricula mẽtum quod est visu horrendum, exponunt. Inde nomen supradictum stuporem, rem horrendam, & turpitudinẽ significat. Supra Cap. 5. vbi nostra litera habet, Stupor & mirabilia facta sunt in terra, in Heb. est eadem vox, quæ hoc in loco habetur. Noster interpres transtulit hoc loco *similitudinem*, eodem sensu, ita vt per similitudinem, spectrum, rem visu horrendam intelligamus. Quod verò *adulterantium* legimus, D. Hiero. in Commẽta. adulterium legit: vtroq; modo exponi potest infinitiuum adulterare, quod est in Hebr. Sensus ergo est. Vidi in prophetis Ierusalem rem visu horrendam; adulteria nempe, & quòd mendacijs studerent, vt populum deciperent. vel vidi similitudinem adulterantiũ, hoc est, vidi adulterantes. Per adulterium, vel ipsum carnale adulterium intelligere possumus, de quo supra. Vnusquisq; ad vxorem proximi sui hinniebat. vel spirituale adulterium, idololatriam nempe, & verbi Dei corruptionem, dum tanquam verbum Dei proponerẽt, quod nequaquã erat verbum Dei. Adulterãtes verbũ Dei, ait D. Paulus. Sic D. Hiero. & Theodoretus. *Et cõfortauerunt manus peßimorum, vt non conuerteretur vnusquisque à malitia sua*. Hoc est. Dum prospera omnia promittebant perseuerantibus in sceleribus suis, id planè efficiebant, vt scelerati & flagitiosi homines in sceleribus & flagitijs permanerent. Confortare vel roborare manus alicuius, est animum adijcere, constãtem ac firmum reddere, vt in re aliqua perseueret. Septuag. Et apprehendẽtes manus malorum: qua dicẽdi forma significat impietatis malorũ socios fieri, vt Theo-

Sup. Cap. 5.

2. Cor. 4.

vt Theodoretus exponit. Verbum Heb. חזק chazach, quod hoc in loco habetur, corroborare, & apprehendere significat. Dexterā autē dexteræ iungere, gestus est fœdus inientium. *Facti sunt mihi omnes vt Sodoma, & habitatores eius quasi Gomorrha.* Hoc ad illorum punitionem refert D. Hiero. quasi dicat. Continget illis, sicut cōtigit Sodomę & Gomorrhæ. Theodoretus ad morum corruptionē. Hic enim est fructus adulterij verbi Dei, sicut nr̄o hoc infęlici seculo cernere licet. Sic Isai. Nisi Dn̄s exercituū reliquisset nobis semen, quasi Sodoma fuissemus, & quasi Gomorrha similes essemus. Semē Dei est verbum Dei purum, non contaminatum, non adulteratum; vel Euangelici viri, qui verbum Dei purum, non adulteratū populo proponunt. Porrò prior pars, *facti sunt mihi omnes vt Sodoma,* ad prophetas falsos Ierusalem referenda est. Altera vero, *& habitatores eius quasi Gomorrha,* ad habitatores Ierusalē. Sic Isaias. Audite verbū Domini principes Sodomorum, percipite auribus legem Dei nostri populus Gomorrhæ. *Propter hæc dicit Dominus exercituum ad Prophetas.* Prædicit pseudoprophetarum punitionem. Chal. Paraph. Super pseudoprophetas. *Ecce ego cibabo eos absynthio, & potabo eos felle.* Grauissimas pœnas, acerbissimos dolores & cruciatum, & varias calamitates significat. Septuaginta. Ecce ego cibo eos doloribus, & potabo eos aqua amara. Chal. Paraph. Ecce ego adducam super eos angustiam amaram, sicut absynthium: & potabo eos calice maledictionis pessimæ, quasi capitibus draconum. Pro *felle* in Hebræo est, מרוש meros. i. aquas capitis vel fellis. Nam Hebr. ראש ros, caput & fel, seu bilem & venenum, & toxicum significat. Pos

Isa. 1.

Isa. 1.

cat. Possum' per aquas capitis, lachrymas interpretari: & idem erit sensus cũ nostra trãslatione. Habes idẽ supra Cap. 8. Dedit nobis aquã fellis. Vide quæ ibi annotauimus. Sũt qui dicãt in capite Aspidis esse venenũ aut toxicũ, & propterea nomẽ ראש ros, quod caput significat, sumi pro veneno vel toxico. Huc alludit Paraphrasis Chal. *A prophetis enim Ierusalem egressa est pollutio in omnem terrã.* Sub. Iudę. i. ad omnes incolas Iudæ. Chal. Par. Egressa est adulatio in omnes habitatores terræ. Vox Hebr. חנפה chanuphah, à radice חנף chanaph, quod inficere, maculare, cõtaminare, polluere, & simulare, & corrũpere, adulterari significat. Pollutionẽ, impietatem, hypochrisim, & adulationẽ qua homines decipiũtur, & corrũpũtur, significare potest. *Hæc dicit Dominus. Nolite audire verba prophetarũ, qui prophetant vobis, & decipiunt vos.* Non caret culpa peruersis acquiescere doctoribus. Par enim erit pœna & magistro & discipulo. Fugiendi sunt, neq; vlla ratione audiendi. Sermo enim eorum vt cancer serpit. *Visionem cordis sui loquuntur, non de ore Domini.* Septuag. clausulam hanc cum posteriori parte superioris clausulę connectuat, hac ratione. Nam pro eo quod nos habemus, *& decipiunt vos*, ipsi habent. Quia vanam faciunt visionem à corde eorum, loquuntur, & non de ore Domini. Idem est sensus. Vanam enim facere visionẽ à corde suo, est decipere, dum quis à se conficta, & nõ quæ à Deo audiuit, loquitur. Chald. Para. Impietatẽ cordis sui loquuntur. In Heb. ad literã. vanescere faciunt ipsi vos, pro eo quod nos habemus, *decipiunt vos.* à radice הבל hebel, i. vanitas. Inde verbũ quod in kal euanescere, & ambulare post vanitatem significat, Et in

2. Tim. 2.

Hifhil

Hifhil, vt est hic, facere euanescere, & facere ambulare post vanitatem, quod est decipere. *Dicũt his qui blasphemant me: locutus est Dominus, pax erit vobis: & omnibus qui ambulant in prauitate cordis sui dixerunt. Non veniet super vos malum*. Sic falsi prophetæ decipiebant populum, & confortabant manus pessimorum, vt non conuerterentur à malitia sua, sed perseuerarent in flagitijs, & in prauitate cordis sui, dum illis dicebant, Ne timeatis dura supplicia, nec vanis comminationibus terreamini; pax erit vobis atq; tranquillitas: sic enim locutus est Dominus. Pro *his qui blasphemant me*, Septuaginta habent, abijcientibus verbum Domini. Chald. Paraph. Dicunt in prophetia mẽdacia sua his, qui irritant coram me. Vox Hebrea à radice נאץ naats, significat abijcere, spernere, contemnere. Et in Pihel, vt hic est, augetur significatio. Hoc est, irritare, vel irasci facere. Cùm verò in Deum refertur, vt in hoc loco, grauiùs sonat, quasi irritare contumelijs, conuitijs & maledictis lacessere, blasphemare, vt noster habet interpres. *Quis enim affuit in consilio Domini, et vidit et audiuit sermonem eius? Quis considerauit verbum illius, et audiuit?* Eadem est sententia vtriusq; clausulæ. Repetitio est Hebræis familiaris, qua res ipsa magis confirmatur, quasi dicat. Nullus eorum pseudoprophetarum planè est, qui nouerit Dei consilium, & ipsum loquentem viderit, vel audierit, vel qui curet nosse consilium Dei, & audire illius sermones, & populo nuntiare, sed vnusquisque visionem cordis sui loquitur. Quod verò, *vidit sermonem*, ait: mos est sacræ scripturæ, quod vnius sensus est, alteri tribuere. vel interpretandum est, vt diximus. Loquentem enim &

videre possumus, & audire. videre autem sermonem, sumitur pro loquentem videre. Porrò Diuus Hieronymus verba hæc vult esse prophetæ, non pseudoprophetarum, quorum erant superiora verba. Facilè enim ab vna persona in aliam fit transitus in prophetis præsertim: & hęc vna est causa obscuritatis inter alias. Nolite ergo, ait propheta, credere prophetis vobis falsa annuntiantibus, qui dicunt, Pax vobis erit, non veniet super vos malum. Vnde enim possunt Dei nosse secreta, cùm nullus eorū in cōsilio Dei affuerit, neq; Deum loquētem viderit, aut sermones eius audierit. Theodoretus verba vult esse pseudoprophetarū. Quod minùs videtur quadrare: nam cùm ipsi dicerent, locutus est Dominus, significāt affuisse se in consilio Domini, & illum loquētē vidisse, & audisse. Nisi dicamus, hoc de veris prophetis dicere, qui cōminationibus populū ad pœnitētiā adducere nitebantur. At cōtrà pseudoprophetæ id moliebātur, vt illorum auctoritatē eliderent, ne populus fidē illis adhiberet, sicq; à vitijs & flagitijs retraherent. Pro eo quod nos habemus. *Quis enim affuit in consilio Domini.* Septuag. habent. Quoniam quis stetit in subsistentia Domini. Grecè est ἐν ὑποστήματι. significat autē ὑπόστημα sedimentum, subsistentiam etiam, & fundamentum. Vox verò Hebraica סוד sod, secretum & consilium significat, eo quòd consilium secretum esse debeat. Et nomen hoc quidam reducunt ad verbum יסד iasad, quod fundare significat: ob id quòd consilium & arcanum rerum agendarum sit fundamentum atq; principiū. Sic ergo per subsistētiam, vel fundamentum Dei quod habent Septua. consilium eius,

intelli-

intelligere possumus, quemadmodmodum nostra habet æditio. Vel per subsistentiam Dei, thronum & sedem eius possumus interpretari, vnde eius manāt decreta, & consilia manifestantur. Chald. Paraph. Non enim steterunt, vt reuelaretur secretum sibi à facie Domini, nec viderunt, nec audierunt sermones eius, nec auscultauerunt verba eius, nec obedierunt. *Ecce turbo dominicæ indignationis egredietur, et tempestas erũpens super caput impiorum ueniet.* Quasi dicat. Multò aliter res eueniet, quàm pseudoprophetæ mentiuntur. Non enim erit pax & securitas, sed tempestas. Theodoretus his verbis significari ait mala inuicem succedentia, & quòd à Domino immittātur. Septua. Ecce commotio à Domino, & ira egredietur in commotionem, conuersa in impios venit. Eadem est sententia. Chald. Paraph. Ecce increpatio Domini egredietur in ira, & tempestas conturbans super caput impiorum residebit. In Heb. in priori loco vbi nos habem' *turbo*, & in altero vbi habemus *tempestas*, eadem est vox סער sahar, quæ turbinem, & tempestatém significat. Turbo autem dominicæ indignationis, & tempestas erũpens, calamitatẽ maximã significat, ad modũ turbinis & tempestatis irruentem, immissam à Domino irato & excandescente aduersus impios. Super caput autem impiorũ, idem est, quod super impios. Numerus singularis pro plurali, caput pro capita. *Non reuertetur furor Domini usque dum faciat, et usq; dum compleat cogitationem cordis sui.* Hoc est, non placabitur ira & furor Domini: sed quod cogitauit, & prædixit, & sæpissimè comminatus est, opere complebitur: & cogitatio illius, atq; sententia impiorũ supplicijs cõprobabitur.

Septuag. Et non reuertetur furor Domini, donec faciat illud: & donec suscitet illud à conatu cordis sui. Eadem est sententia. *In nouißimis diebus intelligetis consilium eius.* Hoc est, extremo captiuitatis tempore, cùm obtinuerit vos victor exultans, & manus stridore vinxerit catenarum, tunc intelligetis cõsilium eius, quod vos frustra nũc scire iactatis. Sep. In nouissimis dieb' intelligẽt ea. Chal. Para. In fine dierũ intelligetis hoc intelligendo. In Heb. ad literã, In nouissimo dierũ intelligetis in ea intelligẽtia. Hoc est, in prophetia. relatiuũ pro antecedente, quasi dicat. Tum demũ intelligetis hanc prophetiam, vel diligenter eam considerabitis, cùm impleta fuerit. Vox autẽ Hebr. בינה binah, intelligentiam, & prudentiam significat: Intelligere autem intelligentia, πλεονασμὸς est. hoc est, certissimè intelligetis, vel diligenter considerabitis. Extremo iudicij die, impij omnes malo suo intelligent consilium Dei, quibus modò prophetæ & verbi Dei præcones videntur quasi ludentes loqui: sicut visus est Loth generis suis, cùm illos adhortaretur dicens, Surgite & egredimini de loco isto, quia delebit Dominus ciuitatem hanc. *Non mittebã prophetas, & ipsi prophetabant.* Hierony. Cùm enim semel se tradiderint falsi doctores mendacijs, atq; periurijs, & mortibus deceptorũ; non pedẽtim, nec cõsiderato gradu, sed præcipites currũt ad interitum, & suũ, & eorũ quos decipiũt. Hoc ipsum videre est in pseudo euangelicis nr̃i tẽporis, quorũ mira est sollicitudo & studiũ in spargẽdis erroribus suis, ad perdẽdũ animas. *Si stetissent in cõsilio meo, & nota fecissent verba mea populo meo, auertissent eos vtiq; à via sua mala, & cogitationibus suis pessimis.* Vide supra

Gen.19.

hoc

hoc eodem Cap. hoc est. Si afflati fuissent meo spiritu. D. Hieronymus. Si meæ voluissent acquiescere voluntati. Hic est fructus verbi Dei puri, non adulterati. Huc referre debet omnes suos conatus minister verbi Dei, vt impios à via sua mala, & cogitationibus suis pessimis auertat. *Putasne Deus è vicino ego sum, & nō Deus de longè?* Hoc est, non tātùm vicina, sed & ea quæ longe sunt, cognosco; nec præsentia tantùm, sed & futura conspicio. Sic Hiero. Sep. Deus appropinquans ego sum, dicit Dñs, & non Deus delongè. Contrario sensu, vt ait Hier. quasi dicat. Vbiq; præsens sum; neq; vllus est locus, vbi nō adsim. Quod si cum interrogatione legamus quod habent Sep. idē erit sensus cum nr̃a editione. quasi dicat. Nūquid De⁹ appropinquās ego sum, & nō etiā Deus delōgè? Chal. Par. Ego Deus creaui orbem à principio, dicit Dominus. Ego Dominus renouaturus sum mūdum iustis. Iuxta hunc sensum interpretari possumus, quòd sit è vicino, mundū gubernans: & de longè, qui ex nihilo omnia condidit à principio, vel nunquid sum Deus nouus, & non potiùs Deus æternus? quasi dicat, non sum similis idólis nuper inuentis. *Si occultabitur vir in absconditis, & ego nō videbo eū, dicit Dominus?* Explicat quod dixerat, se Deū esse non tantùm è vicino, sed etiam de longè, cùm nihil possit eum latere, neq; possit aliquis à facie eius abscondi. Quò ibo à spiritu tuo, & quò à facie tua fugiam &c. ait Propheta. Quia tenebræ non obscurabuntur à te. &c. Idem Amos. 9. Xenophon. Nemo est qui ignoret tum Græcos, tum Barbaros in ea esse sententia, vt putent Deos omnia scire, & instantia & futura. Etiterum. Sciunt dij immortales omnia,

Psal. 138

In conui. Xenophō

Lib. 1. de ped. Cyri

& præterita & præſentia, & quæ ſunt ex ijs ſigillatim euentura. Et iterum. Deos nihil latere poteſt. Huius rei aſſidua meditatio mirabilẽ habet vim, vt ſequiſq; in officio cõtineat, interiùs exteriuſq; iuxta normam diuinæ legis componat. *Nunquid nõ cælum et terram ego impleo, dicit Dominus?* Pręſentem ſe vbiq; eſſe ſignificat, ob idq; nihil poſſe eũ latere. Dicitur autem Deus cęlum & terrã implere, nõ quòd locũ occupet, ſed quia omnia perluſtrat. Omnia enim nuda & aperta ſunt oculis ei⁹. Et in Pſ. ſi aſcẽdero in cęlũ, tu illic es: ſi deſcẽdero in infernũ, ades. Eius etiã virtus & potẽtia pertingit à fine vſq; in finẽ: in ipſo enim viuimus, mouemur, & ſumus. Chald. Para. Nonne cælum & terram implet gloria mea, dicit Dominus? Socrates affirmabat, vt ait Xenophõ, Deos omnia ſcire, ac vbiq; adeſſe. Vnde Lucanus Poeta lib. 9.

Lib. 1. de Cyr. mi. exp. — *Heb. 4. d* — *Pſal. 138.* — *Lib. 1. de fact. & dict. Socra.*

Eſtq; Dei ſedes niſi terra, & pontus, et aër,
Et cælum, et uirtus. Superos quid quærimus ultra?
Iupiter eſt quodcunq; uides, quócunq; moueris.

Et Virgil. Eglog. 3.

Iouis omnia plena.

Audiui quæ dixerunt Prophetæ, prophetantes in nomine meo mendacium, atq; dicentes. Somniaui, Somniaui. Hoc eſt, certò ſomniaui. Hiero. his verbis ait Deũ inuehi in pſeudoprophetas, qui credunt ſomnijs, & omnia quæ cernunt, putant eſſe reuelationem diuinã. Vel dic eſſe in pſeudoprophetas, qui fingebãt ſe reuelationẽ à Deo habuiſſe in ſomnijs. Chald. Para. pro *ſomniaui*, habet. verbum prophetiæ in ſomnio annũtiatum eſt mihi. Sunt hodie quoq; ſomniatores in Eccleſia, ait D. Hiero. & nos etiã dicere poſſumus, qui errores ſuos Dñi

iactant prophetiam. Ait hìc D. Hiero. reuelationem Dei in somnijs propriè sanctis, & seruis Dei aperiri. Quòd si legimus Pharaonem, & Nabuchodonosor impios reges vidisse somnia quæ vera fuerint, non eorum fuit meriti, qui viderunt: sed vt per eorum occasionem sancti viri Ioseph & Daniel clarescerēt, & dura corda atq; indomabilia tyrānorū, propria consciētia sentirēt Dñi maiestatē. *Vsquequo istud est in corde prophetarum vaticinātium mendacium, et prophetantiū seductiones cordis sui?* Hoc est, quamdiu ita cogitabunt, vt scilicet populum meum decipiant pseudoprophetę, qui mendacia loquuntur, & prophetias dolosè & fraudulenter confictas annuntiant. Esse in corde, pro cogitare, vel habere in animo & voluntate. Pro *seductiones cordis sui,* Septuag. habent, voluntates cordis eorum. Chald. Paraph. Impietatem cordis sui. In Heb. תרמית tarmit, fraudem & dolum significat, à radice רמה ramah, quod verbum proijcere, fraudare, dolosè agere, eludere, fallere, imponere alicui, & circumuenire significat. Seductiones igitur, vel dolos & fraudes cordis vocat prophetias dolosè & fraudulenter confictas, vt deciperent, & in errorem inducerent populum. *Qui volunt facere, vt obliuiscatur populus meus nominis mei propter somnia eorum, quæ narrat vnusquisq; ad proximum suum, sicut obliti sunt patres eorum nominis mei propter Baal.* Id sanè nituntur pseudoprophetæ, ait, vt Dei memoriam penitus extinguant, & nulla eius ratio habeatur, quemadmodū olim populus, qui ex Ægypto egressus est oblitus est Dei propter Baal. Vide Num. 25. Pro eo quod nos habemus, *Propter Baal,* Sep. habent, in Baal, nempe iurantes. Et in hunc sensum interpretatur Chald.

Paraph. qui habet. Sicut reliquerũt patres eorum cultum nominis mei, iurantes per nomina idolorum. ב. autem deſſeruiens, quod in Heb. habetur, poni ſolet pro propter, & per, quod eſt iurantis, & pro in. *Propheta qui habet ſomnium, narret ſomnium, & qui habet ſermonẽ meum, loquatur ſermonem meũ verè.* Hoc eſt. ceſſent fraudes & doli. Qui ſomniauit, dicat ſe ſomniaſſe, & merũ eſſe ſomnium quod loquitur: qui Dei reuelationẽ habuit, narret quod audiuit, tãquã Dei ſermonẽ. *Quid paleis ad triticũ, dicit Dominus?* Hoc eſt, vt quid ſomnia tanquam veram prophetiam proponitis, cùm nihil commune cum ipſa habeant? Chald. Para. Ecce ſicut qui ſeparat paleam à tritico, ſic ſeparo impios à iuſtis. Hiero. Pulchrè doctrina peruerſa paleis comparatur, quę medullam non habent, nec poſſunt nutrire credentium populos. Sic etiã impij paleis, iuſti tritico comparantur. Vnde. D. Ioan. Baptiſta de Chriſto, qui iudicaturus eſt viuos & mortuos, dicebat. Et ſeparabit oues ab hædis. Cuius ventilabrum in manu ſua, & permundabit aream ſuam: & cõgregabit triticum ſuum in horreum, paleas autem comburet igni inextinguibili. Sic etiam terrena omnia & mundana, paleæ: virtus verò animi, triticum eſt. Vanitas vanitatum, dixit Eccleſiaſtes, vanitas vanitatum, & omnia vanitas. *Nũquid non verba mea ſunt quaſi ignis, dicit Dominus, & quaſi malleus conterens petram?* Vim & potentiam prophetiæ, & verbi Dei ſignificat. Sicut enim ignis omnia domat, & malleus magnus ferreus rupem, & duriſſima quæq; rumpere poteſt, ſic nihil eſt quod non ſuperet veritas prophetiæ & verbum Dei, neq; ab aliquo poteſt impediri. Cælum & terra trãſibunt, verba autem

Mat. 3. c.

Eccle. 1.

Mat. 24. c.

mea non tranſibunt. Chald. Paraph. Nonne omnia verba mea ſunt fortia ſicut ignis? Septuaginta pro *malleus* habent, ſicut ſecuris incidens petrã. Vox Heb. פטיש patis, malleum magnum ſignificat, Sic etiã מפוצץ mipotſetſ, à radice פוץ putſ, eſt conterere cũ diſperſione ſcilicet diſpergendo particulas eius huc & illuc. D. Hiero. Sermo Dei nuntiat futura ſupplicia, vt terreat homines à peccando, & paleis peccatorum comminatur incendium, vt hæreticorũ corda dura, & inſtar ſilicis indomabilia ſermonis Dei malleo conterãtur: auferẽs cor lapideum, vt ponat pro eo cor carneum, molle videlicet, & quod poſſit Dei ſuſcipere, & ſentire præcepta. Nihilóminus videre eſt multos ſilice duriores, qui tanto igni, & tam magno malleo non cedant. Induratum eſt cor Pharaonis. Væ tãtæ duritiei. Cor durũ malè habebit in nouiſſimo. *Propterea ecce ego ad prophetas ait Domin⁹, qui furãtur verba mea vnuſquiſq; à proximo ſuo.* Theodore. Docet quàm diuerſa ſit pſeudoprophetarum ratio. Hi ſiquidem, inquit, quorundam furum more, ſurripiunt nõnullos ſermones propheticos, quos immutationibus corrumpunt. Alij fingunt falſam prophetiam. Tertij ſomnia, quę non viderunt, recitant: ſicq; boum inſtar, ter miſerum variè paſcentes populum, in nequitia reddunt obſtinatum. *Ecce ego ad prophetas.* Chald. Para. Ecce ego mitto furorẽ meum ſuper pſeudoprophetas. *Qui furantur verba mea vnuſquiſq; à proximo ſuo.* Hoc eſt, cùm audierint veram prophetiam ex meis prophetis, eam alijs narrant tanquam ſuam, de ſuo mendacia admiſcentes. *Qui aſſumunt linguas ſuas.* Hoc eſt, vtentes linguis ſuis vtuntur dictione vſitata veris prophetis, nempe,

Exod 7.

Dicit

Dicit Dominus. Pagni, transfert. qui lenificant linguas suas, idest, qui blando sermone illiciunt plebem in suam sententiam. Vox Hebræa à radice לקח lachach, capere, & sumere significat. Rab. Dauid hoc in loco, & in Psal. 5. Versu 10. lenificare, dulcare, hoc est dulcem facere exponit. Septuag. emittentes prophetias linguæ, & dormitantes dormitationē suā. Theodoretus exponit. fingunt falsam prophetiam. Eadem est sententia. Chald. Para. qui prophetant iuxta volū tatem cordis sui, & dicunt. Sic dicit, sub. Dominus. quod etiam subaudiendum est in Hebręo: tantùm enim est, & aiunt. Dicit, *& in miraculis suis* Dum scilicet magna, ingentia, & incredibilia repromittunt. Hispanè dicimus, *hazer grandes milagros*, quando quis exaggerationibus, & gestibus magnificare conatur, quod dicit. Septuag. in erroribus suis, vel astutijs, & fallacijs: nam πλάνος hæc omnia significat. In idē recidit. Chal. Para. & temeritate sua. Vox Hebręa à radice פחז pachaz, significat festinare, accelerare, leuem velocē, mobileq; esse. Sic nomē mobilitatem etiam significat: vt idem sit, miraculis suis, quod mobilitatib' suis, hoc est, gesticulationibus, sicut exposuimus. Pag. blāditijs suis. Alij leuitatibus suis. vt incōstātiā significet, dum modò hoc modò illud incōstāter sentiunt. Quod hęreticis nostri temporis conuenit, aut leuibus, & stultis suis cogitationibus, & inuentis. D. Hiero. Semper imitatur mendacium veritatem, & nisi habuerit aliquam similitudinem recti, decipere non potest innocentes. Quomodo igitur in priori populo mentiebantur prophetæ, atq; dicebant, Hæc dicit Dominus, &, Vidi dominū. et, Verbum Domini quod factum est

ad illum

ad illum, siue illum: sic hæretici assumunt testimonia scripturarum de veteri & nouo testamento, & furantur verba Saluatoris, vnusquisq; à proximo suo, Prophetis, Apostolis, & Euangelistis, & assumunt linguas suas, vt cordis venena ore pronuntient. *Si igitur interrogauerit te populus iste, vel propheta, aut sacerdos dicens. Quod est onus Domini? Dices ad eos. Vos estis onus. proijciam quippe vos, dicit Dominus. Et propheta & sacerdos. etc.* vsq; ad finem Cap. Verbo hoc *onus* vtuntur prophetæ, quãdo graue aliquid, & importabile, & plenum laboris & ponderis Deus comminatur: vbi autem prospera pollicetur, siue post comminationẽ meliora promittit, visio dicitur, vel verbum Domini, ait D. Hiero. Quia igitur prophetæ solebãt populo peccatori tristia prænunciare, & comminari supplicia, vt eos traherent ad pœnitentiam: clemens autem & misericors Domin⁹ diu sentẽtiam differebat: putabat deceptus populus, & pseudoprophetarum fraude seductus non euentura, quæ Dominus minabatur, & rem seuerã in ludũ, & iocum vertebant, prophetãtibusq; prophetis quasi irridentes dicebãt, Rursum hic videt pondus, & onus Domini: Atq; ita fiebat, vt nequaquã vltrà visio, sed per iocum atq; derisum, onus, & põdus appellaretur. Contra hos igitur inuehitur Dominus, præcipitq; , ne vltrà quis dicat, Quod est onus Domini: sed, Quid respondit Dominus, quid loquutus est Dominus? Theodoretus. Impij prophetas appellabãt scelestos, & prophetiam onus. Hortatur ergo Deus, ne hac appellatione vtantur, ac non obtemperantibus minatur pœnã. Verùm istud præcipit Dominus Deus, tum vt amputaret mores ex malorum dæmonũ cultu contractos,

tum

tum vt doceret prophetas non insanire, sed esse diui-norum eloquiorum ministros. Vel vtebantur hac lo-quendi forma irridentes, quòd viderent prophetas Domini semper tristia nunciare, & comminari suppli cia, quasi nunquam vellet Dominus prospera prędi-ci, sed semper mala. *Quod est onus Domini?* Diximus ini-tio primi capitis de verbo hoc nõnulla. Septuag. Quę assumptio Domini? Chal. Paraph. Quæ est prophetia in nomine Domini? Vox Hebræa משא masa, onus, põ dus, eleuationem, vel assumptionem, doctrinã, & pro phetiam præsertim quæ grauis est, significat, eò quòd premat, & quia tanquam onus ferre debeat ille, cui malum prædicitur. *Vos estis onus: proijciã quippe vos.* Hoc est. Vos estis Deo onus, & quidem grauissimum prop ter iniquitates vestras; nec ampliùs iam feret Deus tã-tum onus, sed proijciet vos, & eijciet ex terra hac. Lo uaniensium exemplaria habent. Vt quid vobis onus? In Heb. Quod onus? vel, quid onus? sub. vobis. vel, di-citis. Septuag. Vos estis assumptio. Chald. Paraph. Ta-lis est prophetia, quasi dicat. quia dicitis onus, verbum hoc complebo in vobis: proijciam quippe vos. &c. Et hoc est, quod ait. *quia onus erit vnicuiq; sermo suus.* scili-cet quia propter sermonem suum grauissimas dabit pœnas. *Et peruertistis verba Dei viuentis Domini exercituũ Dei nostri* Septuag. tantùm habent, peruertistis verba Dei viuentis. Sed in Hebræo legimus, sicut nos habe-mus. ita etiam habet Chal. Para. D. Hiero animaduer tit significari hic mysterium Sãctissimę Trinitatis: sed quia Septuaginta gentilibus transferebant, ne ipsi exi stimarent plures deos esse, transtulerunt tantùm prio ra illa verba. *Si autem onus Domini dixeritis.* Aposiopesis.

ſubaudiẽdũ eſt aliquid: cõminatio eſt cũ iureiurando. *Et dabo vos in opprobrium ſempiternum, & in ignominiã æternam, quæ nunquam obliuione delebitur.* Hebr. opprobriũ ſeculi, & ignominiam ſeculi. Hoc tempore Babyloniæ captiuitatis factũ eſt, ſed pleniùs atq; perfectiùs poſt paſſionem, & reſurrectionem Domini, ſicut dixerat Dominus. Relinquetur vobis domus veſtra deſerta. Luc. 13.

ARGVMENTVM.

Viſione ficuum bonarum & malarum, partem populi reducendam, & partem cum Sedecia rege perdẽdam deſignat.

¶ C A P. XXIIII.

OSTENDIT mihi Dominus: et ecce duo calathi pleni ficis, poſiti ante templum Domini: poſtquã trãſtulit Nabuchodonoſor rex Babylonis Iechoniam filium Ioacim regem Iuda, et principes eius, et fabrum, et incluſorem de Ieruſalem, et adduxit eos in Babylonẽ. 2 Calathus vnus ficus bonas habebat nimis: vt ſolent ficus eſſe primi temporis: et calathus vnus, ficus habebat malas nimis, quæ comedi non poterant, eo quòd eſſent malæ. 3 Et dixit Dominus ad me, Quid tu vides Ieremia? Et dixi, ficus, ficus bonas, bonas valde: et malas, malas valde: quæ comedi nõ poſſunt, eo quòd ſint malæ 4 Et factum eſt verbum Domini ad me, dicens, 5 Hæc dicit Dominus Deus Iſraël, Sicut ficus hæ bonæ, ſic cognoſcã trãſmigrationem Iuda, quam emiſi de loco iſto in terram Chaldæorum, in bonum. 6 Et ponam oculos meos ſuper eos ad placandũ, et reducam eos in terram hanc: et ædificabo eos, et non deſtruam: et plantabo eos, et non euellam. 7 Et dabo eis cor, vt ſciant me, quia ego ſum Dominus: † *et erunt mihi in populum, et ego ero eis in Deum: quia reuertentur ad me*

† Infrà. 21. 33.

in toto

† Infrà. 29.17. *in toto corde suo.* 8 † *Et sicut ficus pessima, quæ comedi non possunt, eo quòd sint malæ: hæc dicit Dominus, sic dabo Sedeciã regem Iuda: & principes eius, & reliquos de Ierusalem, qui remanserunt in Vrbe hac, & qui habitant in Terra Ægypti.* 9 *Et dabo eos in vexationem afflictionemque omnibus regnis terræ: in opprobrium, & in parabolam, & in prouerbium, et in maledi-*
†Infrà. 29. 17. *ctionem in vniuersis locis ad quæ eieci eos.* 10 † *Et mittam in eis gladium, et famem, et pestem: donec consumãtur de terra, quam dedi eis, et patribus eorum.*

EXPLANATIO.

O*Stendit mihi Dominus, et ecce duo calathi pleni ficis positi ante tẽplũ Domini. etc.* Visione hac significat Iechoniæ, qui & Ioachin, & populo eius, qui se Ieremiæ cõsilio, & Dei iussu tradiderant regi Babylonis (quos per calathum bonarũ ficuum intelligit) prospera omnia euentura. Nam & in ipsa captiuitate licuit illis exercere terram, ædificare domos, plantare pomaria in Babylonia regione. Sed & Daniel signorum miraculis fulgẽs, de captiuo subitò princeps factꝰ est. Et tres pueri gloriosè de fornacis incendio liberati, clarissimi facti sunt. Et expletis annis Septuaginta sub Zorobabele, & Iesu sacerdote magno, & Esdra, ac Neemia plurima pars reuersa est Ierusalem, vt videre est 1. Esd. Sedeciæ verò & populo eius (quos per ficus malas intelligit) qui sentẽtiæ Dei contradixerunt, aduersa omnia & infælicia ventura prædicit, sicut re vera accidit: nam Sedecias captus est, cæcatusq; oculis ductus est in Babylonẽ, ac ibi mortuus est. Sed & populus tam qui remanserunt in Ierusalem, quàm qui trãsfugerunt in Ægyptũ,

multis

multis fuerũt calamitatib' vexati, vt videre est in hoc libro, & 4. Reg. 24. *Positi ante tẽplũ Domini.* Vterq; enim populus Dei erat, & Deũ colebãt: sed & quæcunq; illis euenerũt, diuino cõsilio acta sunt. *Postquam transtulit Nabuchodonosor rex Babylonis Iechoniã. etc.* Trãslationẽ vocat, nõ captiuitatẽ: eo quòd vltrò se tradiderat Iechonias regi Babylonio. *Fabrũ.* Sep. artifices. sic etiã Chal. Para. Vox Heb. חרש charas, artificẽ, & fabrũ, & sapientem significat. D. Hier. Per fabros & inclusores, vel legis interpretes atq; doctores debemus accipere, vel artifices inclusoresq́; auri atq; gẽmarũ, quæ ars apud barbaras nationes preciosissima est. Alij architectos exponũt, qui scilicet cõficiebãt arietes & turres ad oppugnãdas vrbes. Nabuchodonosor enim abduxit viros ingenio pręstãtes, & excellẽtes in rebus bellicis. *Et inclusorem de Ierusalẽ.* Sep. Et vinctos de Ierusalẽ. Sic in Bib. reg. sed in Gręco est δεσμώτας. quę vox & vinctos, & vincientes, siue inclusores significat. Chald. Para. Et ianitores de Ierusalem. Vox Heb. מסגר masger, inclusorẽ, ingeniorum artificem, clausorem significat. Inde Chal. Par. ianitorem interpretat' est, quòd illius sit claudere ianuã. Quidã inclusores castrorũ. i. peritos castrametãdi homines exponũt. *Calathus vnus ficus bonas habebat nimis, vt solent ficus esse primi tẽporis: et calathus vnus ficus habebat malas nimis, quæ comedi non poterãt, eo quòd essent malæ.* Duplicem illã sortem, regni cælorũ nempe, & gehennę interpretari possumus: De quibus Christus in Euang. Ibunt hi in suppliciũ æternũ, iusti autem in vitã ęternam. Iustorum vna bona valdè, impiorũ altera, mala nimis. *Vt solent esse ficus primi tẽporis* Ad primos illos patres alludit, Abrahã, Isaac, Iacob,

Mat. 25.

Ii Moysen,

Ose. 9. Moysen, Aaron, Iob, de quibus per Oseam. Sicut vuã in deserto inueni Israël, & sicut ficus in ficulnea inueni patres eorũ. Sed & beatus vir, cùm portauerit iugũ ab adolescentia sua. Has præcoquas ficus desiderat Deus, sicut per Micheã ait. *Hæc dicit Dominus Deus Israel.* Hæc verba per parenthesim sunt legenda. *Sic cognoscam transmigrationem Iuda, quam emisi de loco isto in terrã Chaldæorum in bonum.* De Iechonia, & illis qui translati sunt in Babylonem, loquitur. Cognoscere autẽ in bonum, est fauere, & beneuolẽtia prosequi. Eandem habet significationem, quod sequitur. *Et ponã oculos meos super eos in bonũ.* hoc est, beneuolo vultu eos respiciam. *Et ædificabo eos, et nõ destruam.* hoc est, dabo illis sedes stabiles, & augebo illos liberis, & opibus. Hoc ipsum significat, per id quod ait. *Et plantabo eos, et non euellam.* de quo genere dicendi sæpe diximus in hoc opere. *Et dabo eis cor, vt sciant me.* Chal. Paraph. Vt sciant timorem meum. hoc est. dabo eis cor mihi bene affectum, quo nihil magis in votis habeãt, quàm me cognoscere, & mihi inseruire. Hæc est vita ęterna, ait Christus, vt cognoscant te solum verum Deũ, & quem misisti Iesum Christum. Et, Qui gloriatur, in hoc glorietur, scire & nosse me. Reliqua ex dictis fiunt manifesta. *Et dabo eos in vexationem, afflictionemq;* Septuag. tantùm habent, & dabo eos in dispersionem. Chald. Para. Et dabo eos in commotionem, & in malum. In Hebr. primo loco est לזועה lezauaha, vexationem, & cõmotionem significat. Secundo loco est רעה rahah, malũ, & afflictionem etiam interpretari possumus. Idem est autem, ac si dicat. Omnes exteræ gentes concutientur metu, cùm audierint, quæ acciderint illis, timentes ne talia sibi

Margin notes: Thren. 3. d. — Mich. 7. a. — Ioan. 17. — Sup. Cap. 9.

sibi contingant. habes similem modum dicẽdi Deut. 28. Vel iuxta nostram literam, faciam vt omnes, ad quos peruenerint, vexent eos, & affligant. *In opprobriũ.* Hoc est, malè audient apud omnes, eò quòd Deum suum deseruerint, quod aliæ gentes non faciunt. *In parabolam.* Hoc est, infælices & calamitosos comparabũt miseris Iudæis. *In prouerbium.* vel fabulã. Hoc est. quotidianis sermonibus vsurpabunt calamitatem, & improbitatem Iudæorum. *In maledictionem.* Hoc est. cùm voluerint precari malum alicui, dicent. Contingat tibi sicut Sedeciæ regi Iuda, & suis.

ARGVMENTVM.

Prædicit captiuitatem Septuaginta annorum ob verbi Dei contemptum.

¶ CAP. XXV.

VERBVM quod factum est ad Ieremiam de omni populo Iudæ in anno quarto Ioachim filij Iosiæ regis Iuda. (ipse est annus primus Nabuchodonosor regis Babylonis.) 2 Quod locutus est Ieremias propheta ad omnem populum Iuda, & ad vniuersos habitatores Ierusalem dicens, 3 A tertio decimo anno Iosiæ filij Amon regis Iuda vsque ad diem hanc: iste tertius & vicesimus annus, factum est verbũ Domini ad me, & locutus sum ad vos de nocte consurgens & loquens, & non audistis. 4 Et misit Dominus ad vos omnes seruos suos prophetas, cõsurgens diluculo, mittensq; : et nõ audistis, neq; inclinastis aures vestras vt audiretis, cũ diceret. 5† Reuertimini vnusquisq; à via sua mala, et à pessimis cogitationibus vestris, et habitabitis in terra quã dedit Dominus vobis, & patribus vestris, à seculo & vsque in seculum. 6 Et nolite

Margin: 2 quæ 8 MS. Similiter Textui legunt Hiero. & G. † 4. Reg. 17. 13. Sup. 18, 11. Infr. 25, 5. 33. 15

ire post deos alienos, vt seruiatis eis, adoretisque eos: neque me ad iracundiam prouocetis in operibus manuum vestrarum, & non affligam vos. 7 Et non audistis me, dicit Dominus, vt me ad iracundiam prouocaretis in operibus manuũ vestrarum in malum vestrũ. 8 Propterea hæc dicit Dominus exercituum, Pro eo quòd nõ audistis verba mea, 9 Ecce ego mittã, & assumam vniuersas cognationes Aquilonis, ait Domin⁹, & Nabuchodonosor regẽ Babylonis seruũ meũ: & adducã eos super terrã istã, & super habitatores eius, & super omnes nationes quæ in circuitu illius sunt: & interficiã eos, & ponã eos in stuporẽ, et in sibilum, & in solitudines sempiternas. 10 Perdamq; ex eis vocẽ gaudij et vocẽ lætitiæ, vocẽ spõsi & vocem sponsæ, vocem molæ, et lumẽ lucernæ 11 † Et erit vniuersa terra hæc in solitudinem & in stuporem: et seruient omnes gentes istæ regi Babylonis septuaginta annis. 12 Cũq; impleti fuerint septuaginta anni, visitabo super regem Babylonis, et super gentẽ illã, dicit Domin⁹, iniquitatem eorũ, & super terrã Chaldæorũ: & ponam illam in solitudines sempiternas. 13 Et adducã super terram illam omnia verba mea quæ locutus sum contra eam, omne quod scriptũ est in libro isto, quæcunque prophetauit Ieremias aduersum omnes gentes: 14 Quia seruierunt eis, cùm essent gentes multæ & reges magni: et reddam eis secundùm opera eorum, et secundùm facta manuum suarũ. 15 Quia sic dicit Dominus exercituum Deus Israel, Sume calicem vini furoris huius de manu mea: et propinabis de illo cunctis gentibus ad quas ego mittam te. 16 Et bibent, et turbabuntur, et insanient à facie gladij quem ego mittam inter eos. 17 Et accepi calicem de manu Domini, et propinaui cunctis gentibus ad quas misit me Dominus: 18 Ierusalem et ciuitatib⁹ Iuda, et regibus eius et principibus eius: vt darem eos in solitudinem, et in stuporem, et in sibilum, et in maledictionem, sicut est dies ista. 19 Pharaoni regi Ægypti, et seruis eius et principibus eius,

† Dan. 9, 2. Infr. 26, 12. & 29. 10. 2. Par. 36 22. 2. Esdr. 1, 1. & 6. 3. 3. Esd. 1, 57. & 1, 1. & 6. 24.

eius, & omni populo eius, 20 & vniuersis generaliter: cũctis regib⁹ terræ Ausitidis, et cũctis regibus terræ Philisthiim, & Ascalonis, et Gazæ, et Accarõ, et reliquijs Azoti, 21 et Idumææ, et Moab, et filijs Ammõ: 22 Et cũctis regibus Tyri, & vniuersis regibus Sidônis: & regibus terræ insularũ qui sunt trãs mare. 23 Et Dedan, & Thema, & Buz, et vniuersis qui attonsi sunt in comã. 24 Et cũctis regibus Arabiæ, & cũctis regibus Occidẽtis: qui habitãt in deserto. 25 Et cunctis regibus Zãbri, et cunctis regibus Elam, et cunctis regibus Medorum: 26 cunctis quoque regibus Aquilonis de prope et de longe, vnicuique contra fratrem suum: et omnibus regnis terræ, quæ super faciem eius sunt: et rex Sesach bibet post eos. 27 Et dices ad eos, Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israël, Bibite, et inebriamini, et vomite, et cadite: neq; surgatis, à facie gladij quem ego mittam inter vos. 28 Cùmque noluerint accipere calicem de manu tua vt bibant, dices ad eos, Hæc dicit Dominus exercituum, Bibentes bibetis. 29 †quia ecce, in ciuitate in qua inuocatum est nomẽ meum, ego incipiã affligere, & vos quasi innocentes & immunes eritis? non eritis immunes. gladium enim voco super omnes habitatores terræ, dicit Dominus exercituũ. 30 Et tu prophetabis ad eos omnia verba hæc, & dices ad illos: † Dominus de excelso rugiet, & de habitaculo sancto suo dabit vocẽ suã: rugiens rugiet super decorem suum: celeusma quasi calcantium concinetur aduersus omnes habitatores terræ. 31 Peruenit sonitus vsq; ad extrema terræ. Quia iudicium Domino cum gentibus: iudicatur ipse cum omni carne, impios tradidi gladio, dicit Dominus. 32 Hæc dicit Dominus exercituum, Ecce, afflictio egredietur de gente in gentem: et turbo magnus egredietur à summitatibus terræ. 33 Et erũt interfecti Domini in die illa à summo terræ vsque ad summum eius: non plangentur & non colligentur, neque sepelientur: in sterquilinium super faciem terræ iacebunt. 34 Vlulate pastores, &

† 1. Pet. 4,17.

† Ioel 3, 16. Amos. 1,2.

clamate: & aspergite vos cinere optimates gregis: quia completi sunt dies vestri, vt interficiamini: & dissipationes vestræ, & cadetis quasi vasa pretiosa. 35 Et peribit fuga à pastoribus, et saluatio ab optimatibus gregis. 36 Vox clamoris pastorum, et vlulatus optimatum gregis: quia vastauit Dominus pascua eorum 37 Et conticuerunt arua pacis à facie iræ furoris Domini. 38 Dereliquit quasi leo vmbraculũ suũ, quia facta est terra eorũ in desolationem à facie iræ colũbæ, et à facie iræ furoris Dñi.

EXPLANATIO.

VERBVM quod factum est ad Ieremiam de omni populo Iudæ in anno quarto Ioachim filij Iosiæ regis Iuda, etc. Prædicit Ieremias captiuitatẽ Septuaginta annorũ propter populi peccata, qui contempsit prophetarum verba, per quos Dominus loquebatur. Quæ in hoc Cap. narrãtur, priora sunt visione, quę superiori Capite descripta est: illa enim facta est sub Sedecia, post quã Iechonias translatus est in Babylonẽ: quę vero hìc narrãt, sub Ioachim filio Iosiæ, & patre Iechonię: non enim seruant prophetę ordinẽ historiæ, vt diximus suprà in Cap. 21. *Verbum quod factum est ad Ieremiã.* Vide not. 1. Cap. *De omni populo Iudæ.* vel super omnẽ populũ. hoc est, de his quę euentura erãt vniuerso populo Iudę. *In anno quarto Ioacim.* Vide not. 1. Cap. Vide etiã Cap. 24. 4. Reg. & 36. 2. Paral. Hic filius fuit Iosię, dictusq; est Eliacim, sed Pharao Nechao, qui illũ cõstituit regẽ, mutauit nomẽ eius Ioakim. *Ipse est annus primus Nabuchodonosor regis Babylonis.* Quarto anno regni Ioakim cœpit imperare Nabuchodonosor. Ioakim regnauit vndecim annis, cui successit Ioachin filius eius, qui & Iechonias, qui tribus mẽsibus regnauit: trãstulit enim eũ Nachodonosor in

sor in Babylonē, quod factū est octauo anno regni Nabuchodonosor, vt patet 4. Reg. 24. Ab vndecim ergo annis Ioakim, si tres demas, remanent octo. *A tertio decimo anno Iosiæ filij Amon regis Iuda vsq; ad diem hanc, etc.* Sub Iosia prophetauit Ieremias 19. annis, quibus si addas 4. annos regni Ioakim, habebis annos 23. Nā Ioachaz, qui Iosię successit, cuius successor in regno fuit Ioakim, tribus tātùm mensibus regnauit. Vide nota. 1. Cap. Cōmemorat annos quib' prophetauerat, quò magis populi duritiā coargueret. Tu verò admirare tātā serui Dei cōstātiā, & patientiā: sed charitas patiēs est, & quæ animarū salutis amore flagrat, omnia suffert, omnia sustinet: nō ergo absq; causa Ieremias vocatur fratrū amator, & populi Israël 2. Machab. 15. *De nocte cōsurgens.* Sūmā diligentiā in exponenda Dei voluntate significat. Fugiebat somnus ab oculis meis, dicebat Iacob strenu' pastor. *Et misit Dominus ad vos oēs seruos suos prophetas consurgens diluculo, etc.* Magnā & assiduā curam significat. Hiero. Non per vnū prophetā, sed per omnes populū suū Deus admonuit, & quasi ipse in vigilijs & excubijs cōstitut' surrexit diluculò, vt suum populum commoneret. Quātò crebrior admonitio, tātò contemnentiū fuerunt peccata maiora. Vide not. in 1. Cap. *Neq; inclinastis aures vestras.* vt ne habitū quidē audientiū assumerent. *Cùm diceret reuertimini vnusquisq; à via sua mala etc.* Infinita clementia, non supplicium inferre pro scelere, sed ad pœnitentiā prouocare, etiā pro misso premio. *Et habitabitis in terra, quā dedit Domin' vobis, et patrib' vestris.* Hier. Ostēdit dona Dei perpetua, si digni extiterint hi, quibus data sunt. Sine pœnitētia sunt Dei Dona & vocatio, ait Apost. Aperta sunt omnia, &

1. Cor. 13.

Gen. 31. f.

Rom. 11.

nia, & quę sæpe in hoc libro repetita sunt, & à nobis exposita. *Nabuchodonosor regem Babylonis seruum meum.* Hieronymus. Non sic vocatur seruus, vt prophetæ, & sancti viri, qui verè seruiunt Deo: sed quòd in euersione Ierusalem Domini seruiat voluntati. Quoniã omnia seruiunt tibi, ait propheta. Septuag. id non habent forsitan ex industria prætermiserunt, ne gentes quibus transferebant, in errorem inducerentur. *In solitudines sempiternas.* hoc est. Septuaginta annorũ. Vide supra Cap. 17. super illa verba, ignis succensus est in furore meo, & vsq; in æternum ardebit. *Perdamq; ex eis vocem gaudij.* Vide quę annotauimus in Cap. 7. *vocem molæ.* vel sonum. Hieronymus. Vt scilicet non conterantur frumenta, & populis vescenda tribuantur. Vel per vocem molę, cantus molẽtium intelligere possumus: vnde Chald. Paraph. habet, & vocem cœtuum cantantium ad lumẽ lucernarum. Alij per molam, instrumentum intelligunt duabus molis cõstans, quo condimenta teruntur; quasi dicat, non agitabitis conuiuia. Septuag. odorem vnguenti. Vox Hebr. רחים rechaiim, molas pistrini inferiorem & superiorem significat: sed est à radice ריח raiach, quod verbum odorari significat, & propterea transtulerunt Septuag. odorem vnguenti, neq; omnino à sensu literæ abhorret hæc interpretatio. *Lumen lucernæ.* Hier. doctrinam prophetarum interpretatur, iuxta illud. Lucerna pedibus meis verbum tuum. Et de Ioanne Baptista scriptum est. Ille erat lucerna ardens & lucẽs. Alij lucem faculæ interpretantur: vt per faculas, intelligant fumalia, quæ magnificis cõuiuijs magna copia adhiberi solẽt. *Visitabo super regem Babylonis.* A Medis & Persis destructum est

Psal. 118

Psal. 118.
Ioan. 5. f.

ctum est regnum Babylonicum, & vsq; nūc vrbis Babyloniç reliquiæ tantum manent, iuxta prophetiam Ieremiæ; qui contra Babylonem, & cæteras gentes quæ in Babylonio fuerant exercitu, & contra populū Dei dimicarunt, prophetauit: vt patebit infrà. *Quia seruierunt eis.* Chaldæis intellige: sub illis enim militarunt aduersus populum Iudæorū. Vel de Iudæis intellige, hoc est. Quia Iudæi seruierunt Chaldæis, cùm essent multi & reges magni, faciam vt Chaldæi seruiāt alijs. In Hebrço quia seruire in eis, pro, quia seruierunt eis. Chald. Paraph. Quia etiam ipsos ad seruitutem adigent populi multi, & reges magni. *Sume calicem uini furoris huius de manu mea, et propinabis de illo cunctis gentibus, ad quas ego mittam te.* Iustam vltionem significat: vocat calicem prophetiam prædicentem exitium. Sic in Ps. Quia calix in manu Domini viri meri. &c. Septua. Sume calicem vini meri. Eadem est sententia. *Et bibent.* Hoc est audiēt, vel complebitur in eis prophetia. Propinare dicitur calicem Ieremias, dum prænunciat futuram vltionem. Quod autem ait. *& insanient.* acerbitatem pœnæ significat, ita vt præ dolore insaniant. *Ierusalem & ciuitatibus Iuda, et regibus eius.* Incipit Dominus à suis. Per reges, Ioakim, & Ioachin, & Sedeciam intellige. *Sicut est dies ista.* Hoc est, sicut in hac die completum videmus. Verba hæc adiecta sunt postea, quā do sermones Ieremiæ in vnum volumē redacti sunt: nam eo tempore quo hçc prophetabat, apertum est, quòd nondum erant completa. *Et vniuersis generaliter.* Heb. vniuersæ miscellaneæ, vel promiscuo vulgo. Intelligit eos, qui in desertis finitimis Ierusalem habitabant, qui aduentitij erant, & permisti ex multis genti-

Psal. 74.

tibus. Septua. Et omnes mixticios eius. *Terræ Ausitidis.* Septuag. & Chald. Para. Terræ Hus. sic & in Hebræo. *Et cunctis regibus terræ Philisthijm.* Palestini à Babylonijs capti, & vastati sunt. sic & Tyri & Sydonies, & insulæ trans mare Cyprum & Rhodum. *Et regibus terræ insularum, quæ sunt trãs mare.* hoc est, in medio maris. Cyprũ, & Rhodum, & Cretam, aliasq; mediterranei maris insulas intelligit. *Et Dedan & Thema & Buz, et vniuersis qui attonsi sunt in comam.* Hæ gentes, vt ait D. Hier. morantur in solitudine, vicinę & mistæ regionibus Ismaelitarum, quos nũc Sarracenos vocãt. Sep. Et omnem circumtonsum in facie sua. Chal. Parap. Et omnibus circundantibus angulum. Vide supra Cap. 9. *Et cunctis regibus Zamri.* Hiero. regionem Persidis existimat esse, sicut & Elam. Babylõ destructa est à Medis & Persis, & ipsi ab Alexandro Macedonum rege superati. *Et cunctis regibus Aquilonis.* Septuag. ἀφηλιώτου. subsolanum interpretari possumus, ait Hiero. *Vnicuiq; contra fratrem suum.* Hoc est. ab vno in aliũ transibit calix, & mutuis inter se prælijs dimicabunt. sicut infra. Ecce afflictio egredietur de gente in gentem. *Et rex Sesach bibet post eos.* D. Hiero. regem Babylonis intelligit. vocatum autem sic, arcana quadam ratione, per transpositionem literarũ; idq; factum fuisse, ne si suo nomine eum vocasset, Babyloniorum contra se insaniam commoueret, qui obsidebant Ierusalem, illiusq; iam iam potituri erant. Chald. Para. Et rex Babylonis bibet post eos. Sed cùm iam superiùs apertè de rege Babylonis prophetauerit in hoc eodem Cap. nõ erat, cur modò de illo obscurè loqueretur. Lyra nomen proprium regis Ægypti existimat esse, sub quo vastata est Ægyptus, sicut

ſicut Pharao erat cõmune nomẽ regũ Ægypti. Sic 3. Reg. 11. Seſach vocatur rex Ægypti, ſicut & 4. Reg. 24. vocatur quidã rex Ægypti Nechao. Sed infrà Cap. 51. apertè rex Babylonis vocatur rex Seſach, & pro eodẽ hoc in loco haud dubiè ſumitur, quicquid ſit de ratio ne, quã reddit D. Hiero. *Et dices ad eos. hæc dicit Dominus exercituũ Deus Iſrael. Bibite et inebriamini. et vomite, et cadite, et nolite conſurgere à facie gladij, quem ego mittã inter vos.* Hoc eſt, bibetis, & inebriabimini ad vomitũ vſq; , & ſicut ebrij cadetis, ita vt non cõſurgatis. Acerbitatem, & multitudinem afflictionum ſignificat. *Cumq; noluerint accipere.* quaſi dicat, velitis nolitis, bibetis. Omnia ſunt aperta. *Dominus de excelſo rugiet, & de habitaculo ſancto ſuo dabit vocem. Rugiens rugiet ſuper decorem ſuum, celeuſma quaſi calcantium concinetur aduerſum omnes habitatores terræ.* Rugitũ quaſi leonis vocat ſententiã, quæ à Deo procedet in omnes gentes. Sep. reſponſum dabit. Per *decorẽ* templũ, vel Ieruſalẽ cũ tẽplo intelligit. Septua. Super locũ ſuũ. Chal. Par. Clamabit, vt veniant direptores ſuper terrã domus maieſtatis ſuæ. *Celeuſma quaſi calcantiũ concinetur.* D. Hier. In effuſione ſanguinis mutui, dũ ſe inuicem periment, carmen lugubre concinetur. Quidã celeuma dicunt eſſe carmen, quo calcantes vuas ſe ad opus adhortãtur. & ita exponunt, quaſi dicat, milites ſe inuicem ad pugnam, ſanguiniſq; effuſionem adhortabuntur ad modum calcantium. Septuag. Et illi quaſi vindemiantes reſpondebunt. Eadẽ eſt ſententia. Chal. Para. Sicut qui deſcendũt in torcular, qui tollũt vocẽ ſuam, ſic veniet cõturbatio omnibus habitatoribus terræ. Heb. הידד hedad, clamorem calcantium, quo alter alterum adhortatur, ſignificat.

Celeuma

† Infrà. 29.17. *in toto corde suo. 8 † Et sicut ficus pessimæ, quæ comedi non possunt, eo quòd sint malæ: hæc dicit Dominus, sic dabo Sedeciā regem Iuda: & principes eius, & reliquos de Ierusalem, qui remanserunt in Vrbe hac, & qui habitant in Terra Ægypti. 9 Et dabo eos in vexationem afflictionemque omnibus regnis terræ: in opprobrium, & in parabolam, & in prouerbium, et in maledictionem in vniuersis locis ad quæ eieci eos. 10 † Et mittam in eis gladium, et famem, et pestem: donec consumātur de terra, quam dedi eis, et patribus eorum.*

† Infrà. 29. 17.

EXPLANATIO.

Ostendit mihi Dominus, et ecce duo calathi pleni ficis positi ante tēplū Domini. etc. Visione hac significat Iechoniæ, qui & Ioachin, & populo eius, qui se Ieremiæ cōsilio, & Dei iussu tradiderant regi Babylonis (quos per calathum bonarū ficuum intelligit) prospera omnia euentura. Nam & in ipsa captiuitate licuit illis exercere terram, ædificare domos, plantare pomaria in Babylonia regione. Sed & Daniel signorum miraculis fulgēs, de captiuo subitò princeps factꝰ est. Et tres pueri gloriosè de fornacis incendio liberati, clarissimi facti sunt. Et expletis annis Septuaginta sub Zorobabele, & Iesu sacerdote magno, & Esdra, ac Neemia plurima pars reuersa est Ierusalem, vt videre est 1. Esd. Sedeciæ verò & populo eius (quos per ficus malas intelligit) qui sentētiæ Dei contradixerunt, aduersa omnia & infælicia ventura prædicit, sicut re vera accidit: nam Sedecias captus est, cæcatusq; oculis ductus est in Babylonē, ac ibi mortuus est. Sed & populus tam qui remanserunt in Ierusalem, quàm qui trāsfugerunt in Ægyptū, multis

multis fuerũt calamitatib' vexati, vt videre est in hoc libro, & 4. Reg. 24. *Positi ante tẽplũ Domini.* Vterq; enim populus Dei erat, & Deũ colebãt: sed & quæcunq; illis euenerũt, diuino cõsilio acta sunt. *Postquam transtulit Nabuchodonosor rex Babylonis Iechoniã. etc.* Trãslationẽ vocat, nõ captiuitatẽ: eo quòd vltrò se tradiderat Iechonias regi Babylonio. *Fabrũ.* Sep. artifices. sic etiã Chal. Para. Vox Heb. חרש charas, artificẽ, & fabrũ, & sapientem significat. D. Hier. Per fabros & inclusores, vel legis interpretes atq; doctores debemus accipere, vel artifices inclusoresq; auri atq; gẽmarũ, quæ ars apud barbaras nationes preciosissima est. Alij architectos exponũt, qui scilicet cõficiebãt arietes & turres ad oppugnãdas vrbes. Nabuchodonosor enim abduxit viros ingenio prẹstãtes, & excellẽtes in rebus bellicis. *Et inclusorem de Ierusalẽ.* Sep. Et vinctos de Ierusalẽ. Sic in Bib. reg. sed in Grẹco est δεσμώτας. quẹ vox & vinctos, & vincientes, siue inclusores significat. Chald. Para. Et ianitores de Ierusalem. Vox Heb. מסגר masger, inclusorẽ, ingeniorum artificem, clausorem significat. Inde Chal. Par. ianitorem interpretat' est, quòd illius sit claudere ianuã. Quidã inclusores castrorũ. i. peritos castrametãdi homines exponũt. *Calathus vnus ficus bonas habebat nimis, vt solent ficus esse primi tẽporis: et calathus vnus ficus habebat malas nimis, quæ comedi non poterãt, eo quòd essent malæ.* Duplicem illã sortem, regni cælorũ nempe, & gehennẹ interpretari possumus: De quibus Christus in Euang. Ibunt hi in suppliciũ æternũ, iusti autem in vitã ẹternam. Iustorum vna bona valdè, impiorũ altera, mala nimis. *Vt solent esse ficus primi tẽporis* Ad primos illos patres alludit, Abrahã, Isaac, Iacob,

Mat. 25.

Ose. 9. Moysen, Aaron, Iob, de quibus per Oseam. Sicut vuã in deserto inueni Israël, & sicut ficus in ficulnea inueni patres eorũ. Sed & beatus vir, cùm portauerit iugũ ab adolescentia sua. Has præcoquas ficus desiderat Deus, sicut per Micheã ait. *Hæc dicit Dominus Deus Israel.* Hæc verba per parenthesim sunt legenda. *Sic cognoscam transmigrationem Iuda, quam emisi de loco isto in terrã Chaldæorum in bonum.* De Iechonia, & illis qui translati sunt in Babylonem, loquitur. Cognoscere autẽ in bonum, est fauere, & beneuolẽtia prosequi. Eandem habet significationem, quod sequitur. *Et ponã oculos meos super eos in bonũ.* hoc est, beneuolo vultu eos respiciam. *Et ædificabo eos, et nõ destruam.* hoc est, dabo illis sedes stabiles, & augebo illos liberis, & opibus. Hoc ipsum significat, per id quod ait. *Et plantabo eos, et non euellam.* de quo genere dicendi sæpe diximus in hoc opere. *Et dabo eis cor, vt sciant me.* Chal. Paraph. Vt sciant timorem meum. hoc est. dabo eis cor mihi bene affectum, quo nihil magis in votis habeãt, quàm me cognoscere, & mihi inseruire. Hæc est vita ęterna, ait Christus, vt cognoscant te solum verum Deũ, & quem misisti Iesum Christum. Et, Qui gloriatur, in hoc glorietur, scire & nosse me. Reliqua ex dictis fiunt manifesta. *Et dabo eos in vexationem, afflictionemq;* Septuag. tantùm habent, & dabo eos in dispersionem. Chald. Para. Et dabo eos in commotionem, & in malum. In Hebr. primo loco est לזועה lezauaha, vexationem, & cõmotionem significat. Secundo loco est רעה rahah, malũ, & afflictionem etiam interpretari possumus. Idem est autem, ac si dicat. Omnes exteræ gentes concutientur metu, cùm audierint, quæ acciderint illis, timentes ne talia

Thren. 3. d.

Mich. 7. a.

Ioan. 17.

Sup. Cap. 9.

sibi

sibi contingant. habes similem modum dicēdi Deut. 28. Vel iuxta nostram literam, faciam vt omnes, ad quos peruenerint, vexent eos, & affligant. *In opprobriū.* Hoc est, malè audient apud omnes, eò quòd Deum suum deseruerint, quod aliæ gentes non faciunt. *In parabolam.* Hoc est, infælices & calamitosos comparabūt miseris Iudæis. *In prouerbium.* vel fabulā. Hoc est. quotidianis sermonibus vsurpabunt calamitatem, & improbitatem Iudæorum. *In maledictionem.* Hoc est. cùm voluerint precari malum alicui, dicent. Contingat tibi sicut Sedeciæ regi Iuda, & suis.

ARGVMENTVM.

Prædicit captiuitatem Septuaginta annorum ob verbi Dei contemptum.

¶ CAP. XXV.

VERBVM quod factum est ad Ieremiam de omni populo Iudæ in anno quarto Ioachim filij Iosiæ regis Iuda. (ipse est annus primus Nabuchodonosor regis Babylonis.) 2 ʾQuod locutus est Ieremias propheta ad omnem populum Iuda, & ad vniuersos habitatores Ierusalem dicens, 3 A tertio decimo anno Iosiæ filij Amon regis Iuda vsque ad diem hanc: iste tertius & vicesimus annus, factum est verbū Domini ad me, & locutus sum ad vos de nocte consurgens & loquens, & non audistis. 4 Et misit Dominus ad vos omnes seruos suos prophetas, cōsurgens diluculo, mittensq; : et nō audistis, neq; inclinastis aures vestras vt audiretis, cū diceret. 5 † Reuertimini vnusquisq; à via sua mala, et à pessimis cogitationibus vestris, et habitabitis in terra quā dedit Dominus vobis, & patribus vestris, à seculo & vsque in seculum. 6 Et nolite

ʾ quæ 8 MS. Similiter Textui legunt Hiero. & G.

† 4. Reg. 17. 13. Sup. 18, 11. Infr. 25, 5. 33. 15

eius, & omni populo eius, 20 & vniuersis generaliter: cūctis regib⁹ terræ Ausitidis, et cūctis regibus terræ Philisthiim, & Ascalonis, et Gazæ, et Accarō, et reliquijs Azoti, 21 et Idumææ, et Moab, et filijs Ammō: 22 Et cūctis regibus Tyri, & vniuersis regibus Sidônis: & regibus terræ insularū qui sunt trās mare. 23 Et Dedan, & Thema, & Buz, et vniuersis qui attonsi sunt in comā. 24 Et cūctis regibus Arabiæ, & cūctis regibus Occidētis: qui habitāt in deserto. 25 Et cunctis regibus Zābri, et cunctis regibus Elam, et cunctis regibus Medorum: 26 cunctis quoque regibus Aquilonis de prope et de longe, vnicuique contra fratrem suum: et omnibus regnis terræ, quæ super faciem eius sunt: et rex Sesach bibet post eos. 27 Et dices ad eos, Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israël, Bibite, et inebriamini, et vomite, et cadite: neq; surgatis, à facie gladij quem ego mittam inter vos. 28 Cùmque noluerint accipere calicem de manu tua vt bibant, dices ad eos, Hæc dicit Dominus exercituum, Bibentes bibetis. 29 † quia ecce, in ciuitate in qua inuocatum est nomē meum, ego incipiā affligere, & vos quasi innocentes & immunes eritis? non eritis immunes. gladium enim voco super omnes habitatores terræ, dicit Dominus exercituū. 30 Et tu prophetabis ad eos omnia verba hæc, & dices ad illos: † Dominus de excelso rugiet, & de habitaculo sancto suo dabit vocē suā: rugiens rugiet super decorem suum: celeusma quasi calcantium concinetur aduersus omnes habitatores terræ. 31 Peruenit sonitus vsq; ad extrema terræ. Quia iudicium Domino cum gentibus: iudicatur ipse cum omni carne, impios tradidi gladio, dicit Dominus. 32 Hæc dicit Dominus exercituum, Ecce, afflictio egredietur de gente in gentem: et turbo magnus egredietur à summitatibus terræ. 33 Et erūt interfecti Domini in die illa à summo terræ vsque ad summum eius: non plangentur & non colligentur, neque sepelientur: in sterquilinium super faciem terræ iacebunt. 34 Vlulate pastores, &

† 1. Pet. 4,17.

† Ioel 3, 16. Amos. 1,2.

clamate: & aspergite vos cinere optimates gregis: quia completi sunt dies vestri, vt interficiamini: & dissipationes vestræ, & cadetis quasi vasa pretiosa. 35 Et peribit fuga à pastoribus, et saluatio ab optimatibus gregis. 36 Vox clamoris pastorum, et vlulatus optimatum gregis: quia vastauit Dominus pascua eorum. 37 Et conticuerunt arua pacis à facie iræ furoris Domini. 38 Dereliquit quasi leo vmbraculũ suũ, quia facta est terra eorũ in desolationem à facie iræ colũbæ, et à facie iræ furoris Dñi.

EXPLANATIO.

VERBUM quod factum est ad Ieremiam de omni populo Iudæ in anno quarto Ioachim filij Iosiæ regis Iuda. etc. Prædicit Ieremias captiuitatẽ Septuaginta annorũ propter populi peccata, qui contempsit prophetarum verba, per quos Dominus loquebatur. Quæ in hoc Cap. narrãtur, priora sunt visione, quę superiori Capite descripta est: illa enim facta est sub Sedecia, post quã Iechonias translat' est in Babylonẽ: quę vero hìc narrãt, sub Ioachim filio Iosiæ, & patre Iechonię: non enim seruant prophetę ordinẽ historiæ, vt diximus suprà in Cap. 21. *Verbum quod factum est ad Ieremiã*, Vide not. 1. Cap. *De omni populo Iudæ*. vel super omnẽ populũ. hoc est, de his quę euentura erãt vniuerso populo Iudę. *In anno quarto Ioacim*. Vide not. 1. Cap. Vide etiã Cap. 24. 4. Reg. & 36. 2. Paral. Hic fili' fuit Iosię, dictusq; est Eliacim, sed Pharao Nechao, qui illũ cõstituit regẽ, mutauit nomẽ ei' Ioakim. *Ipse est annus primus Nabuchodonosor regis Babylonis*. Quarto anno regni Ioakim cœpit imperare Nabuchodonosor. Ioakim regnauit vndecim annis, cui successit Ioachin fili' eius, qui & Iechonias, qui tribus mẽsibus regnauit: trãstulit enim eũ Nachodonosor in

sor in

sori in Babylonē, q̄ factū est octauo anno regni Nabuchodonosor, vt patet 4. Reg. 24. Ab vndecim ergo annis Ioakim, si tres demas, remanent octo. *A tertio decimo anno Iosiæ filij Amon regis Iuda vsq; ad diem hanc, etc.* Sub Iosia prophetauit Ieremias 19. annis, quibus si addas 4. annos regni Ioakim, habebis annos 23. Nā Ioachaz, qui Iosię successit, cuius successor in regno fuit Ioakim, tribus tātùm mensibus regnauit. Vide nota. 1. Cap. Cōmemorat annos quib⁹ prophetauerat, quò magis populi duritiā coargueret. Tu verò admirare tātā serui Dei cōstātiā, & patientiā: sed charitas patiēs est, & q animarū salutis amore flagrat, omnia suffert, omnia sustinet: nō ergo absq; causa Ieremias vocatur fratrū amator, & populi Israël 2. Machab. 15. *De nocte cōsurgens.* Sūmā diligentiā in exponenda Dei voluntate significat. Fugiebat somnus ab oculis meis, dicebat Iacob strenu⁹ pastor. *Et misit Dominus ad vos oēs seruos suos prophetas consurgens diluculo, etc.* Magnā & assiduā curam significat. Hiero. Non per vnū prophetā, sed per omnes populū suū Deus admonuit, & quasi ipse in vigilijs & excubijs cōstitut⁹ surrexit diluculò, vt suum populum commoneret. Quātò crebrior admonitio, tātò contemnentiū fuerunt peccata maiora. Vide not. in 1. Cap. *Neq; inclinastis aures vestras.* vt ne habitū quidē audientiū assumerent. *Cùm diceret reuertimini vnusquisq; à via sua mala etc.* Infinita clementia, non supplicium inferre pro scelere, sed ad pœnitentiā prouocare, etiā pro misso premio. *Et habitabitis in terra, quā dedit Domin⁹ vobis, et patrib⁹ vestris.* Hier. Ostēdit dona Dei perpetua, si digni extiterint hi, quibus data sunt. Sine pœnitētia sunt Dei Dona & vocatio, ait Apost. Aperta sunt omnia, &

1. Cor. 13.

Gen. 31. f.

Rom. 11.

nia, & quę sæpe in hoc libro repetita sunt, & à nobis expoſita. *Nabuchodonoſor regem Babylonis ſeruum meum.* Hieronymus. Non ſic vocatur ſeruus, vt prophetæ, & ſancti viri, qui verè ſeruiunt Deo: ſed quòd in euerſione Ieruſalem Domini ſeruiat voluntati. Quoniã omnia ſeruiunt tibi, ait propheta. Septuag. id non habent forſitan ex induſtria prætermiſerunt, ne gentes quibus transferebant, in errorem inducerentur. *In ſolitudines ſempiternas.* hoc eſt. Septuaginta annorũ. Vide ſupra Cap. 17. ſuper illa verba, ignis ſuccenſus eſt in furore meo, & vſq; in æternum ardebit. *Perdamq; ex eis vocem gaudij*. Vide quę annotauimus in Cap. 7. *vocem molæ.* vel ſonum. Hieronymus. Vt ſcilicet non conterantur frumenta, & populis veſcenda tribuantur. Vel per vocem molę, cantus molẽtium intelligere poſſumus: vnde Chald. Paraph. habet, & vocem cœtuum cantantium ad lumẽ lucernarum. Alij per molam instrumentum intelligunt duabus molis cõſtans, quo condimenta teruntur; quaſi dicat, non agitabitis conuiuia. Septuag. odorem vnguenti. Vox Hebr. רחים rechaiim, molas piſtrini inferiorem & ſuperiorem ſignificat: ſed eſt à radice ריח raiach, quod verbum odorari ſignificat, & propterea tranſtulerunt Septuag. odorem vnguenti, neq; omnino à ſenſu literæ abhorret hæc interpretatio. *Lumen lucernæ.* Hier. doctrinam prophetarum interpretatur, iuxta illud. Lucerna pedibus meis verbum tuum. Et de Ioanne Baptiſta ſcriptum eſt. Ille erat lucerna ardens & lucẽs. Alij lucem faculæ interpretantur: vt per faculas, intelligant fumalia, quæ magnificis cõuiuijs magna copia adhiberi ſolẽt. *Viſitabo ſuper regem Babylonis.* A Medis & Perſis deſtructum eſt

Pſal. 118

Pſal. 118.
Ioan. 5. *f.*

ctum est regnum Babylonicum, & vsq; nūc vrbis Babyloniç reliquiæ tantum manent, iuxta prophetiam Ieremiæ, qui contra Babylonem, & cæteras gentes quæ in Babylonio fuerant exercitu, & contra populū Dei dimicarunt, prophetauit: vt patebit infrà. *Quia seruierunt eis.* Chaldæis intellige: sub illis enim militarunt aduersus populum Iudæorū. Vel de Iudæis intellige, hoc est. Quia Iudæi seruierunt Chaldæis, cùm essent multi & reges magni, faciam vt Chaldæi seruiāt alijs. In Hebrço quia seruire in eis, pro, quia seruierunt eis. Chald. Paraph. Quia etiam ipsos ad seruitutem adigent populi multi, & reges magni. *Sume calicem uini furoris huius de manu mea, et propinabis de illo cunctis gentibus, ad quas ego mittam te.* Iustam vltionem significat: vocat calicem prophetiam prædicentem exitium. Sic in Ps. Quia calix in manu Domini viri meri. &c. Septua. Sume calicem vini meri. Eadem est sententia. *Et bibent.* Hoc est audiēt, vel complebitur in eis prophetia. Propinare dicitur calicem Ieremias, dum prænunciat futuram vltionem. Quod autem ait. *& insanient.* acerbitatem pœnæ significat, ita vt præ dolore insaniant. *Ierusalem & ciuitatibus Iuda, et regibus eius.* Incipit Dominus à suis. Per reges, Ioakim, & Ioachin, & Sedeciam intellige. *Sicut est dies ista.* Hoc est, sicut in hac die completum videmus. Verba hæc adiecta sunt postea, quādo sermones Ieremiæ in vnum volumē redacti sunt: nam eo tempore quo hęc prophetabat, apertum est, quòd nondum erant completa. *Et vniuersis generaliter.* Heb. vniuersæ miscellaneæ, vel promiscuo vulgo. Intelligit eos, qui in desertis finitimis Ierusalem habitabant, qui aduentitij erant, & permisti ex multis genti-

Psal. 74.

tibus. Septua. Et omnes mixticios eius. *Terræ Ausitidis.* Septuag. & Chald. Para. Terræ Hus. sic & in Hebræo. *Et cunctis regibus terræ Philisthijm.* Palestini à Babylonijs capti, & vastati sunt. sic & Tyri & Sydones, & insulæ trans mare Cyprum & Rhodum. *Et regibus terræ insularum, quæ sunt trãs mare.* hoc est, in medio maris. Cyprũ, & Rhodum, & Cretam, aliasq; mediterranei maris insulas intelligit. *Et Dedan & Thema & Buz, et vniuersis qui attonsi sunt in comam.* Hæ gentes, vt ait D. Hier. morantur in solitudine, vicinę & mistæ regionibus Ismaelitarum, quos nũc Sarracenos vocãt. Sep. Et omnem circumtonsum in facie sua. Chal. Parap. Et omnibus circundantibus angulum. Vide supra Cap. 9. *Et cunctis regibus Zamri.* Hiero. regionem Persidis existimat esse, sicut & Elam. Babylõ destructa est à Medis & Persis, & ipsi ab Alexandro Macedonum rege superati. *Et cũctis regibus Aquilonis.* Septuag. ἀφηλιώτου. subsolanum interpretari possumus, ait Hiero. *Vnicuiq; contra fratrem suum.* Hoc est. ab vno in aliũ transibit calix, & mutuis inter se prælijs dimicabunt. sicut infra. Ecce afflictio egredietur de gente in gentem. *Et rex Sesach bibet post eos.* D. Hiero. regem Babylonis intelligit. vocatum autem sic, arcana quadam ratione, per transpositionem literarũ; idq; factum fuisse, ne si suo nomine eum vocasset, Babyloniorum contra se insaniam commoueret, qui obsidebant Ierusalem, illiusq; iam iam potituri erant. Chald. Para. Et rex Babylonis bibet post eos. Sed cùm iam superiùs apertè de rege Babylonis prophetauerit in hoc eodem Cap. nõ erat, cur modò de illo obscurè loqueretur. Lyra nomen proprium regis Ægypti existimat esse, sub quo vastata est Ægyptus,

sicut

ſicut Pharao erat cõmune nomẽ regũ Ægypti. Sic 3. Reg. 11. Seſach vocatur rex Ægypti, ſicut & 4. Reg. 24. vocatur quidã rex Ægypti Nechao. Sed infrà Cap. 51. apertè rex Babylonis vocatur rex Seſach, & pro eodẽ hoc in loco haud dubiè ſumitur, quicquid ſit de ratio ne, quã reddit D. Hiero. *Et dices ad eos. hæc dicit Dominus exercituũ Deus Iſrael. Bibite et inebriamini. et vomite, et cadi te, et nolite conſurgere à facie gladij, quem ego mittã inter vos.* Hoc eſt, bibetis, & inebriabimini ad vomitũ vſq; , & ſi cut ebrij cadetis, ita vt non cõſurgatis. Acerbitatem, & multitudinem afflictionum ſignificat. *Cumq; noluerint accipere.* quaſi dicat, velitis nolitis, bibetis. Omnia ſunt aperta. *Dominus de excelſo rugiet, & de habitaculo ſan cto ſuo dabit vocem. Rugiens rugiet ſuper decorem ſuum, celeuſma quaſi calcantium concinetur aduerſum omnes habitatores terræ.* Rugitũ quaſi leonis vocat ſententiã, quæ à Deo procedet in omnes gentes. Sep. reſponſum dabit. Per *decorẽ* templũ, vel Ieruſalẽ cũ tẽplo intelligit. Septua. Super locũ ſuũ. Chal. Par. Clamabit, vt veniant direptores ſuper terrã domus maieſtatis ſuæ. *Celeuſma quaſi calcantiũ concinetur.* D. Hier. In effuſione ſanguinis mutui, dũ ſe inuicem perimento, carmen lugubre concinetur. Quidã celeuma dicunt eſſe carmen, quo calcantes vuas ſe ad opus adhortãtur. & ita exponunt, quaſi dicat, milites ſe inuicem ad pugnam, ſanguiniſq; effuſionem adhortabuntur ad modum calcantium. Septuag. Et illi quaſi vindemiantes reſpondebunt. Eadẽ eſt ſententia. Chal. Para. Sicut qui deſcendũt in torcu lar, qui tollũt vocẽ ſuam, ſic veniet cõturbatio omnibus habitatoribus terræ. Heb. הידד hedad, clamorem calcantium, quo alter alterum adhortatur, ſignificat.

Celeuma

Celeuma verò, vel potiùs celeuſma, eſt clamor nautarum, & aliorum, quũ vno aliquid iubente omnes vniformiter reſpondent, quaſi inuicem iubentes. Vnde quidam. Lentos tingitis ad celeuſma remos. Græcè, κέλευσμα ἀπὸ τοῦ κελεύω. i. iubeo. *Peruenit ſonit⁹ vſq; ad extrema terræ, quia iudicium Domino cum gentibus, iudicatur ipſe cum omni carne, impios tradidi gladio, dicit Domin⁹.* Hoc eſt, ſonus celeuſmatis, vel rugitus Domini quaſi incitantis Chaldæos ad perdendum templum, & terram Iudæ, & omnes gẽtes, vt aduerſum ſe inuicem dimicẽt. Septuag. veniet interitus ſuper partem terræ. Chald. Paraphra. Peruenit tumultus vſq; ad extrema terræ. Hæc optimè ad extremum iudicium, quo Deus cunctas gentes iudicabit, referuntur: de quo Christus. Et mittet Angelos ſuos cum tuba, & voce magna, & cõgregabunt electos eius à quatuor ventis à ſummis cælorum vſq; ad terminos eorum. *Iudicatur ipſe cum omni carne.* Ita etiam Septuag. In Hebr. legitur נִשְׁפָּט niſpat, quæ vox eſt in Niphal, vnde iudicatur, interpretari debet. Sed peritiſſimi linguæ Hebrꝍ notãt Niphal actiuè etiam ſumi. Vnde hoc in loco poſſumus trãsferre. iudex erit ipſe. vel veniet ad iudicandum. Chal. Para. retribuet ipſe omni carni. Quòd ſi ſignificationẽ paſſiuam retinere velimus, ſicut etiam habent Septuag. poſſumus ſic interpretari, quòd Deus ſe iuſtum oſtendat iuſtè puniẽdo: vt in eo quòd punit pœna dignos, iudicetur ipſe, & iuſtificetur. Iuxta hãc ſentẽtiã Theodoretus exponit, qui ita ait. Demonſtrat iterum ſuam indicibilem bonitatem: non enim dixit κρινεῖ. i. iudicabit omnem carnẽ, ſed κρίνεται. i. iudicatur, & diſceptat cum omni carne. Beneficia ſua ſubijcit oculis, & eorũ

Mat. 24.

qui accipiunt, arguit ingratitudinem. *Tradidi gladio.* D. Hiero. in Cōment. tradidit, legit. Bib. reg. Tradidi. Sic & Louanien. Septuag. Dati sunt in gladium. Chal. Para tradet morti. In Hebr. tradet eos gladio. *Hæc dicit Dominus exercituum. Ecce afflictio egredietur de gente in gentem, et turbo magnus egredietur à summitaib⁹ terræ.* Hoc est. ab vna gente in aliam. Completum est hoc, ait D. Hiero. quando à rege Babylonio cunctæ regiones in circuitu subiugatæ sunt, & imperium eius sensere crudele. Idem sæpe inculcat, quò certo euenturū quod ait, significet. Christus loquens de his, quæ extremum iudicium præcedent, dixit. Consurget gens aduersus gē tem, & regnum aduersus regnum. &c. *Et erunt interfecti Domini in illa die à summo terræ vsq; ad summum eius.* D. Hiero. Dicuntur interfecti à Domino, non quòd Dominus ipse percutiat, sed quòd in interitu pessimorū voluntas, & imperium Domini compleatur. Nōnulli existimant hoc in loco prædici desolationem secūdi templi: quod autem superiùs dixerat, *rugiēs rugiet super decorem*, ad desolationem primi templi referunt: sicq; per interfectos Domini, eos intelligunt, qui iussu Domini interfecti sunt à Romanis sub Tito. *Non plangentur, & non colligentur, neq; sepelientur, in sterquilinio super faciem terræ iacebunt.* Nempe, ob multitudinem interfectorum. Hoc ipsum auget infælicitatem: nonnulla enim cōsolatio est sperare, quòd si quis fuerit occisus, saltem erit, qui post mortem ipsum plangat, & honorificè sepeliat. *Vlulate pastores, & clamate, et aspergite vos cinere optimates gregis, quia completi sunt dies vestri, vt interficiamini: et dißipationes vestræ, et cadetis quasi vasa pretiosa.* Theodo. pastores vocauit reges, oues autē subditos,

Luc. 21.

arietes

arietes verò ouium principes. Chald. Paraph, Vlulatē reges, & clamate, & operite capita vestra cinere fortes in populo Septua. Iubilate pastores. Vbi notat D. Hiero. quòd in hoc tantùm loco Septuag. iubilum in malam partem posuerūt. Heb. vlulate, à verbo ילל ialal, quod vlulare, vel eiulare significat, & vocē attollere cū tristitia & dolore cordis. Pro *optimates gregis*, Septua. habent, arietes ouium. *dißipationes*. Non est in Septuag. Chald, Para. & dispergemini. Si de desolatione secundi templi hęc intelligamus, per dissipationes, dispersionē Iudęorum per vniuersum orbem, quæ post desolationem à Romanis factam contigit, intelligemus. *Et cadetis quasi vasa pretiosa*. Hier. Vt confracta nō valeant restaurari, & quantò antea fuerunt pretiosa, tantò maius in eorum compactione sit damnū. Septuag. Cadetis sicut arietes electi. Chald. Paraph. Et cadetis, qui satiati eratis delicijs, quasi vasa desiderabilia. Heb. Et cadetis velut vas desiderij. hoc est, desiderabile. Auiditatem hostium ad interficiendum significat, quasi dicat. Ea auiditate interfectioni & neci operā dabunt, qua vasa pretiosa & desiderabilia diripi solent. Notat etiā eorū diuitias, vt interpretatur Chald. Par. *Et peribit fuga à pastoribus, et saluatio ab optimatibus gregis*. Hoc est, nequaquam fugere poterunt, neq; liberari de manibus hostium reges, neq; principes, & potentes, & duces. Chald. Paraph. Peribit domus fugitiuorum à regibus, & liberatio à fortibus populi. Hebr. habent, vt nostra, Peribit fuga, vel effugium. *Vox clamoris pastorum, et vlulatus optimatū gregis, quia vastauit Dominus pascua eorum*. Hoc est, possessiones vastare fecit, & bona eorum diripere. Septuag. etiam hìc iubilum

pro

pro vlulatu habent. Chald. Para. pro *pascua eorum*, habet, populos eorum; quos scilicet expilabant, ac ita erant illorum pascua. *Et conticuerunt arua pacis à facie iræ furoris Domini.* Hoc est, desolata iacent arua, quę tempore pacis speciosa erant, propter irā Domini furētis. Sep. Et quiescent speciosa pacis. Theodo. cōmoda pacis, legit. Sunt autē cōmoda pacis (ait) agriculturæ, plātationes, negotiationes, artiū & cōtractuū exercitia, nuptiæ, cœtus, festa, delectationes animi, & quæcunq; sunt his similia. Chal. Para. Et desolabuntur habitacula pacifica eorū. In Hebr. נְאוֹת neoth, habitacula, domicilia, & specialiter tuguria, vel casas & caulas pastorū significat, & pascua circa illas, & cāpestria, à radice נָוָה nauah, quod verbū habitare, manere, residere significat. Nonnulli vrbiū terræ sanctę desolationē significari volunt, quę priùs habitacula pacis erant. D. Hier. Quādo habuerimus pacem, & nō intellexerim⁹ bona vel speciosa pacis, sed luxuriæ nos & ocio dederimus, ac voluptatibus; tunc cōquiescent seu cōticescent bona pacis, & auferūtur à nobis propter irā furoris Dñi, & implebitur illud quod scriptum est. Cùm dixerint pax & securitas, tunc repentinus superueniet interitus, quo veniente omnia conticescent. *Dereliquit quasi leo tabernaculum suum, facta est terra eorum in desolationem à facie iræ columbæ, et à facie iræ furoris Domini.* Deum intelligit, de quo supra. Rugiens rugiet super decórem suum. Per *tabernaculum*, templum & ciuitatem Ierusalem. De quo in Psal. Factus est in pace, vel in Salem, locus eius, & habitatio eius in Syon. Vnde supra primo Cap. Dimisi domum meam, dereliqui hæreditatem meam. Reliquit autem quasi leo

Prou 29. a.

Psal. 75.

cubile

cubile suum, vt omnes bestię vastandi terram eius habeant potestatem: leone enim custode & præside, nullus est qui audeat accedere. Sep. Dereliquit quasi leo cubile suum. Chal. Para. Migrauit rex ex arce sua. Heb. סכו suco, tabernaculū, cubile, vmbraculum significat. *Facta est terra eorum in desolationem*, Iudæorū terram intelligit, vel omnium gentium. Sep. In inuium. *A facie iræ columbæ.* D. Hiero. per columbā Nabuchodonosorem intelligit. Nec mirū, inquit, si vocetur hic columba, cùm superiùs seruus Dei dictus sit. Vel dic vocari columbam, ob velocitatem in expugnādo. Vnde supra Cap. 4. Velociores aquilis equi illius. & Threno. 4. Velociores fuerunt persequutores nostri aquilis cæli. De volatus velocitate columbæ Virgil.

Radit iter liquidum, celeres neq; commouet alas.

Inter domesticas aues nulla neq; longiùs, neque diutiùs auolat, tecti tamē, lariumq; memor summa fidē reuertitur. Septuag. à facie gladij magni. Chald. Para. à facie gladij inimici, qui inebriat sicut vinum. Hebr. vbi nos habemus *iræ*, legunt חרון charō, à radice חרה charah, quod verbum irasci, excandescere, furore succendi, & pugnare significat: vnde nomen iram, furorem, excandescentiam significat: sed quia gladio pugna committitur, etiam gladiū interpretari possumus. Vbi verò habemus *columbæ*, in Heb. legitur היונה haio nah, quod verbum colūbam significat, à radice הינה ianah, quod est vim inferre, opprimere, circumuenire. Hinc dicta est columba, quòd facilè seducatur, & proprium eius epithetum est, stolida, seducta. Similiter etiam rapientem, populantem, & vim inferentem transferre possumus. Chal. Paraph. deducit à יין iaiin,

quod

quod est vinum. Possumus etiam vertere, à facie gladij vim inferentis, vel resplendentis sicut columba. D. Grego, lib. 32. in Iob cap. 7. per columbam Deum significari vult: vnde subditur, *à facie iræ furoris Domini*: vt hoc postremum primũ declaret. dictum autem est, *à facie iræ columbæ*, quia in Deum nulla furoris inæqualitas serpit: ita vt, cùm irascitur, columba sit, quod simplex est animal, neq; perturbatur ira. Pierius Val. lib. 22. De Hieroglyphicis ait per columbam significari Babylonem, & Babylonios, eo quòd Semiramis Nini regis vxor Babylonem condiderit, vel potiùs muro latericio cinxerit, & subactis vicinis regni sui terminos latissimè propagauerit, quã Assyrij sub specie columbæ colunt. De qua Ouidius scribit eam à columbis enutritam, & in columbam inde conuersam, qua specie colebatur apud Assyrios: idq; de petulca eius improbitate intelligendum est. Vnde fieri potest, vt Babylonij in honorem Semiramis in vexillis columbam depictam deferrent, vt propterea illorum exercitus columba dicatur, sicut nonnulli dicunt. Sed & Semiramis lingua Syriaca auem significat. Impositum est nomen, quòd ab auibus adhuc infans nutrita dicatur. Fuit quidẽ mulier hæc clarissima, quæ post viri obitum, quòd intelligeret Assyrios grauiter mulieris imperium passuros, dissimulato illius obitu, personam eius assumpsit, donec Ninus filius adolesceret, regnoq; administrando idoneus fieret. Val. Maxi. lib. 9. Cap. 3. scribit de ea, aliquando cùm circa cultum corporis occupata esset, & nũtiaretur ei Babylonem defecisse, soluta adhuc altera parte crinium protinus ad eam expugnandam cucurrisse, nec priùs decorẽ ca

pillorum redegisse in ordinem, quàm tantam vrbem in suam potestatem restituisset. Exercitum ipsius sic describit Suidas. Peditatus centum millia, equitatus centum myriades, falcatorum autem curruũ decies decem millia, virorum in camelis pugnãtium par numerus: aliorũ verò camelorũ, ad quodcunq; indigebat opus, vicies dena millia. Terga vero boum excoriatorum tricies dena millia. Naues verò in Bractis fabricatæ ter mille, & multa alia quę prosequitur admiranda. Verùm eadem tam portentosæ libidinis fuisse traditur, vt & filij concubitum expetierit, & equum vsq; ad coitũ adamasse dicatur, Iuba auctore, vt scribit Plini⁹ lib. 8. Nat. hist. Cap. 42. Euphorion eam δαμβλιν, hoc est ardentem appellauit. Meritò ergo columbæ nomine significatur, quod lasciuum animal est.

ARGVMENTVM.

Prophetat Templi & Ierusalem excidium propter legis Dei contemptum. Comprehenditur à sacerdotibus & pseudoprophetis, & ab vniuerso populo: defensus à Principibus opera Ahicã filij Saphan liberat.

¶ CAP. XXVI.

IN principio regni Ioacim filij Iosiæ regis Iuda, factum est verbum istud à Domino, dicens: 2 Hæc dicit Dominus, Sta in atrio domus Domini, & loqueris ad omnes ciuitates Iuda, de quibus veniunt vt adorent in domo Domini, vniuersos sermones quos ego mandaui tibi vt loquaris ad eos: noli subtrahere verbum: 3 si forte audiãt & conuertantur vnusquisque à via sua mala: & pœniteat me mali quod cogito facere eis propter malitiam studiorum eorum. 4 Et dices ad eos: Hæc dicit Dominus: Si non audieritis me vt ambuletis in lege mea quam dedi vobis, 5 vt audiatis sermones

seruorum meorum prophetarum, quos ego misi ad vos de nocte consurgens & dirigens: & non audistis. †6 Dabo domum istam sicut Silo, & vrbem hanc dabo in maledictionem cunctis gentibus terræ. 7 Et audierunt sacerdotes & prophetæ, & omnis populus Ieremiam loquentem verba hæc in domo Domini. 8 Cùmque complesset Ieremias loquens omnia quæ præceperat ei Dominus, vt loqueretur ad vniuersum populum: apprehenderūt eū sacerdotes & prophetæ, & omnis populus, dicens: Morte moriatur. 9 Quare prophetauit in nomine Domini, dicēs: Sicut Silo erit dom⁹ hæc: & vrbs ista desolabitur, eò quòd nō sit habitator? Et congregatus est omnis populus aduersus Ieremiam in domo Domini. 10 Et audierunt principes Iuda verba hæc, & ascenderunt de domo regis in domū Domini, & sederunt in introitu portæ domus Domini nouæ. 11 Et locuti sunt sacerdotes & Prophetæ ad principes et ad omnē populū dicētes: iudiciū mortis est viro huic: quia prophetauit aduersus ciuitatem istam, sicut audistis auribus vestris. 12 Et ait Ieremias ad omnes principes & ad vniuersum populū dicēs: † Domin⁹ misit me vt prophetarē ad domū istā, & ad ciuitatē hanc omnia verba quæ audistis. 13 † Nūc ergo bonas facite vias vestras, et studia vestra, et audite vocem Domini Dei vestri: et pœnitebit Dominū mali quod locutus est aduersum vos. 14 Ego autē ecce in manibus vestris sum: facite mihi quod bonū & rectum est in oculis vestris. 15. Veruntamen scitote et cognoscite quòd si occideritis me, sanguinē innocētē tradetis cōtra vos metipsos, et cōtra ciuitatē istā et habitatores ei⁹, in veritate enim misit me Dominus ad vos, ut loquerer in auribus uestris omnia uerba hæc. 16 Et dixerunt principes et omnis populus ad sacerdotes et ad prophetas: Non est uiro huic iudicium mortis; quia in nomine Domini Dei nostri loquutus est ad nos. 17 Surrexerunt ergo uiri de senioribus terræ: et dixerunt ad omnem cœtum populi loquentes: † Michæas de Morasthi

† 1. Reg. 4. 2. 10.

† Sup. 25. 12.

2. Par. 36.

† 1. Esd. 1, 1. & 6, 3.

3. Esd. 1, 57.

† Mich. 3. 13.
* Domini MS. q.
* Sãctuarij. C.
; non faciamus MS. Q. n.

rasthi fuit propheta in diebus Ezechiæ regis Iuda: & ait ad omnem populum Iudæ, dicens: Hæc dicit Dominus exercituũ: † Siõ quasi ager arabitur: & Ierusalem in aceruum lapidum erit, et mons domus * in exelsa syluarum. 19 Nunquid morte condemnauit eum Ezechias rex Iuda, & omnis Iuda? nunquid non timuerunt Dominum, & deprecati sunt faciem Domini: et pœnituit Dominum mali quod locutus fuerat aduersum eos? Itaque nos facimus malum grande contra animas nostras. 20 Fuit quoque vir prophetans in nomine Domini Vrias filius Semei de Cariathiarim: et prophetauit aduersus ciuitatem istã, et aduersus terram hanc iuxta omnia verba Ieremiæ. 21 Et audiuit rex Ioacim, et omnes potentes et principes eius verba hæc: & quæsiuit rex interficere eum. Et audiuit Vrias, et timuit, fugitque, et ingressus est Ægyptum. 22 Et misit rex Ioacim viros in Ægyptum, Elnatham filium Achobor, et viros cum eo in Ægyptum. 23 Et eduxerunt Vriam de Ægypto, et adduxerunt eum ad regem Ioacim, et percussit eum gladio, et proiecit cadauer eius in sepulchris vulgi ignobilis. 24 Igitur manus Ahicam filij Saphan fuit cum Ieremia, vt non traderetur in manus populi, et interficerent eum.

EXPLANATIO.

IN principio regni Ioachim filij Iosiæ regis Iuda factũ est verbum istud à domino dicens. Constat hãc prophetiã esse priorẽ superiori: illa enim facta est in anno quarto Ioakim, hæc in principio regni illius. Versatur autẽ in eodem argumẽto. *Hæc dicit Dominus. Sta in atrio domus Domini, et loqueris ad omnes ciuitates Iuda, de quibus veniunt, vt adorent in domo Domini, vniuersos sermones quos ego mandaue ro tibi, ut loquaris ad eos: noli subtrahere verbum.* Verba illa, *Hæc dicit Dominus*, per parenthesim legenda sunt, sicque connectenda litera: factum est verbum istud à

Domino

Domino dicẽs(Hęc enim dicit Dominus) ſta in atrio &c. Atriú locus erat, vbi conueniebat populus, vt oraret: loquitur autem ibi Propheta, vt dum ad orãdum veniunt, cogantur eius ſermones audire: nempe vt peritus & auidus venator, qui ceruum expectat eo in loco, quò venire ſolet. Iubetur autem Propheta ſtare, vt ex ipſo corporis geſtu vigor animi, quo verbũ Domini proponere debet, ſignificetur. *Loqueris.* Septuag. Reſponſum dabis. quaſi propheta Dei nomine reſpõdeat populo conuenienti in domum Domini, vt eius ſciat voluntatem. *ciuitates.* hoc eſt, ciues qui ex ciuitatibus conueniunt. Septuag. non habent, ciuitates, ſed omni Iuda. Idem eſt. *Noli ſubtrahere verbum.* Ecce quare iubetur ſtare, vt ſtrenuè verbũ Dei proponat, neq; formidet perſequutiones eorum, qui aduerſus eum concitandi erant. Noli, inquit, ſubtrahere verbum. Licèt prænuntiatio tua, verbumq́; quod loqueris, triſte ſit: quantumuis aduerſum te audientium rabies concitetur, nequaquam te iſta retardẽt, dicito quod tibi imperatum eſt, ne verbũ quidem prętermittas. *Si fortè audiant, & conuertantur vnuſquiſq; a via ſua mala, et pœniteat me mali, quod cogitaui facere eis propter malitiam ſtudiorum eorum.* D. Hiero. Verbum ambiguum (forſitan) maieſtati Domini non poteſt conuenire, ſed noſtro loquitur affectu, vt liberum homini ſeruetur arbitriũ; ne ex pręſciẽtia eius quaſi neceſſitate, vel facere quid, vel non facere cogatur. Eandem ſententiam habet Theodoret. ſic enim ait. Dixit fortaſſe, non quaſi ignorãs: nouerat enim illorum incredulitatem: ſed ambigua dictione vſus eſt, ne ſententiæ diuinæ attendentes deſperarẽt de ſalute. Docet itaq; per ea quę dicta

 ſunt,

ſunt, eos poſſe, ſi velint, ſuſcipere morum mutationẽ. Sic in Ezechi. Cap. 2. Sic etiam Luc. 20. Forſitan verebuntur filiũ meũ. *Et pœniteat me mali, quod cogitaui facere eis.* Hic etiã humano affectu loquitur: neq; enim in Deo cadere pœnitẽtia poteſt, qui per prophetã ſuũ ait. Ego Deus, & non mutor. mutat tamen ſententiã, quando quod comminatus eſt malum, nõ infert, nobis mores in melius cõmutantibus: idq; ſine vlla Dei mutatione fit; voluit enim punire, perſeuerãtibus nobis in peccatis, & iuxta eandem voluntatem pœnam comminatur. *Et dices ad eos. Hæc dicit Dominus, ſi non audieritis me, vt ambuletis in lege mea, quam dedi vobis: vt audiatis ſermonem ſeruorum meorum prophetarum, quos ego miſi ad vos de nocte conſurgens, & dirigens, et non audiſtis, dabo domũ iſtam ſicut Silo, et vrbem hanc dabo in maledictionem cunctis gentibus terræ.* Hoc eſt. ſi non parueritis mihi in eo, vt cuſtodiatis legem meam, quam vobis dedi, obtemperãdo ſermonibus ſeruorum meorum prophetarum, quos ego miſi ad vos de nocte conſurgens, & in hoc opus deſtinaui, vt ſcilicet vos ad obſeruantiam legis meæ comonerent, quorum ſermonibus hactenus nõ obtemperaſtis: ſi non parueritis, inquam, dabo domũ iſtam ſicut Silo &c. Colligit ex his verbis D. Hiero. in nr̃a poteſtate eſſe facere quid, vel nõ facere: ita dũtaxat, vt quicquid boni operis volumus, appetimus, explemus, ad Dei gratiam referamus, qui, iuxta Apoſtolum, dedit nobis velle, & perficere. *Quam dedi vobis.* Septua, quæ dedi ante faciem veſtram. Chal. Para. coram vobis. ſic etiam in. Heb. Data eſt lex Moyſi in monte vidente cuncto populo. *Et dirigens.* Septua. & miſi. Chal. Para. & mittens. Heb. שלח ſaloach, hoc eſt, mittens,

Mala. 3. b

Phil. 2. b.

vel dirigens, & destinans. *Dabo domũ istam sicut Silo.* De templo Dei loquitur. In Silo, quæ vrbs est in tribu Beniamin, vt patet Ios. 18. triginta ferè annis mansit arca testamenti cum tabernaculo, ex quo illùc è Galgalis allata fuit, quousq; capta fuit à Palestinis. vide 1. Reg. 4. Hæc igitur vrbs frequens fuit populo, quamdiu arcam habuit: ea verò capta, infrequens & solitaria visa est: cessauit enim ibi religio, nec postea sunt ibi celebrata sacrificia. Destructionem ergo templi significare voluit, quam sequuta est vrbis Ierusalem deuastatio. *Dabo in maledictionem.* hoc est, omnes illi maledicent: vel cùm alicui vrbi voluerint malè precari, dicent, contingat tibi sicut Ierusalem. *Et audierunt sacerdotes & prophetæ, et omnis populus Ieremiam loquentem verba hæc in domo Domini. Cumq; complesset Ieremias loquẽs omnia quæ præceperat ei Dominus, vt loqueretur ad vniuersum populum, apprehenderunt eum sacerdotes et prophetæ, et omnis populus dicens: Morte moriatur. Quare prophetauit in nomine Domini dicens: Sicut Siloetis domus hæc, et vrbs ista desolabitur, eo quòd non sit habitator.* Aperta est litera. *Prophetæ.* Septuag. Pseudoprophetæ. Sic etiam infra. Chal. Par. Scribę. sic etiã infra. Heb. נביאים bebiim, à radice נבא naba. Vnde in Niphal נבא niba, quod est vaticinari, prophetare. significat etiã enũciare, & interpretari alterius volũtatẽ: quo nomine doctores etiã intelligũtur, & legisperiti, qui scribę dicũtur. Significat etiã pręsertim in Hithpahel, vt notat Elias, falsam prophetiam, cùm quis sese propria auctoritate à Deo non missus ingerit, vt prophetet. *Et congregatus est omnis populus aduersum Ieremiam in domo Domini. Et audierunt principes Iuda verba hæc, et ascenderunt de domo regis in domum*

Domini, & sederunt in introitu portæ domus Domini nouæ. Versabantur principes in domo regis, auditaq; seditione commota in Ieremiam, ascenderunt in templum: erat enim templum situm in vertice montis Sion, regia verò in loco inferiori. *Portæ domus Domini nouæ* Chald. Paraphra portę orientalis. Hęc omnium maior erat, & fortassis erat instaurata, & propterea vocatur noua: sic enim habetur in Heb. Vide 4. Reg. 15. Principum autem erat sedere in porta dom' Domini, vbi iudicia & causæ agitabantur. Sedent igitur, vt seditionis causam audiant. *Et locuti sunt sacerdotes et prophetæ ad principes, et ad omnem populum dicentes, Iudicium mortis est viro huic, quia prophetauit aduersus ciuitatē istam, sicut audistis auribus vestris.* Accusatur Ieremias, quasi crimen mortis commisisset. *Iudicium mortis est viro huic.* Hoc est. Reus est mortis. vel dignus qui morti adiudicetur. vel causam mortis habem' aduersus eũ; Crudeliores erant in prophetam per inuidiam sanctitatis, qui religioni videbantur dediti: & actum fuisset de eo, si Iudicij habuissent potestatem. *Et ait Ieremias ad omnes principes, et ad vniuersum populum dicens.* D. Hier. notat prudenter, humiliter, atq; constanter prophetam causam pro se dixisse. Prudenter, cùm ait se à Domino fuisse missum, vt illa loqueretur contra tēplum & ciuitatem; quòd si eius vellent audire consilium, & agere pœnitentiam, Dominus etiam suam sententiã commutaret. Humiliter, in eo quod ait. Ecce in manibus vestris sum, facite mihi, vt bonum & rectũ est in oculis vestris. hoc est, vt vobis bonum visum fuerit. Constanter, dum ait. In veritate misit me Dominus ad vos, vt loquerer in aurib' vestris omnia verba hęc.

Sic et-

Sic ergo debemus nos, cùm necessitas exigit, humiles ostēdere, vt veritatē & animi cōstātiā nō deseramus. Addidit autē. *Verùntamen scitote, et cognoscite. etc.* quasi dicat: Si irascimini, quòd cōtra tēplū & vrbē Dñi sim loquutus, & curæ vobis est salus templi & vrbis, cur augetis peccata peccatis, & sanguinis mei tam vrbem, quàm habitatores eius reos facitis? Aperta est litera ex superiùs dictis *Et dixerunt principes, et omnis populus ad sacerdotes et ad prophetas: Non est viro huic iudiciū mortis, quia in nomine Domini Dei nostri loquutus est ad nos.* Hoc est, nihil dignū morte cōmisit, cùm iubente Dño, et nomine ei⁹ loquutus sit. Populus, q priùs à sacerdotibus & pseudoprophetis fuerat seductus, iungitur principib⁹, & pro Ieremia loquitur: cito enim vulgus indoctum accepta ratione mutat sentētiam, præsertim cùm eis spem indulgentiæ dedisset, si bonas facerēt vias suas: sed sacerdotes, & pseudoprophetę, qui malitia & liuore pleni erant, nullis mouentur rationibus. *Surrexerūt ergo viri de senioribus terræ, et dixerunt ad omnem cœtum populi loquentes. etc.* Probant seniores, quorum erat vetera nosse, exemplo Michęæ (qui tempore Ezechiæ regis prophetauit, quemadmodum Ieremias in nomine Domini contra templum, & ciuitatem Ierusalē: neq; tamen propterea morte dānatus est ab Ezechia, neq; à populo, sed curarunt potiùs Deum placare pœnitētia) Ieremiam absoluendum fore. Habes hāc prophetiam Mich. 3. quibus verbis desolatio, & excidiū templi, & Ierusalem significatur, ita vt arari posset Siō solo æquata, & Ierusalē, palatijs & domibus destructis, aceruus lapidum foret, & mons Moria, vbi templum erat structum, plenus esset arboribus in Syluam redactus.

ctæ. *Fuit quoq; uir prophetans in nomine Domini Vrias filius Semei de Chariathiarim. etc.* Volunt nonnulli exemplum hoc adductum fuisse ab illis, qui contendebant Ieremiam morti esse adiudicandum: sed magis cõsonum est literę, vt ab eisdẽ senioribus quoq; adductum esse hoc secundum exemplum pro Ieremia dicamus, cõtendentibus Ioakim malè fecisse prophetam, qui in nomine Domini loquutus fuerat, perimendo. Sed obstat, quòd prophetia hæc Ieremiæ facta est in principio regni Ioakim, vt patet ex principio capitis; non ergo videtur rationi consonum quòd regnante Ioakim adducant in exemplum factum istud tanquam non imitandum. Sed fortassis propter hanc causam seniores non ausi sunt dicere malè fecisse regem, sed rem simpliciter narrant, vt ex eo quòd Ezechias rex iustus fuerat, tacitè innuerent non rectè fecisse Ioakim. *In sepulchris uulgi ignobilis.* Hoc est. Non fuit sepultus cum illo honore, quo prophetæ solebant sepeliri. Septuag. In monumentis filiorum populi eius. Chald. Para. In sepulchra transmigrantium. Hebr. In sepulchra filiorum populi. hoc est, vulgi ignobilis, sicut noster habet interpres. vel in publicis sepulchris, vel pauperum. *Igitur manus Aicham filij Saphan fuit cum Ieremia, ut nõ traderetur in manus populi, et interficerent eum.* Liberatus fuit fauore & opera Aicham, qui vnus erat ex principib᷒. Vide 4. reg. 22. Reseruatus est Ieremias iudicio Dei, vt reliquijs infœlicis populi prædicaret, & eos retraheret ad pœnitudinem. Nouit Domin᷒ pios de tentatione eripere. Et Ecclesiastici 51. Circũdederunt me vndiq;, & non erat qui adiuuaret. Respiciẽs eram ad adiutorium hominum, & non erat. Memo-

1. Pet. 2.

ratus

ratus sum misericordiæ tuæ Domine, & cooperationis tuæ, quæ à seculo sunt: quoniam eruis sustinentes te Domine, & liberas eos de manibus gentium. Fuit ergo manus Aicham cum Ieremia, sic Deo dispo nente, & animum eius mouēte, vt prophetam suum seruaret. Hæc digna res est principum, & magnatum, vi oppressos ab iniuria liberare, præsertim Dei seruos, & qui, vt diuinæ iussioni obtemperent præcipienti, Clama, ne cesses, annuncia populo meo scelera eorum, liberiùs loquuntur, quàm seculum hoc nostrum corruptissimum patiatur.

Isa. 58. a.

ARGVMENTVM.

Iussu Domini vincula sibi facit Ieremias, & collo imponit, & regibus mittit, vt moneat subijci Nabuchodonosoris imperio.

¶ CAP. XXVII.

IN principio regni Ioacim filij Iosiæ Regis Iuda, factum est verbum istud ad Ieremiam à Domino dicens: 2 Hæc dicit Dominus ad me. Fac tibi vincula & catenas: & pones eas in collo tuo. 3 Et mittes eas ad regem Edom, & ad regem Moab, & ad regem filiorum Ammon, & ad regem Tyri, & ad regem Sidonis: in manu nunciorum qui venerunt Ierusalem ad Sedeciam regem Iuda. 4 Et præcipies eis, vt ad dominos suos loquantur. Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israël. Hæc dicetis ad dominos vestros, 5 Egò feci terram, & homines, et iumenta quæ sunt super faciem terræ, in fortitudine mea magna, et in brachio meo extento: et dedi eā ei qui placuit in oculis meis. 6 Et nunc itaque ego dedi omnes terras istas in manu Nabuchedonosor regis Babylonis serui mei: insuper et bestias agri dedi ei, vt seruiant illi.

7 *Et seruient ei omnes gentes, & filio eius, & filio filij eius: donec veniat tempus terræ eius & ipsius: & seruient ei gentes multæ & reges magni.* 8 *Gens autem & regnum quod non seruierit Nabuchodonosor regi Babylonis: et quicunque non curuauerit collum suum sub iugo regis Babylonis: in gladio, & in fame, & in peste visitabo super gentem illam, ait Dominus: donec consumam eos in manu eius.* 9† *Vos ergo nolite audire Prophetas vestros, & diuinos, & somniatores, & augures, & maleficos qui dicunt vobis: Non seruietis regi Babylonis.* 10 *Quia mendacium prophetant vobis, vt longè vos faciant de terra vestra, & eijciant vos, & pereatis.* 11 *Porrò gens quæ subiecerit ceruicem suam sub iugo regis Babylonis, et seruierit ei, dimittā eam in terra sua, dicit Dominus: et colet eam, et habitabit in ea.* 12 *Et ad Sedeciam regem Iuda locutus sum secundum omnia verba hæc, dicens: Subijcite colla vestra sub iugo regis Babylonis, et seruite ei, et populo eius, et viuetis.* 13 *Quare moriemini tu, et populus tuus gladio, et fame, et peste, sicut loquutus est Dominus ad gentem quæ seruire noluerit regi Babylonis?* 14 *Nolite audire verba prophetarum dicentium vobis: Nō seruietis regi Babylonis: quia mendacium ipsi loquuntur vobis:* 15 † *Quia nō misi eos, ait Dominus: et ipsi prophetant in nomine meo mendaciter: vt eijciant vos, et pereatis tam vos, quàm prophetæ qui vaticinantur vobis.* 16 *Et ad sacerdotes, et ad populum istum locutus sum, dicens, Hæc dicit* Dominus: *Nolite audire verba prophetarum vestrorum, qui prophetant uobis dicentes: Ecce uasa* * *Domini reuertentur de Babylone nūc citò, mendaciū enim prophetant uobis.* 17 *Nolite ergo audire eos, sed seruite regi Babylonis, ut uiuatis. quare datur hæc ciuitas in solitudinem?* 18 *Et si Prophetæ sunt, et est uerbum Domini in eis, occurrant Domino exercituum, ut non ueniant uasa quæ derelicta fuerant in Domo Domini, et in domo regis Iuda, et in Ierusalē, in Babylonem.* 19

†Sup. 23 16. Inf. 29. 8

†Sup. 14 14. 23. 21. 29, 9.

* dom⁹ R H. C. G q.

† *Quia*

† *Quia hæc dicit Dominus exercituum ad colũnas; & ad mare, & ad bases, & ad reliqua vasorum, quæ remanserunt in ciuitate hac: 20 quæ non tulit Nabuchodonosor rex Babylonis, †cum trãsferret Iechoniam filium* Ioachim *regem Iuda de Ierusalem in Babylonem, & omnes optimates Iuda & Ierusalem. 21 Quia hæc dicit Dominus exercituum Deus* Israel *ad vasa quæ derelicta sunt in domo Domini, & in domo regis* Iuda *&* Ierusalem: *22†* In *Babylonem transferentur, et ibi erunt vsque ad diem visitationis suæ, dicit Dominus: & afferri faciam ea, & restitui in loco isto.*

†4.Reg. 25.13.

†4.Reg. 24.16.

4.†Reg. 25,13.

EXPLANATIO.

I*N principio regni Ioachim filij Iosiæ regis Iuda factum est verbum istud ad Ieremiã à Domino dicens: Hæc dicit Dominus ad me: fac tibi vincula et catenas, et pones eas in collo tuo.* Exallage, personæ permutatio, *Ad Ieremiam.* Et statim. *Ad me.* D. Hierony. priora illa verba ad præcedens caput ait pertinere: quæ enim narrãtur superiori Cap. contigerunt in principio regni Ioachim, sed quæ hic narrãtur de vinculis & catena, sub Sedechia contigerunt, vt ex sequẽtibus cõstat. Iubetur enim Propheta vincula mittere ad reges vicinos per nuncios, qui venerant ad Sedechiam. In sequenti etiam Cap. narratur, quomodo sub Sedechia Hananias filius Azur confregerit catenam, quam in collo ferebat. A principio verò regni Ioachim, vsq; ad principium regni Sedechię fluxerũt multi anni: regnauit quippe Ioachim vndecim annis, cui successit Iechonias, qui tribus mensibus regnauit, & successorem habuit Sedechiam. Neq; videtur probabile per tot annos portasse catenã Ieremiam. Alij non existimant id esse incommodum: & fieri potest,

vt non

vt non toto illo tempore catenam portauerit, sed certis quibusdam temporib⁹, prout spiritus suggerebat, & occasio postulabat. Quod autem subditur, *Et mitte in manu nunciorum, qui venerunt Ierusalem ad Sedechiam regem Iuda*, per futurum interpretari potest, hoc est, qui venient; vt sit præteritum pro futuro, sicut sæpe fieri solet. *Fac tibi vincula, et catenas*. Obserua, qua ratione Deus & verbis, & rebus ipsis nos doceat: vtrūq; enim est necessarium propter tarditatem nostrā, & nimiā hebetudinem animi. Sic etiā Ecclesia, quæ à Deo gubernat̄, & verbo Dei, & ceremonijs nos instruit. Septuag. vincula & torques. Chald. Paraph. vincula & iuga. In Heb. primo loco est מוסרות moseroth, idest vincula. Secundo loco est מטות mototh. iuga, vel vestes, aut lignum oblongum quod trāsfigit iugum, vel vincula quibus iugum alligatur ad collum animantis, significat. Catenas etiam interpretari possumus, vt noster habet interpres. *Et mitte eas ad regem Edom, et ad regem Moab, et ad regem filiorum Amon, et ad regem Tyri, et ad regem Sidonis in manu nunciorum, qui venerunt Ierusalem ad Sedechiam regem Iuda*. Hoc est, per manus nunciorum &c. Existimant nonnulli nūcios hos missos fuisse à regibus illis circum vicinis, vt Sedechiam ad rebellionē incitarent, vt liberarētur tributo, quod pendebant regi Babylonis: quod satis consonum est literæ, vt hinc sumpta sit occasio præsentis prophetiæ, qua monentur parere, & subijci regi Babylonis. Existimāt alij Sedechiā prępositū fuisse a rege Babylonis, vt tributū exigeret ab illis regibus, & simul cū eo quod ipse pēdebat, Babylonem mitteret, & ob hāc causam nuncios venisse, vt persoluerent tributum, aut aliquid super

illo cum Sedechia tractarent, & fortassis etiam de rebellione, vt diximus. *Et præcipies eis, vt ad dominos suos loquantur: Hæc dicetis ad dominos vestros. Ego feci terram, et homines, & iumenta, quæ sunt super faciem terræ in fortitudine mea magna, &c.* Aperta est litera. Primo loco connumerauit homines, deinde iumenta, quamuis priùs creata sint, vt significet iumenta propter homines facta. Quod autem ait. *In fortitudine mea magna, et in brachio extento.* Metabole est, idest, iteratio vnius rei sub varietate verborum, & Somotatopæia, idest corporis fictio, dum Deo brachium tribuitur. Opus creationis potentiæ diuinæ tribuitur: summa enim virtus & potentia est, ex nihilo omnia condidisse, licèt in eo opere nō laborauerit Deus: solo enim verbo suo, & iussu, & voluntate sua omnia fecit. Ipse dixit & facta sunt, ipse mandauit & creata sunt. *Et dedi eam ei, qui placuit in oculis meis.* Hoc est. Cui mihi bene visum est. Per me reges regnāt, ait diuina Sapientia. Sic terram Chanaam, quam promisit dare Abrahæ & semini eius, expulsis habitatoribus, Israëlitico populo ex Ægypto liberato diuisit. Quòd si aliquando contingat vi & tyrannide nonnullos regna occupare, id non nisi permissione diuina, & occulto Dei iudicio fit.

Psal. 148

Prou. 8.b

Et nūc itaq; ego dedi omnes terras istas in manu Nabuchodonosor regis Babylonis serui mei, insuper et bestias agri dedi ei, vt seruiant illi. Diuus Hieronymus. Vel simpliciter omne genus animalium intelligere debemus: Cum homine enim & ea traduntur, quæ ei subdita sunt. Aut certè bestias, feras gentes accipiamus, quòd etiam illę seruiant, quę priùs seruire non nouerant. Vel si feras etiam intelligamus, per Hyperbolem interpretandū,

quasi

quaſi dicat,nihil non ſeruiet,etiã beſtiæ,ſi fieri poteſt. Vel,ne ferę quidem illarum regionum nocebunt illi. Obſerua, in quantam prolapſus fuerat infælicitatem Iſraël, quando comparatione eius Nabuchodonoſor ſeruus Dei appellatur, & eidem in ſeruum traditur. Iã verò, quantæ eſt infælicitatis filios Dei ſeruos diaboli fieri. Serui eſtis eius, cui obediſtis. Et, Qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati. *Et ſeruient ei omnes gentes, et filio eius, et filio filij eius, donec veniat tẽpus terræ eius et ipſius. Et ſeruient ei gentes multæ et reges magni.* Per filium, Euilmerodach, per filium filij Balthaſarẽ intellige, in quo defecit regnum Babylonis. vide Daniel. 5. & tunc fuit tempus vltionis, de quo hic loquitur: quo tempore tam terra, quàm ipſe rex dignas dederunt pœnas pro ſceleribus ſuis. Porrò quod ſubiũgit, *Et ſeruient ei gentes multæ et reges magni,* ita interpretatur D. Hie. hoc eſt, & ſeruituti eum ſubijcient, regem nempe Babylonis, gẽtes multæ & reges magni, vt ipſe quoq; ſeruiat Medis & Perſis, cui ante omnes gẽtes ſeruierant. Seruiẽt igitur ei in expugnando eum, & ſeruituti ſubijciendo. In Heb. pro ei, legitur בו bo, quæ particula vice in, & vice cõtra, poni ſolet, vt interpretari poſſimus, in eo, & in eum, & contra eum. Seruire autem in eo gentes, eſt ſeruituti ſuæ eum ſubijcere, id eſt ſeruire in eum, vel contra eum. Notant etiam peritiſſimi linguæ Hebrçæ verbum עבד habad, quod eſt ſeruire, cum Beth, quemadmodũ hic reperitur, ſignificare duritiem ſeu ſæuitiam in aliquẽ exercere, vel aliquo vti pro ſeruo. *Gens autem et regnum, quod non ſeruierit Nabuchodonoſor regi Babylonis, et quicunq; non curuauerit collum ſuum ſub iugo regis Babylonis, in gladio, et in fame et peſte viſitabo ſuper gen*

tem

Rom. 6. c.
Ioan. 8. d.

tem illam, ait Dominus, donec consumam eos in manu eius: hoc est, qui noluerint sponte ei seruire, faciam vt coacti seruiant, velint nolint, aut omnino pereant. *Vos ergò nolite audire prophetas vestros, et diuinos, et somniatores, et augures, et maleficos, qui dicunt vobis, non seruietis regi Babylonis, quia mendacium prophetant vobis, vt longè faciant vos de terra vestra, et eijciant vos, et pereatis.* Per *prophetas*, pseudoprophetas intellige, qui etiam apud gentes reperiebantur, simulabantq; se diuino spiritu futura prędicere. *Diuini* erant, qui iactabant se futura praecognoscere. *Somniatores*, qui somnia interpretabantur. *Augures*, qui volatu auium, & oscinum vocibus faciendum quid, vel non faciendum denunciabant. *Malefici*, qui & venefici, vel dæmonum phantasmatibus seruientes, incantationibus & malis artibus vtentes. *Porrò, gens quæ subiecerit ceruicem suam sub iugo regis Babylonis, & seruierit ei, dimittam eam in terra sua, dicit Dominus, & colet eam, & habitabit in ea.* Aperta est litera. *Et ad Sedechiam regem Iuda loquutus sum omnia verba hæc dicens: subijcite colla vestra sub iugo regis Babylonis, & seruite ei & populo eius, & viuetis.* Hebr. & viuite. Aperta sunt omnia. *Quare moriemini tu & populus tuus gladio, & fame, & peste, sicut loquutus est Dominus ad gentem, quæ seruire noluerit regi Babylonis*: id est? Quare vultis perire, & vos ad mortē & gladiū quasi pręcipites immittere, cùm possitis mortem & captiuitatem euadere? *Nolite audire verba prophetarum dicentium vobis: non seruietis regi Babylonis, quia mendacium ipsi loquuntur vobis, quia non misi eos, ait Dominus: & ipsi prophetant in nomine meo mendacium, vt eijciant vos, & pereatis tā vos, quā prophetæ qui vaticinantur vobis.* Omnia sunt aperta. *Et ad sacerdotes &*

 ad popu

ad populum istum loquutus sum dicens. Hæc dicit Dominus, nolite audire uerba prophetarũ vestrorũ, qui prophetant vobis dicentes. Ecce vasa domus Domini reuertentur de Babylone nunc cito: mendacium enim prophetant vobis. De vasis, quæ in Babylonem fuerant asportata cum Iechonia, & matre eius, & principibus, loquitur. Vid. 4 reg. 25. Et hęc quidem reuersa sunt post Septuaginta annos cum illis, qui reuersi sunt de captiuitate: sed falsò prophetabant pseudoprophetæ statim restituenda. Vid. Cap. sequens. *Nolite ergo audire eos, sed seruite regi Babylonis, vt viuatis, Quare datur hæc ciuitas in solitudinē?* hoc est. Quare vultis, vt non obediendo voci Domini deuastetur hæc ciuitas, & in solitudinē redigatur? *Si prophetæ sunt, & est verbum Domini in eis, occurrant Domino exercituum, vt non veniant vasa, quæ derelicta fuerant in domo Domini, & in domo regis Iuda, & in Ierusalem in Babylonem.* hoc est. si veri prophetæ sunt, suis orationibus obtineāt à Domino, vt vasa quæ remanserunt tam in templo Domini, quam in domo regis, quàm etiam in vrbe Ierusalem, nō deferantur in Babylonem, quasi dicat. tātū abest, vt ea quæ asportata sunt, statim reducantur, vt etiam quę derelicta sunt, illuc sint asportanda. *occurrant.* Chald. Paraphra. deprecētur nunc in verbo Domini exercituum. Hebr. יִפְגְּעוּ iiphgehu, à verbo פגע pagah, quod occurrere, obuiare, aggredi, & rogare, ac precari significat. Occurrimus Deo, quando illum oratione placamus, ne iratus nos perdat, id quod fecit Moyses Exod. 32. cuius deprecatio tantùm potuit, vt diceret oranti Deus, Dimitte me, vt percutiam populum istum: significans illius oratione retineri. Sic etiam Samuel. Vide 1. Reg. 7. Hinc conqueritur Isaias

Cap.64. Non est qui inuocet nomen tuum, qui consurgat, & teneat te: abscondisti faciem tuam à nobis, & allisisti nos in manu iniquitatis nostræ. *Quia hæc dicit Dominus exercituum ad columnas, et ad mare, et ad bases, et ad reliqua vasorum quæ remanserunt in ciuitate hac, quæ non tulit Nabuchodonosor rex Babylonis, cum transferret Iechoniam filium Ioachim regem Iuda de Ierusalem in Babylonem, & omnes optimates* Iuda *& Ierusalem. Quia hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel ad vasa, quæ derelicta sunt in domo Domini, & in domo regis Iuda &* Ierusalem. In *Babylonem transferentur, et ibi erunt vsq; ad diem visitationis dicit Dominus: Et afferri faciã illa, & restitui in loco isto.* Vid.4. Reg. vltimo, & infrà Cap.52. *Ad colũnas.* In Hebræo legitur על hal, quod est ad, super, contra: potest ergo transferri ad vasa, & super vasa. Chald. Para De columnis. Idem est sensus. Porrò diem visitationis, vocat diem, quo post Septuaginta annos permissum est Iudęis reuerti in Ierusalem, & instaurare templum, & restituta sunt illis vasa, quę ex Ierusalem fuerant à Babylonijs asportata. Vide.1. Esdrę 1.Cap.

ARGVMENTVM.

Hananias falsò prophetans catenã ligneam de collo Ieremię detractam cõfringit, pro qua iubet Deus, vt catenam ferreã sibi faciat, prędicitq; Propheta Hananiæ interitum.

CAP. XXVIII.

ET factum est in anno illo in principio regni Sedeciæ regis Iuda, in anno quarto, in mense quinto, dixit ad me Hananias filius Azur Propheta de Gabaon, in domo Domini coram sacerdotibus & omni populo dicens: 2 Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel: Cõtriui iugum regis Babylonis 3 Adhuc duo anni dierum, et ego referri faciã ad locum istum omnia vasa domus Domini quæ tulit Nabuchodonosor rex Babylonis de loco isto, et transtulit ea in Babylonẽ. 4 Et Iechoniã filium Ioachim regem Iuda, & omnẽ transmigrationem Iudæ, qui ingressi sunt in Babylonẽ, ego conuertã ad locum istum, ait Dominus. conterã enim iugum regis Babylonis. 5 Et dixit Ieremias Propheta ad Hananiã prophetam in oculis sacerdotum, & in oculis omnis populi qui stabat in domo Domini: 6 & ait Ieremias Propheta, Amen sic faciat Dominus: suscitet Dominus verba tua quæ prophetasti, vt referantur vasa in domũ Domini, & omnis trãsmigratio de Babylone ad locũ istum. 7 Verumtamen audi verbum hoc quod ego loquor in auribus tuis, & in auribus vniuersi populi. 8 Prophetæ qui fuerũt ante me et ante te ab initio, et prophetauerũt super terras multas, et super regna magna, de prælio et de afflictione et de fame. 9 Propheta qui uaticinatus est pacem, cùm venerit verbũ eius, scietur Propheta quem misit Dominus in veritate. 10 Et tulit Hananias Propheta catenã de collo Ieremiæ Prophetæ, & confregit eam. 11 Et ait Hananias in cõspectu omnis populi, dicens: Hæc dicit Dominus: Sic confringam iugum Nabuchodonosor regis Babylonis post duos annos dierum de collo omnium gentium. 12 Et abijt Ieremias Propheta in viam suam. Et factum est verbum Domini ad Ieremiam, postquam cõfregit Hananias propheta catenam de collo Ieremiæ prophetæ, dicens: 13 Vade, et dices Hananiæ, Hæc dicit Dominus, catenas ligneas contriuisti, et facies pro eis catenas ferreas: 14 Quia hæc dicit

Dominus

Dominus exercituum Deus Iſraël, Iugum ferreum poſui ſuper collum cunctarum gentium iſtarum, vt ſeruiant Nabuchodonoſor regi Babylonis, & ſeruient ei: inſuper & beſtias terræ dedi ei. 15 *Et dixit Ieremias Propheta ad Hananiam prophetam, Audi Hanania, non miſit te Dominus, & tu confidere feciſti populum iſtum in mendacio.* 16 *Idcirco hæc dicit Dominus: Ecce ego mittam te à facie terræ: hoc anno morieris: aduerſum enim Dominum locutus es.* 17 *Et mortuus eſt Hananias propheta in anno illo, menſe ſeptimo.*

EXPLANATIO.

ET factum eſt in anno illo, in principio regni Sedechiæ regis Iuda in anno quarto, in menſe quinto dixit ad me Hananias filius Azur propheta de Gabaon in domo Domini corā ſacerdotibus, & omni populo, dicens. Prophetat falſò Hananias cōtra ea, quæ Ieremias prophetauerat: quòd ſcilicet populus Iuda liberandus eſſet a ſeruitute regis Babylonis, & vaſa aſportata in Babylonem intra duos annos reducēda in Ieruſalē. idq; audet dicere in domo Domini coram ſacerdotibus, & omni populo. Quod ſi quæras, vnde illi tanta fiducia? Inde, quia libenter audiūtur mendacia, præſertim quæ læta, & iocunda promittunt. Hinc eſt, quòd audet Sedecias pſeudopropheta coram rege Achab, non ſolùm prophetare contra ea, quæ vir Dei Michęas prophetabat, ſed & illum in maxillā percutere. Vide 3. Reg. 22. Sic nouatores audēt cōtra ea, quę tota docet Eccleſia, docere: antiquos patres, concilia, catholicas & probatas traditiones contemnere: quoniam quę auribus hominum placēt, loquuntur: nempe libertatem carnis. *Et factum eſt in anno illo.* Quo

scilicet superioris Cap. prophetia facta est, & Ieremias catenas misit ad reges circumuicinos. *In principio regni Sedechiæ regis* Iuda *, in anno quarto, in mense quinto.* Si in principio regni, quomodo in anno quarto, in mense quinto? Septuaginta hæc non habent, sed sic incipiunt Caput. Et factum est in quarto anno. &c. Fortassis verba illa referēda sunt ad ea, quæ superiori Cap. narrata sunt, vt sit sensus. Et ea quidem quæ diximus, contigerunt anno illo, de quo suprà, nempe in principio regni Sedechiæ regis Iuda. Et sequitur. In anno autem quarto, regni scilicet eiusdem Sedechiæ, in mense quinto, dixit ad me Hananias. &c. Lyra ex Rab. Salo. ait annum quartum regni Sedechiæ fuisse principium regni Sedechiæ, quo scilicet reuersus à Babylonia præfectus fuit alijs regibus circumuicinis. Alij principium regni Sedechiæ annum quartum vocari volunt Hebdomadis hasemita, hoc est, quietis & cessationis terræ. Vide Leuit. 25. & Deut. 15. cœpit enim regnare anno quarto hebdomadis, quibus si tres addas, hebdomadam complebis: quòd si alios septē adiungas, aliam facies hebdomadam. Regnauit autē Sedechias vndecim annis, vnde vndecimus & vltimus eius annus initium fuit septimæ hebdomadæ, quando templum fuit destructum, vt in anno remissionis terra in solitudinem redacta sabbathizaret sabbatha Dei, quemadmodum Ieremias prophetauerat. Sed magis placet, quod primo loco diximus. *Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel,* Vide impudentiam. Non veretur mera mendacia verbum Domini vocare. *Contriui iugum.* hoc est, statui conterere, & eius imperium destruere. *Adhuc duo anni dierum*, Hoc est, antequam duo

duo compleãtur anni, annus dierum vocatur, annus completus, & suis diebus constans. Chal. Para. In fine duorum annorum. *Et dixit Ieremias propheta ad Hananiã prophetam in oculis sacerdotũ, et in oculis omnis populi, qui stabat in domo Domini: Et ait Ieremias propheta: Amẽ. Sic faciat Dominus.* Verus Dei propheta optat fieri, quod pseudopropheta mentitur. Ex animo enim populũ diligebat, & prospera queq; illi optabat, quãuis aduersa omnia prędiceret, vt Deo pręcipienti obtẽperaret: cupit autem pro rerum prosperitate, magis illum quàm se vera dicere. Sic & Michęas 2. Cap. Vtinam non essem vir habens spiritum, & mendacium potiùs loquerer. E contrario Ionas contristatur, quòd visus sit mendaciũ dixisse, & arguitur à Domino, vtilius prophetę esse docens, quòd mendaciũ dixisse visus fuerit, quàm tantæ multitudinis ruinam. *Amen.* Ita sit. Vide de hac particula suprà Cap. 11. *Suscitet Dominus verba tua.* hoc est. Compleat, faciat quod dicis. Suscitatur verbum quo aliquid prędicitur, quando illud adimpletur, quasi interim dormiat. Tũc enim omnes recordãtur, & aiũt, hoc est ꝙ propheta dixerat: & in ore omniũ, sequuto effectu, prophetia versatur. Chal. Par. Cõfirmet Dñs verba tua, quę prophetasti. Nonnulli existimant, quãdo ita loquutus est Ieremias, nondũ reuelatũ illi fuisse à Domino illum esse pseudoprophetã: deinde verò, postquam reuelatum illi fuit, apertè illi dicit, non misit te Dominus. *Verumtamen audi verbum hoc, quod ego loquor in auribus tuis, & in auribus vniuersi populi. Prophetæ qui fuerunt ante me, & ante te ab initio, et prophetauerunt super terras multas, & super regna magna de prælio, et de afflictione, & de fame. Propheta qui vaticinatus est pacem, cùm venerit*

Ion. 4.

nerit verbum eius, tunc scietur propheta, quem misit Dominus in veritate. Quasi dicat. Parum prodest confidenter loqui: rerum enim exitu cõprobanda est prophetia, prę sertim si prospera quis prædicat: nam in aduersis quã doq; mutatur sententia, quando illi, contra quos prædicta sunt, pœnitentiam agũt. *Cùm venerit verbum eius.* Hoc est, cùm euenerit, vt fiat quod dixit. venire verbum, pro opere compleri. *Et tulit Hananias propheta catenam de collo Ieremiæ prophetæ, et confregit eam. Et ait Hananias in conspectu omnis populi dicens: Hæc dicit Dominus, Sic cõfringã iugum Nabuchodonosor regis Babylonis post duos annos dierum de collo omnium gentium. Et abijt Ieremias in viam suam.* Patienter fert iniuriam seruus Dei, donec quid facere oporteat, edoceatur à Dei spiritu: nõ enim suo arbitrio loquuntur Prophetæ Dei, sed ex Domini voluntate, maximè de futuris. *Abijt in viam suam.* hoc est, quò sibi placuit. Hispanè dicimus. *fuese su camino. Et factum est verbum Domini ad Ieremiam, postquam cõfregit Hananias propheta catenã de collo Ieremiæ prophetæ, dicens: Vade, et dices Hananiæ: Hæc dicit Dominus: Catenas ligneas contriuisti, & faciam pro eis catenas ferreas. Quia hec dicit Dominus exercituũ Deus Israel: Iugum ferreum posui super collũ cunctarum gentium istarum, vt seruiãt Nabuchodonosor regi Babylonis, et seruient ei. Insuper & bestias terræ dedi ei.* Significat in maiora se conieciſſe mala populum Iuda, dum falsis prophetis fidem adhibet, & veros prophetas contemnit. Per *iugum ferreum*, grauem seruitutẽ intellige. Omnia quæ in hac vita sustinemus aduersa, quãtumuis grauia sint, & importabilia videantur, catena lignea, & iugum ligneum est, quod cito confringitur. Quod 2. Cor. 4. in præsenti momentaneum, & leue est tribulationis

nostrę,

nostræ, dicebat Apostolus. Hæc dum nolumus patiẽter ferre pro æterna vita, in vincula ferrea nos cõijcimus, mala scilicet æterna. Durum tibi videtur illecebris carnis reluctari, corpusq́; affligere, ne in tentationibus succumbas: sed quantò durius erit illud. Quantùm in delicijs fuit, tantum date illi tormentum & luctum. Et illud. Ligatis manibus & pedibus mittite eũ in tenebras exteriores, ibi erit fletus, & stridor dentiũ. Non erat sanè quàm esset catena lignea præsens tribulatio, qui dicebat. Hìc vre, hìc seca, vt in æternum parcas. *Et dixit Ieremias propheta ad Hananiam prophetã: Audi Hanania non misit te Dominus, & tu confidere fecisti populum istum in mendacio. Idcirco hæc dicit Dominus: Ecce ego mittam te à facie terræ: hoc anno morieris, aduersum enim Dominum loquutus es. Et mortuus est Hananias propheta in anno illo mense septimo.* Vide quàm confidenter loquatur sanctus Dei Propheta contra Hananiam, qui antea patiẽter, & humiliter sustinuit catenam ligneam è collo suo detrahi, & confringi. Norunt sancti prauos homines, ac illatas sibi iniurias ab eis patienter ferre: norunt etiam, cùm opus fuerit, in faciem illis resistere, etiam regibus, & principibus absque vllo metu. Sic Elias ad regem Achab. Non ego turbaui Israel sed tu, & domus patris tui, qui dereliquistis mandata Domini, & sequuti estis Baalim. Vide serui Dei constantiam, qui priùs fugerat, & abscõderat se, & deinde fugit Iezabel: vt & humilitatis, & patientię, cõstantiæ, & magnanimitatis exempla in sanctis Dei viris habeamus, quę imitemur. *Ecce ego mittam te à facie terræ.* eijciam te, tollam te de terra. hoc est, mori faciam. *Aduersus enim Dominum loquutus es.* Chaldai. Paraph. Quia peruer-

Apoc.18.

Mat.22.

3.Reg.18.

peruersum loquutus es coram Domino. In Heb. סרה sarah, auersionē, rebellionē, puersum significat. Trāsferre ergo possumus. auersionē, vel rebellionē, aut puersum cōtra Dñm loquutus es. Veh illis, qui Deo aduersantur, quorum certus est interitus, & perditio.

ARGVMENTVM.

Mittit Ieremias iussu Dñi epistolā ad eos, qui in Babylonē trāslati erāt, qua illis significat captiuitatē ipsorū nequaquā finiēdā, donec Septuaginta anni cōpleātur. Hortatī, vt pacificè agāt, neq; fidē pseudoprophetis adhibeāt, q eos statim reuersuros esse mētiebātur.

¶ CAP. XXIX.

quem I MS. Hiero. Similiter Textui reddiderunt G.

ET hæc sunt verba libri, quē misit Ieremias propheta de Ierusalē ad reliquias seniorū trāsmigrationis, et ad sacerdotes, & ad Prophetas, et ad omnē populū quē traduxerat Nabuchodonosor de Ierusalē in Babylonē: 2 postquā egressus est Iechonias rex, et domina, & eunuchi, & principes Iuda et Ierusalē; et faber et inclusor de Ierusalē: 3 in manu Elasa filij Saphā, & Gamariæ filij Helciæ, quos misit Sedechias rex Iuda ad Nabuchodonosor regē Babylonis in Babylonē, dicens: 4 Hæc dicit Dñs exercituū Deus Israel omni trāsmigrationi, quā transtuli de Ierusalem in Babylonem, 5 Ædificate domos, & habitate: & plantate hortos, & comedite fructū eorum. 6 Accipite vxores, et generate filios & filias: et date filijs vestris vxores, et filias vestras date viris, et pariant filios et filias: et multiplicamini ibi, et nolite esse pauci numero. 7 Et quærite pacē ciuitatis ad quā transmigrare vos feci: et orate pro ea ad Dominū: quia in pace illius erit pax vobis. 8 Hæc enim

dicit

dicit Dominus exercituū Deus Israel: † Nō vos seducāt prophetæ vrī qui sunt in medio vestrū, et diuini vestri: et ne attendatis ad somnia vestra quæ vos somniatis. 9 Quia falsò ipsi prophetāt vobis in nomine meo: et nō misi eos, dicit Dñs. 10 † Quia hæc dicit Dominus: Cū cœperint impleri in Babylone septuaginta anni, visitabo uos: et suscitabo super vos uerbū meum bonum, ut reducā uos ad locum istum. 11 Ego enim scio cogitationes, quas ego cogito super uos, ait Dñs, cogitationes pacis, et nō afflictionis, ut dem uobis finem, et patientiam. 12 Et inuocabitis me, et ibitis: et orabitis me, et ego exaudiam uos. 13 Quæretis me, et inuenietis: cùm quæsieritis me in toto corde vrō. 14 Et inueniar à uobis, ait Dñs: & reducā captiuitatem vestram: et cōgregabo vos de vniuersis gentibus, & de cunctis locis ad quæ expuli vos, dicit Dominus: et reuerti uos faciā de loco ad quem transmigrare vos feci. 15 Quia dixistis: 'Suscitabit nobis Dominus prophetas in Babylone. 16 Quia hæc dicit Dominus ad regem qui sedet super solium Dauid, & ad omnem populum habitatorem vrbis huius, ad fratres vestros qui non sunt egressi vobiscum in transmigrationem. 17 Hæc dicit Dominus, † Ecce, mittam in eos gladium, & famem & pestem: † & ponam eos quasi ficus malas, quæ comedi non possunt, eò quòd pessimæ sint. 18 Et persequar eos in gladio, & in fame, & in pestilentia: & dabo eos in vexationem vniuersis regnis terræ, in maledictionem, & in stuporem, & in sibilum, & in opprobrium cunctis Gentibus ad quas ego eieci eos. 19 Eò quòd nō audierint verba mea, dicit Dñs, quæ misi ad eos per seruos meos prophetas de nocte consurgens et mittens: et nō audistis dicit Dñs. 20 Vos ergo audite verbū Domini omnis transmigratio, quā emisi de Ierusalē in Babylonē. 21 Hæc dicit Dñs exercituum Deus Israel ad Achab filiū Coliæ, et ad Sedeciam filiū Maasiæ, qui prophetant vobis in nomine meo mendaciter: Ecce ego tradam eos in manus Nabuchodonosor regis Babylonis:

† Sup. 14, 13. 23, 16. 27. 9.
R.H.C. Additur autem MS. & G.
Sup. 25, 22. & 26. 22,
2. Par. 36. 21.
2. Esd. 1, 1
Dan. 9, 2.
3. Esd. 1, 47.
'Suscitauit. I. MS. H. G.C.
† Sup. 24, 10.
Sup. 24, 8.

lonis: & percuties eos in oculis vestris. 22 Et assumetur ex eis maledictio omni transmigrationi Iudæ, quæ est in Babylone, dicentium: Ponat te Dominus sicut Sedeciã, & sicut Achab, quos frixit rex Babylonis in igne, 23 pro eo quòd fecerint stultitiã in Israel, & mœchati sunt in vxores amicorũ suorũ, & locuti sunt verbum in nomine meo mendaciter, quod non mandaui eis. Ego sum iudex & testis, dicit Dominus. 24 Et ad Semeiam Nehelamiten dices. 25 Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel, Pro eo quòd misisti in nomine tuo libros ad omnem populum qui est in Ierusalem, & ad Sophoniã filiũ Maasiæ sacerdotẽ, & ad vniuersos sacerdotes, dicens: 26 Dominus dedit te sacerdotem pro Ioiade sacerdote: vt sis dux in domo Domini super omnẽ virũ arreptitiũ, et prophetantẽ, vt mittas eum in neruum, & in carcerẽ. 27 Et nunc quare non increpasti Ieremiam Anathothiten, qui prophetat vobis? 28 Quia super hoc misit in Babylonem ad nos, dicens: Longum est: ædificate domos, & habitate: & plantate hortos, & comedite fructus eorũ. 29 Legit ergo Sophonias sacerdos librũ istũ in auribus Ieremiæ prophetæ. 30 Et factum est verbum Domini ad Ieremiam dicens: 31 Mitte ad omnem transmigrationẽ, dicens: Hæc dicit Dominus ad Semeiã Nehelamiten: Pro eo quod prophetauit vobis Semeias, & ego non misi eum, & fecit vos confidere in mẽdacio 32 Idcirco hæc dicit Dominus: Ecce ego visitabo super Semeiã Nehelamitẽ, & super semen eius: non erit ei vir sedens in medio populi huius, et non videbit bonum quod ego faciam populo meo, ait Dominus: quia præuaricationem locutus est aduersus Dominum.

EXPLANATIO.

E*T hæc sunt verba libri, &c.* Non tantùm prophetat ad eos, qui erat in Iuda verbo suo loquens ad eos, sed etiã ad illos q erant in Babylone, missa ad eos epistola, siue libello. *Libri.* Heb. ספר sepher, librum, catalogum,

enumera

enumeratione, & literas, vel epistolam significat. *Ad reliquias seniorũ.* hoc est, ad eos qui superstites erant ex senioribus, quos Nabuchodonosor trãstulerat in Babylonem. *Et ad prophetas,* Sep. pseudoprophetas. Chal. Para. Scribas. Heb. vox prophetas, & scribas etiã significat. vide notata in Cap. 26. Prophetæ vocantur pseudoprophetę, quia reputabantur veri prophetæ: sicut Ioseph pater vocatur Christi Iesu, quia talis putabatᷓ. *Et domina.* Sep. Regina. sic etiã Chal. Par. Heb. גבירה gebirah, dominã, herã, & eã quę alijs auctoritate & dominio prȩest: vnde & reginã significare potest, sicut in hoc loco. *Eunuchi.* Sic Sep. Chal. Para. principes. Heb. סריסים sarisim, i. eunuchos, vel principes, optimates, & aulicos. Grȩcè. εὐνοῦχος, ab εὐνὴ, i. cubile, & ἔχω, i. custodio, quòd id hominũ genus adhibeatur seruandis cubilibus regũ, & principũ, quasi euneechus. i. cubilis custos, & per synęresim, eunuchus. Nõ ergo vox græca spadones significat, sicut neq; tales erant omnes, qui eiusmodi officium in domibus regũ & principũ gerebãt. nã Genes. 37. Potiphar eunuchus regis vxorẽ habebat: quamuis apud Ægyptios, qui gynęceis pręficiebãtur, ne de fide cõtinẽtię suspecti essent, castrari solebãt. Castratio inter Israelitas prohibita erat Deu. 23. Vnde si castrati erãt isti, qui eunuchi vocantur, ex alijs nationibus eos asciuisse reges Israëliticos necessum est dicere. *Et faber et inclusor.* Vide Cap. 24. *Hæc dicit Dominus exercituũ rex Israel omni trãsmigrationi, quã trãstuli de Ierusalẽ in Babylonẽ, Ædificate domos, et habitate, et plantate hortos, et comedite fructũ eorũ. Accipite vxores, et generate filios et filias, et date filijs vestris vxores, et filias vestras date viris, et pariant filios et filias, et multiplicamini ibi, et nolite esse*

pauci numero. Hoc est quod epistola missa continebat. Significat multo tempore ibi mãsuros: sed quia post Septuaginta annos reuersuri erãt in Ierusalẽ, monet, vt multiplicationi operã dẽt. Omnia sunt aperta. Mysticè tamẽ. Qui se exulẽ à cælesti patria in hoc mũdo cognoscit, illucq; aliquãdo peruenire sperat, ędificet spiritualem domum supra firmam petram, Christũ, in quo omnis ędificatio constructa crescit in templũ sanctum Domino, & ędificatur in habitaculum Dei in Spiritu Sancto; & habitet in hac domo secum habitans, & non foris vagans: nec deserat tantum hospitem, ne ab ipso deseratur: plantet hortos, excolat animum virtutibus, dulcissimosq; earum fructus comedat: accipiat vxorem sapientiam, de qua Sap. 8. Hanc amaui, & exquisiui, & quęsiui eam sponsam mihi accipere. ex qua spirituales filios generare possit, de quib⁹ Apost. In Christo Iesu per euãgelium ego vos genui. Et alibi. Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis. *Et quærite pacem ciuitatis, ad quã transmigrare vos feci, et orate pro ea ad Dominum, quia in pace illius erit vobis pax.* Hoc est. Quantum in vobis est, curate pacem. *Et orate pro ea ad Dominum.* Vbi ergo sunt, qui prohibẽt pro inuicem orare? Sic Apost. Obsecro igitur primùm fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro regibus, & omnibus qui in sublimitate sunt, vt quietam & tranquillam vitam agamus in omni pietate & castitate. hoc enim bonum & acceptum est coram saluatore nostro Deo, qui omnes homines vult saluos fieri, & ad cognitionem veritatis venire. *Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel: Non vos seducant pro*

Ephes. 2.

1. Cor. 4.

Gal. 4.

1. Tim. 2.

phetæ vestri, qui sunt in medio vestrum, & diuini vestri: et ne attendatis ad somnia vestra, quæ vos somniatis: Quia falsò ipsi prophetant vobis in nomine meo: non misi eos, dicit Dominus, Somnia vocat inanes & falsas persuasiones, vel ficta somnia: dum aliqui falsò dicebant visionem in somnis habuisse. *Quia hæc dicit Dominus, cùm cœperint impleri in Babylonia Septuaginta anni, visitabo uos, et suscitabo super uos uerbũ meũ bonũ, vt reducã vos ad locum istum.* Septuag. cùm fuerint impleti. Idem Chald. Paraph. In Hebræo ad literã, ad os implere, vel in ore implere. Vox Heb. פה pheh, os significat. sumitur etiã pro extremitate. Idem ergo est dicere, in extremitate adimpleri in Babylone Septuaginta annos, ꝙ cùm cœperint impleri, vel cùm adimpleti fuerint Septuaginta anni. *Visitabo vos.* in bonũ scilicet: hoc est, misericorditer agã vobiscum. *suscitabo super vos verbũ meũ bonũ.* hoc est, cõplebo opere, quæ prædixi bona de vobis, quòd scilicet vos esse reducturus ad vestra. Diximus de hac phrasi superiori Cap. *Ego enim scio cogitationes, quas cogito super vos, dicit Dominus, cogitationes pacis, et nõ afflictionis, ut dẽ vobis finẽ et patientiã.* Sep. vt dem vobis hæc. nempe quæ dixi, vt reducam vos ad locum istum. Chald. Paraph. finem, & spem. In Heb. אחרית ותקוה vetichuah acharith, prior dictio finẽ, & nouissimũ significat: & quia merces est finis operis, sumitur etiam pro mercede. posterior verò spem, & expectationem sonat. Possumus ergo transferre. vt dem vobis finem, & spem, vel expectationem, quasi dicat, vt imponam finem transmigrationi vestræ. vel vt dem finem optatum, & dẽ vobis, quod sperastis, vel expectatis, Et in eundem sensum interpretari possumus, quod nostra lectio habet,

finem

finem & patientiam. Per patientiã enim expectamus, vt ait Apostolus. Possumus etiam transferre, vt dem vobis mercedem patientiæ, vel expectationis vestræ. *Et inuocabitis me, et ibitis, et orabitis me, & ego exaudiam vos.* Septuag. tantùm habent. Et orate ad me, & ego exaudiam vos. Chald. Paraph. Et orabitis corã me, & suscipiam orationem vestrã: & quæretis à facie mea, & faciam deprecationem vestram. In Heb. habetur, vt nostra habet lectio. *Et ibitis.* Sub. in vijs meis. vel viuetis, & prosperè agetis. Vox Heb. à radice הלך halac, quod verbum ambulare, ire, & cõuersari significat. Vertere possumus. inuocabitis me, & ambulabitis, sub. mecũ. hoc est, in vijs meis: hoc enim sonat ambulare cum Deo. vel inuocabitis me, & ibitis, hoc est, recedetis à facie mea læti, & bono animo, quia suscipiam orationem vestram. *Quæretis me, et inuenietis, cùm quæsieritis me in toto corde vestro.* Chal. Paraph. Et requiretis timorem mei, & inuenietis, cùm postulabitis à facie mea toto corde vestro. Hìc Deum quærere, est propitium illũ velle habere, quęrere eius benignitatem, clemẽtiam, vt benignè nobiscum agat, & misericordem se ostendat. Id quod sanè inuenimus, cùm ex toto corde quærimus. hoc est, cùm nihil in corde nostro est, quod illi aduersetur: cùm non duplici corde, sed simplici, & in veritate ad illum accedimus. deniq; cùm nihil aliud, quam ipsum quærimus. *Inueniar à vobis, ait Dominus. Et reducam captiuitatem vestram, et congregabo vos de vniuersis gentibus, et de cũctis locis, ad quæ expuli vos, dicit Dominus. Et reuerti vos faciam de loco, ad quem transmigrare vos feci.* Sep. habent tantum, Et apparebo vobis. quod in eandem sententiam interpretandum est. *Quia dixistis: suscitabit*

Rom. 8.

nobis Dominus prophetas in Babylone. Videtur esse Aposiopesis, quæ irascentium propria est, quasi irascatur Dominus in pseudoprophetas, qui imponebant populo. subintelligendū, hæc faciam vobis, puniam vos. *Suscitabit*, pro suscitauit. quasi dicat, habemus prophetas à Deo missos, qui nobis nomine Dei promittunt celerem reditum. *Quia hæc dicit Dominus ad regem, qui sedet super solium Dauid, et ad omnem habitatorem vrbis huius, ad fratres vestros, qui non sunt egreßi vobiscum in transmigrationem: Hæc dicit Dominus exercituum. Ecce mittam in eos gladium, & famem, & pestem, et ponā eos quasi ficus malas, quæ comedi non possunt, eo quòd peßimæ sint, Et persequar eos in gladio, & in fame, et in pestilentia. etc.* Ad Sedechiā loquitur, & ad populum eius. quasi dicat. Tantùm abest, vt vos qui translati fuistis in Babylonem, reuertamini cito, quemadmodum pseudoprophetæ mentiuntur, vt & qui remanserunt in Iudæa, sint perituri. Vide Cap. 24. vbi hæc eadem habētur, & fusiùs explicata sunt. *Et nō audistis, dicit Dominus.* Exallage. trāsitus à tertia persona in secundam. *Vos ergo audite verbum Domini omnis trāsmigratio, quam emisi de Ierusalem in Babylonem. Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel ad Achab filium Chulliæ, et ad Sedechiam filium Maasiæ, qui prophetant vobis in nomine meo mendaciter: Ecce ego tradam eos in manu Nabuchodonosor. etc.* Conuertit sermonem ad eos, qui transmigrauerant in Babylonem, & nomine Domini prædicit interitum Achab filij Chulliç, & Sedechiæ filij Maasiç pseudoprophetarum. *Et assumetur ex eis maledictio omni transmigrationi Iudæ, quæ est in Babylone, dicentium: Ponat te Dominus sicut Sedechiam, et sicut Achab, quos frixit in igne. Pro eo quod fecerint stultitiam in Israel, et mœchati sunt in vxo-*

 res ami

res amicorum suorum, & loquuti sunt verbum in nomine meo mendaciter, quod non mandaui eis. Satis aperta est litera.
Matt.7.c. Attendite à falsis prophetis, ait Dominus, qui veniũt ad vos in vestitu ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces: à fructibus eorum cognoscetis eos. Vide fructus pseudoprophetarum, luxuria, immunditia, adulteria. Tales etiam reddunt fructus pseudoprophetæ, & pseudo Euangelici nostri tẽporis, qui si ignem huius vitæ euaserint, non effugient manus regis Babylonis, qui rex est super omnes filios superbiæ, qui eos æterno igne torreat. *Frixit.* Heb. קלם chalam, torrere, assare, & cõburere significat. D. Hier. in hunc locũ, & in Daniel. 13. Cap. refert quorũdam Hebręorũ opinionem, qui affirmabãt hos duos, Sedechiam & Achab, fuisse senes illos, qui Susannæ pudicitiam tentarunt, & deinde falsum contra eam testimonium dixerunt. Sed obstat, quod in Daniele dicitur, lapidatos fuisse à populo: hìc autem, quòd frixerit eos rex Babylonis. Sed id cõciliari posset: nam per ignem & combustionẽ, quæuis pœna significari solet. Sic Deu. 4. Ægyptiaca seruitus fornax ferrea dicitur, & Psal. 16. igne me examinasti. Ios. 7. præcepit Dominus igne comburi cũ omni substantia sua eum, qui fuisset deprehensus tulisse aliquid de anathemate in expugnatione Iericho: & deinde dicitur, deprehensum in crimine Acham lapidatum fuisse ab omni populo. Nam quod hic dicitur, regem frixisse, in Daniele autem, à populo lapidatos, facilem habet solutionem, quòd iubente, & sententiam ferente rege, populus fecerit. *Ego sum iudex, & testis, dicit Dominus.* Hoc est: Quæ de duobus pseudoprophetis dixi, quòd scilicet loquantur in nomine meo

menda-

meo mendacium, quod non mandaui eis, nequaquam opinione cognoui, sed ipse scio vera esse. Septuag. tantùm habent, Ego testis. Chald. Paraph. Et coram me manifestum est, & verbum meum est testis. In Hebr. Ego cognoscens, & testis. Verbum enim ידע iadah, scire, & cognoscere significat: sed quia Iudex cognoscit de causa, possumus etiam interpretari Iudex, vt nostra litera habet, hoc est cognoscens de causa impiorum. Horrendum est incidere in manus Dei viuentis. Quis effugiet Iudicem, qui etiam testis est? qui renes scrutatur & corda, cui omnia patent, cuiq; omnis voluntas loquitur, & quem nullum latet secretum? Vnde Iob totus tremebundus dicebat. Ecce in cælo testis meus, & conscius meus in excelsis. *Et ad Semeiam Nehelamitem dices: Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel. Pro eo quòd misisti in nomine tuo libros ad omnem populũ, qui est in Ierusalẽ, & ad Sophoniã filiũ Maasiæ sacerdotem, et ad vniuersos sacerdotes, dicẽs: Dominus dedit te sacerdotẽ pro Ioiade sacerdote, vt sis dux in domo Domini super omnem virum arreptitium & prophetantem, vt mittas eum in neruum, et in carcerem. etc.* Non pertinet hęc prophetia ad Epistolam, quam Ieremias misit ad eos, qui erant in Babylone: sed noua est prophetia contra Semeiã, qui postquam Ieremias miserat epistolam prædictã, scripsit ipse in Ierusalem. nam in epistola vel libello suo mentionem facit epistolæ, quam Ieremias miserat in Babylonem. *Dominus dedit te sacerdotem pro Ioiade.* Non successit in sacerdotio Sophonias Ioiadæ, sed blandiendo hoc dicit. fuit enim Ioiadas vir iustus: quasi dicat, Te dedit pro Ioiade, vt & sacerdotij, & sanctitatis eius hæres sis. Vel, dedit te pro Ioiade, vt

Heb. 10.

Iob. 16.

quemadmodum ille interfecit ſacerdotes Baal,ſic tū animaduertas in Ieremiam: tui enim officij eſt & muneris diſcernere inter veros prophetas, & falſos: & quos falſos deprehēderis, punire. *Vt ſis dux in domo Domini.* hoc eſt, vt curā habeas templi, & ſummus ſacerdos ſis, cui omnes alij debēt eſſe ſubiecti. *Super omnem virum arreptitium et prophetantem.* Septua. prophetanti, & inſanienti. Chald. Paraphra. omni viro ſtulto & inſipienti. In Hebr. primo loco eſt מְשֻׁגָּע meſūgah, inſanum, furioſum, arreptitium ſignificat. ſecundo loco וּמִתְנַבֵּא vmitnabe, hoc eſt, prophetātem. & eſt in Hithpael, in qua coniugatione notat Elias falſam prophetiam ferè ſignificare verbum hoc. Inſanum ergo, & falſum prophetam vocabat Ieremiam: tales enim vocabantur veri prophetæ à pſeudoprophetis. tales etiam à mundanis hominibus iudicantur ſerui Dei.

1. Cor. 4. Nos ſtulti propter Chriſtum, dicebat Apoſtolus. Et

Sap. 5. a. in lib. Sap. aiunt impij de iuſtis. Nos inſenſati vitam illorum ęſtimabamus inſaniam. *Vt mittas eum in neruum, et in carcerem.* Septuag. in carcerem, & in cataractem. Heb. primo loco eſt הַמַּהְפֶּכֶת hamahpechet. ſubuerſionem, & carcerem, neruum, ſiue compedes, & cippū ſignificat. Rab. Ioſeph Kimchi ſcripſit fuiſſe inſtrumētum è duobus confectum lignis, inter quæ erat locus colli, vt ibi vincti collum tenerent. Secundo loco eſt הַצִּינֹק hatſinoch, carcerem, neruum etiam, & compedes ſignificat. Nōnulli priorem dictionem aiunt ſignificare cippum ex duobus lignis ad collum includendum, ſecundam verò lignum ad includendas manus. *Et nunc quare non increpaſti Ieremiam Anathothitem, qui prophetat vobis. Quia ſuper hoc miſit in Babylonem*

ad nos

ad nos, dicens: longum est, ædificate domos, et habitate, et plantate hortos, et comedite fructus eorum. Aperta sunt ex superioribus *qui prophetat vobis*, hoc est, qui vult videri propheta, quam ob causam misit epistolam in Babylonem. *longum est.* expone, longo tempore manebitis in Babylone. *Legit ergo Sophonias sacerdos librũ istum in auribus Ieremiæ prophetæ*, hoc est, audiente Ieremia. D. Hier. Legit (inquit) quodammodò suggillans eum, & ipsa increpans lectione, quare auderet talia in Babylonem scribere. *Et factum est verbum Domini ad Ieremiã, dicens: Mitte ad omnem transmigrationem dicens: Hæc dicit Dominus ad Semeiam Nehelamiten. Pro eo quod prophetauit vobis Semeias, & ego non misi eum, & fecit vos confidere in mendacio. Idcirco hæc dicit Dominus: Ecce ego visitabo super Semeiã Nehelamiten, & super semen eius. Non erit vir sedens in medio populi huius, & nõ videbit bonum, quod ego faciam populo meo, ait Dominus: quia præuaricationẽ loquutus est aduersus Dominũ.* Pœnam comminatur Semeiæ propter illius temeritatem. *Ad Semeiam.* hoc est, aduersus Semeiam: loquitur enim cum populo, & non cum Semeia. *Ecce ego visitabo.* in malũ, hoc est, puniã, animaduertã. *Non erit vir sedens in medio populi huius.* Heb. יושב ioseb, hoc est, habitans, vel sedens, pro habitatore & ciue, quasi dicat. nullus ex posteris eius erit, qui connumeretur inter ciues Ierusalem, eo præsertim tempore, quo Deus visitabit populum suum, & reducet in terram hanc. *Et nõ videbit bonum, quod ego faciã populo meo.* Hoc secũdum explicatio est eius, quod præcessit. Septua. coniungunt hac ratione. Non erit ei homo in medio vestri, vt videat bona quę ego faciã vobis. Idẽ est ac si dicat, neq; erit ex eius posteris, qui videat bonũ, quod ego faciã.

 est enim

est enim Benoni, faciēs, quod pro pręsenti, & pro futuro sumi potest. vel facio, pro cogito facere. Sep. & Chal Par. faciā. *Quia prauaricationē locutus est*: Chal Par. quia peruersum loquutus est coram Domino. Vox Heb. סרה sarah, peruersum, auersionem, rebellionē, contumaciā significat. hoc est, quia loquutus est mēdacium, fecitq; populum prævaricari, vt non obediret prophetis Dñi, & his quę Deus p illos loquebat̄.

ARGVMENTVM.

Prophetat de regno Christi, & de liberatione Israel & Iuda per ipsum.

¶ CAP. XXX.

[V]erbū quod factū est ad Ieremiam à Dño dicēs: 2 Hæc dicit Dñs Deus Israel, dicēs: Scribe tibi omnia verba quæ locutus sum ad te, in libro. 3 Ecce enim dies veniunt, dicit Dominus: & cōuertā cōuersionem populi mei Israel & Iuda, ait Dominus: & conuertam eos ad terrā, quam dedi patribus eorū, & possidebunt eam. 4 Et hæc verba quæ locutus est Dominus ad Israel, et ad Iudā; 5 Quoniā hæc dicit Dominus: Vocem terroris audiuimus, formido, & non est pax. 6 Interrogate, et videte, si generat masculus? quare ergo vidi omnis viri manum super lumbū suū, quasi parturientis, et conuersæ sunt vniuersæ facies in auruginē? 7 † Væ, quia magna dies illa, nec est similis eius, tēpusq; tribulationis est Iacob, & ex ipsa saluabitur. 8 Et erit in die illa, ait Dominus exercituū: conterā iugū eius de collo tuo, & uincula eius dirumpam, & non dominabuntur ei amplius alieni: 9 sed seruient Domino Deo suo, & Dauid regi suo quē suscitabo eis. 10 † Tu ergo noli timeas serue meus Iacob, ait Dominus, neque paueas Israel: quia ecce ego saluabo te de terra longinqua, & semen tuū de terra captiuitatis eorū: & reuertetur Iacob, & quiescet, &

† Ioel 2, 2.11. Amos, 5 18. Soph, 1. 15. Isa. 13, 6.

† Isa. 43, 1. 44, 2. Luc. 1, 70.

cunctis

cunctis affluet bonis, & non erit quem formidet: 11 Quoniā tecum ego sum, ait Dominus, vt saluem te: faciam enim consummationem in cunctis gentibus, in quibus dispersi te, te autem non faciam in consummationem: sed castigabo te in iudicio, vt non videaris tibi innoxius. 12 Quia hæc dicit Dominus: Insanabilis fractura tua, pessima plaga tua. 13 Nō est qui iudicet iudicium tuū ad alligandum: curationum vtilitas non est tibi. 14 Omnes amatores tui obliti sunt tui, teque non quærent: † plaga enim inimici percussi te, castigatione crudeli: propter multitudinem iniquitatis tuæ dura facta sunt peccata tua. 15 † Quid clamas super contritione tua? insanabilis est dolor tuus: propter multitudinem iniquitatis tuæ, & propter dura peccata tua feci hæc tibi. 16 Propterea omnes qui comedunt te, deuorabuntur, et vniuersi hostes tui in captiuitatē ducentur, et qui te vastant, vastabūtur, cunctosq; prædatores tuos dabo in prædam. 17 Obducam enim cicatricem tibi, et à vulneribus tuis sanabo te, dicit Dominus. Quia eiectam vocauerunt te Sion, hæc est quæ non habebat requirentē. 18 Hæc dicit Dn̄s. Ecce ego conuertam conuersionem tabernaculorū Iacob, et tectis eius miserebor, et ædificabitur ciuitas in excelso suo, et templum iuxta ordinem suū fundabitur. 19 Et egredietur de eis laus, voxque ludentium: et multiplicabo eos, et non minuentur: et glorificabo eos, et non attenuabuntur. 20 Et erunt filij eius sicut à principio: et cœtus eius coram me permanebit: & visitabo aduersum omnes qui tribulant eum. 21 Et erit dux eius ex eo: & princeps de medio eius producetur: & applicabo eum, & accedet ad me. quis enim iste est, qui applicet cor suum, vt appropinquet mihi, ait Dominus? 22 Et eritis mihi in populum: et ego ero vobis in Deum. 23 Ecce, turbo Domini furor egrediens, procella ruens in capite impiorum conquiescet. 24 Non auertet irā indignationis Dominus: donec faciat et compleat cogitationē cordis sui, in nouissimo dierum intelligetis ea.

†Sup. 23. 19.
Sup. 13. 22.
†Sup. 15. 18.
Sup. 13. 22.

EXPLANATIO.

HOC *Verbum quod factum est ad Ieremiam à Domino, dicens: Hæc dicit dominus Deus Israel dicens. Scribe tibi omnia verba, quæ loquutus sum ad te in libro.* De regno Christi, & liberatione ꝑ ipsum est prophetia: ideo iubetur Propheta scriptis eam mandare, quòd non citò esset adimplenda, sed multo post tempore. Quod autem prophetia sit de regno Christi, & liberatione per ipsum, ex ipsius explicatione fiet manifestum. *Ecce enim dies ueniunt, dicit Dominus, & conuertam conuersionem populi mei Israel et Iuda, ait Dominus, et conuertam eos ad terram, quam dedi patribus eorum, et poßidebunt eam.* Per Israel, decem tribus intelligũtur, quas Salmanasar in captiuitatem adduxit. Per Iudam, duæ aliæ tribus. Et quidem decem tribus nunquam reuersæ sunt ex captiuitate, neq; expectãtur reuersuræ etiam ab ipsis Iudæis. Cùm ergo ait, *Cõuertam cõuersionem Israel.* hoc est, reuerti faciã decem tribus, quæ transmigrarunt, & captiuæ ductæ sunt, cogimur necessariò de conuersione ad fidem, de ea præsertim quæ in vltimò tempore fiet, quando cùm intrauerit plenitudo gentium, reliquiæ etiam Iudæorum saluæ fient, vt ait Apost. prophetiã intelligere. Vide Ezechi. 37. Cap. vbi eadem est prophetia. Per *terram,* illam uiuentium terram intellige, de qua Propheta. Credo videre bona Domini in terrá viuentium. *Quam dedi.* expone daturus sum. præteritum pro futuro, quod frequens est apud Prophetas. Vel *dedi*, hoc est, promisi dare. vel *dedi*, in figura & vmbra. nam terra illa promissionis, quę lacte & melle manabat, cœlestem patriam

Rom. 11. c

Psal. 26.

adumbra-

adũbrabat, de qua Christus. Vt edatis, & bibatis super mensam meam in regno meo. *Et hæc verba quæ loquutus est Dominus ad Israel, & ad Iudã. Quoniã hæc dicit Dominus: Vocẽ terroris audiuimus: formido, et nõ est pax.* Septua. super Israel, & Iuda. ita etiam Chald. Paraph. Dictio Hebr. אֶל el, ad, super, & in, significat. *Vocẽ terroris.* hoc est, vocem terroris plenã eorũ, qui toti formidolosi erant, neq; securitatem habebant vllam. magis hæc declarãtur per ea, quæ mox sequuntur. D. Hiero. Primùm tristia annunciantur, vt post malorum magnitudinem, læta succedant. gratior quippe est sanitas ægritudine repulsa. *Non est pax.* hoc est, nulla est securitas. omnia plena timore, vel bellis & sanguine. Nonnulli hoc de persequutione Antichristi intelligũt, vel de persequutione Ecclesiæ post prædicationem Euangelij. potest & de vastatione, quæ facta est à Chaldæis, intelligi. *Interrogate & videte, si generat masculus. Quare ergo vidi omnis viri manum super lumbum suum quasi parturientis? et conuersæ sunt uniuersæ facies in auruginem?* Quasi dicat. certè masculus nõ generat, vt dolores parturiẽtis experiat. quid ergo est quòd viri, quorum est cõtra aduersarios dimicare, muliebri timore oppressi manus nequaquã ad arma, sed ad renes tenendos conferãt, in modum mulieris parturientis? Acerbitatem doloris significare vult. Idem Cap. 13. dolores apprehẽderunt te, quasi mulierem parturientem. *Et conuersæ sunt uniuersæ facies in auruginem.* Hoc est, in pallorẽ: cordis nempe pauorem pallore vultus testantes. Heb, יֵרָקוֹן ieracon, rubiginem, vel auruginem significat. Est autem aurigo, vel aurugo, morbus regius à colore auri, quẽ bilis per totum corpus diffusa representat. Græce ἴκτερος. Pallorem cer-

Luc. 22. c.

rem ergo vultus hoc in loco significat. *Væ quia magnā dies illa, nec est similis eius: tempusq; tribulationis est Iacob, & ex ipsa saluabitur.* Dies pro tēpore. dicitur dies magna, propter magnitudinem tribulationis. Christus de per
Mat. 24. secutione Antichristi ait. Erit tunc tribulatiò magna, qualis non fuit ab initio mundi vsq; modò, neq; fiet. Et nisi breuiati fuissent dies illi, non fieret salua omnis caro: sed propter electos breuiabuntur dies illi. *Et ex ipsa saluabitur.* Liberabitur. patietur quidem Ecclesia, sed ad tempus: breuiabuntur enim dies illi. Septuag. Et tempus angustum est Iacob. hoc est, tempus angustiæ. Per Iacob, duodecim tribus significat, quæ cùm non sint sub Zorobabele liberatæ, constat non loqui de liberatione facta sub Zorobabele, sed de ea, quę p Christum. *Et erit in die illa, ait Dominus exercituum, conterā iugum eius de collo tuo, & vincula eius dirumpam, & non dominabunt ei amplius alieni.* Post malorum magnitudinē læta annunciantur. Est autē Epexegesis, dū prior pars per posteriorē explicatur. cōterere enim iugū de collo, & vincula dirūpere, est facere vt nō dominētur amplius Iacob alieni. Sublato de medio peccato, & deuicta morte, cōtriuit Christus iugū diaboli de collo fideliū, & vincula eius rupit. Hoc quātū beneficiū sit, quis poterit pro dignitate cogitare? quātę verò demētiæ, & ingratitudinis sit, cōtrito iugo & ruptis vinculis, iterū grauissimo illo iugo colla submittere, & vltrò manus vinculis ligādas offerre, quis nō videat? In libertatē vocati estis fratres, nolite iterū fieri serui hominū. Quid ergo dęmoniorū? Dn̄m habes, qui te fecit, qui te redemit, qui te pascit, & curā tui agit, ita vt nō dor-
Psal. 120 miat, q custodit Israel, cur ergo seruies alienis? Manus

tuæ

tuæ fecerunt me,& plasmauerūt me, da mihi intelle-ctū,vt discā mādata tua,vt tibi soli placeā, tibi soli ser uiā.*Sed seruient Dn̄o Deo suo,et Dauid regi suo,quē suscitabo eis*.Chal.Par.Et seruiēt corā Dn̄o Deo suo,& obediēt Christo filio Dauid regi suo, quē suscitabo eis. Quod autē hic dicitur,*suscitabo*. Zacharias cōpletum canit. Erexit cornu salutis nobis in Domo Dauid pueri sui. Quū planè collapsæ viderētur vires Israelitis,ac inprimis actū esse videret̄ de magnificis illis promissis Dauidi factis super regno ipsius ęterno excitauit Dn̄s Christū suū,q inuicto suo robore tāquā cornu quodā prostratis aduersarijs Israelis,ęternū illud regnū assereret. Sic Amos 9.In die illa suscitabo tabernaculū Dauid, ꝙ cecidit:& reędificabo aperturas murorū eius, & ea quę corruerāt instaurabo.*Tu ergo ne timeas serue meus Iacob,ait Dn̄s,etc*.Bono,inquit,esto animo.Tu enim,q lōgè à me eras,faciā vt propè sis ꝑ fidē:reducā te ab infidelitate,vbi captiuus sub Satana detinebaris: cūq; ad me reuersus fueris, in tranquillitate & in pace eris. *Cū-ctis affluet bonis*.Chal.Para.& habitabit confidenter. In Heb.שאנן saanan,quietū, pacificū, fælicē, opulētū,& omnib⁹ rebus affluentē significat:id ꝙ magis ad statū fælicitatis ęternę, quā ad pręsentis vitę exiliū ꝑtinet. Sanè Iudęi post liberationē sub Zorobabele nūquam quieti & pacifici fuerunt.Vide histo.lib. Esd.Adde,ꝙ sub illo Iuda tātū in propria redijt:nō ergo de illa liberatione hìc loquitur.*Quoniā tecū ego sum,ait Dominus, vt saluē te*.Quē formidabit,cui adest Dn̄s,vt saluet?Dn̄s illuminatio mea & salus mea,quē timebo?Dn̄s protector vitę meę,à quo trepidabo? Si cōsistāt aduersum me castra,nō timebit cor meū.&c.*Faciā enim consum-*

Psal.118.

Luc.1.

Psal.26.

mationem

marionẽ in cũctis gẽtib⁹, in quibus di∫per∫i. Te autẽ non faciã in con∫ummationẽ, ∫ed ca∫tigabo te in iudicio, ut tibi nõ uidearis innoxi⁹. Hoc e∫t, fundit⁹ perdã gẽtes alias: te verò nequaquam, ∫ed modo adhibito ca∫tigabo, nõ ∫ummo iure & exacta iu∫titia, ∫ed ęquitate quadam. *Ca∫tigabo te in iudicio.* hoc e∫t, cum æquitate, non ∫ummo iure, non in furore. Vide Cap. 10. Chal. Paraph. adducam ∫uper te ægrotationes, vt doceam te in iudicio mi∫ericordiæ: qua∫i dicat, ægrotabis ∫anè, ∫ed non morieris. hoc e∫t, non omnino peribis. *Vt tibi nõ videaris innoxius.* Vt cognoſcas te peccaſſe, & non prorſus culpa vacare, nec quicquam pœnæ fuiſſe commeritum, quaſi planè ſis innocens. Septuag. *Et mundãs nõ mundabo te.* Eadem eſt ſententia. hoc eſt, faciam, vt non omnino mundus videaris, dum nõ omnino pœnas peccatis debitas effugies. Chal. Paraph. *Et perdendo nõ te perdam.* In eandem ſententiam poteſt interpretari, quaſi dicat. non omnino perdam: puniam tamen, vt peccaſſę videaris. Heb. Et mundando non mundabo te. quemadmodum habent Septuag. quod cum noſtra litera conuenit. Vox Heb. à radice נקה nacah, ſignificat mũdum eſſe, innocentem eſſe, mũdare, euacuare, ſuccidere. & in Pihel, vt eſt hic, abſolui, vacuum fieri à culpa, & excidi, & deſolari: vt poſſit omnes ſupradictas interpretationes admittere. Poſſumus ergo ſic transferre, Et abſoluẽs non abſoluam, non vacuum faciam à culpa, dum nõ omnino pœnã euades, faciã vt cognoſcas te non omnino eſſe liberum à culpa. Et in hãc ſententiam tranſtulit noſter interpres. licèt nonnulli nõ probent hãc interpretationem, ſed transferẽdum potiùs eſſe, ſuccidendo non ſuccidam te, hoc eſt, nõ te omnino tollã

è medio

è medio, vt mundus maneat mundus.i.vacuus te: volun q; apertam esse Antithesim, cùm dixisset, faciam cōsummationē in gētibus. Sed certè interpretatio dicta cum verbo Heb. quadrat, vti diximus. Et quod ad Antithesim attinet, ea quidem absoluitur illis verbis, faciam consummationē. et, Te autem non faciam in cōsummationem. *Quia hæc dicit Dominus: Insanabilis fractura tua, pessima plaga tua.* D. Hiero. de vastatione Ierusalem, quę facta est à Babylonijs, hoc intelligit. sic etiā Theodoretus, simul & de captiuitate sub Nabuchodonosore, sub quo liberationē non est assequutus populus Iudæorum. Alij de persequutione sub Antichristo exponunt. Sed & de fractura peccati, quæ non aliter quàm per Christum sanari potuit, intelligi potest. Septuag. Suscitaui contritionem, dolorosa plaga tua. Chald. Paraph. fortis est compactio tua, grauis est plaga tua. *Insanabilis.* Heb. אנוש anus, grauē infirmitatem, fortem, validum, deploratum, insanabile significat. Quod si dicamus sin, esse loco samech (sunt enim hæ duę literæ inuicem permutabiles) אנוס anus, coactū, cōpulsum significat: & fortassis in hac significatione acceperunt Septuagin. vt idem sit, suscitaui contritionem, quod compulsa est contritio. *Pessima.* Heb. נחלה nachla, infirma, ægra, pessima, & dolorosa transferri potest. *Non est qui iudicet iudicium tuum ad alligandam curationem: vtilitas non est tibi.* Hoc est. Nullus est chirurgus, qui iudicare aut intelligere valeat, quo medicamine curari possit plaga tua. Vel, nullus est, qui pro causa tua in iudicio stare possit, vt sanitatem conciliet. Frustra curationes adhibētur, quarum nulla futura est vtilitas. Theodoretus. Nemo redarguebat iniu-

ſtatum regis Nabuchodonoſor. Septuag. Non eſt iudicans iudicium tuum in dolorem. curata es, vtilitas non eſt tibi. Chald. Para. Non eſt qui iudicet cauſam tuam, vt miſereatur tui: medicina non eſt exorta tibi. Idem eſt ſenſus. Nam quod Septuag. habent, curata es, ſic eſt interpretãdum. Conati ſunt, pſeudoprophetæ nempe, te curare, pacem & liberationem falsò promittendo: ſed nihil tibi contulerunt, neq; vtiles fuerunt. Quidam ex Heb. non iudicans, vel nõ eſt qui iudicet iudicium tuum ad medelam, vel ſanitatem: medicinæ curationis vel curatiuæ non tibi. ſub. ſunt. *Ad alligandum.* Heb. למזור lemazor, plagam, percuſſionẽ, & ſanitatem & curationem, & medicamentũ, & compreſſionem ſignificat, & circumligationem à radice זור zur, quod verbũ premere, circũligare, & curare, & cõprimere, ad modum quo chyrurgus vulnera hiãtia cõprimit, ſignificat. Rectè ergo, ad circũligationẽ, vel ad alligãdum, vt noſtra habet lectio, interpretari poſſumus. *Curationũ vtilitas.* Heb. רפאות תעלה rephuoth tehalah. Prior dictio medicinas, ſanitates, & curationes ſignificat. poſterior ſanitatẽ etiam, & curationem, obductionẽ, & aſcenſum cicatricis, ſeu carnis ſignificat. Quòd ſi ſit à radice יעל, iahal, vtilitatẽ ſignificabit: verbum enim hoc prodeſſe, vtile eſſe, vtilitatemq; adferre ſignificat. D. Hiero. ſic interpretatur. Non eſt qui iudicet iudicium tuum, nec altiſſimo vulneri valeat cutem cicatricis obducere. Quocunq; te conuerteris, vtilitas non eſt tibi: quia offendiſti eum, qui verus, & ſolus eſt medicus. *Omnes amatores tui obliti ſunt tui, te non quærunt.* Diuus Hieronymus. Amatores, hoc eſt, ſacerdotes vel principes, aut certè angelorum præſides, qui-

des, quibus, priusquam offenderes Dominum, vallabaris, te non quærent. Sic etiam de Ægyptijs, alijsq; gentibus, ad quas solebat populus confugere, & de idólis quæ colebat: sed & de diuitijs, voluptatibus, & de omnibus illis, quę contra Dei legem amamus, intelligi potest. Sic Moyses in Cantico. Vbi sunt Dij eorum, in quibus habebant fiduciam? Surgant & opitulentur vobis. Septuagin. Omnes amici tui obliti sunt tui, te nō interrogabunt. sub. quì valeas, vel an aliquo indigeas. Chald. Paraph. Rogare de pace tua nō quęsierunt. Idem est sensus. *Plaga enim inimici percussi te, castigatione crudeli.* Hoc est. absq; vlla miseratione plaga lethali, vt hostis hostem percutere solet. pater enim percutit, vt corrigat: inimicus, vt occidat & perdat. Id quidem fieri solet, cùm quis ob immania scelera datur in reprobum sensum, & induratur, vt quasi equus laxis habenis ad vada & scopulos, omneq; præcipitij gen⁹ ferat. De qua castigatione Proph. Et dimisi eos secūdùm desideria cordis eorū: ibūt in adinuētionib⁹ suis. Quę extrema est, & miserrima omniū, quę in hac vita cōtingere posśūt, calamitas. *Propter multitudinē iniquitatis tuæ dura facta sunt peccata* tua. Vt scilicet nō possit vlla medicina adhiberi, & propterea percussi te plaga inimici. Sep. Quia plaga inimici percussi te, castigatione forti sup omne iniquitatē tuam, multiplicata sunt peccata tua. Chald. Paraphrasis. Quia plaga inimici percussi te, castigatione crudelium: propterea quòd multiplicata sunt scelera tua, & inualuerunt peccata tua, feci hæc tibi. *Dura facta sunt*. Alij ex Hebræo inualuerunt, vel multiplicata sunt. Vox Heb. עצמו hatsmu, inualuerunt, obfirmata sunt, & multiplicata sunt

Deut. 32.

Psal. 80.

cata sunt,interpretari potest. Dum peccata multiplicantur, duriora fiunt, dum vnum aliud premit & calcat.impium enim est dimidiam à Deo sperare veniã. non dimittit vnum peccatum, quin omnia dimittat. quò ergo plura sunt, eò difficilior remissio. Sed & cor magis induratur,non secus ac via quæ frequenter calcatur. Quoniam iniquitates meę supergressæ sunt caput meũ, & sicut onus graue grauatæ sunt super me. *Quid clamas super contritione tua? Insanabilis est dolor tuus propter multitudinem iniquitatis tuæ, & propter dura peccata tua feci hæc tibi.* Idem repetit. D. Hier. Non mea voluntate,sed medicinæ ratione cogente feci hæc tibi:eò quòd tam multa & dura peccata tua sanari non poterant,nisi mordacissimo puluere,& ardenti cauterio,ferroq; acutissimo,quo putridas carnes & insanabiles amputarẽ. Hæc nõnulli de persequutione Ecclesiæ immmissa propter peccata interpretantur. Vide Euseb.lib.8.Ecclesiast.Histo.Cap.1.& Nicephorũ Calixtum lib.7.Cap.2. *Propterea omnes qui comedunt te,deuorabuntur,et vniuersi hostes tui in captiuitatem ducentur,& qui te vastant vastabuntur, cũctosq; prædatores tuos dabo in prædã etc.* D. Hier.Sub Zorobabele hęc facta cognoscimus, quando Assyrios,hoc est, Niniuem vastauere Babylonij,atq; Chaldęi. Et rursum Babylonios & Chaldęos, Mædi Persęq; ceperunt,& Babylon destructa est. Sic etiam post persequutionem illam Diocletiani & Maximini propter peccata immissam,vt narrat Eusebius loco superiùs adducto, Diocletianus & Maximinus grauem Dei manum senserunt,& imperante Constãtino, pax Ecclesiæ data est summa cum gloria. Vide Euseb.lib.8.Ecclesi.Histo. Cap.15. & Cap.18. & lib.9. Cap.19.

Psal. 37.

Cap. 10. *qui comedunt te, deuorabuntur.* Comedere & deuorare, pro vastare & perdere. Chaldai. Paraphra. Omnes qui te vi opprimunt, vi opprimentur. *et qui te vastant, vastabuntur.* Epexegesis. Expositio prioris dicti. Sep. Et erunt qui irrident te, in derisionem. Chal. Paraph. Et erũt hi, qui te deprędati sunt, in prædã. Vox Heb. à radice שסה sasah, diripere, & deprædari significat. Est autem hoc in loco cum aleph, vice vau. Septuag. Διαφοροῦντές habent. διαφορέω autem est distraho, diuello, perdo, vexo. *prædatores tuos dabo in prædam.* Hoc in loco vox Heb. à radice בזז bazaz, hoc est, spoliare & prædari. Septuag. προνομεύοντας, à προνομεύω. i. prædo, vasto, diripio. Idem toties repetit, quia non semel vastata, & direpta, & deprædata est Ierusalem: neq; ab vna sola gente, sed sæpe, & à multis. *Obducam enim cicatricem tuam.* Sep. Obducã enim sanitatem tuã. Chald. Par. Adducam sanitatem tibi. Heb. ascendere faciam sanitatẽ, vel cicatricẽ tibi. Ascendere facere, est obducere. Significat autẽ reparare prȩteritã desolationẽ, vt nulla illius signa remaneant. *Et à vulneribus tuis sanabo te.* Epexegesis iterum, præcedentis dicti expositio. *Quia eiectam vocauerunt te Sion.* Septuag. Quia dispersa vocata es Sion. Chal. Para. Quia vagam vocauerunt te Sion. Vox Heb. à radice נדה nadah, eiectam, expulsam, dispersam significat. Hoc est, compararũt te mulieri eiectæ à viro suo, & cuius nullus curam habet, vt eam requirat. *Hæc dicit Dominus: Ecce ego conuertam conuersionem tabernaculorum Iacob, & tectis eorum miserebor.* quasi dicat. Erit qui quȩrat, ego nẽpe. Restituã Ecclesiã suo pristino nitori. Hiero. Horũ typus prȩcessit in Zorobabel, & Esdra: quando reuersus est populus, &

cœpta est ædificari ciuitas in excelso suo, templiq́; obseruari religio, & cętera quæ ipsius Esdræ volumine cōtinētur. Plenius autē atq; perfectius in Dño Saluatore Apostolisq́; cōpletū est, quādo ędificata est ciuitas in excelso suo, de qua scriptū est. Nō potest abscōdi ciuitas supra montē posita. et templū iuxta ordinē suū, ceremoniasq́; fundatū: vt quidquid in priori populo fiebat carnaliter, in Ecclesia spiritualiter cōpleretur. Sep. Ego conuertā trāsmigrationē Iacob, & captiuitatis eius miserebor. Chal. Par. Ego reducā transmigrationē terrę Iacob, & ciuitatū eius miserebor. In Heb. habetur, vt habet nr̃a lectio. Sep. sensum trāstulerunt. Meminit tabernaculorū, eo quòd in tabernaculis habitauerint filij Israel in deserto. Vox Hebræa משכנות mischanot, pro qua nos *tectis* habemus, habitacula significat, à radice שכן sacan: hoc est, habitare, manere. Sic tectum pro tota domo, & habitatione sumitur. *Et ædificabitur ciuitas in excelso suo, & templū iuxta ordinem suum fundabitur.* Exponit metaphoram. Hoc enim est quod dixerat, *obducam cicatricem tuā, & à vulneribus sanabo te.* Chald. Para. Et ędificabitur ciuitas Ierusalem in loco suo. Erat enim constructa in excelso loco super montē Moriā, & Siō, qui erant fere continui, imò vnus erat, sed biceps: habebat enim duo cornua, vnde in Psal. Fundamenta eius in montibus sanctis. Heb. על תלה hal, tilah, super tumulum suum, aut cumulum suum, à radice תלל talal, hoc est, eleuare instar tumuli, vel in excelso suo, hoc est in dignitate sua. Sic Ecclesia in excelso constructa est, vt abscondi nō possit. Contra hereticos, qui eam inuisibilem esse mētiuntur. Ædificata enim est super Christum. De quo

Mat. 5.

Psal. 86.

Apost. Fūdamentū aliud nemo potest ponere, prẹter id ꝙ positū est, ꝙ est Christus Iesus. Hic est lapis, qui absc isus est demōte sine manibus, & factus est mons magn⁹, & impleuit vniuersam terrā. Vide Dan. 2. Sed & fundata est super Petrū, Cui Christus. Tu es Petr⁹, & super hanc petrā ædificabo Ecclesiā meā. Est enim prima petra Petrus, quę fundamēto adhæret, sup quā Ecclesia cōstruitur, & caput Ecclesię. Sic etiā reliqui Apostoli primę petrę sunt huius ędificij. Vnde Apoc. 21. Et numer⁹ ciuitatis habēs fūdamēta duodecim, & in ipsis duodecim nomina duodecim Apostolorū Agni. *Et tēplū iuxta ordinē suū fundabitur.* hoc est, pro sua dignitate, vel secūdùm oēs suas partes. Sep. Et Tēplū secūdùm iudiciū suū sedebit. Chal. Par. Et domus sanctuarij, sicut decet eā, fundabitur. Vox Heb. משפט mispat, iudiciū, mensurā, normā, regulā; dispositionē significat. Porrò ישב iesob, pro quo nos fundabit, habemus, sedebit, manebit, pseuerabit significat. Sedere autem ędificiū est fundari. Sic Ecclesia iuxta ordinē suū fundata est à Christo: dū, vt ait Apost. quosdā dedit Apostolos, quosdā autē prophetas, alios verò Euāgelistas, alios autē pastores & doctores, ad cōsummationē Sāctorū in op⁹ ministerij, in ędificationē corporis Chri. Vnde qui ordinē & Hierarchiā Ecclesiasticā confundūt, totū ędificiū destruūt. Fūdatū enim est tēplū iuxta ordinē suū. Quòd si hierarchicū ordinē de medio tollas, ruant omnia necesse est: nec iā Ierusalē, sed Babylō erit: vbi nō Chrus, sed diabol⁹ regnat. *Et egrediēt de eis laus, voxq; ludētiū.* Hoc est, grās Deo agēt pro tāto beneficio, vocesq; lętitię & exultationis inde erūpēt. Sep. Et egrediēt ab eis canētes, & vox ludētiū. Chal.

1. Cor. 4.

Mat. 16.

Ephes. 4.

Paraph. Et multiplicabuntur in eis offerentes confessionem, & vox cantantium. Vox Hebr. תודה todah, cõfessionem, gratiarum actionem, laudem significat. משחקים mesachachim, pro quo nos *ludentium* habemus, ludentium, & lętantium, & ridentium interpretari possum⁹. Est enim à radice שחק sachach, hoc est, ridere, ludere, lætari. *Et multiplicabo eos, & nõ minuentur.* De multiplicatione fidelium ex vniuerso orbe ad Ecclesiam confluentium Isaias in multis locis. *Et glorificabo eos, & non attenuabuntur.* Hoc non habent Septuagin. Chald. Paraph. Et confortabo eos, & non erunt infirmi. Significat non minuẽdam eorum gloriam, & fœlicitatem. Vox Heb. à radice צער sahar, minui, diminui, vile esse significat, & attenuari. *Et erunt filij eius sicut à principio.* hoc est, sicut Abraam, Isaac, & Iacob, quibus similes fuerunt Apostoli, de quibus Psal. 44. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij, constitues eos principes super omnem terram. Sic Mal. 4. de Ecclesia dicitur. Et cõuertet cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres eorum. Quod complendum sub aduentu D. Ioannis Baptistæ dixit Angelus ad Zachariam eius patrem Luc. 1. Vel sicut tẽpore quo fundatum est tẽplum sub Salomone, sub quo in magna gloria & pace fuit populus Iudęorum. Sic Threno. 5. Innoua dies nostros sicut à principio. *Et cœtus eorum coram me permanebit.* Hoc est, Adero fidelibus. Sic Christus. Ego ero vobiscum vsq; ad cõsummationem seculi. stabilitatẽ quoq; regni Christi significat. Sic Christus. Portę inferi nõ pręualebũt aduersus eã, Ecclesiã nempe. Sep. Et testimonia eorũ ante faciẽ meã dirigẽt. Chal. Par. Et cœtus eorũ corã me dirigetur. Vox Hebr. עדה hedah,

Mat. vlt.

Mat. 16.

edah, cœtũ significat, à radice יעד iahad, i. conuenire, cõgregare. Sed et testimoniũ etiã significare potest à radice עוד haurad, q̃ verbũ in Hiphil testari, & protestari, & monere significat. Et hãc significationẽ sequuti sunt Sep. sic תכון ichon, pro quo nos habemus, *permanebit*, est à radice כון cun, parare, præparare, firmare, stabilire, & aptare significat. *Et visitabo aduersum omnes qui tribulant eum.* populũ scilicet meum, vel cœtum fidelium. Vide supra Cap. 25. de flagellis Babyloniorum, & aliarum gẽtium quæ populum Dei vastauerũt. De flagellis autẽ, quibus puniti sunt persecutores Ecclesiæ, vide Hist. Eccles. *Et erit dux eius ex eo, & princeps de medio eius producetur.* Epexegesis. Secunda pars prioris est explicatio. Christus ex genere Israel secũdùm carnem. Chald. Paraph. Et inungetur rex eorum ex illis, & Christus eorum de medio eorum reuelabitur. Septuag. Et erunt fortiores eis super eos, & princeps eius ex eo egredietur. Vox Heb. אדיר adir, magnificũ, magnum, robustum, fortem, præpotentem, excellentem, pręstantem significat. quę omnia Christo conueniũt. Septuag. priorem partem cum superiori sententia cõiunxerunt, qua dixerat, Et visitabo aduersum omnes qui tribulant eum. Quorum interpretatio optimè potest cum Hebraico textu conuenire. Sed meliùs nostra. *Et applicabo eum, & accedet ad me.* Hoc est, coniungã eũ mihi amicitia. Hic est filius me⁹ dilectus, in quo mihi cõplacui, dixit Pater de Chr̃o. Et Christ⁹. Ego in patre, & pater in me est. Septuag. Et congregabo eos, & conuertentur ad me. Chald. Paraph. Et appropinquare faciam eos, vt discant cultum meum. Ad populum referunt. In Hebr. est in singulari, appropinquare

Mat. 3. d.
Luc. 3. e.
Ioan. 14.

faciam eum, vel inuitabo vt ad me accedat. Sed singulare in plurale transtulerunt Septuagin. de populo Israel interpretantes, de quo in singulari & in plurali potest quis loqui. *Quis enim iste est qui applicet cor suum, vt appropinquet mihi, ait Dominus?* quasi dicat: Eximius quidam præ omnibus alijs est, nempe filius meus dilectus, qui meam perficiet voluntatem, & ad me accedet cum fiducia, & orabit pro mortalibus. Septuagin. Quia quis est iste, qui dedit cor suum vt conuertatur ad me, dicit Dominus? Eadem est sententia: quanquã ad populum referant, sicut præcedentia. Chald. Para. Quoniam quis est iste, qui vult accedere ad cultum meum, dicit Dominus? Verbum Heb. ערב harab, multas habet significationes. Transferre ergo possumus, Qui direxit cor suum, vel accommodauit, decorauit, aptauit, idest decorè & cõuenienter composuit. Alij, edulcauit cor suum. Alij, dilatauit. Possumus etiam ita interpretari. Quis est qui cor suum ita aptauerit, vt ad me accedat, sicut Christus meus, qui semper voluntatem meam perficiet? Quasi dicat, nullus. vel, qui ita fecerit, multis illum bonis ditabo. Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas in æternum propter retributionem, ait Propheta. *Et eritis mihi in populum, et ego ero vobis in Deum.* Hoc est, obseruantia legis meæ testabimini vos meos esse, & ego fauoribus quibus vos prosequar, & protectione mea testabor vestrum esse Deum. Hæc optimè Christo tribuũtur, qui populum fidelium sanguine suo acquisiuit. Sic D. Petrus. Vos autem genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis: vt virtutes eius anuntietis, qui de tenebris vos vocauit in admirabile lumen suũ.

Psal. 118.

1. Pet. 2.

Qui ali

Qui aliquando non populus: nunc autem populus Dei, qui non consecuti misericordiam: nūc autem misericordiam consecuti. D. Hiero. ait hæc non habere Septua. sed in Biblijs regijs habeatur. *Ecce turbo Domini furor egrediens, procella ruens, in capite impiorum conquiescet.* Hæc optimè de extremo iudicio, quod persequutionem Antichristi sequetur, intelligi possunt. Septuaginta: Quia ira Domini egressa est cum furore, egressa est ita ruens, ad impios venit. Chald. Paraph. Ecce increpatio à facie Domini egrediēs in ira, & procella collecta super caput impiorum residebit. Isa. 2. Dies Domini super omnem superbum, & excelsum, & super omnem arrogātem, & humiliabitur. &c. Nam iustis dicitur. His autem fieri incipiētibus, respicite & leuate capita vestra, quia appropinquat redemptio vestra. De euersione Ierusalem explicat D. Hiero. & Iudæorum perditorum excidio. *Non auertet iram indignationis Dominus, donec faciat, & compleat cogitationem cordis sui.* Septuag. Conatum cordis sui. Vox Hebr. à radice זמם zamam, hoc est, cogitare, animo concipere. *donec faciat,* sicut cogitauit, vel animo concepit, vt scilicet impios in Infernum detrudat. Habes similem sententiam supra Cap. 23. *In nouissimo dierum intelligetis ea.* Prophetiā nēpe hanc, et quę in ea cōtinentur. Theo. Quæ verbis nō creditis, ipsarū rerum experiētia discetis. D. Hie. Quomodo artifex nō potest intelligi, nisi opere completo: nec medicinę industria, nisi postquam fuerit sanitas comparata, ita cum euersio fuerit Ierusalē, & prioris populi abiectio, tūc intelligēt credētes, quod repulsio Iudęorū nrę salutis occasio sit. Sic iuxta eūdē Hie. in Cap. 4. Mich. nouissima hora dicit tēpus fidei gētiū.

Luc. 21. f.

EXPLANATIO.

De Christi aduentu, & perfecta Israel liberatione per Christum, & de nouo pacto & lege.

CAP. XXXI.

*IN tempore illo, dicit Dominus, Ero Deus vniuersis cognationibus Israel, & ipsi erunt mihi in populum. 2 Hæc dicit Dominus. Inuenit gratiam in deserto populus qui remanserat gladio: vadet ad requiem suam Israel. 3 Longè Dominus apparuit mihi. Et in charitate perpetua dilexi te: ideò attraxi te miserās. 4 Rursumque ædificabo te, & ædificaberis virgo Israel: adhuc ornaberis tympanis tuis, & egredieris in choro ludentiū. 5 Adhuc plantabis vineas in mōtibus Samariæ: plantabūt plantātes; & donec tēpus veniat, non vindemiabūt. 6 Quia erit dies in qua clamabunt custodes *in mōte Ephraim, † Surgite, et ascēdamus in Siō ad Dominū Deū nostrū. 7 Quia hæc dicit Dñs; Exultate in lætitia Iacob, & hinnite cōtra caput Gētiū, personate, & canite, & dicite; Salua Dñe populū tuū reliquiās Israel. 8 Eccè, ego adducā eos de terra Aquilonis, et cōgregabo eos ab extremis terræ: inter quos erunt cæcus et claudus, et prægnās et pariēs simul. cœtus magnus reuertētiū huc. 9 In fletu venient: et in' misericordia reducā eos per torrētes aquarū in via recta, et nō impingēt in ea: quia factus sum Israeli pater, & Ephraim primogenitus meus est. 10 Audite verbum Domini gentes, et annuntiate in insulis quæ procul sunt, & dicite, Qui dispersit Israel, congregabit eum, & custodiet eum sicut pastor gregem suum. 11 Redemit enim Dominus Iacob, & liberabit eū de manu potentioris. 12 Et venient, & laudabūt in mōte Sion: & confluent ad bona Domini super frumēto, et vino, et oleo, & fœtu pecorum, & armentorum: eritq; anima eorū quasi*

*in mōte Samariæ MS. Q n.

†Isa. 2. 3. Mich. 4. 2. Zach. 8. 21.

'precib' MS. Q. n.

hortus

hortus irriguus, & vltrà non esurient. 13 Tunc lætabitur virgo in choro, iuuenes & senes simul: & conuertam luctum eorum in gaudium, & cõsolabor eos, & lætificabo à dolore suo. 14 Et inebriabo animã sacerdotũ pinguedine: & populus me⁹ bonis meis adimplebitur, ait Dñs. 15 Hæc dicit Dñs † Vox in excelso audita est lamẽtationis, luctus & fletus Rachel plorãtis filios suos: & nolẽtis consolari super eis, quia non sunt. 16 Hæc dicit Dñs: Quiescat vox tua à ploratu, et oculi tui à lachrymis, quia est merces operi tuo, ait Dominus, & reuertentur de terra inimici. 17 Et est spes nouißimis tuis, ait Domin⁹, & reuertentur filij ad terminos suos. 18 Audiens audiui Ephraim transmigrantem. Castigasti me, & eruditus sum, quasi iuuenculus indomitus. conuerte me, & conuertar: quia tu Dominus Deus meus. 19 Postquã enim conuertisti me, egi pœnitẽtiam: & postquam ostendisti mihi, percußi femur meũ. Confusus sum, & erubui, quoniam sustinui opprobriũ adolescentiæ meæ. 20 Si filius honorabilis mihi Ephraim, si puer delicatus: quia ex quo loquutus sum de eo, adhuc recordabor eius. Idcirco conturbata sunt viscera mea super eum: miserans miserebor eius, ait Dominus. 21 Statue tibi speculam, pone tibi amaritudines: dirige cor tuum in viam rectam, in qua ambulasti: reuertere virgo Israel, reuertere ad ciuitates tuas istas. 22 Vsquequo delicijs dissolueris filia vaga? quia creauit Dominus nouum super terram. FOEMINA CIRCVNDABIT VIRVM. 23 Hæc dicit Dominus exercituum Israel. Adhuc dicent verbum istud in terra Iuda, & in vrbibus eius, cùm conuersero captiuitatem eorum, Benedicat tibi Dominus pulchritudo iustitiæ, mons sanctus: 24 & habitabunt in eo Iudas, & omnes ciuitates eius simul: agricolæ et minãtes greges. 25 Quia inebriaui animã lassam: & omnẽ animã esurientẽ saturaui. 26 Ideo quasi de somno suscitatus sum: & vidi, et somnus meus

† Mat. 2, 18.

dulcis mihi. 27 Ecce dies veniunt, dicit Dominus: & seminabo domum Israel & domum Iuda semine hominum, & semine iumentorum. 28 Et sicut vigilaui super eos vt euellerem & demolirer, & dissiparem, & disperderem, & affligerem: sic vigilabo super eos, vt ædificem, & plantē, ait Dominus. 29 † In diebus illis non dicent vltrà, Patres comederunt vuam acerbā, & dentes filiorum obstupuerunt. 30 Sed vnusquisque in iniquitate sua morietur: omnis homo qui comederit vuam acerbam, obstupescent dētes eius. 31 † Ecce dies veniunt, dicit Dominus: et feriam domui Israel et domui Iuda fœdus nouum: 32 non secundum pactum quod pepigi cum patribus vestris in die qua apprehendi manum eorum, vt educerem eos de Terra Ægypti: pactum quod irritum fecerunt, et ego dominatus sum eorum, dicit Dominus. 33 Sed hoc erit pactum quod feriam cum domo Israel post dies illos, dicit Dominus: † Dabo legem meā in visceribus eorum, et in corde eorum scribam eam: et ero eis in Deum: † et ipsi erunt mihi in populum. 34 Et non 'docebit vltrà vir proximum suum, et vir fratrem suū dicens, 'Cognosce Dominum, omnes enim cognoscent me à minimo eorum vsque ad maximum, ait Dominus: † quia propitiabor iniquitati eorum, et peccati eorum non memorabor amplius. 35 Hæc dicit Dominus qui dat solem in lumine diei, ordinem lunæ et stellarum in lumine noctis: qui turbat mare et sonant fluctus eius, Dominus exercituum nomē illi. 36 Si defecerint leges istæ corā me dicit Dñs: tūc et semē Israel deficiet, vt non sit gens corā me cūctis diebus. 37 Hæc dicit Dñs: Si mēsurari potuerint cœli sursum, et inuestigari fundamenta terræ deorsum: et ego abijciā vniuersum semen Israel, propter omnia quæ fecerunt, dicit Dominus. 38 Ecce dies veniūt, dicit Dominus, et ædificabitur ciuitas Dño à turre Hananeel vsque ad portam anguli. 39 Et exibit vltrà 'norma mensuræ in conspectu eius super collem Gareb: et

† Ezech. 18. 2.
† Heb. 8, b. 8.
'eorū. 6. MS. H. G. C.
† Hebr. 10, 16.
† Sup. 24 7.
'Docebūt MS. Hie. H. G. C.
'Cognoscite. 10. MS. Hiero. H. C.
Textus autē lectio cōsētit R. & G.
† Act. 10, 43.
'normā

reb: et circuibit Goatha. 40 Et omnẽ vallẽ cadauerum, et cineres, et vniuersam regionẽ mortis, vsq; ad angulum portæ equorum Orientalis: et vsque ad torrentẽ Cedron, sanctum Domini non euelletur, et non destruetur vltrà in perpetuum. MS. R. Q. n.

EXPLANATIO.

IN *tẽpore illo dicit Dominus, ero Deus vniuersis cognationibus Israel, et ipsi erũt mihi in populũ.* Prophetia est de aduẽtu Christi. Tẽpus illud significat, de quo suprà. In nouissimo dierũ. Loquitur de Israel secũdùm fidẽ. vel etiam de illis, qui ex Israel & Iuda ad Christũ cõuertẽtur. Prosequar, inquit, multis fauoribus populũ meũ, quibus me illorũ esse Deum testabor, ipsos verò peculiũ esse meũ. Beata gens cuius est Dñs Deus eorum, populus quem elegit in hęreditatem sibi. Sic alibi fauores, quibus Deꝰ suos prosequitur, annumerat. Dñs regit me, & nihil mihi deerit, in loco pascuæ ibi me collocauit. &c. *Hæc dicit Dominus. Inuenit gratiam in deserto populus qui remanserat gladio, vadet ad requiem suam Israel.* Cõmemorat beneficia collata populo Israelitico, quãdo liberatus de gladio Pharaonis in desertum exiuit, vt ad terram promissam pergeret, in qua requiẽ erat habiturus. Sic Chal. Para. Hæc dicit Dominus, qui dedit misericordias populo, quem ascẽdere fecit de Ægypto, necessaria tribuit eis in deserto, quãdo fugiebant a facie eorũ qui occidebãt gladio, duxit verbo suo, vt collocaret Israelẽ in loco quietis. D. Hiero. de Iudæis ad Chrĩum cõuersis interpretatur. Cùm populus Iudæorum, ait, qui Romano remanserat gladio, vel certè irã furoris Dñi potuerat euitare, inuenit grã ĩ deserto gẽtiũ, vt intra turbã nationũ in Ecclesia saluẽt: vnde va

Psal. 32.

Psal. 22.

vadet

det & inueniet requiem suam Israel, quam semper sperauerat, quam ei prophetarum promiserant vaticinia. Septuagin. multò aliter habent. Inueni calidum in deserto, cum his qui perierant gladio: ite, & non perdatis Israel. Diuus Hierony. ait eos pro חן chen, idest gratia, legisse חם cham, quod calidum significat; Sunt etiam hæ literæ permutabiles adinuicem, & iuxta hanc lectionem interpretatur, inuenisse Deum calidos atq; viuentes Apostolos, & socios eorum in deserto gentium, inter eos qui cum infidelitate sua interfecti fuerant, nec habebant calorem vitæ. vnde pręcipitur Angelis, & his qui in ministerio Dei sunt, ne omnes interficiant, ne Israel penitus deleatur, sed sint qui viuant & caleant ardore fidei. Theodo. Syrus inquit & Hebręus posuerunt misericordiam. & cum eo Græcæ vocis interpretatio quandam habet cognationem: quia dum quis calefit, laxatur ad misericordiã. Desertũ autẽ, ait, vocat Babylonẽ, & docet Dñm desertum esse seruientium illic. Possumus ergo ita interpretari, vt dicat Deus. Inueni calidum mea misericordia, scilicet in deserto, hoc est in Babylone, vt idẽ sit calidũ, ꝙ cõsequutũ misericordiã, & veluti calefactũ Dei propiciatione, quasi dicat. Sensit misericordiam meã popul⁹ qui erat in Babylone, vel in deserto, post quã eductus est de Ægypto, cum his qui perierãt gladio. Possumus de illis intelligere, qui occisi sunt propter adorationẽ vituli. Oẽs enim senserant Dei misericordiã, quãdo educti sunt de Ægypto. Quod autẽ ait, & non perdatis Israel, potest sic exponi. Ite, sub. in requiẽ vestrã, & non pereatis ô Israel. Nã ὀλέσητε, ꝓ habent Sep. ꝑdatis & pereatis potest interpretari, & hoc

modo

modo idem erit ſenſus cũ noſtra litera. *Vadet.* In Heb. הלוך haloch. ire, vel eundo: ſolet pro imperatiuo vſurpari, vadat, & pro præterito, ambulauit, iuit: & in hac ſignificatione nonnulli de Deo interpretantur hac ratione. Iuit Deus, vt illi requiem pararet: præcedebat enim populum ſuum Deus die in columna nubis, & nocte in colũna ignis. Pag. Iuit Deus ante eum, vt requieſcere faceret eum. Sic etiam Chald. Paraph. Duxit verbo ſuo, vt collocaret Iſraelem in loco quietis. *Longe Dominus apparuit mihi. Et in charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te miſerans.* Dialogus inter Synagogam & Deũ. Ait Synagoga, olim fauit mihi Domin⁹. quaſi dicat, videtur me nunc deſeruiſſe. Reſpondet Dominus. Non te deſerui, ſed eodem quo olim proſequor amore. Chald. Paraph. Dixit Ieruſalem, Iam olim reuelatus eſt Dominus patribus noſtris. Propheta dic eis, Ecce dilectione ſempiterna dilexi vos, ideo duxi vos in benignitate. *Longe.* Heb. מרחוק merachoc, à longinquo, hoc eſt à longo tempore, nempe quando me ex Ægypto liberauit, & in deſerto legẽ dedit. Septua. Dominus de longe apparebit ei. futurum pro præterito interpretati. Referunt id ad Chriſti aduentum, vel ad vocationem ad fidem, quando reliquię ſaluæ fiẽt, quaſi dicat. In nouiſſimis dieb⁹ apparebit ei Domin⁹. Sic etiam D. Hie. lõge, inquit, Iſrael receſſerat à Deo, id eſt cùm dixiſſet, Non habemus regem niſi Cæſarem. Et, Venite, & interficiamus eũ, & noſtra erit hæreditas. propterea Dominus poſt multũ tẽpus apparuit ei, non tempore Zorobabel & Esdræ, poſtquam rurſum capti ſunt, ſed in charitate perpetua dilexit eum, quæ nullo fine delebitur. Et attraxit eum miſe-

Rom. 11.
Ioan. 19.
Mar. 12. *a.*

rans:

rans: nequaquam enim merito, sed clementia saluatus est. *Et in charitate perpetua dilexi te.* Potest & hoc confirmatio esse eius quod dixit, à longo tempore apparuit Dominus mihi. quasi dicat, Ita est vt dicis: dilexi enim te charitate ppetua. Vox Heb. עולם holam, perpetuum, & tempus longum significat. Vnde à longo tempore charitate dilexi te, vel diuturna charitate, interpretari possumus, cùm scilicet in Ægypto esses, indeq; eduxi te miserans vicem tuam, & seruitutem durissimã qua premebaris. Sed & dilectio, qua Deus nos diligit, æterna est, sicut & ipse ęternus. Elegit nos ante mundi constitutionem. Elegit autem, quia dilexit. Vide ergo quam charitatem rependere debeas tam antiquo amatori. Dilexit te charitate perpetua. Cur ergo, vel nunc tandem non redamabis? Cœpisti nimiũ sero ęternum amatorem diligere: tarditatem feruore compensa. Breue est tempus vitæ nostræ ad redamãdum eum, qui ab ęterno nos amauit: Cur ex tam breui tempore tot partes auferre non vereris? Cur tuam differs cõuersionem, vt necdum incipias diligere eũ, qui te ab ęterno dilexit? Dilige ex toto corde, dilige ex tota mente, dilige ex tota anima, dilige totis virib[9], dilige in omni tempore. Heu Domine Deus amator meus. Sero te cognoui bonitas antiqua, sero te amaui charitas ęterna. *Ideo attraxi te miserans.* Septua. in miserationem. Chal. Para. in benignitate. Heb. misericordia. Nonnulli transferunt, attraxi tibi misericordiam. Hoc est, vsus sum misericordia erga te: nec volui te perdere, sed corrigere solùm. Nemo venit ad me, ait Chrũs, nisi pater meus traxerit illũ. Et D. Pau. Cuius vult miseretur, & quẽ vult indurat. Et miserebor cui[9]

Ephes. 1. a

Mat. 22. Marc. 12. Luc. 10:

Aug. li. 10. Confess. Cap. 27.

Ioan. 6. e

Rom. 9. d

misereor, & misericordiã præstabo cui miserebor. Igitur non volentis, neq; currentis, sed miserẽtis est Dei. Sic Dauid clamat. Miserere mei Deus secũdùm magnam misericordiam tuam. Et secundum multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam. Vel, attraxi te misericordia, hoc est, beneficijs. Sic Oseę xi. Quia puer Israel, & dilexi eum: & ex Ægypto vocaui filium meum. Et ego quasi nutritius Ephraim, portabam eos in brachijs meis, & nescierunt quòd curarem eos. In funiculis Adam traham eos, in vinculis charitatis. Sic & Christus. Ego, inquit, si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipsum, vel attraxi, idest attraham, prçteritũ pro futuro. Hoc est, reducam ex captiuitate. Vnde subdit. *Rursumq; ædificaberis virgo Israel*. Restaurabuntur ruinæ tuæ. Hoc per cõuersionẽ ad Christũ perfectissimè cõpletũ est. Virgo Israel, & filia populi mei, idẽ est: significatq; populũ Israeliticũ. Annotãt nõnulli virginẽ vocari gentẽ Israeliticam, antequam exteris seruiret, aut alienos deos coleret. Sed hoc in loco ad populũ ob idololatriã in captiuitatẽ adductũ est sermo. Possumus nihilominus sic interpretari. Virgo Israel, hoc est, quç aliquãdo fuisti virgo. vel ędificaberis virgo, vt scilicet virgo sis, iuxta illud D. Pauli. Despondi vos vni viro virginẽ castã exhibere Christo. *Ædificabo, et ædificaberis*. Tautologia est in sacris literis frequẽtissima. Nec ociosè. nam nisi ipsę ędificet, nõ ędificabit. Nisi Dñs ędificauerit domũ, in vanũ laborauerunt qui ędificãt eam. Chal. Para. Adhuc confirmabo te, & confirmaberis cœtus Israel. *Adhuc ornaberis tympanis tuis, & egredieris in choro ludentium*. Hoc est, restituam te in pristinam gloriam.

Psal. 50.

Ioan. 12. e

2. Cor. 11.

Psal. 126

riã. ornari tympanis, metaphoricωs dictum existimat Kimchi, metaphoram explicat Chald. Para.: Adhuc ornaberis ornamentis. Sed sine metaphora potest explicari. Ornatur enim tympanis turma saltantiũ. Verbum etiam quod est in Heb. עדה hadah, ornari, & decorari, & transire significat. Vnde possumus interpretari, trãsibis tympanis: quod apertiùs significatur, cùm subiungit, *Et egredieris in choro ludentium*. Signa sunt hęc gaudij & lætitię. Heb. תוף top, tympanum significat, à sono factum nomen. Sic etiam Hispanè cùm sonum tympani referre volumus, dicimus *topotop*. D. Hieron. Adhuc ornaberis tympanis tuis, vt canas Domino in Ecclesijs, omni in te malorũ operũ carne cõsumpta. Fit enim tympanũ ex pelle à carne mundata. Et egredieris in choro ludentium cum gẽtium turbis. *Adhuc plantabis vineas in mõtibus Samariæ*. Iudęi reuersi ex captiuitate non possederunt Samariam: ibi enim gẽtes habitarunt aliunde adductę. Oportet ergo intelligamus de conuersione Samaritanorum ad fidem, & per vineas Ecclesias particulares, quasi dicat. Cõuertes multos in Samaria prædicatione Euãgelij. Vide Ioã. 4. & Actu. 8. Meminit mõtiũ, quòd vineę montes ament. Vel per montes Samariæ, vniuersa terra Iudęæ intelligi debet, à parte totum per Synechdochen. *Plantabũt plantantes, & donec tempus veniat, nõ vindemiabunt*. Alludit ad id quod Leu. 19. præcipitur. Fruct⁹ enim tribus primis annis à plantatione arborum immundi erant, nec licebat illis vesci. Quarto anno consecrabantur Domino. Quinto anno prophanabantur, hoc est, fiebant cõmunes, & licebat eis vesci. Hoc est ergo quod ait, fruentur laboribus suis. Lætitiam capient, cùm viderint

rint

rint eos quos instruxerint, in fide profecisse. Sic D. Ioan. Maiorem horum non habeo gratiam, quàm vt audiam filios meos in veritate ambulare. Septua. Plã tantes plantate, & laudantes laudate. Chald. Para. Plã tate plantantes, & publicate. Eadem est sentẽtia. Hoc est, cõmunes facite fructus, vt possitis illis vesci. Hebr. חללו chilelu, prophanabunt, vel communem faciẽt, hoc est, vindemiabunt. Rectè noster interpres senten tiam reddidit. Sic Deut. 20. Quis est homo qui planta uit vineam, & nec dum fecit eam esse cõmunem, de qua vesci omnibus liceat. Ibi in Hebr. est eadem vox, quæ hoc loco. Significat etiam hoc verbum, tibia canere. Et in ea significatione interpretati sunt Septua. & laudantes laudate. Sed & vindemia non fit sine cãtu & lætitia magna. *Et donec tempus veniat non vindemiabunt.* Multa opus est patientia in vinea Domini excolenda: neq; cessandum est à prędicatione, quãuis non statim fructus videas. Prędica verbum, insta, opportu nè, in multa patientia, nec defatigeris: vindemiabis, dũ tempus veniet. Nam neq; qui plãtat aliquid est, neq; qui rigat, sed qui incrementum dat Deus, Qui operatur omnia secundùm consilium voluntatis suæ, vt simus in laudẽ glorię eius. Ne quis dicat, Ego sum Pauli, & alius, ego sum Apollo. Sed vnusquisq; dicat, ego sum Christi. Hoc ipsum accipe de vinea cordis, quam vnusquisq, excolere debet. *Quia erit dies in quo clamabunt custodes in monte Ephraim. Surgite & ascendamus in Siõ ad dominum Deum nostrum.* Hoc est. Prædicatores Euangelij hortabuntur, vt confluant ad Ecclesiam, extra quam nulli esse potest salus. In monte Ephraim, ait, vt conuersionem decem tribuum significet. Est enim

3. Ioan. 6.

2. Tim. 4

1. Cor. 3.

Ephes. 1.

Oo mons

mons hic in Samaria; vbi priùs decem tribus habitabant. Septuaginta. quia est dies vocationis respondentium in montibus Ephraim: Surgite. &c. Eadem est sententia. Chald. Paraph. Nam est longitudo dierum, & multum bonum euenturum est iustis, qui seruauerunt legem meam ab initio: pars eorum erit in terra Israel, qui desiderabant annos cõsolationis. Qui dicitis, Quando surgemus, & ascendemus in Sion, & apparebimus coram Domino Deo nostro? Hic vnus est ex locis in quibus Chaldaica Paraph. Rabinorum somnijs respersa est. Expectant Rabini obcæcati, quibus nondum datum est lucem videre, Ierusalem nouam, & regnum Messiæ terrenum. Sed frustra. Nam Ierusalem reædificata est per Christum, & magna & pretiosæ dona nobis donata sunt, non seruantibus legem Moysi, quæ finem habuit, sed fidem Iesu Christi, & Euangelium sectantibus. *Quia hæc dicit Dominus. Exultate in lætitia Iacob, & hinnite contra caput gentium, personate, canite, & dicite: salua Domine populum tuum reliquias Israel.* Hoc est. Exultate propter lætitiam Iacob, idest populi Dei, & clara & læta voce vociferamini contra gentes à quibus captiui detinentur. Vel contra gentes, quę prædicationi Euãgelij bellum mouẽt, & orate Dominum, vt conuertat reliquias Israel. Sermo est ad prædicatores Euangelij, qui non aliter possunt rectè officium sum obire, nisi cum prædicatione supplicem ad Deum orationem coniungant. Septuagin. eandem habent sententiã. *In lætitia Iacob.* Vox Iacob, in Hebræo habet præpositum ל signum datiui casus, idest, ipsi Iacob, vel propter Iacob. Quamquã, vt nonnulli aiunt, potest accipi loco ב. vt exponamus, in

mus, in lætitia in Iacob. Septuag. Sic dicit Dominus Iacob. Exultate & hinnite. Chaldai. Paraphra. Quia hæc dicit Dominus, laudate viri domus Iacob in lætitia. *Et hinnite contra caput gentium.* Cōminationem significat. Alij, in capite gentium. ב præpositum, in, & super, & propter significare potest. Diuus Hieronymus. Hinnite, ad caput gentium referentes cuncta, quia cauda quondam versa est in caput. Chaldaica Paraphra. Et exultate capite nudo in oculis omnium populorum. *Ecce ego adducam eos de terra Aquilonis, & congregabo eos ab extremis terræ.* Ecce fructus orationis pro conuersione & salute fidelium. Dixerat enim, Dicite, Salua Domine populum tuum reliquias Israel. Et respondet Dominus, Ecce ego adducam. &c. hoc est, Faciam vt petitis. Per terram Aquilonis, infidelitatem optimè intelliges, sicut per extrema terræ. Longè enim à peccatoribus salus. *Inter quos erunt cæcus & claudus, & prægnans & pariens simul, cœtus magnus reuertentium huc.* Non est personarum acceptor Deus, ait D. Paulus. Neq; est apud illum masculus, neq; fœmina. Omnes vult saluos fieri, omnes vocat, neminem contemnit. Luc. 14. dixit pater familias seruo suo, Exi cito in plateas & vicos ciuitatis, & pauperes, ac debiles, & cæcos, & claudos introduc huc. Sed & Isaias. Tunc aperientur oculi cæcorum, & saliet sicut ceruus claudus. Quod & iuxta literam, & in spiritu per Christum factum est. Septuaginta. Congregabo eos ab extremo terræ in solennitate Paschæ. Et generabunt filios multos, & reuertentur huc. Iudæi sub Esdra post diem Phase egressi sunt de Babylone, vt reuerterentur Ierusalem. Et hoc fortasse volue

Psal. 118.

Gal. 3.

Isai. 35. b.

Oo 2 runt

runt significare Septuagin'. Sed typus illud fuit, non veritas. Nam multa quę hic prædicuntur, non tunc, sed tempore Christi fuerunt completa. D. Hieronymus quod hic habent Septua. in solennitate Paschæ &c. de tēpore, quo Christus passus est, interpretatur. Tunc enim propter solēnitatē Paschæ multus cōfluxerat populus. Et moriēs Christus multos generauit, sicut ipse dixerat. Ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipsum. Et Isa. Si posuerit pro peccato animā suam, videbit semen lōgęuum. *In fletu venient, et in misericordia reducam eos.* Hoc est. Prę gaudio flebūt. vel deflentes peccata sua. Sep. In fletu egressi sunt, & in consolatione adducam eos. Hoc est, quando capti ui adducti sunt, ibant gementes: sed reuertentur magna cū lętitia. Sic etiā Chal. Par. In trāsmigratione sua cùm flerent, migrarūt. At cùm reuersi fuerint de medio transmigrationis suę, in miserationibus multis appropinquare faciā eos. In Heb. יבאו iabou, venient. Nōnulli codices habēt, & in precibus. Sed nō est in Heb. neq; in Sep. *Et in misericordia.* Heb. Cū misericordijs. Hoc est clemētissimè, summa clementia reducā eos, qui abducti erāt à Sathana. *Et adducā eos per torrentes aquarū in via recta, & nō impingēt in ea, quia factus sum Israeli pater, & Ephraim primogenitus meus est.* Copiā grē & doctrinę significat, quibus via facilis redditur, & offendicula omnia auferūtur. Erunt praua in directa, & aspera in vias planas, ait Isaias. Quod cōpletū esse in Chri aduētu docet Euāgeliū. Per Israel & Ephraim, decem tribus intelligūtur, eo q Ieroboā fili' Nabath ex hac tribu regnū prim' obtinuit in Samaria. Vide 3. reg. 12. Sed & Ephraim populi ex gētibus congregati

Ioan. 12.

Isai. 53.

Isa. 40. a

Luc 3.

typus fuit. Nam cùm posterior filius Ioseph esset, surripuit primogenita Manasse, qui maior natu erat. Sed in mysterio crucis decussatis manibus. Vide Gen. 48. Sic per crucem Christi populus ex gentibus primatũ obtinuit in Ecclesia. Chal. Paraph. Quia fuit verbum meum Israeli quasi pater, & Ephraim dilectus est coram me. Septuaginta et Hebræ. habent vt nostra. *Audite verbum Domini gentes, & annuntiate in Insulis quæ procul sunt, & dicite. Qui dispersit Israel, congregabit eum, & custodiet eum sicut pastor gregem suum.* Audiãt omnes Dei benignitatem erga Israelem, vt tanta Dei benignitate, & clementia audita, nemo sit qui non libenter ad eum accedat, eumq; pro Deo habere velit. Congregat dispersos, & custodit ne dispergantur. Nõ est cur desperet quis, quãtumuis dispersum se videat. Est qui congreget, & custodiat. Quoties, ait Christus, volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina cõgregat pullos suos sub alas, & noluisti. *Redemit enim Dominus Iacob, & liberabit eum de manu potentioris.* Hoc est, de manu Sathanæ. Qui tanquam fortis armatus custodiebat atrium suum, & in pace erant omnia, quę possidebat. Sed venit fortior eo, qui eum vicit, & arma eius diripuit, & spolia distribuit. Fortiores quidem nobis sunt aduersariæ potestates, si naturam fragilitatis humanæ cõsideres. Sed nos fortiores fide, Dei gr̃a & protectione. Vnde Dauid. In te inimicos nostros ventilabimus cornu, & in nomine tuo spernemus insurgentes in nos. Et rursum. Super Aspidem & Basiliscum ambulabis, & cõculcabis leonem & dracone. Et Christus ad suos. Ecce dedi vobis virtutem calcandi super serpentes & scorpiones, & super omnem vir

Mat. 23.

Luc. 11. c.

Psal. 43.

Psal. 90.

Luc. 10.

tutē inimici. *Dominus.* יהוה Iehoua, Christus qui nos redemit, ver⁹ est Deus, patri cōsubstātialis. Quod significat nomē Dei Tetragāmaton hic positū. *Et venient, et laudabūt in mōte Sion.* vtiq; liberati de manu potētioris, vt possint sine timore læti laudes Dñi liberatoris sui decātare in Ecclesia, quæ est domus Dei. *Et confluēt ad bona Domini super frumēto, & vino, & oleo, & fœtu pecorū & armentorum.* Confluent ad bona Domini possidenda, quibus abundabunt. Omnium rerum abundantiā significat. Quæ spiritualiter intelligenda sunt. Per frumentū & vinum, Corporis & sanguinis Christi ineffabile Sacramentum sub speciebus panis & vini. Per oleum verò, Spiritus Sancti gratia & vnctio. De quo in Psal. Impinguasti in oleo caput meū. Et, Vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ. Per fœtus pecorū & armentorum, multiplicationem fideliū, inter quos alij qui sunt simplices, alij qui possint cornibus aduersarios ventilare sapientia sua & doctrina. *Eritq; anima eorum quasi hortus irriguus, & vltrà non esurient.* Apertè innuit bona prędicta ad animam pertinere. Sep. Eritq; anima eorum quasi lignum fructiferum. vtiq; de quo in Psal. Erit tanquā lignū, quod plantatū est super riuos aquarū, quod fructū suū dabit in tēpore suo. Vide supra. 17. Cap. Chald. Para. Et erit anima eorū plena delitijs, sicut hortus irriguus qui irrigatus est, & non addent vt sint vltrà solliciti. Per aquarum fluenta, gratiam & doctrinam intellige, quibus animus irrigatur, vt semper sit floridus, fructumq; det in tempore suo, vt neque folium eius decidat. Porrò in tanta bonorum abundātia, quis esuriet? Qui biberit ex hac aqua, non sitiet in æternum. *Tunc lætabitur virgo in choro, iuue-*

Psal. 22. *Psal. 44.* *Psal. 1.* *Ioan. 4 b*

nes & senes simul, & conuertam luctum eorum in gaudium, & consolabor eos, & lætificabo à dolore suo. Communem lætitiam significat. In tanta bonorum abūdātia, quis non lætabitur? quis non exiliet præ lętitia? Per virginem, Chald. Paraph. cœtum Israel intelligit. Sed melius est propriam retinere significationem: virginum enim est in choro saltare. Iam verò quàm gloriosum est in Ecclesia Dei tot virginum, & iuuenum, & senū turmas in cœnobijs videre laudes Dei in choro decantantes summa cum hilaritate? vt dicant cum Propheta. Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum viuum. Et, Secundùm multitudinem dolorum meorū in corde meo, consolationes tuæ lætificauerunt animam meam. *Et inebriabo animam sacerdotum pinguedine, & populus meus bonis meis adimplebitur, ait Dominus.* De alijs, dicitur. Non esurient. De sacerdotibus, inebriabo pinguedine. Quid ni inebriabuntur pinguedine, qui die ac nocte in lege Dei meditantur, & sacrosancta mysteria corporis & sanguinis Christi frequētāt, & vitulum saginatum manducant? Comedite amici, bibite & inebriamini Charissimi. Et calix meus inebriās quàm præclarus est. Et, Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea. Per pinguedinem, dona spiritualia opima intellige. Alludit ad oblationes pingues, quarū pars cedebat sacerdotibus. *Hæc dicit Dñs. Vox in excelso audita est lamentationis, luctus & fletus, Rachel plorantis filios suos, et nolentis consolari super eis, quia non sunt.* Prophetiā hāc in nece infantiū, quos Herodes in Bethleē & finibus eius occidi fecit, completam esse docet D. Matthæus. vt per Rachel, Matronæ Bethleemiticæ intelligātur, eò quòd in Bethleem sepulta sit Rachel.

Psal. 83.
Psal. 93.
Cant. 5. a.
Psal. 22.
Psal. 26.
Mat. 2. c.

Vide Gen.35. Vbi obſeruat D. Hiero. Euangeliſtam locum hunc neq; iuxta Hebraicam lectionem, neq; iuxta Septuag. citaſſe. Ex quo, inquit, perſpicuum fit, *Eu*ã geliſtas & Apoſtolos nequaquam ex Heb. interpretationem alicuius ſequutos, ſed quaſi Hebræos ex Hebræis quod legebãt Hebraicè, ſuis ſermonibus expreſſiſſe. Iudæi de luctu matronarum Iuda intelligunt: vt per Rachel, Beniamin ex Rachele genitum intelligamus. Et Beniamin ad Iudam pertinet. Quo nomine duæ illę tribus Iuda, & Beniamin ſignificãtur, quaſi dicat. Congregatio Matronarum Iuda conſcendet loca edita regionis, vt illic lugeat, quò longiùs exaudiatur, liberos ſuos, dum abducentur captiui in Babylonem: nec admittet cõſolationem, cùm neq; vnus quidem remaneat. Tributur autẽ luctus hic mulieribus, quia fœminæ non tã ſollicitè abducũtur captiuæ, ſicut mares. Nõ eſt abſurdum locum hũc duabus rebus accõmodare, ſicut plerunq; fit in prophetis. Chal. Paraph. Vox in excelſo mũdi audita eſt, vox domus Iſrael flẽtis, & gementis poſt Ieremiam prophetam, quando miſit eum Nabuzardan princeps occidentium ex Ramah: Rachel lamentatur, & plorat ob amaritudinem Ieruſalem, plorat propter filios ſuos, & renuit conſolari ſuper filijs ſuis, quia migrauerunt. *Vox in excelſo.* ſubaudi colle. Vox Hebr. רמה ramah, excelſum ſignificat. Sed et Ramah vrbis nomẽ eſt in tribu Beniamin, à ſitu forſan dictę, quòd in colle aũt loco edito ſita eſſet. Quo nomine & alia oppida ſunt dicta. vt Iud. 15. Septuag. habent, in Rama. *luctus & fletus.* Hebr. fletus amaritudinũ, hoc eſt, amariſſimus. *quia non ſunt.* quòd ſcilicet omnes occiſi ſint: vel quia migrarunt, neq; v-

nus remanſerit. Heb. quia non ipſe, ſunt nempe, nam dictioni אין en affixa, id eſt pronomina, apponuntur vice verbi ſum, es, eſt. *Hæc dicit Dominus. Quieſcat vox tua à ploratu, et oculi tui à lachrymis, quia eſt merces operi tuo, ait Dñs, et reuertentur de terra inimici: & eſt ſpes nouiſsimis tuis, et reuertētur filij ad terminos ſuos.* D. Hie. De eiſdem infantibꝰ ab Herode interfectis interpretatur: vt ſermo ſit ad Rachel, vt lamentis finem imponat, eo quòd filij eius mercedē habituri ſint ſanguinis pro Chriſto effuſi. Et pro terra Herodis inimici, poſſeſſuri ſint regna cælorum: & reuerſuri ſunt in ſedem priſtinam, quādo pro corpore humilitatis, corpus receperint glorioſū. Et hanc vocat ſpem nouiſſimam, quando iuſti fulgebunt ſicut Sol, & infantes quondā paruuli atq; lactentes, abſq; ætatum incremēto, & iniurijs ac labore corporeo, reſurgent in virum perfectum, in menſurā ętatis plenitudinis Chriſti. *Quia merces eſt operi tuo.* Poſſumus per opera filios interpretari. Hoc eſt, his quos genuiſti, quaſi dicat. Non remanebunt abſq; mercede filij tui, qui pro Chriſto occiſi ſunt. Chal. Paraph. Quia eſt merces operibus patrū tuorum iuſtorū. Theodo. per opera quibus merces promittitur, intelligit pœnitentiam, quam in Babylone egerūt, de qua ſtatim. Audiens audiui Ephraim lugētem, Sic enim habent Septuag. *Et reuertentur de terra inimici.* Hoc eſt, ab infidelitate, à regione peccati. *Et ſpes eſt nouiſsimis tuis.* reliquijs ſcilicet, quæ ſaluę fient. *Et reuertentur filij ad terminos ſuos.* vel ad regionem ſuam, ad Eccleſiam nempe: Nā fiet vnum ouile, & vnus paſtor. *Audiens audiui Ephraim trāſmigrantem. Caſtigaſti me, & eruditus ſum, quaſi iuuenculus indomitus.* Per Ephraim, decem tribus intelliguntur, quibus pri

Epheſ. 4.

Ioan. 10.

bus primus imperauit Ieroboam fili⁹ Nabath. Multō, inquit, labore atq; verberibus eruditus sum, neq; profeci. Septuag. Audiens audiui Ephraim lamentātem. Castigasti me, & eruditus sum, ego quasi vitulus non didici. Chal. Para. Auditum & manifestum est coram me, quòd domus Israel plorat & gemit, pro eo quòd transmigrauerūt. Dicit enim, Induxisti super nos correptiones, neq; edocti sumus, quasi vitulus non assuetus iugo. *transmigrantem.* Heb. מִתְנוֹדֵד mitnoded, a radice נוּד nud, hoc est, mouere, migrare, cōmoueri, condolere. Vnde transmigrantem, & lamentantem transferre possumus. vel commemorantem apud se casus suos. *quasi iuuenculus indomitus.* Heb לֹא לֻמָּד lolumad, nō assuet⁹, subaudi iugo. Sic supra. 5. Cap. Percussisti eos, & non doluerunt: attriuisti eos, & renuerunt accipere disciplinam. *Conuerte me & conuertar, quia tu Dominus Deus meus.* D. Hie. Ergo id ipsum quod agimus pœnitētiam, nisi Dei nitamur auxilio, implere nō possumus.

Zach 1.a Alibi. Conuertimini ad me, & conuertar ad vos. Quo docemur liberū hominis arbitriū operari: spōtè enim conuertimur, & volentes. Sed hoc ipsum ꝙ est velle conuerti, non nisi Deo præueniente fit, iuxta illud. A

Isai. 26. spiritu tuo concepimus & parturiuimus. &c. *Postquam enim conuertisti me, egi pœnitentiā: et postquā ostendisti mihi, percussi femur meum.* Hoc est. Postquā fecisti vt in captiuitatem abirē, tunc me pœnituit, quòd cultū tuū dereliquerim. Et postquā ostēdisti mihi labores seruitutis & captiuitatis, dolui. Sep. Quia post captiuitatem meā egi pœnitētiā: & post quā cognoui, ego ingemui. Chal. Par. Quando enim nos redimus ad legem, consolationem accipimus: & nunc cū notum fuit nobis,

percussi-

percussimus femur nostrũ; Sic etiã nõ ante quis pœni tẽtiã agere potest, quàm Deus illũ ad se conuertat, vt cognoscat quę offenderit, & malũ & amarũ esse dere liquisse Dñm, & illi⁹ timorẽ abiecisse. Et postquã De⁹ ostẽdit nobis culpæ fœditatẽ, erubescimus, dolemus. Percutere femur, vel supra femur, signũ est dolentis. Solent enim qui dolent, vel pœnitẽt facti, femur percutere. *Confusus sum et erubui, quoniã sustinui opprobriũ adolescentiæ meæ.* Explicat magis quod dixit, *percussi femur meũ.* Cõfusus (inquit) sum, & erubui, cùm viderem me pœnas luere meorũ scelerũ, quę antea admiserã: nã abij in exiliũ. Sep. Ego ingemui in diebus cõfusionis, & ostẽdi te, qm accepi opprobriũ ex adolescẽtia mea. Chal. Par. Cõfusi sumus, & rubore suffusi, quia recepimus opprobriũ peccatorũ nostrorũ, quę à principio sunt. *Erubui.* Sic ĩ Heb. Sep. ὑπέδειξα. In Bib. reg. ostẽdi te. trãsferre possum⁹ timui te, vel expaui te. Nã ὑποδειδίζω Expauesco significat. Erubescẽtia autẽ species timoris est, vt in idem recidat, erubui & expaui, vel timui te *opprobriũ adolescentiæ meæ.* Hoc est, peccatorum quę in adolescẽtia cõmisi. Qui peccat adolescens est, imò puer, imprudẽs, parũ cordatus. Vnde illud. Male dictus puer centum annorũ. Sic & adolescẽtior filius à domo patris recessit, vt se ipsum pderet. Sic ĩ Ps. Delicta iuuẽtutis meæ, & ignorãtias meas ne memineris. Delicta iuuẽtutis vocat ignorãtias: qꝛ illa ętas ignorãtia plena sit, & etiã prauis cupiditatib⁹ admodu obnoxia: vt vix liceat, quid expediat, cognoscere. *Si filius honorabilis mihi Ephraim. etc.* D. Hie. verba sunt Dñi, quib⁹ ostẽdit in quãto pretio apud ipsum sit Ephraim, post quã pœnitentiam egit, vt in honore illum & delitijs

Isai. 65. d
Luc. 15.
Psal. 24.

 habeat.

habeat. Quod autē ait, *ex quo loquutus sum de eo*, Sep. habent, quia pro eo quòd verba mea in eo, memoria recordabor eius. Et iuxta hanc interpretationem exponit D. Hiero. recordabor eius, quia verba mea fuerūt in eo. Non in ore eius, non in labijs, sed in imo cordis affectu. Sic etiam fere Theodo. Si perseueres, inquit, eo vti affectu, memor prouidētiæ meę, bonis perfrueris. Et quia pœnitentia vsus est, & memor est mandatorum meorum, experietur prouidentiā mea. Chald. Par. Ecce sicut fili⁹ dilectus corā me Israel, vtiq; puer amabilis est. Quo enim tempore pono verba mea in corde eius, vt faciat ea: recordando recordor, vt bene faciam ei adhuc. *Si*. Heb. ה ha, An, num, nūquid, interrogandi, & admirandi particula est. In secundo loco, si puer delicat⁹. In Heb. אם im, si, & verè significat. Vnde possumus sic trāsferre. Num filius honorabilis mihi Ephraim, certè est, & puer delicat⁹. In quē sensum interpretari possumus lectionem nostram. Nā & Septuag. & Chald. Paraph. affirmanter legunt. Alij exponunt negatiuè, quasi dicat, nō est mihi pretiosus, neq; in eo est mihi consolatio aut delectatio, quandoquidem inobediens fuit, propter quod coactus sum eum expellere patria sua. Tamen ex quo incipio sermonē facere de illo, adhuc soleo recordari amoris, quo illū aliquando sum prosequutus. *Honorabilis*. Septuag. dilectus. Chald. Paraph. Sicut filius dilectus. Hebr. יקיר iachir, pretiosus, honorabilis, inclytus, gloriosus, a radice יקר iachar, in honore, & gloria, & pretio esse. Nimis honorati sunt amici tui Deus, ait propheta. Et 1. reg. 2. ait Dominus. Quicūq; honorificauerit me, glorificabo eum: qui autem cōtemnunt me, erunt ignobiles

Psal. 138.

biles. *Puer delicatus.* Hebr. filius delitiarum vel lætitiarum. Quidam volunt nomen ילד ieled, primum ætatis gradum significare, hoc est, infantem recenter natum. Eo autem tempore teneriores sunt filij, & delitiæ parētum. *qui a ex quo loquutus sum de eo.* Heb בו bo, cum eo, & in eo, & de eo significat. Interpretari possumus, ex quo loquutus sum de eo, vt scilicet eū ad me reducerem. vel ex quo decreui ad me reducere, semper memoriā eius faciā. Aut recordabor verbi quod loquutus sum, vt illum ad me reducam. *Adhuc recordabor.* Heb. recordādo recordabor. hoc est, certissimè recordabor. *Idcirco conturbata sunt viscera mea super eū, miserans miserebor eius, ait Dominus.* D. Hiero. Fuerunt quidem sermones mei in eo, & omnia mandata mea auido suscepit animo, & in suo corde seruauit: & tamen miserans miserebor eius, ait Dominus, vt ostenderet omnium hominū iustitiam indigere misericordia Dei. Septuag. Idcirco festinaui super eum. Chald. Paraph. commota sunt viscera mea super eos. Hebr. המו hamon, sonauerunt, fremuerunt, cōturbata sunt, à radice המה hamah, Septuag. videntur deduxisse à radice מהר mahar, vt loco Vau, Res, legerint. Est enim magna vicinitas inter has duas literas. Quanquā possumus dicere, festinaui super eū, idem esse quod motus sum super eum, hoc est, commotus: quod est idē cum eo quod nos habemus, *conturbata sunt viscera mea super eum.* Significat autē doluisse Deum vicem eius. Sic Ose. 6. Quid faciam tibi Ephraim? quid faciam tibi Iuda? verba sunt commiserantis. Loquitur autem Deus humano more. Explicat autem quid sit, cōmota fuisse viscera super eum, cū subdit. *Miserans mi-*

rebor. Tautologia frequentiſſima in ſacris literis, & au-gendi gratia fit. Hoc eſt, certiſſimè miſerebor. *Statue ti-bi ſpeculam, pone tibi amaritudines: dirige cor tuum in viam rectam, in qua ambulaſti: reuertere virgo Iſrael, reuertere ad ciuitates tuas iſtas.* D. Hiero. ſtatue tibi ſpeculas, ſiue ſpe-culatores, qui tibi prænuntient aduenire tibi tantam rerum omnium fælicitatem, & plange antiqua pecca-ta, vel præ gaudij magnitudine, & tota mente ad Deũ conuertere, & dirigere, vel pone cor tuum in viam rectam, per quam profecta es: inde enim reditura es. Nam reuerti te faciam ad ciuitates tuas, quas capti-ua deſeruiſti. Theodo. Animaduerte benè, quos fru-ctus ex tranſgreſſione decerpſiſti: quæ verò bona con-ciliauit tibi pœnitentia. *Statue tibi ſpeculam.* Septuagin. Statue tibi ſpeculatores. Chald. Paraph. Cœtus Iſrael recordare tibi operum patrũ tuorum rectorũ. Effun-de preces. Heb. ציונים ſiiunim, à radice ציון ſiian, ſtatuã, titulum, aut ſignum ſignificat, quod ponitur ſuper ſe-pulchrum, vel iuxta viam. Vnde nonulli ita exponũt, Statue tibi titulos, vel aceruos lapidum, quaſi dicat. O congregatio electorum, quæ quotidie Dei tui ignara tranſis in poteſtatem Sathanæ, vias illas quibus iter fa-cis, dum abduceris ad tyrannum, nota, & ſigna titulis, & altis lapidum aceruis: vt cùm tibi redeundum erit in patriam tuam, facilè viam quam tranſiſti, inuenire poſſis. Vel, vide quid tibi occaſio peccãdi fuit, vt dein-ceps caueas, & declines ab huiuſmodi occaſionibus. Sed à radice צוה ſaiah, eſt ציון ſiion, quæ vox acer-uum, & ſpeculam ſignificat, vel quòd ex ſpecula ſig-num datur, vel quòd ſit erecta, & eminens, & in ſignũ omnium. *Statue tibi ſpeculam.* Hoc eſt, vigila in tui cu-

ſtodia,

stodia. Sic Isai. 21. Super speculam Domini ego sum, stans iugiter per diem, & super custodiam meam ego sum, stans totis noctibus. Et Hab. 2 Super custodiam meam stabo. *Pone tibi amaritudines.* Sep. ûa. Fac pœnã. Theodo. legit. Sume de te supplicium. Chal. Paraph. In amaritudine pone cor tuũ. Eadẽ est sentẽtia. Heb. תמרורים tamerurim, amaritudines significat, à radice מרר marar, quod est amarescere, amarum esse. Nonnulli Hebræorum titulos excelsos, vel cumulos interpetantur: & exponunt sicut illud quod præcessit, *Statue tibi speculam.* Alij statuas amaritudinum, seu idóla irritantia exponunt. Sicut & illud Ose. 12. Ad iracundiã me prouocauit Ephraim in amaritudinibus suis. vbi in Heb. eadem dictio habetur. Verbum מרר marar in Hithpael eleuare significat. Et in hunc sensum etiam interpretari possumus literam nostram, pone tibi amaritudines, hoc est, statue ante cor tuum excelsa, vel idóla quibus amarescere fecisti, & irritasti Deũ tuum. Vel sicut alibi. Vide quia malũ & amarum est dereliquisse te Dominum Deum tuum. Considera diligenter, quas pœnas pro peccatis tuis sustinuisti, & quæ te manẽt post mortem multò amariores & acerbiores. *Dirige cor tuũ in viam rectum, in qua ambulasti.* Scilicet aliquando, quasi dicat. Recogita, quàm bene tibi fuerit, quãdiu viã rectã tenuisti. Vel possumus preteritũ pro futuro vel prę'enti interpretari, quasi dicat. Statue in corde tuo, vt post hac ambules p viã rectã mandatorũ Dei. Sic Propheta. Iuraui, & statui custodire iudicia iustitiæ tuæ. Et inclinaui cor meũ ad faciẽdas iustificationes tuas. Sep. Da cor tuum in humeros tuos. Chald. Paraph. Contemplare opera quæ fecisti, an recta sint

Psal. 118.

cta sint, cùm transmigraueris in viam longinquã. Iuxta hanc sententiam interpretari etiam possumus literam nostram. Heb. לַמְסִלָּה lamsilah, ad viam tritam, à radice סָלַל salal, quod est eleuare viam, vel sternere aggesta terra, vel lapidibus. Vnde nomen, viam eleuatam, vel stratam lapidibus, & viam tritam & calcatã, & viam sine lapidibus & offendiculis significat. Nam סלה halah, calcare significat. Nostra lectio habet *rectã:* nam via sine offendiculis, via recta est. Sensum magis expressit noster interpres. Quod autem Septuag. transtulerunt, Da cor tuum in humeros tuos, nescio quomodo cum Hebręo conueniat, nisi legamus ὠμοὺς quod duros significat. Nam ὦμος cum ω circumflexo humerum significat, at verò ὠμός cùm acuitur, durum & sæuum. via autem trita & calcata est via dura. Cùm autem solo accentu duæ illæ dictiones differant, facilè potuit irrepere error, præsertim cùm antiquitus huiusmodi accentus non notarentur. D. Hiero. eodem modo legit iuxta Septuag. & etiam Theodoretus. Interpretatur autem D. Hiero. hac ratione. Da cor tuum in humeros tuos, hoc est, cogitationes operibus iunge. Siue contemplare humeros portantium te, & de captiuitate reducentium. Quod Isaias plenius exequitur Cap. 60. Vbi in camelis, & currib⁹, ac basternis eos asserit reducendos. Theodo. Impone tibi onus pœnitentiæ; permane in his, quæ rectè elegisti. Iuxta hanc interpretationem idem est sensus cum nostra lectione. *Reuertere virgo Israel, reuertere ad ciuitates tuas istas.* Chald. Paraph. Nunc autem cõuertere cœtus Israel ad legem, & reuertêris ad ciuitates has. Non nulli subaudiendũ volunt, Nã olim sum tibi dicturus

reuerte

reuertere &c, vel reuertere pro reuertêris: vel reuerti te faciam, sicut interpretatur D. Hiero. De conuersione ad fidem hoc intelligitur, quandoquidem certum est nũquam reuersum fuisse Israelem, hoc est, decem trib⁹ ad ciuitates suas: Sed per ciuitates, Ecclesias particulares intelligere debemus. Suas autem dicit, propter Dei prædestinationem. Sic cælestem patriam, patriam nostram dicimus, ad quam prædestinati, & electi sumus. *Vsquequo delitijs dissolueris filia vaga? Quia creauit Dominus nouum super terram. Fœmina circundabit virũ.* D. Hiero. vsquequo negligentia dissoluêris, & profundo errore vagaberis? Respice quid dicturus sum: & vnde tibi tãta beatitudo expectãda sit, diligenter attẽde. Audi quod nunquam antea cognoueras. Nouam rem creauit Dominus super terram. Absq; viri semine, absq; vllo coitu, atq; conceptu, fœmina circundabit virum gremio vteri sui, qui iuxta incrementa quidem ætatis per vagitus, & infantiam proficere videbitur sapientia & ætate: sed perfectus vir in vẽtre fœminea solitis mensibus continebitur. Litera nostra conuenit cum Heb. quamuis Septuag. aliter habeant, fortassis vt mysterium Incarnationis Gentibus, quibus interpretabantur scripturas, celarent: ne quasi impossibile reputarent, vt mulier circundaret virum. *Vsquequo delitijs dissolueris?* Heb תתחמקין titchamachin, à radice חמק chamach, quod est, circuire. Circuibis, vel diuertes, aut declinabis, vel hûc & illûc te vertes, vel discurres, vel vagaberis, trãsferre possumus, quasi dicat. Quóusq; hucillucq; discurres, idolorũ nempe causa? Quod autem noster interpres habet, *delitijs dissolueris,* inde est, quòd verbũ huic affine חמד chamad, significat

cat appetere quod iocũdum, et gratum, & voluptuosum est. Chald. Paraphra. Quousq; tu obfirmas, quo minùs redeas; Septuag. Lugens vsquequo conuertêris. Theodore. dictionem lugens cum superiori oratione coniungit, hoc modo. Reuertere in ciuitates tuas lugens. Et exponens ait, Nec huiusmodi luctus aduersatur lætitiæ: cùm nos, alioqui fruentes bonis, memores esse debeamus propriorum delictorum, & ea deflere. Diximus iam dictionem in Hebr. significare discurrere, vagari hũc atq; illuc: & quia qui nõ vult aliquò ire, huc illucq; discurrit, neq; viam ingreditur, in hunc sensum interpretati sunt Septuagin. & Chal. Paraph. vsquequo renuis conuerti? Sic etiam in hunc sensum interpretari possumus literam nostram, Vsq; quo delitijs dissoluêris, vt conuersionem tuam differas? vt delitijs dissolui sit, laborem fugere, negligentia & pigritia detineri, sicut D. Hieronymus interpretatur. *filia vaga.* Heb. השׁובבה hasobebah, rebellem significat, à radice שׁוב sub, significat reuerti, redire, conuerti, auerti, rebellare. Sed etiam שׁבב sabab, in Pihel facere vagari significat: vt vagam etiam interpretari possimus, sicut nostra habet lectio. Septuag. filia desperata. Ita Bibl. reg. Diuus Hieronymus, despecta, legit iuxta Septuag. Theodore. ignominiosa legit. Græcè ἀπεγνωσμένη diffisam, desperatam sed improbatam, quod idem est quod despectam & ignominiosam, interpretari possumus. Nam ἀπογινώσκω desperare, & improbare significat. & sic conuenit cum Hebr. Nam שבב sabab, abiectionem, reiectamenta significat. Chald. Paraphra. Cœtus cuius auersiones sunt multæ. *Quia creauit Dominus nouum super terram.* Ita in Heb.

Est autem præteritum pro futuro, more prophetico. Obseruat Diuus Hieronymus natiuitatem Saluatoris, & conceptum Dei creationem nuncupari. Verbum Hebr. ברא bara, notant peritissimi linguæ Hebr. Deo propriè conuenire, non homini: ille enim ex nihilo aliquid facit, quod prius non erat, vt in mundi creatione fecit: vel ex præiacenti materia, nouo modo, & singulari consilio atque omnipotentia aliquid condit, & exhibet, quod nulla creatura possit efficere, sic fuit conceptus beatissimæ Virginis. & in hac significatione accipi debet in præsenti loco. *Fœmina circũdabit virũ.* Nomen נקבה neckbah, hoc est fœmina, nomẽ est sexus, nõ corruptionis, & nõ tantùm ad homines, sed & ad alia animãtia pertinet, sicut & latinũ fœmina. Nomẽ autẽ Heb. גבר gaber, hoc est, vir, à radice גבר gabar, roborare, & fortificare significat: de viro iã perfectæ ætatis dicitur. Christus autẽ in vtero adhuc virginis vir fuit, non propter corpus, sed propter animum, vt diximus suprà ex D. Hierony. quod propheta significare voluit, virum vocans, Septuaginta. quia creauit Dominus salutem in plantationem nouam. in salute tua circuibunt homines. Theodoretus interpretatur. Hoc loco, ait, apertè ostendit causam reuocationis Iudæorum ex captiuitate, cùm per eam vaticinetur futuram nouam plantationem. Hanc enim mũdo attulerunt, qui ex ea, hoc est ex Iudæis reuocatis ex captiuitate nati sunt, Apostoli nõpe. hi enim ꝑmeantes omnes gentes, & lustrantes omnia regna ꝑ Dei cognitionem & prædicationem Euangelij illis salutem attulerunt. Non video, qua ratione hæc interpretatio Septuag. cum Heb. conueniat. Sed videtur

tutē inimici. *Dominus.* יהוה Iehoua, Christus qui nos redemit, ver⁹ est Deus, patri cōsubstātialis. Quod significat nomē Dei Tetragāmaton hic positū. *Et venient, et laudabūt in mōte Sion.* vtiq; liberati de manu potētioris, vt possint sine timore læti laudes Dñi liberatoris sui decātare in Ecclesia, quæ est domus Dei. *Et confluēt ad bona Domini super frumēto, & vino, & oleo, & fœtu pecorū & armentorum.* Confluent ad bona Domini possidenda, quibus abundabunt. Omnium rerum abundantiā significat. Quæ spiritualiter intelligenda sunt. Per frumentū & vinum, Corporis & sanguinis Christi ineffabile Sacramentum sub speciebus panis & vini. Per oleum verò, Spiritus Sancti gratia & vnctio. De quo in Psal. Impinguasti in oleo caput meū. Et, Vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ. Per fœtus pecorū & armentorum, multiplicationem fideliū, inter quos aliqui sunt simplices, alij qui possint cornibus aduersarios ventilare sapientia sua & doctrina. *Eritq; anima eorum quasi hortus irriguus, & vltrà non esurient.* Apertè innuit bona prędicta ad animam pertinere. Sep. Eritq; anima eorum quasi lignum fructiferum. vtiq; de quo in Psal. Erit tanquā lignū, quod plantatū est super riuos aquarū, quod fructū suū dabit in tēpore suo. Vide supra. 17. Cap. Chald. Para. Et erit anima eorū plena delitijs, sicut hortus irriguus qui irrigatus est, & non addent vt sint vltrà solliciti. Per aquarum fluenta, gratiam & doctrinam intellige, quibus animus irrigatur, vt semper sit floridus, fructumq; det in tempore suo, vt neque folium eius decidat. Porrò in tanta bonorum abundātia, quis esuriet? Qui biberit ex hac aqua, non sitiet in æternum. *Tunc lætabitur virgo in choro, iuuenes &*

Psal. 22.
Psal. 44.
Psal. 1.
Ioan. 4 b

nes & senes simul, & conuertam luctum eorum in gaudium, & consolabor eos, & lætificabo à dolore suo. Communem lætitiam significat. In tanta bonorum abūdātia, quis non lætabitur? quis non exiliet præ lætitia? Per virginem, Chald. Paraph. cœtum Israel intelligit. Sed melius est propriam retinere significationem: virginum enim est in choro saltare. Iam verò quàm gloriosum est in Ecclesia Dei tot virginum, & iuuenum, & senū turmas in cœnobijs videre laudes Dei in choro decantantes summa cum hilaritate? vt dicant cum Propheta. Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum viuum. Et, Secundùm multitudinem dolorum meorū in corde meo, consolationes tuæ lætificauerunt animam meam. *Et inebriabo animam sacerdotum pinguedine, & populus meus bonis meis adimplebitur, ait Dominus.* De alijs, dicitur. Non esurient. De sacerdotibus, inebriabo pinguedine. Quid ni inebriabuntur pinguedine, qui die ac nocte in lege Dei meditantur, & sacrosancta mysteria corporis & sanguinis Christi frequētāt, & vitulum saginatum manducant? Comedite amici, bibite & inebriamini Charissimi. Et calix meus inebriās quàm præclarus est. Et, Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea. Per pinguedinem, dona spiritualia opima intellige. Alludit ad oblationes pingues, quarū pars cedebat sacerdotibus. *Hæc dicit Dñs. Vox in excelso audita est lamentationis, luctus & fletus, Rachel plorantis filios suos, et nolentis consolari super eis, quia non sunt.* Prophetiā hāc in nece infantiū, quos Herodes in Bethleē & finibus eius occidi fecit, completam esse docet D. Matthæus. vt per Rachel, Matronæ Bethleemiticæ intelligātur, eò quòd in Bethleem sepulta sit Rachel.

Psal. 83.
Psal. 93.
Cant. 5. a.
Psal. 22.
Psal. 26.
Mat. 2. c.

Vide Gen.35. Vbi obseruat D. Hiero. Euangelistam locum hunc neq; iuxta Hebraicam lectionem, neq; iuxta Septuag. citasse. Ex quo, inquit, perspicuum fit, Euãgelistas & Apostolos nequaquam ex Heb. interpretationem alicuius sequutos, sed quasi Hebræos ex Hebræis quod legebãt Hebraicè, suis sermonibus expressisse. Iudæi de luctu matronarum Iuda intelligunt: vt per Rachel, Beniamin ex Rachele genitum intelligamus. Et Beniamin ad Iudam pertinet. Quo nomine duæ illę tribus Iuda, & Beniamin significãtur, quasi dicat. Congregatio Matronarum Iuda conscendet loca edita regionis, vt illic lugeat, quò longiùs exaudiatur, liberos suos, dum abducentur captiui in Babylonem: nec admittet cõsolationem, cùm neq; vnus quidem remaneat. Tribuitur autẽ luctus hic mulieribus, quia fœminæ non tã sollicitè abducũtur captiuæ, sicut mares. Nõ est absurdum locum hũc duabus rebus accõmodare, sicut plerunq; fit in prophetis. Chal. Paraph. Vox in excelso mũdi audita est, vox domus Israel flẽtis, & gementis post Ieremiam prophetam, quando misit eum Nabuzardan princeps occidentium ex Ramah: Rachel lamentatur, & plorat ob amaritudinem Ierusalem, plorat propter filios suos, & renuit consolari super filijs suis, quia migrauerunt. *Vox in excelso.* subaudi colle. Vox Hebr. רמה ramah, excelsum significat. Sed et Ramah vrbis nomẽ est in tribu Beniamin, à situ forsan dictę, quòd in colle aut loco edito sita esset. Quo nomine & alia oppida sunt dicta. vt Iud. 15. Septuag. habent, in Rama. *luctus & fletus.* Hebr. fletus amaritudinũ, hoc est, amarissimus. *quia non sunt.* quòd scilicet omnes occisi sint: vel quia migrarunt, neq; v-

nus

nus remanserit. Heb. quia non ipse, sunt nempe, nam dictioni pgen affixa, id est pronomina, apponuntur vice verbi sum, es, est. *Hæc dicit Dominus. Quiescat vox tua à ploratu, et oculi tui à lachrymis, quia est merces operi tuo, ait Dñs, et reuertentur de terra inimici: & est spes nouissimis tuis, et reuertẽtur filij ad terminos suos.* D. Hie. De eisdem infantib⁹ ab Herode interfectis interpretatur: vt sermo sit ad Rachel, vt lamentis finem imponat, eo quòd filij eius mercedẽ habituri sint sanguinis pro Christo effusi. Et pro terra Herodis inimici, possessuri sint regna cælorum: & reuersuri sunt in sedem pristinam, quãdo pro corpore humilitatis, corpus receperint gloriosũ. Et hanc vocat spem nouissimam, quando iusti fulgebunt sicut Sol, & infantes quondã paruuli atq; lactentes, absq; ætatum incremẽto, & iniurijs ac labore corporeo, resurgent in virum perfectum, in mensurã ętatis plenitudinis Christi. *Quia merces est operi tuo.* Possumus per opera filios interpretari. Hoc est, his quos genuisti, quasi dicat. Non remanebunt absq; mercede filij tui, qui pro Christo occisi sunt. Chal. Paraph. Quia est merces operibus patrũ tuorum iustorũ. Theodo. per opera quibus merces promittitur, intelligit pœnitentiam, quam in Babylone egerũt, de qua statim. Audiens audiui Ephraim lugẽtem, Sic enim habent Septuag. *Et reuertentur de terra inimici.* Hoc est, ab infidelitate, à regione peccati. *Et spes est nouissimis tuis.* reliquijs scilicet, quæ saluę fient. *Et reuertentur filij ad terminos suos.* vel ad regionem suam, ad Ecclesiam nempe: Nã fiet vnum ouile, & vnus pastor. *Audiens audiui Ephraim trãsmigrantem. Castigasti me, & eruditus sum, quasi iuuenculus indomitus.* Per Ephraim, decem tribus intelliguntur, quibus pri

Ephes. 4.

Ioan. 10.

bus primus imperauit Ieroboam fili⁹ Nabath. Multō, inquit, labore atq; verberibus eruditus sum, neq; profeci. Septuag. Audiens audiui Ephraim lamentātem. Castigasti me, & eruditus sum, ego quasi vitulus non didici. Chal. Para. Auditum & manifestum est coram me, quòd domus Israel plorat & gemit, pro eo quòd transmigrauerūt. Dicit enim, Induxisti super nos correptiones, neq; edocti sumus, quasi vitulus non assuetus iugo. *transmigrantem.* Heb. מתנודד mitnoder, a radice נוד nud, hoc est, mouere, migrare, cōmoueri, condolere. Vnde transmigrantem, & lamentantem transferre possumus. vel commemorantem apud se casus suos. *quasi iuuenculus indomitus.* Heb לאלמד lolumad, nō assuet⁹, subaudi iugo. Sic supra. 5. Cap. Percussisti eos, & non doluerunt: attriuisti eos, & renuerunt accipere disciplinam. *Conuerte me & conuertar, quia tu Dominus Deus meus.* D. Hie. Ergo id ipsum quod agimus pœnitētiam, nisi Dei nitamur auxilio, implere nō possumus.

Zach. 1. a

Alibi. Conuertimini ad me, & conuertar ad vos. Quo docemur liberū hominis arbitriū operari: spōtè enim conuertimur, & volentes. Sed hoc ipsum quod est velle conuerti, non nisi Deo preueniente fit, iuxta illud. A

Isai. 26.

spiritu tuo concepimus & parturiuimus. &c. *Postquam enim conuertisti me, egi pœnitentiā: et postquā ostendisti mihi, percussi femur meum.* Hoc est. Postquā fecisti vt in captiuitatem abirē, tunc me pœnituit, quòd cultū tuū dereliquerim. Et postquā ostēdisti mihi labores seruitutis & captiuitatis, dolui. Sep. Quia post captiuitatem meā egi pœnitētiā: & post quā cognoui, ego ingemui. Chal Par. Quando enim nos redimus ad legem, consolationem accipimus: & nunc cū notum fuit nobis,

percussi-

percussimus femur nostrũ. Sic etiã nõ ante quis pœni tẽtiã agere potest, quàm Deus illũ ad se conuertat, vt cognoscat quę offenderit, & malũ & amarũ esse dereliquisse Dñm, & illi⁹ timorẽ abiecisse. Et postquã De⁹ ostẽdit nobis culpæ fœditatẽ, erubescimus, dolemus. Percutere femur, vel supra femur, signũ est dolentis. Solent enim qui dolent, vel pœnitẽt facti, femur percutere. *Confusus sum et erubui, quoniã sustinui opprobriũ adolescentiæ meæ.* Explicat magis quod dixit, *percussi femur meũ.* Cõfusus (inquit) sum, & erubui, cùm viderem me pœnas luere meorũ scelerũ, quę antea admiserã: nã abij in exiliũ. Sep. Ego ingemui in diebus cõfusionis, & ostẽdi te, qm̃ accepi opprobriũ ex adolescẽtia mea. Chal. Par. Cõfusi sumus, & rubore suffusi, quia recepimus opprobriũ peccatorũ nostrorũ, quę à principio sunt. *Erubui.* Sic ĩ Heb. Sep. ὑπέδειξα. In Bib. reg. ostẽdi te. trãsferre possum⁹ timui te, vel expaui te. Nã ὑποδειδίζω Expauesco significat. Erubescẽtia autẽ species timoris est, vt in idem recidat, erubui & expaui, vel timui te. *opprobriũ adolescentiæ meæ.* Hoc est, peccatorum quę in adolescẽtia cõmisi. Qui peccat adolescens est, imò puer, imprudẽs, parũ cordatus. Vnde illud. Male dictus puer centum annorũ. Sic & adolescẽtior filius à domo patris recessit, vt se ipsum pderet. Sic ĩ Ps. Delicta iuuẽtutis meæ, & ignorãtias meas ne memineris. Delicta iuuẽtutis vocat ignorãtias: ꝗ illa ętas ignorãtia plena sit, & etiã prauis cupiditatib⁹ admodũ obnoxia: vt vix liceat, quid expediat, cognoscere. *Si filius honorabilis mihi Ephraim etc.* D. Hie. verba sunt Dñi, quib⁹ ostẽdit in quãto pretio apud ipsum sit Ephraim, postquã pœnitentiam egit, vt in honore illum & delitijs habeat.

Isai. 65. d
Luc. 15.
Psal. 24.

habeat. Quod autẽ ait, *ex quo loquutus sum de eo*, Sep. habent, quia pro eo quòd verba mea in eo, memoria recordabor eius. Et iuxta hanc interpretationem exponit D. Hiero. recordabor eius, quia verba mea fuerũt in eo. Non in ore eius, non in labijs, sed in imo cordis affectu. Sic etiam fere Theodo. Si perseueres, inquit, eo vti affectu, memor prouidẽtiæ meę, bonis perfrueris. Et quia pœnitentia vsus est, & memor est mandatorum meorum, experietur prouidentiã mea. Chald. Par. Ecce sicut fili⁹ dilectus corã me Israel, vtiq; puer amabilis est. Quo enim tempore pono verba mea in corde eius, vt faciat ea: recordando recordor, vt bene faciam ei adhuc. *Si.* Heb. ה ha, An, num, nũquid, interrogandi, & admirandi particula est. In secundo loco, si puer delicat⁹. In Heb. אם im, si, & verè significat. Vnde possumus sic trãsferre, Num filius honorabilis mihi Ephraim, certè est, & puer delicat⁹. In quẽ sensum interpretari possumus lectionem nostram. Nã & Septuag. & Chald. Paraph. affirmanter legunt. Alij exponunt negatiuè, quasi dicat, nõ est mihi pretiosus, neq; in eo est mihi consolatio aut delectatio, quandoquidem inobediens fuit, propter quod coactus sum eum expellere patria sua. Tamen ex quo incipio sermonẽ facere de illo, adhuc soleo recordari amoris, quo illũ aliquando sum prosequutus. *Honorabilis.* Septuag. dilectus. Chald. Paraph. Sicut filius dilectus. Hebr. יקיר iachir, pretiosus, honorabilis, inclytus, gloriosus, a radice יקר iachar, in honore, & gloria, & pretio esse. Nimis honorati sunt amici tui Deus, ait propheta. Et 1. reg. 2. ait Dominus. Qucũq; honorificauerit me, glorificabo eum: qui autem cõtemnunt me, erunt ignobiles

Psal. 138.

biles. *Puer delicatus.* Hebr. filius delitiarum vel lætitiarum. Quidam volunt nomen ילד ieled, primum ætatis gradum significare, hoc est, infantem recenter natum. Eo autem tempore teneriores sunt filij, & delitiæ parẽtum. *qui ex quo loquutus sum de eo.* Heb בו bo, cum eo, & in eo, & de eo significat. Interpretari possumus, ex quo loquutus sum de eo, vt scilicet eũ ad me reducerem. vel ex quo decreui ad me reducere, semper memoriã eius faciã. Aut recordabor verbi quod loquutus sum, vt illum ad me reducam. *Adhuc recordabor.* Heb. recordãdo recordabor. hoc est, certissimè recordabor. *Idcirco conturbata sunt viscera mea super eũ, miserans miserebor eius, ait Dominus.* D. Hiero. Fuerunt quidem sermones mei in eo, & omnia mandata mea auido suscepit animo, & in suo corde seruauit: & tamen miserans miserebor eius, ait Dominus, vt ostenderet omnium hominũ iustitiam indigere misericordia Dei. Septuag. Idcirco festinaui super eum. Chald. Paraph. commota sunt viscera mea super eos. Hebr. המו hamu, sonauerunt, fremuerunt, cõturbata sunt, à radice המה hamah, Septuag. videntur deduxisse à radice מהר mahar, vt loco Vau, Res, legerint. Est enim magna vicinitas inter has duas literas. Quanquã possumus dicere, festinaui super eũ, idem esse quod motus sum super eum, hoc est, commotus. quod est idẽ cum eo quod nos habemus, *conturbata sunt viscera mea super eum.* Significat autẽ doluisse Deum vicem eius. Sic Ose. 6. Quid faciam tibi Ephraim? quid faciam tibi Iuda? verba sunt commiserantis. Loquitur autem Deus humano more. Explicat autem quid sit, cõmota fuisse viscera super eum, cũ subdit. *Miserans mi-*

rebor. Tautologia frequentissima in sacris literis, & aũgendi gratia fit. Hoc est, certissimè miserebor, *Statue tibi speculam, pone tibi amaritudines: dirige cor tuum in viam rectam, in qua ambulasti: reuertere virgo Israel, reuertere ad ciuitates tuas istas.* D. Hiero. statue tibi speculas, siue speculatores, qui tibi prænuntient aduenire tibi tantam rerum omnium fælicitatem, & plange antiqua peccata, vel præ gaudij magnitudine, & tota mente ad Deũ conuertere, & dirigere, vel pone cor tuum in viam rectam, per quam profecta es: inde enim reditura es. Nam reuerti te faciam ad ciuitates tuas, quas captiua deseruisti. Theodo. Animaduerte benè, quos fructus ex transgressione decerpsisti: quæ verò bona conciliauit tibi pœnitentia. *Statue tibi speculam.* Septuagin. Statue tibi speculatores. Chald. Paraph. Cœtus Israel recordare tibi operum patrũ tuorum rectorũ. Effunde preces. Heb. ציונים tsiiunim, à radice ציין tsaian, statuã, titulum, aut signum significat, quod ponitur super sepulchrum, vel iuxta viam. Vnde nonulli ita exponũt. Statue tibi titulos, vel aceruos lapidum, quasi dicat. O congregatio electorum, quæ quotidie Dei tui ignara transis in potestatem Sathanæ, vias illas quibus iter facis, dum abduceris ad tyrannum, nota, & signa titulis, & altis lapidum aceruis: vt cùm tibi redeundum erit in patriam tuam, facilè viam quam transisti, inuenire possis. Vel, vide quid tibi occasio peccãdi fuit, vt deinceps caueas, & declines ab huiusmodi occasionibus. Sed à radice ציה tsaiah, est ציון tsion, quæ vox aceruum, & speculam significat, vel quòd ex specula signum datur, vel quòd sit erecta, & eminens, & in signũ omnium. *Statue tibi speculam.* Hoc est, vigila in tui custodia,

stodia. Sic Isai. 21. Super speculam Domini ego sum, stans iugiter per diem, & super custodiam meam ego sum, stans totis noctibus. Et Hab. 2 Super custodiam meam stabo. *Pone tibi amaritudines.* Septua. Fac pœnã. Theodo. legit. Sume de te supplicium. Chal. Paraph. In amaritudine pone cor tuũ. Eadẽ est sentẽtia. Heb. תמרורים tamerurim, amaritudines significat, à radice מרר marar, quod est amarescere, amarum esse. Nonnulli Hebræorum titulos excelsos, vel cumulos interpretantur: & exponunt sicut illud quod præcessit, *statue tibi speculam.* Alij statuas amaritudinum, seu idóla irritantia exponunt. Sicut & illud Ose. 12. Ad iracundiã me prouocauit Ephraim in amaritudinibus suis. vbi in Heb. eadem dictio habetur. Verbum מרר marar, in Hithpael eleuare significat. Et in hunc sensum etiam interpretari possumus literam nostram, pone tibi amaritudines, hoc est, statue ante cor tuum excelsa, vel idóla quibus amarescere fecisti, & irritasti Deũ tuum. Vel sicut alibi. Vide quia malũ & amarum est dereliquisse te Dominum Deum tuum. Considera diligenter, quas pœnas pro peccatis tuis sustinuisti, & quæ te manet post mortem multò amariores & acerbiores. *Dirige cor tuũ in viam rectum, in qua ambulasti.* Scilicet aliquando, quasi dicat. Recogita, quàm bene tibi fuerit, quãdiu viã rectã tenuisti. Vel possumus preteritũ pro futuro vel presenti interpretari, quasi dicat. Statue in corde tuo, vt post hac ambules p viã rectã mandatorũ Dei. Sic Propheta. Iuraui, & statui custodire iudicia iustitiæ tuæ. Et inclinaui cor meũ ad faciẽdas iustificationes tuas. Sep. Da cor tuum in humeros tuos. Chald. Paraph. Contemplare opera quæ fecisti, an recta sint

Psal. 118.

cta sint, cùm transmigraueris in viam longinquã. Iuxta hanc sententiam interpretari etiam possumus literam nostram. Heb. לְנִסְלָה lamsilah, ad viam tritam, à radice סָלַל salal, quod est eleuare viam, vel sternere aggesta terra, vel lapidibus. Vnde nomen, viam eleuatam, vel stratam lapidibus, & viam tritam & calcatã, & viam sine lapidibus & offendiculis significat. Nam סלה halah, calcare significat. Nostra lectio habet *rectã*: nam via sine offendiculis, via recta est. Sensum magis expressit noster interpres. Quod autem Septuag. transtulerunt, Da cor tuum in humeros tuos, nescio quomodo cum Hebręo conueniat, nisi legamus ὠμοὺς quod duros significat. Nam ὦμος cum ω circumflexo humerum significat, at verò ὠμός cùm acuitur, durum & sæuum. via autem trita & calcata est via dura. Cùm autem solo accentu duæ istæ dictiones differant, facilè potuit irrepere error, præsertim cùm antiquitus huiusmodi accentus non notarentur. D. Hiero. eodem modo legit iuxta Septuag. & etiam Theodoretus. Interpretatur autem D. Hiero. hac ratione. Da cor tuum in humeros tuos, hoc est, cogitationes operibus iunge. Siue contemplare humeros portantium te, & de captiuitate reducentium. Quod Isaias plenius exequitur Cap. 60. Vbi in camelis, & currib', ac basternis eos asserit reducendos. Theodo. Impone tibi onus pœnitentiæ; permane in his, quæ rectè elegisti. Iuxta hanc interpretationem idem est sensus cum nostra lectione. *Reuertere virgo Israel, reuertere ad ciuitates tuas istas.* Chald. Paraph. Nunc autem cõuertere cœtus Israel ad legem, & reuertêris ad ciuitates has. Non nulli subaudiendũ volunt, Nã olim tum tibi dicturus

reuerte

reuertere &c. vel reuertere pro reuerteris. vel reuerti te faciam, sicut interpretatur D. Hiero. De conuersione ad fidem hoc intelligitur, quandoquidem certum est nũquam reuersum fuisse Israelem, hoc est, decem trib⁹ ad ciuitates suas. Sed per ciuitates, Ecclesias particulares intelligere debemus. Suas autem dicit, propter Dei prædestinationem. Sic cælestem patriam, patriam nostram dicimus, ad quam prædestinati, & electi sumus. *Vsquequo delitijs dissolueris filia vaga? Quia creauit Dominus nouum super terram. Fœmina circundabit virũ.* D. Hiero. vsquequo negligentia dissolueris, & profundo errore vagaberis? Respice quid dicturus sum: & vnde tibi tãta beatitudo expectãda sit, diligenter attẽde. Audi quod nunquam antea cognoueras. Nouam rem creauit Dominus super terram. Absq; viri semine, absq; vllo coitu, atq; conceptu, fœmina circundabit virum gremio vteri sui, qui iuxta incrementa quidem ætatis per vagitus, & infantiam proficere videbitur sapientia & ætate: sed perfectus vir in vẽtre fœmineo solitis mensibus continebitur. Litera nostra conuenit cum Heb. quamuis Septuag. aliter habeant, fortassis vt mysterium Incarnationis Gentibus, quibus interpretabantur scripturas, celarent: ne quasi impossibile reputarent, vt mulier circundaret virum. *Vsquequo delitijs dissolueris?* Heb תתחמקין titchamachin, à radice חמק chamach, quod est, circuire. Circuibis, vel diuertes, aut declinabis, vel hùc & illùc te vertes, vel discurres, vel vagaberis, trãsferre possumus, quasi dicat. Quóusq; huc illucq; discurres, idolorũ nempe causa? Quod autem noster interpres habet, *delitijs dissolueris,* inde est, quòd verbũ huic affine חמד chamad, significat

tutē inimici. *Dominus.* יה Iehoua, Christus qui nos redemit, ver⁹ est Deus, patri cōsubstātialis. Quod significat nomē Dei Tetragrāmaton hic positū. *Et venient, et laudabūt in mōte Sion.* vtiq; liberati de manu potētioris, vt possint sine timore læti laudes Dñi liberatoris sui decātare in Ecclesia, quæ est domus Dei. *Et confluēt ad bona Domini super frumēto, & vino, & oleo, & fœtu pecorū & armentorum.* Confluent ad bona Domini possidenda, quibus abundabunt. Omnium rerum abundantiā significat. Quæ spiritualiter intelligenda sunt. Per frumentū & vinum, Corporis & sanguinis Christi ineffabile Sacramentum sub speciebus panis & vini. Per oleum verò, Spiritus Sancti gratia & vnctio. De quo in Psal. Impinguasti in oleo caput meū. Et, Vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ. Per fœtus pecorū & armentorum, multiplicationem fideliū, inter quos alij qui sunt simplices, alij qui possint cornibus aduersarios ventilare sapientia sua & doctrina. *Eritq; anima eorum quasi hortus irriguus, & vltrà non esurient.* Apertè innuit bona prędicta ad animam pertinere. Sep. Eritq; anima eorum quasi lignum fructiferum. vtiq; de quo in Psal. Erit tanquā lignū, quod plantatū est super riuos aquarū, quod fructū suū dabit in tēpore suo. Vide supra. 17. Cap. Chald. Para. Et erit anima corū plena delitijs, sicut hortus irriguus qui irrigatus est, & non addent vt sint vltrà sollicitι. Per aquarum fluenta, gratiam & doctrinam intellige, quibus animus irrigatur, vt semper sit floridus, fructumq́; det in tempore suo, vt neque folium eius decidat. Porrò in tanta bonorum abundātia, quis esuriet? Qui biberit ex hac aqua, non sitiet in æternum. *Tunc lætabitur virgo in choro, iuue-*

Psal. 22.
Psal. 44.
Psal. 1.
Ioan. 4 b

nes &

nes & senes simul, & conuertam luctum eorum in gaudium, & consolabor eos, & lætificabo à dolore suo. Communem lætitiam significat. In tanta bonorum abūdātia, quis non lætabitur? quis non exiliet præ lętitia? Per virginem, Chald. Paraph. cœtum Israel intelligit. Sed melius est propriam retinere significationem: virginum enim est in choro saltare. Iam verò quàm gloriosum est in Ecclesia Dei tot virginum, & iuuenum, & senū turmas in cœnobijs videre laudes Dei in choro decantantes summa cum hilaritate? vt dicant cum Propheta. Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum viuum. Et, Secundùm multitudinem dolorum meorū in corde meo, consolationes tuæ lætificauerunt animam meam. *Et inebriabo animam sacerdotum pinguedine, & populus meus bonis meis adimplebitur, ait Dominus.* De alijs, dicitur. Non esurient. De sacerdotibus, inebriabo pinguedine. Quid ni inebriabuntur pinguedine, qui die ac nocte in lege Dei meditantur, & sacrosancta mysteria corporis & sanguinis Christi frequētāt, & vitulum saginatum manducant? Comedite amici, bibite & inebriamini Charissimi. Et calix meus inebriās quàm præclarus est. Et, Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea. Per pinguedinem, dona spiritualia opima intellige. Alludit ad oblationes pingues, quarū pars cedebat sacerdotibus. *Hæc dicit Dñs. Vox in excelso audita est lamentationis, luctus & fletus, Rachel plorantis filios suos, et nolentis consolari super eis, quia non sunt.* Prophetiā hāc in nece infantiū, quos Herodes in Bethleē & finibus eius occidi fecit, completam esse docet D. Matthæus. vt per Rachel, Matronæ Bethleemiticæ intelligātur, eò quòd in Bethleem sepulta sit Rachel.

Psal. 83.
Psal. 93.
Cant. 5. a.
Psal. 22.
Psal. 20.
Mat. 2. c.

Vide Gen.35.Vbi obseruat D.Hiero.Euangelistam locum hunc neq; iuxta Hebraicam lectionem,neq; iuxta Septuag.citasse. Ex quo,inquit,perspicuum fit,Euãgelistas & Apostolos nequaquam ex Heb. interpretationem alicuius sequutos, sed quasi Hebræos ex Hebræis quod legebãt Hebraicè,suis sermonibus expressisse. Iudæi de luctu matronarum Iuda intelligunt: vt per Rachel, Beniamin ex Rachele genitum intelligamus. Et Beniamin ad Iudam pertinet. Quo nomine duæ illę tribus Iuda,& Beniamin significãtur, quasi dicat. Congregatio Matronarum Iuda conscendet loca edita regionis,vt illic lugeat, quò longiùs exaudiatur, liberos suos,dum abducentur captiui in Babylonem: nec admittet cõsolationem, cùm neq; vnus quidem remaneat. Tribuitur autẽ luctus hic mulieribus, quia fœminæ non tã sollicitè abducũtur captiuæ,sicut mares. Nõ est absurdum locum hũc duabus rebus accõmodare,sicut plerunq; fit in prophetis. Chal. Paraph. Vox in excelso mũdi audita est,vox domus Israel flẽtis,& gementis post Ieremiam prophetam, quando misit eum Nabuzardan princeps occidentium ex Ramah: Rachel lamentatur,& plorat ob amaritudinem Ierusalem,plorat propter filios suos,& renuit consolari super filijs suis,quia migrauerunt. *Vox in excelso.* sub audi colle. Vox Hebr. רמה, ramah, excelsum significat. Sed et Ramah vrbis nomẽ est in tribu Beniamin, à situ forsan dictę,quòd in colle aũt loco edito sita esset. Quo nomine & alia oppida sunt dicta. vt Iud. 15. Septuag. habent,in Rama. *luctus & fletus.* Hebr. fletus amaritudinũ,hoc est, amarissimus. *quia non sunt.* quòd scilicet omnes occisi sint: vel quia migrarunt, neq; vnus

nus remanserit. Heb. quia non ipse, sunt nempe. nam dictioni אין en affixa, id est pronomina, apponuntur vice verbi sum, es, est. *Hæc dicit Dominus. Quiescat vox tua à ploratu, et oculi tui à lachrymis, quia est merces operi tuo, ait Dñs, et reuertentur de terra inimici: & est spes nouissimis tuis, et reuertẽtur filij ad terminos suos.* D. Hie. De eisdem infantib⁹ ab Herode interfectis interpretatur: vt sermo sit ad Rachel, vt lamentis finem imponat, eo quòd filij eius mercedẽ habituri sint sanguinis pro Christo effusi. Et pro terra Herodis inimici, possessuri sint regna cælorum: & reuersuri sunt in sedem pristinam, quãdo pro corpore humilitatis, corpus receperint gloriosũ. Et hanc vocat spem nouissimam, quando iusti fulgebunt sicut Sol, & infantes quondã paruuli atq; lactentes, absq; ætatum incremẽto, & iniurijs ac labore corporeo, resurgent in virum perfectum, in mensurã ętatis plenitudinis Christi. *Quia merces est operi tuo.* Possumus per opera filios interpretari. Hoc est, his quos genuisti, quasi dicat. Non remanebunt absq; mercede filij tui, qui pro Christo occisi sunt. Chal. Paraph. Quia est merces operibus patrũ tuorum iustorũ. Theodo. per opera quibus merces promittitur, intelligit pœnitentiam, quam in Babylone egerũt, de qua statim. Audiens audiui Ephraim lugẽtem, Sic enim habent Septuag. *Et reuertentur de terra inimici.* Hoc est, ab infidelitate, à regione peccati. *Et spes est nouissimis tuis.* reliquijs scilicet, quæ saluę fient. *Et reuertentur filij ad terminos suos.* vel ad regionem suam, ad Ecclesiam nempe: Nã fiet vnum ouile, & vnus pastor. *Audiens audiui Ephraim trãsmigrantem. Castigasti me, & eruditus sum, quasi iuuenculus indomitus.* Per Ephraim, decem tribus intelliguntur, quibus pri

Ephes. 4.

Ioan. 10.

Digitized by Google

bus primus imperauit Ieroboam fili⁹ Nabath. Multò, inquit, labore atq; verberibus eruditus sum, neq; profeci. Septuag. Audiens audiui Ephraim lamentātem. Castigasti me, & eruditus sum, ego quasi vitulus non didici. Chal. Para. Auditum & manifestum est coram me, quòd domus Israel plorat & gemit, pro eo quòd transmigrauerūt. Dicit enim, Induxisti super nos correptiones, neq; edocti sumus, quasi vitulus non assuetus iugo. *transmigrantem.* Heb. מִתְנוֹדֵד mitnoded, a radice נוּד nud, hoc est, mouere, migrare, cōmoueri, condolere. Vnde transmigrantem, & lamentantem transferre possumus. vel commemorantem apud se casus suos. *quasi iuuenculus indomitus.* Heb לֹא לֻמָּד lolumad, nō assuet⁹, subaudi iugo. Sic supra. 5. Cap. Percussisti eos, & non doluerunt: attriuisti eos, & renuerunt accipere disciplinam. *Conuerte me & conuertar, quia tu Dominus Deus meus.* D. Hie. Ergo id ipsum quod agimus pœnitē tiam, nisi Dei nitamur auxilio, implere nō possumus.

Zach. 1. a Alibi. Conuertimini ad me, & conuertar ad vos. Quo docemur liberū hominis arbitriū operari: spōtè enim conuertimur, & volentes. Sed hoc ipsum q̄ est velle conuerti, non nisi Deo preueniente fit, iuxta illud. A

Isai. 26. spiritu tuo concepimus & parturiuimus. &c. *Postquam enim conuertisti me, egi pœnitentiā: et postquā ostendisti mihi, percussi femur meum.* Hoc est. Postquā fecisti vt in captiuitatem abirē, tunc me pœnituit, quòd cultū tuū dereliquerim. Et postquā ostēdisti mihi labores seruitutis & captiuitatis, dolui. Sep. Quia post captiuitatem meā egi pœnitētiā: & post quā cognoui, ego ingemui. Chal. Par. Quando enim nos redimus ad legem, consolationem accipimus: & nunc cū notum fuit nobis,

percussi-

percussimus femur nostrũ; Sic etiã nõ ante quis pœni tẽtiã agere potest, quàm Deus illũ ad se conuertat, vt cognoscat quę offenderit, & malũ & amarũ esse dere liquisse Dñm, & illi⁹ timorẽ abiecisse. Et postquã De⁹ ostẽdit nobis culpæ fœditatẽ, erubescimus, dolemus. Percutere femur, vel supra femur, signũ est dolentis. Solent enim qui dolent, vel pœnitẽt facti, femur percutere. *Confusus sum et erubui, quoniã sustinui opprobriũ adolescentiæ meæ.* Explicat magis quod dixit, *percussi femur meũ.* Cõfusus (inquit) sum, & erubui, cùm viderem me pœnas luere meorũ scelerũ, quę antea admiserã: nã abij in exiliũ. Sep. Ego ingemui in diebus cõfusionis, & ostẽdi te, qm̃ accepi opprobriũ ex adolescẽtia mea. Chal. Par. Cõfusi sumus, & rubore suffusi, quia recepimus opprobriũ peccatorũ nostrorũ, quę à principio sunt. *Erubui.* Sic ĩ Heb. Sep. *ὑπέδειξά σε.* In Bib. reg. ostẽdi te. trãsferre possum⁹ timui te, vel expaui te. Nã *ὑποδειδίσσω* Expauesco significat. Erubescẽtia autẽ species timoris est, vt in idem recidat, erubui & expaui, vel timui te. *opprobriũ adolescentiæ meæ.* Hoc est, peccatorum quę in adolescẽtia cõmisi. Qui peccat adolescens est, imò puer, imprudẽs, parũ cordatus. Vnde illud. Male dictus puer centum annorũ. Sic & adolescẽtior filius à domo patris recessit, vt se ipsum pderet. Sic ĩ Ps. Delicta iuuẽtutis meæ, & ignorãtias meas ne memineris. Delicta iuuẽtutis vocat ignorãtias: q̃ illa ętas ignorãtia plena sit, & etiã prauis cupiditatib⁹ admodũ obnoxia: vt vix liceat, quid expediat, cognoscere. *Si filius honorabilis mihi Ephraim. etc.* D. Hie. verba sunt Dñi, quib⁹ ostẽdit in quãto pretio apud ipsum sit Ephraim, postquã pœnitentiam egit, vt in honore illum & delitijs habeat.

Isai. 65. d
Luc. 15.
Psal. 24.

habeat. Quod autẽ ait, *ex quo loquutus sum de eo,* Sep. habent, quia pro eo quòd verba mea in eo, memoria recordabor eius. Et iuxta hanc interpretationem exponit D. Hiero. recordabor eius, quia verba mea fuerũt in eo. Non in ore eius, non in labijs, sed in imo cordis affectu. Sic etiam fere Theodo. Si perseueres, inquit, eo vti affectu, memor prouidẽtiæ meę, bonis perfrueris. Et quia pœnitentia vsus est, & memor est mandatorum meorum, experietur prouidentiã mea. Chald. Par. Ecce sicut fili' dilectus corã me Israel, vtiq; puer amabilis est. Quo enim tempore pono verba mea in corde eius, vt faciat ea: recordando recordor, vt bene faciam ei adhuc. *Si.* Heb. ה ha, An, num, nũquid, interrogandi, & admirandi particula est. In secundo loco, si puer delicat'. In Heb. אם im, si, & verè significat. Vnde possumus sic trãsferre. Num filius honorabilis mihi Ephraim, certè est, & puer delicat'. In quẽ sensum interpretari possumus lectionem nostram. Nã & Septuag. & Chald. Paraph. affirmanter legunt. Alij exponunt negatiuè, quasi dicat, nõ est mihi pretiosus, neq; in eo est mihi consolatio aut delectatio, quandoquidem inobediens fuit, propter quod coactus sum eum expellere patria sua. Tamen ex quo incipio sermonẽ facere de illo, adhuc soleo recordari amoris, quo illũ aliquando sum prosequutus. *Honorabilis.* Septuag. dilectus. Chald. Paraph. Sicut filius dilectus. Hebr. יקיר iachir, pretiosus, honorabilis, inclytus, gloriosus, a radice יקר iachar, in honore, & gloria, & pretio esse. Nimis honorati sunt amici tui Deus, ait propheta. Et 1. reg. 2. ait Dominus. Quicũq; honorificauerit me, glorificabo eum: qui autem cõtemnunt me, erunt igno-

Psal. 138.

biles

biles. *Puer delicatus.* Hebr. filius delitiarum vel lætitiarum. Quidam volunt nomen ילד ieled, primum ętatis gradum significare, hoc est, infantem recenter natum. Eo autem tempore teneriores sunt filij, & delitiæ parētum. *quia ex quo loquutus sum de eo.* Heb בו bo, cum eo, & in eo, & de eo significat. Interpretari possumus, ex quo loquutus sum de eo, vt scilicet eū ad me reducerem. vel ex quo decreui ad me reducere, semper memoriā eius faciā. Aut recordabor verbi quod loquutus sum, vt illum ad me reducam. *Adhuc recordabor.* Heb. recordādo recordabor. hoc est, certissimè recordabor. *Idcirco conturbata sunt viscera mea super eū, miserans miserebor eius, ait Dominus.* D. Hiero. Fuerunt quidem sermones mei in eo, & omnia mandata mea auido suscepit animo, & in suo corde seruauit: & tamen miserans miserebor eius, ait Dominus, vt ostenderet omnium hominū iustitiam indigere misericordia Dei. Septuag. Idcirco festinaui super eum. Chald. Paraph. commota sunt viscera mea super eos. Hebr. המו hamon, sonauerunt, fremuerunt, cōturbata sunt, à radice המה hamah, Septuag. videntur deduxisse à radice מהר mahar, vt loco Vau, Res, legerint. Est enim magna vicinitas inter has duas literas. Quanquā possumus dicere, festinaui super eū, idem esse quod motus sum super eum, hoc est, commotus: quod est idē cum eo quod nos habemus, *conturbata sunt viscera mea super eum.* Significat autē doluisse Deum vicem eius. Sic Ose. 6. Quid faciam tibi Ephraim? quid faciam tibi Iuda? verba sunt commiserantis. Loquitur autem Deus humano more. Explicat autem quid sit, cōmota fuisse viscera super eum, cùm subdit. *Miserans miserebor*

rebor. Tautologia frequentissima in sacris literis, & augendi gratia fit. Hoc est, certissimè miserebor, *Statue tibi speculam, pone tibi amaritudines: dirige cor tuum in viam rectam, in qua ambulasti: reuertere virgo Israel, reuertere ad ciuitates tuas istas*. D. Hiero. statue tibi speculas, siue speculatores, qui tibi prænuntient aduenire tibi tantam rerum omnium fœlicitatem, & plange antiqua peccata, vel præ gaudij magnitudine, & tota mente ad Deũ conuertere; & dirigere, vel pone cor tuum in viam rectam, per quam profecta es: inde enim reditura es. Nam reuerti te faciam ad ciuitates tuas, quas captiua deseruisti. Theodo. Animaduerte benè, quos fructus ex transgressione decerpsisti: quæ verò bona conciliauit tibi pœnitentia. *Satue tibi speculam*. Septuagin. Statue tibi speculatores. Chald. Paraph. Cœtus Israel recordare tibi operum patrũ tuorum rectorũ. Effunde preces. Heb. ציונים siunim, à radice ציון tsian, statuã, titulum, aut signum significat, quod ponitur super sepulchrum, vel iuxta viam. Vnde nõnulli ita exponũt. Statue tibi titulos, vel aceruos lapidum, quasi dicat. O congregatio electorum, quæ quotidie Dei tui ignara transis in potestatem Sathanæ, vias illas quibus iter facis, dum abduceris ad tyrannum, nota, & signa titulis, & altis lapidum aceruis: vt cùm tibi redeundum erit in patriam tuam, facilè viam quam transisti, inuenire possis. Vel, vide quid tibi occasio peccãdi fuit, vt deinceps caueas, & declines ab huiusmodi occasionibus. Sed à radice צפה tsaiah, est ציון sion, quæ vox aceruum, & speculam significat, vel quòd ex specula signum datur, vel quòd sit erecta, & eminens, & in signũ omnium. *Statue tibi speculam*. Hoc est, vigila in tui custodia,

ſtodia. Sic Iſai. 21. Super ſpeculam Domini ego ſum, ſtans iugiter per diem, & ſuper cuſtodiam meam ego ſum, ſtans totis noctibus. Et Hab. 2 Super cuſtodiam meam ſtabo. *Pone tibi amaritudines.* Sep: ua. Fac pœnā. Theodo. legit. Sume de te ſupplicium. Chal. Paraph. In amaritudine pone cor tuū. Eadē eſt ſentētia. Heb. תמרורים tamerurim, amaritudines ſignificat, à radice מרר marar, quod eſt amareſcere, amarum eſſe. Nonnulli Hebræorum titulos excelſos, vel cumulos interpetantur: & exponunt ſicut illud quod præceſſit, *ſtatue tibi ſpeculam.* Alij ſtatuas amaritudinum, ſeu idóla irritantia exponunt. Sicut & illud Oſe. 12. Ad iracundiā me prouocauit Ephraim in amaritudinibus ſuis. vbi in Heb. eadem dictio habetur. Verbum מרר marar, in Hithpael eleuare ſignificat. Et in hunc ſenſum etiam interpretari poſſumus literam noſtram, pone tibi amaritudines, hoc eſt, ſtatue ante cor tuum excelſa, vel idóla quibus amareſcere feciſti, & irritaſti Deū tuum. Vel ſicut alibi. Vide quia malū & amarum eſt dereliquiſſe te Dominum Deum tuum. Conſidera diligenter, quas pœnas pro peccatis tuis ſuſtinuiſti, & quæ te manēt poſt mortem multò amariores & acerbiores. *Dirige cor tuū in viam rectum, in qua ambulaſti.* Scilicet aliquando, quaſi dicat, Recogita, quàm bene tibi fuerit, quādiu viā rectā tenuiſti. Vel poſſumus præteritū pro futuro vel præſenti interpretari, quaſi dicat. Statue in corde tuo, vt poſt hac ambules p viā rectā mandatorū Dei. Sic Propheta. Iuraui, & ſtatui cuſtodire iudicia iuſtitiæ tuæ. Et inclinaui cor meū ad faciēdas iuſtificationes tuas. Sep. Da cor tuum in humeros tuos. Chald. Paraph. Contemplare opera quæ feciſti, an recta ſint

Pſal. 118.

cta sint, cùm transmigraueris in viam longinquā. Iuxta hanc sententiam interpretari etiam possumus literam nostram. Heb. לַמְסִלָּה lamsilah, ad viam tritam, à radice סָלַל salal, quod est eleuare viam, vel sternere aggesta terra, vel lapidibus. Vnde nomen, viam eleuatam, vel stratam lapidibus, & viam tritam & calcatā, & viam sine lapidibus & offendiculis significat. Nam סָלָה halah, calcare significat. Nostra lectio habet *rectā*: nam via sine offendiculis, via recta est. Sensum magis expressit noster interpres. Quod autem Septuag. transtulerunt, Da cor tuum in humeros tuos, nescio quomodo cum Hebręo conueniat, nisi legamus ὠμοὺς quod duros significat. Nam ὦμος cum ω circumflexo humerum significat, at verò ὠμός cùm acuitur, durum & sæuum. via autem trita & calcata est via dura. Cùm autem solo accentu duæ istæ dictiones differant, facilè potuit irrepere error, præsertim cùm antiquitus huiusmodi accentus non notarentur. D. Hiero. eodem modo legit iuxta Septuag. & etiam Theodoretus. Interpretatur autem D. Hiero. hac ratione. Da cor tuum in humeros tuos, hoc est, cogitationes operibus iunge. Siue contemplare humeros portantium te, & de captiuitate reducentium. Quod Isaias plenius exequitur Cap. 60. Vbi in camelis, & currib', ac basternis eos asserit reducendos. Theodo. Impone tibi onus pœnitentiæ; permane in his, quæ rectè elegisti. Iuxta hanc interpretationem idem est sensus cum nostra lectione. *Reuertere virgo Israel, reuertere ad ciuitates tuas istas.* Chald. Paraph. Nunc autem cōuertere cœtus Israel ad legem, & reuerteris ad ciuitates has. Nonnulli subaudiendū volunt, Nā olim tum tibi dicturus

reuerte

reuertere &c. vel reuertere pro reuertêris. vel reuerti te faciam, sicut interpretatur D. Hiero. De conuersione ad fidem hoc intelligitur, quandoquidem certum est nūquam reuersum fuisse Israelem, hoc est, decem trib' ad ciuitates suas. Sed per ciuitates, Ecclesias particulares intelligere debemus. Suas autem dicit, propter Dei prædestinationem. Sic cælestem patriam, patriam nostram dicimus, ad quam prædestinati, & electi sumus. *Vsquequo delitijs dissolueris filia vaga? Quia creauit Dominus nouum super terram. Fœmina circundabit virũ.* D. Hiero. vsquequo negligentia dissoluêris, & profundo errore vagaberis? Respice quid dicturus sum: & vnde tibi tãta beatitudo expectãda sit, diligenter attẽde. Audi quod nunquam antea cognoueras. Nouam rem creauit Dominus super terram. Absq; viri semine, absq; vllo coitu, atq; conceptu, fœmina circundabit virum gremio vteri sui, qui iuxta incrementa quidem ætatis per vagitus, & infantiam proficere videbitur sapientia & ætate: sed perfectus vir in vẽtre fœmineo solitis mensibus continebitur. Litera nostra conuenit cum Heb. quamuis Septuag. aliter habeant, fortassis vt mysterium Incarnationis Gentibus, quibus interpretabantur scripturas, celarent: ne quasi impossibile reputarent, vt mulier circundaret virum. *Vsquequo delitijs dissolueris?* Heb תתחמקין titchamachin, à radice חמק chamach, quod est, circuire. Circuibis, vel diuertes, aut declinabis, vel hùc & illùc te vertes, vel discurres, vel vagaberis, trãsferre possumus, quasi dicat. Quóusq; huc illucq; discurres, idolorũ nempe causa? Quod autem noster interpres habet, *delitijs dissolueris,* inde est, quòd verbũ huic affine חמד chamad, significat

cat

Est autem præteritum pro futuro, more prophetico. Obseruat Diuus Hieronymus natiuitatem Saluatoris, & conceptum Dei creationem nuncupari. Verbum Hebr. ברא bara, notant peritissimi linguæ Hebr. Deo propriè conuenire, non homini: ille enim ex nihilo aliquid facit: quod prius non erat, vt in mundi creatione fecit: vel ex præiacenti materia, nouo modo, & singulari consilio atque omnipotentia aliquid condit, & exhibet, quod nulla creatura possit efficere, sic fuit conceptus beatissimæ Virginis. & in hac significatione accipi debet in præsenti loco. *Fœmina circũdabit virũ.* Nomen נקבה necbbah, hoc est fœmina, nomẽ est sexus, nõ corruptionis, & nõ tantùm ad homines, sed & ad alia animãtia pertinet, sicut & latinũ fœmina. Nomẽ autẽ Heb. גבר gaber, hoc est vir, à radice גבר gabar, roborare, & fortificare significat: de viro iã perfectæ ætatis dicitur. Christus autẽ in vtero adhuc virginis vir fuit, non propter corpus, sed propter animum, vt diximus suprà ex D. Hierony. quod propheta significare voluit, virum vocans. Septuaginta. quia creauit Dominus salutem in plantationem nouam. in salute tua circuibunt homines. Theodoretus interpretatur. Hoc loco, ait, apertè ostendit causam reuocationis Iudæorum ex captiuitate, cùm per eam vaticinetur futuram nouam plantationem. Hanc enim mũdo attulerunt, qui ex ea, hoc est ex Iudæis reuocatis ex captiuitate nati sunt, Apostoli nẽpe. hi enim ꝑmeantes omnes gentes, & lustrantes omnia regna ꝑ Dei cognitionem & prædicationem Euangelii illis salutem attulerunt. Non video, qua ratione hæc interpretatio Septuag. cum Heb. conueniat. Sed videtur

Isai. 62.

data opera voluisse aliter interpretari propter causam superiùs adductam, aut voluit Spiritus Sanctus per eos, mysteriũ hoc cõuersionis ad fidem per Apostolos, hoc in loco prędicere, fructũ nempe dominicæ incarnationis. Possumus etiam & plantationem nouam Christum intelligere, qui germen Domini vocatur, à quo in omnes salus profluxit; in cuius salute Apostoli circuierunt, annuntiantes salutem per Christum. Chaldai. Paraphra. Quia ecce creauit Dominus nouum in terra: Et populus domus Israel incumbet legi. fortassis per mulierem Synagogam voluit intelligi, & per virum populum incumbentem legi. vt mulierem circundare virum sit, Synagogam intra se habere viros perfectos incumbentes obseruationi legis. Sed hæc nimiùm Rabbinica expositio est. Iam verò cùm nouum Deus creauerit super terram, cur adhuc delitijs dissoluimur? cur in nostra desidia torpemus? cur in nostra vetustate consenescimus? cur non veterem hominem exuimus, vt nouam induamus? verè nouum, verbum caro. Quis vnquam tale audierat? Quis vnquam, non dico hominum, sed neq; Angelorum tale cogitauerat? Ne memineritis priorum, & antiqua ne intueamini. Ecce ego facio noua. Cantatę Domino canticum nouum, quia mirabilia noua fecit. Et vocabitur tibi nomen nouum, quod os Domini nominauit. vtique Iesus. Nomen super omne nomen. Nouum nomen noui hominis. Ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum. Nunquam ante talis Iesus. Si qua ergo in Christo noua creatura: vetera transierunt, ecce facta sunt omnia noua. Omnia autem ex Deo, qui nos recon-

Isa.43.

Isai.62.

Mat.2.

2. Cor. 5.

ciliauit ſibi per Chriſtum nouum hominem, vt in nouitate vitæ ambulemus. *Fœmina circundabit virum*, vtique infantem virum, paruulum admirabilem, Deum fortem, patrem futuri ſeculi, principem pacis. Vſquequo paruuli diligitis infantiam, & ſtulti ea quæ ſunt noxia cupient, & imprudentes odibunt ſciẽtiam? Mulier circũdabit virum, vt nos viros faciat, vt detur paruulis aſtutia, adoleſcenti ſcientia & intellectus: neq; ampliùs efficiamur pueri ſenſibus, ſed malitia paruuli ſimus. neq; ſimus paruuli fluctuãtes, & circũferamur omni vẽto doctrinę in nequitia hominũ, in aſtutia ad circũuẽtionẽ erroris. Mulier circũdabit virũ, vt nouũ hìc beneficiũ agnoſcas, dũ vir nõ horruit virgineo vtero claudi. Nã etſi infanti, q̃ etiã ſenſu infans eſt, nullꝰ ſit honor, eſſet tamen infanti qui vir eſſet ſenſu. Vnde Eccleſia beneficium hoc agnoſcens cantat. Tu ad liberandum ſuſcepturus hominem non horruiſti virginis vterum. *Hæc dicit Dominus exercituum Deus Iſrael. Adhuc dicent verbum iſtud in terra Iuda, & in vrbibus eius, cùm conuertero captiuitatem eorum. Benedicat tibi Dominus pulchritudo iuſtitiæ, mons ſanctus: & habitabunt in eo Iudas, & omnes ciuitates eius ſimul: agricolæ et minantes greges.* D. Hiero. Hoc ex parte videtur ſub Zorobabel & Eſdra eſſe completum: plenitudo autem vaticinij ad Chriſti tempora referatur: & vel in primo aduentu, quando ſpiritualiter hæc facta ſunt, vel in ſecundo vniuerſa cõplẽtur. Ait ergo, adhuc Iſraelitæ in ſpiritu, quum liberati à ſatana venient ad Eccleſiam Chriſti, illi benè precabuntur, dicentes, ô habitaculum iuſtificatoris, ô mons, in quo colitur ſanctificator Chriſtus, benedicat tibi Dominus, hoc eſt, multiplicet habitatores

Iſai 9. b.

Prou. 1. c.

1. Cor. 14

Ephe. 4. c

tuos,& beneficijs prosequatur. *Benedicat tibi Dominus pulchritudo iustitiæ, mons sanctus.* Septua. Benedictus Dominus superius um montem sanctum eius. idem est sensus. Chald. Paraph. Benedicat tibi Dominus habitaculum veritatis eius, mons sancte. *Pulchritudo iustitiæ.* Vox Heb. נוה neueh, habitaculum significat, à radice נוה nauah, quod est habitare. Sed & pulchritudinẽ & locum amœnum significat, siue ab eadem radice, siue à verbo affini אוה auah, quod est desiderare: q̃ appeti soleant, quę pulchra sunt. Idem ergo est, pulchritudo iustitię, quod pulchrum habitaculum iustitiæ. Iustitia propriè ad nouã legem pertinet. Sic D. Pau. ad Galat. 2. In lege nemo iustificatur apud Deum. Et 1. Cap. Si enim per legem iustitia, ergo gratis Christus mortuus est. Erat quidem iustitia sub lege, sed non ex operibus legis, sed ex fide Christi. Sic & Abraham, ait alibi D. Paulus, accepisse circuncisionẽ signaculum iustitiæ fidei. Nobis autem Christus factus est sapientia à Deo, & iustitia, & sanctificatio, & redemptio, vt nos efficeremur iustitia Dei in ipso. Rectè igitur Christi Ecclesia pulchritudo, vel pulchrũ habitaculũ iustitiæ dicitur. Quia lex per Moysen data est, gratia & veritas per Iesum Christũ facta est: vt sine timore de manu inimicorũ nostrorum liberati seruiamus illi in sanctitate & iustitia coram ipso. *Mons sancte.* Heb. mons sanctitatis, hoc est mons sancte. D. Paulus ad Heb. 12. Accessistis ad Sion montem, & ciuitatẽ Dei viuẽtis, Ierusalem cælestem, & multorũ milliũ angelorũ frequentiã, &c. Vide quãta sit sanctitas huius mõtis Dei: vide etiam, quàm turpe sit in pulchritudine iustitiæ vitijs fœdari, & in monte sancto peccatis se polluere, & im-

Rom. 4.b *1. Cor. 1.* *2. Cor. 5.* *Ioan. 1.b.* *Luc. 1.*

munditiæ deseruire. Non enim vocauit nos Deus in immũditiã, sed in sanctificationẽ, ait Apostolus. *Et habitabũt in eo Iudas, & omnes ciuitates eius.* Vtiq; in monte sancto Dei. Per ciuitates, ciues intellige per Metonymiam. Chal. Para. & habitabunt in ea viri domus Iuda, & in omnibus ciuitatibus eius. Sep. & qui inhabitãt in terra Iudæa, & in omni ciuitate eius simul cum agricola, & eleuabitur in grege. connectunt cum superiori oratione, vt sit sensus: Dicent, benedicat Dominus, vel benedictus Dominus super iustum montem sanctum eius, & super eos qui inhabitant &c. In Heb. habetur, vt nostra habet lectio: quamquam & iuxta nostram lectionem possunt hęc cum superioribus cõnecti: sic vt habitabunt, pro habitent sit, vt subaudiatur, & dicent, & habitent in eo Iudas &c. Per agricolas, & minantes greges, Doctores & pastores intellige, de quibus D. Paulus. Et ipse, nempe Christus, dedit quosdam quidem Apostolos, quosdã autem prophetas, alios verò Euangelistas, alios autẽ pastores & doctores &c. Et alibi. Dei agricultura estis. Et, Ego plãtaui, Apollo rigauit. *minãtes gregẽ.* Chal. Par. & qui proficiscũtur cum grege. Heb. & profecti sunt in grege, vel cũ grege, hoc est, proficiscẽtur cũ grege. sub. pastores. ꝙ vnico verbo expressit noster interpres trãsferẽdo, *et minãtes gregẽ.* quo quidẽ nõ nudũ officiũ, & inane pastoris nomẽ, sed officij exercitiũ, & opus ipsum pastoris significatur: ne quis solo nomine sibi placeat, cùm D. Pau. dicat. Qui pręest, ĩ sollicitudine. Et alibi. Labora, vt bonus miles Chri. *Quia inebriaui animã lassã, et omnẽ animã esuriẽtẽ satiaui. Ideo quasi de somno suscitatus sum, et somnꝰ meus dulcis mihi.* D. Hie. mutationẽ psonarũ hic

1. Thes. 4

Ephes. 4.

1. Cor. 3.

Rom. 12.

2. Tim. 2.

& domum Iuda ſemine hominum, & ſemine iumentorum. Multitudinem deſignat, ait Theodoretus. Per homines, rationales: per iumēta, ſimplices intelligi vult D. Hierony. Hæc autem multiplicatio facta eſt in primo Chriſti aduentu, & complebitur in fine, quando poſt quā plenitudo gentiū intrauerit, omnis Iſrael ſaluus fiet: vt ſit Deus omnia in omnibus. Vide D. Paulum Rom. 11. Chal. Para. Ecce dies veniunt, dicit Dñs, & ſuſcitabo domum Iſrael & domum Iuda: multitiplicabo eos hominibus, & proſperabo eos pecorib⁹. Septuag. nō habent, domum, ſed Iſrael & Iudam. In Heb. habetur, ſicut noſtra habēt. *Et ſicut vigilaui ſuper eos vt euellerem, & demolirer, & diſsiparem, & diſperderē, & affligerem: ſic vigilabo ſuper eos, vt ædificem, & plantem, ait Dominus.* Vide notata in 1. Cap. hoc eſt, ſicut ſollicit⁹ fui, vt perderem: ſic ſollicitus ero, vt reſtaurem. Chal. Paraph. Sicut cogitaui ſuper eos, vt euellerem &c. ſic lætabitur verbum meum ſuper eos, vt ędificem, & ſuſcitem. Septuag. tantùm habēt, vt deſtruerem, & affligerem. *In diebus illis non dicent vltrà, Patres comederunt vuam acerbam, & dentes filiorum obſtupuerunt: ſed vnuſquiſq; in iniquitate ſua morietur: omnis homo qui comederit vuam acerbā, obſtupeſcent dentes eius.* Vide Ezech. 18. Abierat in prouerbium (inter eos præſertim, qui captiui detinebantur, neq; tamen ſceleribus parentum ſe contaminauerant: aut fortaſſis, quòd nequaquam ſua conſiderantes peccata, exiſtimabant ſe è terra eiectos & in captiuitatem adductos propter auorum peccatum, qui vitulum aureum in deſerto adorauerunt, de quo peccato Exod. 32. ſcriptum eſt, quòd dixerit Dominus. Ego autem in die vltionis viſitabo & hoc peccatū eorū.)

abierat,in quā,in prouerbiū,vt dicerēt, Patres comederūt vuā acerbā, & dentes filiorū obstupuerūt. quasi dicerent, Patres nostri peccauerunt, & nos pœnas damus pro illorum peccatis. Nūc ergo ait Dominus, futurum est, tēpore scilicet Christi, vt veri Israelitæ non reijciant causas pœnarum suarū in aliena scelera, auorum nempe suorum: sed agnoscent se peccatores, & fatebuntur se dignos morte sempiterna propter delicta sua, à quibus, & ab æterna morte per Christum liberandos se credent. Vel significat omnino delēdum per Christū peccatum illud adorationis vituli, vt non ampliùs propter illud quis puniatur, sed propter peccata quæ ipse commiserit. Puniebantur quidem Iudæi propter peccata propria: sed puniebat etiam in illis Deus peccata auorum, quorū ipsi imitatores erāt. Neq; in hoc aliqua erit iniustitia: nam nō maiores sustinebant pœnas, quàm propria peccata commeruissent, sed multò minores. has autem penas sustinebāt tum propter peccata propria, tum propter peccata auorum: vt qui illorum imitabantur peccata, & ipsa imitatione illa probare videbantur, neq; paterna afflictione erudiebantur, pro illis etiam pœnas sustinerēt. & hoc est quod dicitur Exod. 20. Ego sum Dominus Deus tuus fortis zelotes, visitans iniquitatem patrū in filios, in tertiam & quartā generationem eorum, qui oderunt me. Nempe qui parentum imitantur peccata, quæ tamē detestari debuissent: vt nouum sit ingratitudinis genus, cùm ortum quis habeat à parentibus sceleratis, quos iustè potuisset Deus omnino delere vt nulla de reliquo eorum esset posteritas, neq; tamē fecit: non agnoscere tātum beneficiū, sed eisdem sce-

leribus se

lieribus se cõtaminare. D. Hier. super Cap. 18. Ezechie. multùm se cruciat, vt ostendat nullã esse iniustitiã, si Deus puniat filios propter peccata parẽtũ. Sed, quod pace tãti Patris dixerim, nõ omnino quęstionem absoluit, & cogitur ad allegorias confugere: sed hoc quo diximus modo, omnia cõsonant, neq; vllus remanet scrupulus. Quęnã enim est iniustitia, si Deus filiũ imitantem parẽtis peccata grauiùs puniat, quàm aliâs puniturus esset, propter parẽtum peccata, quorum ipse imitator est, quandoquidẽ non maiorem infligit pœnam, quàm filiorum peccata exigãt, sed multò minorem? Adde etiam, quòd neq; parentes condignam sustinuerunt pœnam pro peccatis suis: vt nulla sit iniustitia, si in filijs, qui veluti portio quędam eorum sunt, adhuc puniantur. Sed iam in Euãgelio per Christum auorum peccata omnino deleta sunt, iuxta illud D. Pauli. Si qua ergo in Christo noua creatura, vetera transierunt. Et alibi de Christo loquens ait, Noui testamenti mediator est, vt morte intercedente in redẽptionem earum pręuaricationum, quę erant sub priori testamento, repromissionem accipiant qui vocati sunt æternæ hęreditatis. Et inferiùs prędicit Ieremias, quòd sub nouo testamẽto propitiaretur Deus iniquitati, & quòd non memoraretur ampliùs peccati. Punitur autem vnusquisq; propter peccata, quæ ipse cõmittit. Quod attinet ad literam, aperta est: & nostra lectio, & Septuag. cum Hebraica veritate conueniunt.

2. Cor. 5.

Heb. 8.

Ecce dies veniunt, dicit Dominus: & feriam domui Israel et domui Iuda fœdus nouum: non secundùm pactum quod pepigi cum patribus vestris in die qua apprehendi manum eorũ, vt educerem eos de terra Ægypti: pactũ quod irritum fecerunt,

et ego dominatus sum eorum, dicit Dominus. sed hoc erit pactum, quod feriam cum domo Israel post dies illos, dicit Dominus: dabo legē meā in visceribus eorū, & in corde eorū scribam eam: et ero eis in Deum, et ipsi erunt mihi in populū. Locum hunc egregiè & luculenter interpretatur D. Pau. ad Heb. 8. & 9. Fœdus vetus fuit, Seruate leges meas in tabulis lapideis scriptas. et, Dabo vobis terrā, quam patribus vestris promisi, & omnium bonorum affluentiam. Nouum est, Baptizamini, & credite Euangelio, & seruate quæ in eo præcepta sunt, & dabo vobis æternam vitam. Primi fœderis mediator fuit Moyses: secundi Christus, de quo D. Paulus. Nūc autem melius sortitus est ministerium, quantò & melioris testamēti mediator est, quod in melioribus repromissionibus sancitum est. non enim iam terram, sed cælum nobis promittitur. Vetus fœdus confirmatum & dedicatū est sanguine vitulorum & hircorum. Vide Exod. 24. nouum morte Christi, & sanguine eius. Sic Christus sanguinem suum, noui testamēti sanguinem vocauit. Vnde idem D. Paulus de Christo loquēs. Et ideo, ait, noui testamenti mediator est: vt morte intercedēte, in redemptionem earum præuaricationum quæ erāt sub priori testamento, repromissionem accipiāt, qui vocati sunt, æternæ hæreditatis. vbi enim testamentū est, mors necesse est intercedat testatoris. &c. Vide locum. Obseruat autem idem D. Pau. qua ratione, dicēdo nouum fœdus, veterauit prius. Quod autem antiquatur & senescit, prope interitū est. *Ecce dies veniunt,] dicit Dominus.* Tempore scilicet aduētus Christi in carne, noui testamēti mediatoris. *fœdus nouum.* Heb. ברית berit, fœdus, & pactum significat, à radice ברה barat, vel

Heb. 8.

Mat. 26.

Heb. 9, c.

vel ברת barah, vt Tau sit commutatum pro He, vt ait Rab. Dau. quod est succidere. Ratio autem nominis ex eo deducta est, quòd in fœdere sanciendo cæderẽtur victimæ, vt constat tum ex prophanis literis, tum ex sacris, vt habes Gene. 15. & Infra 34. Cap. & alijs locis. Vnde & verbum ברת barat, quod est excidere, passim cum nomine ברית berit, iunctum videas, vt latinè icere & percutere. Alij malũt ad ברר barar, reuocare, quod est declarare: eo quòd fœderibus vtrinq; aperta & rata amicitia inter contrahentes confirmaretur, adhibita publica solennitate. Septuag. διαθήκην testamentum, transtulerunt: quos sequutus est D. Paulus ad Heb. Vt autem ait D. Hiero. rectè testamẽtum pactum appellatur, quia voluntas in eo, atq; testatio eorum qui pactum ineunt, cõtinetur: nempe hæreditas, & cõditiones quibus adiri debeat. Sic etiam Christus nouam legem & nouum fœdus, testamentum appellauit, ea potissimum ratione, quòd non alieno sanguine, neq; victimis alienis cæsis, sicut in fœdere sanciendo fieri solet, sed proprio sanguine, & morte testatoris Christi confirmandum erat, sicut in testamẽtis fit. Vbi enim testamentum est, ait D. Paulus, mors necesse est intercedat testatoris. Testamentũ enim in mortuis confirmatum est, alióquin nõdum valet, dum viuit qui testatus est. Quantum autem sit scelus fœdus hoc nouum violare, explicat D. Paulus dicẽs. Irritam quis faciens legem Moysi, sine vlla miseratione, duobus vel tribus testibus moritur: quantò magis putatis deteriora mereri supplicia, qui filium Dei cõculcauerit, & sanguinem testamenti pollutum duxerit, in quo sanctificatus est, & spiritui gratiæ contumeliã fecerit?

Mat. 26.

Heb. 9. e.

Heb. 10. e

Vbi obserua, quàm exactè malitiã & grauitatem peccati, quod sub Euangelio committitur, expressit. Peccare enim sub Euãgelio, est filiũ Dei conculcare, sanguinẽ Christi, quo nouũ fœdus & noui testamentũ cõfirmatũ est, & in quo sanctificati sumus, pollutum ducere, & pro re vili habere, & spiritui grę, hoc est spiritui sancto, contumeliã facere, dum acceptã eius gratiam reijcimus. Hæc si attentè perpenderis, detestaberis prorsus, & quasi à facie colubri fugies peccatũ. *In die qua apprehendi manum eorum, vt educerẽ eos de terra Ægypti.* Non præcise diem, quo egressi sunt ex Ægypto filij Israel, significare voluit: sed tempus illud totum, quo egressi de Ægypto, deo ducente, ad terrã promissam pergebant. Percussum autẽ est fœdus in solitudine Sinai, quò peruenerũt mense tertio egressionis Israel de terra Ægypti. Vide Exod. 19. & 24. Apprehendi, ait, manum eorum, quia in manu forti eduxit eos Exod. 13. quasi manu sua manũ eorum apprehendendo, iuxta illud Psal. Emitte manum tuam de alto, eripe me & libera me de aquis multis. &c. D. Chrisosto. Non quasi seruos eduxit, sed veluti paruulum filium manu accipiens pater sic liberauit: non post tergũ sequi mandauit quasi seruum, sed veluti filium nobilẽ, & liberum manu tenens sic duxit. *pactum quod irritum fecerũt.* Vtiq; in eodem loco vbi percussum est fœdus, aureo vitulo cõflato: vt præ dolore animi & indignatione Moyses tabulas, in quibus lex digito Dei scripta erat, proijceret, & confringeret. Vnde Dominus ad Moysen, Recesserunt citò de via, quam ostendisti eis. Vide Exod. 32. *Et ego dominatus sum eorũ, dicit Dominus.* Septuag. Et ego neglexi eos. Chald. Paraphra. Et ego

Psal. 143

compla

complacui mihi in eis. In Heb. בעלתי bahalti, à radice בעל bahal, quod est dominari, dominium habere, possidere vt dominum. Nonnulli Hebræorum aiunt, verbum hoc sequente Beth, sicut hic, cōtemptū & despectionē significare: vnde hoc loco, fastidiui, abominatus sum, interpretantur: quam significationem sequuti sunt Septuag. Sed et verbum געל gahal, quod affine huic est, abominari, reprobare, repellere, abijcere significat. Alijs hoc non placet, sed retinendam primam significationem: & exponunt, irritum fecerunt pactū, tametsi ego dominarer eis, & essem eis in Deum. In eundem sensum potest litera nostra exponi. Alij iuxta sensum Chaldai. Paraphra. exponunt. Factus sum quasi vir illorum, vel functus sum officio veri sponsi erga illos. Et quidem, siue hoc vel illo interpreteris modo, verum dicis: nam & tunc quando, irrito facto pacto, vitulum adorauerunt, abominatus est eos Dominus, ita vt vellet omnino delere, nisi eum Moyses oratione sua placasset: & postquam placatus est, factus est quasi vir illorum, & functus est officio viri & sponsi erga illos. Potest etiam referri ad cædem, quā in eos exercuit, ob adoratum vitulum: nam triginta millia hominum ceciderunt in illa die: quo quidem ostendit Deus se illorum esse Dominum, dum vt seruos malos puniuit. Percussit Dominus, ait ibi scriptura, populū pro reatu vituli, quē fecerat Aaron. Ibidem etiā habetur dixisse Dominū, Ego autē in die vltionis visitabo & hoc peccatū eorū. Quod huic loco accōmodari potest, vt dominat⁹ sum eorū, idē sit q, ius super illos obtinui iustè puniendi pro tanto scelere, etiam vsq; ad tertiam & quartā generationem.

Exod.32.

Dabo

Dabo legem meam in visceribus eorum, et in corde eorum scribam illam. Theodo. Hoc rebus ipsis demonstrauit nobis Deus: cùm enim sacros Apostolos abduxisset in montem, non dedit eis tabulas lapideas, sed in cordibus eorum inscripsit leges diuinas, & dantibus operã virtuti beatitudinem obtulit. Tũ etiam quando Christus Apostolis præcepit, vt Euangelium prædicarent, nullas leges scriptas illis dedit, sed dixit tantùm, Euntes in mundum vniuersum prædicate Euangeliũ omni creaturę. Sic etiam eisdem Apostolis dixit, Spiritus Sanctus quem mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia, quęcũq; dixero vobis. Et iterum. Cùm venerit Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem. D. Tho. 1. 2. q. 106. ar. 1. ea ratione dicit nouam legẽ scriptam in cordibus, quia quod in ea potissimum est, gratia scilicet Spiritus Sancti, cordibus fidelium infunditur. Vnde legem fidei vocat Apost. Rom. 3. vt ipsam gratiam fidei, legẽ nouam dicat. Et ad Rom. 8. Lex spiritus vitæ in Christo Iesu liberauit me à lege peccati, & mortis. Sic. D. Augu. Plenitudo legis est charitas. Hęc non in tabulis conscripta lapideis, sed diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis. Lex ergo Dei est charitas. Item post quinquaginta dies à celebratione Paschę Moyses legem accipit in tabulis digito Dei conscriptis: & post quinquaginta dies à passione & resurrectione illius, qui sicut ouis ad immolandum ductus est, congregatos in vnum fideles digitus Dei, hoc est Spiritus Sanctus, impleuit, & legẽ spiritus scripsit in cordibus eorum. Et iterum. Quid sunt leges Dei ab ipso Deo scriptæ in cordibus, nisi ipsa præ-

Marc. vltimo.

Ioan. 14.

Ioan. 15.

Aug. lib. de Spiritu et litera. Cap. 17.

Cap. 16.

sentia

ſentia Spiritus ſancti, qui eſt digitus Dei? quo pręſente diffunditur charitas in cordibus noſtris, quę plenitudo legis eſt, & pręcepti finis. Idem D Ambro. in Epiſto. ad Heb. *Et ego ero eis in Deum, et ipſi erunt mihi in populum*, hoc eſt, ego illorum curam agam, & vt meos agnoſcam. *Et non docebit vltrà vir proximum ſuum, et vir fratrem ſuum, dicens. Cognoſce Deum, omnes enim cognoſcent me à minimo eorum vſq; ad maximum, ait Dominus: quia propitiabor iniquitatibus eorum, et peccati eorum non memorabor amplius.* Theodore. Hæc autem verba ſortientnr effectum in futura vita: in illa enim non amplius indigebimus mutua diſciplina. Alij ad tempora Apoſtolorum, & primitiuam Eccleſiam hęc referunt, & hoc modo interpretantur illud 1. Ioan. 2. Nō neceſſe habetis, vt aliquis doceat vos: ſed ſicut vnctio eius docet vos de omnibus, & verū eſt, & nō eſt mendaciū. Sed non eſt cur Prophetiam hanc aliquo modo coarctemus, cùm adeò manifeſtè impletam eſſe videamus in fidei noſtrę cōfirmationem. Quis enim eſt in Catholica Eccleſia, qui Deum non cognoſcat? decātant omnes etiam pueri, qui vix norunt verba formare, Symbolum fidei, in quo perfecta quędam Dei cognitio, & Sanctiſſimę Triadis, & verbi Dei incarnationis cōtinetur: quę ſub veteri teſtamento pauciſſimis, hiſq; Sanctiſſimis: vix nota erant. Prędicarunt Apoſtoli Euangelium edocti ab Spiritu ſancto: ſed poſt illorum prędicationem repleta eſt terra ſcientia Domini, ſicut aquę maris operiētes, ſicut prophetauerat Iſaias 9. Cap. Et quidem, vt qui infidelis eſt ad fidem veniat, neceſſaria eſt prędicatio, dicente Apoſtol. Fides eſt ex auditu: & quomodo audient ſine prędicante? Sed

Rom. 10.

postquam quis catholicam fidem suscepit, & coetui fideliũ aggregatus est, nullo negotio Dei cognitionẽ sibi comparat, cùm audiat quotidie Symbolũ fidei decantari, & Euangeliũ Christi legi. Nõ ergo aufert Propheta ministerium verbi, cùm dederit Christus Ecclesię Apostolos, & Euangelistas, & doctores & pastores in ædificationem corporis eius: Sed id tantùm voluit significare, quòd sub nouo testamẽto facilè, & nullo negotio possent homines Dei cognitionẽ sibi cõparare, eam præsertim quę necessaria est ad salutẽ. In elucidandis autem diuinis mysterijs, in explicandis diuinis scripturis, in defendenda catholica veritate cõtra infideles & hæreticos, audire debent minores maiores, quos Christ⁹ doctores & pastores cõstituit, & Ecclesiæ suę pręposuit: vt non circũueniamur omni vẽ-

Ephes.4. to doctrinę in astutia hominũ. Sed etsi quid difficile exortũ fuerit, habet Ecclesia Catholica Spiritũ sanctũ in ea manẽtẽ, qui eã doceat, neq; errare pmittat. *Quia propitiabor iniquitati eorũ, & peccati eorũ nõ memorabor amplius.* Nẽpe, vt punia. Illud autem, *quia*, potest causam reddere eius quod pręcessit, *omnes cognoscent me*: quia scilicet propitiabor iniquitati, & tanquam amicis manifestabo illis me ipsum. Vbi autẽ horũ remissio, colli-

Heb.10. git D. Paulus, iam nõ est oblatio pro peccato. in priori testamẽto omnis sacerdos pręsto erat quotidie ministrans, & easdẽ sępe offerens hostias, quę nunquam poterãt auferre peccata. sed Christus vnã pro peccatis offerẽs hostiam in sempiternũ sedet à dextris Dei: vna enim oblatione cõsummauit in sempiternũ san-

Heb.9. ctificatos. Et iterũ Christus assistẽs pontifex futurorũ bonorũ, p amplius & pfectius tabernaculũ non manu

factum

factũ,ideſt non huius creationis (corpus ſuũ ſanctiſſimũ cõceptũ de Spiritu ſancto intelligit)neq; per ſanguinẽ taurorũ aut vitulorũ,ſed per proprium ſanguinẽ introiuit ſemel in ſancta(nempe in cælum) æterna redemptione inuenta.Item.Et Chriſtus ſemel oblat⁹ eſt ad multorum exhaurienda peccata.Qui tamẽ Eccleſię reliquit ſacrificium incruẽtum Corporis, & ſanguinis ſui ſub ſpeciebus panis & vini,in memoriã paſſionis & mortis ſuæ,& cruẽti illius ſacrificij quod ipſe ſemel obtulit, quotidie offerendum in remiſſionem peccatorum: dum ſcilicet per illud applicatur nobis virtus cruenti ſacrificij,ad expiationẽ pœnę pro peccatis debitę.Sic & per alia ſacramenta eandem virtutem,& remiſſionẽ peccatorũ iam factam voluit applicari,ad expiationẽ culpę & pœnę, ꝑ baptiſmũ prę ſertim,& pœnitẽtię ſacramẽtũ. Quod autẽ ſubinfert D. Pau.Voluntariè peccantibus nobis, poſt acceptã notitiam veritatis iam non relinquitur pro peccatis hoſtia,idem eſt quod dixit,Nã Chrus ſemel tãtùm oblatus eſt.neq; iterũ ſe offeret cruenta hoſtia: reliquę autẽ hoſtię veteris legis finẽ habuerunt: incruenta autẽ hoſtia in memoriã illius cruentę inſtituta eſt, vt diximus,neq; à culpa mundat,quamuis ad expiationem pœnę valeat.Quod autẽ ſubiũgit Apoſt.Terribilis autẽ quędam expectatio Iudicij, & ignis ęmulatio,quæ conſumptura eſt aduerſarios, intelligendum eſt,niſi pœnitentiam egerimus. Vel per voluntariè peccantes, in peccatis permanentes, & voluntariè in peccatis perſeuerantes intelligamus. Igitur voluntariè peccantibus nobis poſt acceptam notitiam veritatis, iam non relinquitur pro peccatis hoſtia, per quam

Heb. 9. *Heb. 10.* *Ibidem.*

remissionem consequamur absq; pœnitentiá : nam ante acceptam notitiam veritatis peccantes habent hostiam à Christo pro peccatis oblatam, cuius virtus per baptismum applicatur in remissionem peccatorum, absq; gemitu & planctu, quamuis non absque odio & detestatione peccatorum: vt non solùm culpa deleatur, sed & pœna pro peccatis debita condonetur sine vlla alia satisfactione. Qui verò post acceptam notitiam veritatis, & post emundationem quæ per baptismum fit, peccant, multo dolore & lachrymis oportet veniam per pœnitentiam quęrant. Voluit igitur D. Paulus inanem, & vanam hęreticorum fiduciam his verbis reprobare, qui voluntariè peccantibus post acceptam veritatis notitiam, sola fide veniam promittunt per hostiam Christi, dicentes, pax, pax, cùm non sit pax, sed terribilis quædam expectatio iudicij, & ignis æmulatio eos maneat, quę consumptura est eos, & qui illorum sequuntur errores, & doctrinæ catholicę Ecclesię aduersantur.

Hæc dicit Dominus qui dat Solem in lumine diei: ordinem lunæ et stellarum in lumine noctis: qui turbat mare et sonant fluctus eius, Dominus exercituum nomen illi. Si defecerint leges istæ coram me, dicit Dominus: tunc et semen Israel deficiet, vt non sit gens coram me cunctis diebus. Significat, quamdiu mũdus erit, semẽ Israel & gentẽ Iudaicã permansurã. Permanet quidẽ gens Iudaica, & permanebit vsq; ad finem seculi, sed nõ corã Deo, hoc est vt illi accepta sit, nisi in his qui crediderũt Euãgelio, vel credituri sunt. *Qui dat Solẽ in lumine diei*, hoc est, vt die luceat. Gen. 1. vt pręesset diei. *ordinem lunæ & stellarum in lumine noctis*. Gene. 1. fecit luminare minus, vt pręesset

nocti

nocti & stellis. Septuag. Lunam & astra in lucem noctis. Chald. Paraph. statuta Lunæ, & syderum ad lucẽdum nocte. Heb. חקת chucot, statuta, & quod tanquã pro decreto & statuto habetur, & est cuiq; ordinariũ, demensum significat: quasi formã, aut normã, ritum ue, aut ordinationẽ constitutã, præscriptã & certã di cas. Quia ergo Luna suas habet vicissitudines, & cremẽta, & decremẽta, & astra suos habẽt ortꝰ, & varios aspectus: & quia hæc iuxta normam à Deo constitutã fiunt, qui dat ordinem vel statuta Lunæ & stellarum, dixit, *Qui turbat mare, & sonant fluctus eius*. Septua. & clamorem in mari, & resonuerunt fluctus eius. Chal. Paraph. Increpat mare, & sonãt fluctus eius. Heb. רגע rogah, scindens, findens, conturbans. Nonnulli ad diuisionem illam maris rubri, quæ facta est post egressum Israelis de Ægypto, referunt. Sed & in vniuersum cõturbat Deus mare, quando ventorum vi intumescit, & fremit, & dũ semper agitatur, & feruet, vt quiescere non valeat: cùm verò conturbatur, scinditur, & cõteritur, & alliditur. *Dominus exercituum nomen illi*. Diximus aliàs de hoc nomine. Pręmisit autẽ hæc Propheta, vt ostẽderet posse Deũ præstare quod dicit, vt nõ deficiat Israel. Nã q potuit Solẽ dare in lumine diei, & legem præfigere lunæ & stellis in lumine noctis, & turbat mare vt sonent fluctus eius, ita ut spectantibus terrorem incutiant, poterit & illud facere. *Si defecerint leges istæ coram me*. nempe, vt Sol non luceat die, & luna & stellæ nocte iuxta leges à me perscriptas, quasi dicat. Quemadmodum fieri non potest, vt leges illæ deficiant: ita nũquam fiet, vt semen Israel deficiat. *Vt non sit gens coram me*. Chald. Paraph. Sicut fieri non po-

 test,

test, vt pertranseant pacta hæc à facie mea, dicit Dominus, semen quoq; Israel non desinet esse populus ministrans coram me omnibus diebus. Hoc si de ministerio quod fit in obseruatione sacrificiorum & ceremoniarum legis intelligatur, apertè est falsum: nam post destructam Ierusalem, & subuersum templum à Romanis, cessarunt sacrificia, & aliæ obseruationes, quæ non nisi Ierosolymis celebrari poterant. De Israelitis ergo non secundùm carnem, sed secundùm spiritum intelligi debet. Vnde ait D. Paulus. Non autem quod exciderit verbum Dei. (vtiq; hoc, quo promittit non defecturum semen Israel.) Non enim omnes qui ex Israel, ij sunt Israelitæ: neq; qui semen sunt Abrahæ, omnes filij: sed in Isaac vocabitur tibi semen: idest, non qui filij carnis, hi filij Dei: sed qui filij sunt promissionis, æstimantur in semine. Sic inter filios Isaac Iacob eligitur, reprobato Esau. Et inter filios Iacob, qui & Israel, qui vocati sunt ad fidē ad populum Dei pertinent simul cum illis, qui ex Gentibus vocati sunt. Vnde idem Apost. Non repulit Deus plebem suam, quam præsciuit: sed sicut tempore Eliæ dixit Dominus, reliqui mihi septem millia virorum, qui non curuauerunt genua ante Baal, sic in hoc tempore, reliquiæ secundum electionem gratiæ saluę factæ sunt. Concludit deinde. Quid ergo? sub. factum est? Hoc nempe, quod quærebat Israel, subaudi secūdùm carnem, non est consequutus, vt scilicet qui electi erant, iustitiam appręhenderent, & ad populum Dei pertinerent, non per opera legis sed per fidem, cęteri verò excęcati sunt. *Hæc dicit Dominus, si mensurari possunt cæli sursum, & inuestigari fundamenta terræ deorsum:*

Rom. 9.

Rom. 11. a

et ego abijciam vniuersum semen Israel propter omnia quæ fecerunt, dicit Dominus. Altitudinē cæli, & latitudinē terræ, et profundū abyssi quis dimēsus est? ait Ecclesiasticus. Eadē est sentētia, cū his quę pręcesserūt. hoc est. Quemadmodum fieri non potest, vt quis magnitudinem vel altitudinem cælorum comprehendat, aut terræ profunditatem penetret: sic nunquam fiet, vt ego vniuersum Israelem abijciam propter iniquitates suas, quas fecerunt. Dixerat enim, *Quia propitiabor iniquitati eorum, et peccati eorum non memorabor amplius.* Non abiecit ergo vniuersum Israel, quandoquidem reliquiæ secundum electionem gratiæ saluæ sunt. Chaldai. Paraphrasis. Sicut non potest fieri, vt sciat homo mensuram cæli desuper, neque etiam inuestigare fundamenta terræ deorsum: sic verbum meum non auersabitur omnem cognationem Israel, pro ijs omnibus quæ fecerunt coram me, dicit Dominus. Septuagin. Si eleuatum fuerit Cælum in sublime, & si humiliatum fuerit pauimentum terræ deorsum, & ego non reprobabo gentem Israel, dicit Dominus, pro omnibus quæ fecerunt. Theodoretus sic interpretatur. Qua ratione fieri non potest, vt cælum sit sublimius quàm est, & terra inferior: ita planè impossibile est reijci Israelem. Eadem est sententia, quamuis diuerso modo explicata. Fortassis Philosophi Gentium, qui multum sibi tribuebant, existimassent posse altitudinem cælorum, & terræ profunditatem comprehendi, propterea Septuaginta, cùm Gentibus scripturam sacram interpretarentur, rem omnino impossibilem proposuerunt, vt scilicet cęlum sublimius sit, aut terra inferior. *Ecce*

Eccli. 1. a

dies veniunt, dicit Dominus: & ædificabitur ciuitas domino à turre Hananeel vsq; ad portam anguli. De ædificatione Ierusalem, & eius amplificatione prophetat. D. Hier. de ædificatione spiritualis Ierusalem, quæ est Ecclesia Dei, interpretatur. Per turrem Hananeel, turrem obedientię, siue gratię & donorum Dei, iuxta nominis ætymon intelligit. per portam anguli, huius vitæ imperfectionem: quamdiu enim in ista carne subsistimus, rectam veritatis lineam non possumus possidere; sed in angulo stamus, quasi fractis lineis: constat enim angulus ex lineis fractis. Alij per appendices istos quibus ampliandam Ierusalem prędicitur, vnum & idem intelligunt, Gentium nempe conuersionem, vt amplificare Ierusalem sit, Gentium plenitudinem Ecclesiam intrare: ex quo factum est, vt in loco vbi non erat Ierusalem, neq; populus Dei, nũc sit Ecclesia & Dei populus, iuxta illud D. Pauli ad Rom. 9, quod ex Ose. citat: Vocabo non plebem meam, plebem meã, & non dilectam, dilectam: & nõ misericordiam cõsequutã, misericordiam consequutam. Et erit: in loco vbi dictum est eis, Non plebs mea vos: ibi vocabuntur filij Dei viui. Et quidem, quod hic dicitur de ædificatione Ierusalem, constat neq; sub Salomone, neq; sub Neemia completum fuisse. Quidã tamen aiunt in illa reædificatione, quæ post vastationẽ sub Tito & Vespasiano per Adrianum Imperatorem facta est, amplificatam fuisse iuxta prophetiam hãc: nam loca in quibus Christus crucifixus est, & sepultus, muro ciuitatis fuerunt comprehensa, quam Adrianus tradidit Christianis habitandam, prohibens ne aliquis Iudæorum habitaret ibi. Turris Hananeel, & portę anguli vel angu-

lorum

lorum mentio fit Zach. 14. Vide etiam 4. Reg. 14. & 2. Paral. 26. & Neem. 3. Vox Veb. פנה panah, angulũ significat. Quidam ad פנה panah, reuocũt, quod est aspicere, respicere: vt non sit recessus, sed flexus, ceu acies exterior ædificij, quod prostet, vel quod in varia loca respiciat. Sic etiam latino sermone pinna quiduis acutum significat, vnde & pinnæ murorum, id est, summitates. Et quia anguli sunt domus robur & fortitudo, turres fortes appellantur anguli. Sic Sophon. 1. Super ciuitates munitas, & super angulos excelsos, hoc est turres excelsas. Tum etiã, quia anguli domus fiunt ex lapidibus maioribus, qui duos parietes cõiungant, & ædificium sustineant, maiores populi duces ac principes vocantur anguli. Iud. 20. Omnesq; anguli populi, & cuncta tribus Israel in Ecclesiam populi Dei cõuenerũt, hoc est principes aut maiores populi. Et 1. reg. 14. Applicate huc vniuersos angulos populi, quamuis & in vtroq; loco per angulos possint tribus intelligi: vt tribus apud Hebræos anguli vocẽtur, quemadmodum apud Palæstinos Satrapiæ. Heluetiorum duces etiam hodie anguli dicuntur, vulgò *Cantoni*. Sic ergo interpretari possumus, spiritualem Ierusalem à turre Hananeel vsq; ad portam anguli ædificari, quia turris est Dauid, quæ ędificata est cum propugnaculis, vt dicitur in Cant. ex qua mille clypei pẽdẽt, omnis armatura fortium. Est etiam specula, in qua reuelata facie gloriam Dei speculantes in eandem imaginem transformamur, à claritate in claritatem tãquam à Domini spiritu, vt ait Apost. Et porta anguli, quę duos respicit populos, & ambobus patet. Sed & Christus, qui de se ait, Ego sum ostium, per me si quis introierit, saluabitur,

Cant. 4.

2. *Cor.* 3.

Ioan. 10.

tur, petra est angularis, qui facit vtraq; vnum, de quo in Psal. Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli. Vide Ephes. 2. & 1. Pet. 2. *Et exibit super normam mensuræ in conspectu eius super collem Gareb: & circuibit Goatha, & omnem vallem cadauerũ, & cineres, & vniuersam regionem mortis, vsq; ad torrentem Cedron, & vsq; ad angulum portæ equorum Orientalis: sanctum domino non euelletur, & non destruetur vltrà in perpetuum.* Amplificationem ciuitatis ædificandæ declarat, vt scilicet intra eam cõprehendantur collis Gareb, & Goatha, & vallis cadauerum, & locus cinerum, & locus vbi morte plectebantur rei, vsq; ad angulum portæ equorum Orientalis, & vsq; ad torrentem Cedrõ. quæ omnia loca consecranda Deo dicit; & sancta fore, & vniuersam ciuitatem cum omnibus suis partib⁹ tanquàm deo sacratam, nequaquam euellendã, neq; destruendam ampliùs vllo tempore. *Et exibit super normam mensuræ in conspectu eius super collem Gareb.* hoc est, Funis, qui tendetur ad fundamenta ciuitatis designanda, vltrà antiquam normam mensuræ protrahetur è regione portæ anguli iam dictæ super collem Gareb. Chal. Par. Et egredietur adhuc filũ mensuræ ędificij è regione eius, donec perueniat ad vallẽ, quę est vicina Gareb. Sep. Et exibit norma ei⁹ corã ea vsq; ad colles Gareb. Collẽ Gareb, nõnulli locũ qui in Euãgelio Caluarię dicitur, existimant esse. Vox Heb. גרב gareb, scabiẽ significat. Sũt autem intra Ecclesiam scabiosę oues, quas bonus pastor (qui requirit quod perierat, & quod abiectum erat, reducit: & quod confractum est, alligat: & quod infirmum est, consolidat, vt est in Ezech. Cap. 34.) ad sanitatem curat reducere: nam & Chri

Psal. 117.

Ezech. 34.

& Christus leprosos mũdabat. Sed & per collem Gareb, Sacramentũ pœnitẽtiæ optimè intelliges, in quo peccator peccatorum scabiem deponit, & mundatur. *Et circuibit Goatha.* Chald. Para. & erit circumiens arcem rotundam. Septuagin. & circundabitur in circuitu de electis lapidibus. Vox Hebr. גועתה gohathah, si sit à radice עגל hagal, rotũdum, vel rotunditatẽ significat in circuitu: & ab hac radice deduxit Chal. Par. Si sit à radice גלל galal, idem significat: & ab hac radice est Golgoltha, quod lingua Syriaca Caluariæ locũ significat, quamuis corruptè legatur, Golgotha: & nonnulli existimant locum hunc, de quo hìc fit mentio, eundem esse cum illo qui in Euangelio Golgoltha vocatur. Vtcunq; sit, cùm vox Hebræa Gohatha, rotundum, vel rotunditas in circuitu, interpretari possit, possumus ex Hebrœo transferre, & circuibit rotunditatem, vel circundabitur in circuitu. subaudiri autem voluerunt Septuaginta, Electis lapidibus. Noster interpres vocem Hebraicam reliquit, liberum relinquens siue hoc modo, siue alio interpreteris. Quòd si interpretationem Septuaginta sequamur, quadrabit huic loco quod D. Petrus ait, Et ipsi tanquam lapides viui super ædificamini domus spiritualis, sacerdotium sanctum, offerẽtes spirituales hostias, & acceptabiles Deo per Iesum Christũ. Et quod Apoc. 21. dicit Ioannes de Ierusalẽ sancta. Et erat structura muri eius ex lapide iaspide: ipsa vero ciuitas aurum mundum, simile vitro mundo. Et fundamenta muri ciuitatis, omni lapide pretioso ornata. (1. *Pet.* 2.)

Et omnem vallem cadauerum. Chaldaica Paraphrasis. & omnis vallis vbi ceciderunt cadauera exercitus Assyriorum

syriorum. Habes historiam 4. reg. 19. Sic & Ecclesia Dei vallem cadauerum intra se continet, sicut & pisces bonos & malos, & triticum & paleas, & virgines prudentes & fatuas: sed & cadauerum curam habet, dum honorificè sepeliri vult, & in loco ad id sacro reponi, tanquam quæ resurrectionem expectet. *Et cineres.* Septuag. & cineris, hoc est, vallem cadauerum, & vallem cineris, vel cinerum. Santes Pag. & cineris locum. Quidam eũdem locum cum valle cadauerum esse volunt. vbi etiam quandoq; cadauera cremabantur, vallis cadauerum & cinerum dicitur. sed & cinis, pro manibus, & reliquijs funerum sumi solet: vnde & illud Virgil. 4. Æneid. Nec patris Anchisæ cineres manesue reuellere, & Cic. 3. in. Verr. Homo importunissime, cur tãtam iniuriam P. Annio mortuo fecisti? cur hunc dolorem cineri eius, atq; ossibus inussisti? Chald. Paraph. non habet, cineres, intelligens nimirum per cineres idem, quod per vallem cadauerum. *Et vniuersam regionẽ mortis.* hoc est, vbi rei morte plectebãtur. Sep. & omnẽ Asseremoth. Chal. Par. & omnes aquæ ductus. Heb השרמות haseremot, quæ dictio licèt scribatũ cũ Res, legitũ cũ daleth, vt ait Rab. Dau. in Cõmẽta. est autem plurale nominis שרמה sedemah, quod aruum, agrum, regionem, campum, planitiem significat: vnde omnes regiones, vel omnia arua transferre possumus. Sed si vocem Heb. in duas diuidam⁹, regionem vel agrũ mortis significabit. & hoc modo diuisit noster interpres, quemadmodum D. Hiero. in Commentarijs affirmat se fecisse, & proinde vertisse regionem mortis. Continet autem Ecclesia region mortis, quia quamdiu hic sumus, in regione mortis sumus.

sumus. Constitutum est enim hominibus semel mori. Sed & vita hęc plena est periculis, vt cũ timore & tremore oporteat nos salutem nostrã operari: vt qui stat, videat ne cadat: Quoniam aduersarius noster diabolus, tanquam leo rugiens circuit, quęrens quem deuoret. Et in Apoc. 3. Cap. Angelo Ecclesiæ Sardis dicitur. Nomen habes ꝙ viuas, & mortuus es. Et D. Paulus 1. Tim. 5. Vidua quę ĩ delitijs est, viuẽs mortua est. *Vsque ad torrentem Cedron* sic dictus ab opacitate: nam קדר kadar, est nigrescere, tenebrescere, obscurum vel atrum esse, & ab hac radice קדרון kidron. Torrens autem hic pręterfluit Ierosolymam ad Orientem, & diuidit eam à monte Oliueti, & vallis per quam fluit, eodem nomine vocatur. De quo passim in testamento veteri fit mentio, & in nouo Ioan. 18. Ecclesia autem in Canticis ait, Nigra sum, sed formosa, Sed & cognitio Dei, quam in hoc exilio habemus, opaca est, & obscura, dicente D. Paulo, Videmus nunc per speculum in enigmate, & per fidem ambulamus, nõ per speciẽ. Est autem fides sperandarum substantia rerum, argumentum non apparentium. *Vsq, ad angulum portæ equorum orientalis*. Nehem. 3. mentio fit portæ equorum. & 2. Paral. 23. Aiunt nonnulli duas fuisse portas, quæ equorum dicebantur, ad Orientem vnã, & alterã ad Occidentem, vicinã templo: per illam equi educebantur in torrentem Cedron adaquãdi: hæc verò prope tẽplũ sic vocabatur, quòd illuc vsq; equitare liceret ꝑ gentibus in Templum: inde verò pedites incedebant, & equos iuxta illam portam relinquebant. Chal. Par. vsq; ad angulũ portę domus stadij regis orientem versus. Equitatui meo in curribus Pharaonis assimilaui te

Heb. 9. *1. Pet. 5.* *Can. 1.* *1. Cor. 13.* *Hebr. 11.* *Cant. 1.*

Psal. 67. ui te amica mea, dicitur in Cāt. Et in Psal. Currus Dei decē millibus multiplex millia lætantium. & Habac. 3. Qui ascendis super equos tuos, & quadrigæ tuę saluatio. Sed &, currus Israel & auriga eius, clamat Eliseus, dum Elias tollitur. *Sanctum Domini non euelletur, et non destruetur vltrà in perpetuum.* Vniuersa hęc fabrica, & structura sanctitas domino est. Templum sanctum, quod estis vos, dicebat Apost. Et in Psal. sanctificauit tabernaculum suū altissimus. Et alibi Apost. Christus dilexit Ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea, vt illam sanctificaret. Et Apoc. 21. Ostendit mihi ciuitatem sanctam Ierusalem: de qua Christus, Et portę inferi non pręualebunt aduersus eam. Non ergo euelletur, neq; destruetur in sempiternū: fundata enim est supra firmam petram Christum, de quo Angelus, Et regnabit in domo Iacob in ęternū, & regni eius non erit finis.

4. Reg. 2. *1. Cor. 3.* *Psal. 45.* *Ephes. 5.* *Mat. 16.* *Luc. 1.*

ARGVMENTVM.

Ieremias in carcere existēs prophetat similitudine agri, quem emit iussu domini, Iudam post captiuitatē reducendum, libertatem per Christum significans.

¶ CAP. XXXII.

VERBVM quod factum est ad Ieremiam à Domino in anno decimo Sedeciæ regis Iuda: ipse est annus decimus octauus Nabuchodonosor. 2 Tūc exercitus regis Babylonis obsidebat Ierusalem: & Ieremias propheta erat clausus in atrio carceris, qui erat in domo regis Iuda. 3 Clauserat enim eū Sedecias Rex Iuda, dicens: Quare vaticinaris, dicens: Hæc dicit Dominus, Ecce ego dabo

ciuitatem

ciuitatem in manu regis Babylonis, & capiet eam? 4 Et Sedecias rex Iuda non effugiet de manu Chaldæorum: sed tradetur in manu regis Babylonis: & loquetur os eius cum ore illius, & oculi eius oculos illius videbunt. 5 Et in Babylonem ducet Sedeciam: & ibi erit donec visitem eum, ait Dominus, si autem dimicaueritis aduersum Chaldæos, nihil prosperum habebitis. 6 Et dixit Ieremias, Factum est verbum Domini ad me, dicens: 7 Ecce Hanameel filius Sellum patruelis tuus veniet ad te, dicens: Eme tibi agrum meum qui est in Anathoth: tibi enim competit ex propinquitate vt emas. 8 Et venit ad me Hanameel filius patrui mei secundùm verbum Domini ad vestibulum carceris, & ait ad me, Posside agrum meum, qui est in Anathoth in terra Ben-iamin: quia tibi competit hæreditas, et tu propinquus es vt possideas. Intellexi autem quòd verbum Domini esset. 9 Et emi agrũ ab Hanameel filio patrui mei qui est in Anathoth: & appendi ei argentum septem stateres: & decem argenteos. 10 Et scripsi in libro, & signaui, & adhibui testes: et appendi argentũ in staterà. 11 Et accepi librum possessionis signatũ, et stipulationes, et rata, et signa forinsecus. 12 Et dedi librũ possessionis Baruch filio Neri filij Maasiæ in oculis Hanameel patruelis mei, & in oculis testium qui scripti erãt in libro emptionis, in oculis omnium Iudæorũ qui sedebant in atrio carceris. 13 Et præcepi Baruch corã eis, dicens: 14 Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel, Sume libros istos, librũ emptionis hunc signatum, & librum hunc qui apertus est: & pone illos in vase fictili, vt permanere possint diebus multis. 15 Hæc enim dicit Dominus exercituum Deus Israel, Adhuc possidebuntur domus, & agri, & vineæ in terra ista. 16 Et oraui ad Dominũ, postquam tradidi librum possessionis Baruch filio Neri, dicẽs: 17 Heu, heu, heu, Domine Deus: ecce tu fecisti cælũ et terrã in fortitudine tua magna, & in brachio tuo extẽ

to: non

† Exod. 34.2.

te: non erit tibi difficile omne verbũ: 18 †Qui facis misericordiã in millibus, & reddis iniquitatem patrum in sinũ filiorum eorum post eos, Fortissime, magne, & potens, Dominus exercituũ nomen tibi. 19 Magnus consilio, & incomprehensibilis cogitatu, cuius oculi aperti sunt super omnes vias filiorum Adam: vt reddas vnicuique secundum vias suas, & secundum fructum adinuentionum eius. 20 Qui posuisti signa et portẽta in Terra Ægypti vsque ad diem hanc, & in Israel, & in hominibus: & fecisti tibi nomen sicut est dies hæc. 21 Et eduxisti populum tuum Israel de Terra Ægypti, in signis, & in portentis, & in manu robusta, & in brachio extẽto, & in terrore magno. 22 Et dedisti eis terram hanc, quam iurasti patribus eorũ vt dares eis, terram fluentem lacte & melle. 23 Et ingressi sunt, & possederunt eam: et non obedierunt voci tuæ, et in lege tua non ambulauerunt: omnia quæ mandasti eis vt facerent, non fecerunt: et euenerunt eis omnia mala hæc. 24 Ecce munitiones extructæ sunt aduersum ciuitatẽ, vt capiatur: et vrbs data est in manus Chaldæorum, * qui præliãtur aduersus eam à facie gladij, et famis, et pestilentiæ: et quæcunque locutus es acciderũt, vt tu ipse cernis. 25 Et tu dicis mihi Domine Deus, Eme agrum argento, et adhibe testes, cum vrbs data sit in manus Chaldæorum? 26 Et factum est verbum Domini ad Ieremiam dicens: 27 Ecce, ego Dominus Deus vniuersæ carnis: nunquid mihi difficile erit omne verbum? 28 Propterea hæc dicit Dominus, Ecce, ego tradam ciuitatem istam in manus Chaldæorum, et in manus regis Babylonis, et capient eam. 29 Et venient Chaldæi prælia ntes aduersum vrbem hanc, et succendent eam igni, et comburent eam, et domos in quarum domatibus sacrificabant Baal, et libabãt dijs alienis libamina ad irritandum me. 30 Erant enim filij Israel et filij Iuda iugiter, facientes malum in oculis meis ab adolescẽtia sua: filij Israel qui vsque nunc exacerbant me in opere manuum

* & ĩ manᵘˢ regis Babylonis. o.

Suum suarũ, dicit Dominus. 31 Quia in furore, & in indignatione mea facta est mihi ciuitas hæc, à die qua ædificauerunt eam, vsque ad diem istam, qua auferetur de conspectu meo. 32 Propter malitiam filiorum Israel, & filiorum Iuda, quam fecerunt ad iracundiam me prouocantes, ipsi, & reges eorũ, principes eorum, & sacerdotes eorum, & prophetæ eorum, viri Iuda, & habitatores Ierusalem. 33 † Et verterunt ad me terga et non facies: cùm docerem eos diluculo & erudirem, & nollēt audire, vt acciperent disciplinam. 34 † Et posuerũt idola sua in domo, in qua inuocatum est nomen meum, vt pollueren team. 35 Et ædificauerunt excelsa Baal, quæ sunt in valle filij Ennom: vt initiarent filios suos & filias suas Moloch: quod non mandaui eis, nec ascendit in cor meum, vt facerent abominationem hanc, & in peccatum deducerent Iudam. 36 Et nunc propter ista, hæc dicit Dominus Deus Israel ad ciuitatem hanc, de qua vos dicitis quòd tradatur in manus regis Babylonis in gladio, & in fame, et in peste. 37 Ecce ego congregabo eos de vniuersis terris ad quas eieci eos in furore meo, & in ira mea, et in indignatione grandi, et reducã eos ad locum istum, et habitare eos faciam confidenter. 38 Et erunt mihi in populũ, et ego ero eis in Deum. 39 † Et dabo eis cor vnũ, et viã vnã, vt timeãt me vniuersis diebus: et bene sit eis, et filijs eorum post eos. 40 Et feriã eis pactum sempiternũ, & non desinam eis benefacere: & timorem meum dabo in corde eorum, vt nõ recedant à me. 41 Et lætabor super eis: cum bene eis fecero, et plantabo eos in terra ista in veritate in toto corde meo, et in tota anima mea. 42 Quia hæc dicit Dominus, Sicut adduxi super populum istum omne malum hoc grande, sic adducam super eos omne bonum, quod ego loquor ad eos 43 Et poßidebũtur agri in terra ista de qua vos dicitis quòd deserta sit, eo quòd nõ remãserit homo et iumentũ, et data sit in manus Chaldæorum. 44 Agri ementur pecunia, et scribentur

† Sup. 2. 26.

1. Reg. 21. 4.

† Exod. 11. 19. 36. 26.

in libro

in libro, & imprimetur signũ, et testis adhibebitur in terra Bẽiamin, & in circuitu Ierusalẽ, in ciuitatibus Iuda, & in ciuitatibus mõtanis, et in ciuitatib⁹ cãpestrib⁹, et in ciuitatibus quæ ad Austrũ sunt: quia conuertã captiuitatẽ eorũ, ait Dominus.

EXPLANATIO.

VERBUM quod factum est ad Ieremiam à Domino in anno decimo Sedeciæ regis Iuda: ipse est annus decimus octauus Nabuchodonosor. Prophetia est de reducenda captiuitate Iudæ, quo libertas per Christum significatur: & quia res magni momenti erat, tempus, & locus, & cęterę circunstantiæ notantur. *Erat clausus.* Causam statim exponit. *in atrio carceris, qui erat in domo regis Iuda.* Anastrophen, hoc est, verborum inuersionem nonnulli existimant. pro in carcere qui erat in atrio domus regis. D. Hiero. nullam hic verborum inuersionẽ agnoscit, Nequaquã, inquit, in carcere, sed in vestibulo carceris recludi iusserat rex Sedecias, libera videlicet custodia, ne posset effugere, vt nõnulla fuerit clemẽtia. *Clauserat enim eum Sedecias rex Iuda, dicens: Quare vaticinaris dicens: Hæc dicit Dominus: &c.* Ecce crimen, Dei nomine loquutũ fuisse tristia & aduersa. Quòd si prospera loquut⁹ fuisset, etiã si ex proprio capite, & mẽdaciter, susciperetẽ ab omnibus, cõmẽdaretur, diligeretur. Populus enim ad iracundiam prouocãs est, vt ait Isaias 30. Cap. & filij mendaces, filij nolentes audire legẽ Dei. Qui dicũt videntibus, Nolite videre: & aspiciẽtibus, Nolite aspicere nobis ea, quę recta sunt: loquimini nobis placentia, videte nobis errores. Sed seruus Dei nõ quęrit hominibus placere, iuxta Apost. sententiã, ne seruus Dei esse desinat, & fiat seruus hominũ. Nec timet eos, qui

Galat. 1.

occidũt

occidunt corpus, & vltrà nihil possunt facere: sed timete eum, qui potest corpus & animam perdere in gehennam. sic D. Ioannes Bapt. in carcerẽ truditur, quia Herodi dicit, Non licet tibi habere vxorẽ fratris tui. *Et loquetur os eius cum ore illius*, hoc est, coram alloquetur regem Babylonis. Humilis & captiuus, ait D. Hieronymus, cum potentissimi regis insania. Grauior terror est, videre quem timeas, & antè increpationẽ verborum, quàm pœnarum sustinere cruciatũ. *donec visitem eum*. per mortẽ nempe: mortuus est enim in Babylone. Hoc cũ eo quod sequitur, *si autem dimicaueritis aduersum Chaldæos, nihil prosperũ habebitis*, ait D. Hier. non haberi in Sep. sed in Bib. reg. habetur in interpretatione Sep. *Et dixit Ieremias. factum est verbũ Domini ad me, dicens: Ecce Hanameel filius Sellũ patruelis tuus veniet ad te, dicens, eme tibi agrum meum, qui est in Anathoth*. D. Hie. Helchias, & Sellũ fratres fuerunt germani. Helchiæ filius, Ieremias, Sellũ Hanameel. Nõ licebat possessionẽ de tribu ad tribum transire, neq; de familiá ad aliã familiã: & præcipuè suburbana sacerdotũ nulli alij poterãt venũdari, nisi ei quem propinquitas expetebat. Vide Leuit. 25. Porrò per agrum, prædium vrbanũ intelligi debet, hoc est, ędificium in vrbe cum horto olitorio satis amplo: nam agrum arabilẽ non licebat neq; Hanamaeli, neq; Ieremiæ possidere, cùm essẽt Leuitæ. *Tibi enim competit ex propinquitate, vt emas*. Chald. Paraph. quia tibi conuenit hęreditas, vt emas. Sep. quia tibi iudicium, vt assumas in possessionẽ. In Heb. quia tibi (subaudi est, vel competit) ius redemptionis. גאל gaal, est redimere, et rẽ alienatã vel implicatam rursum sibi propinquitatis iure asserere aut vendicare. *Et venit ad me*

Mat. 10.
Luc. 12. a
Marc. 6.

Hanameel filius patrui mei secũdũ verbũ Domini ad vestibulum carceris, et ait ad me: posside agrum meum, qui est in Anathoth in terra Beniamin: quia tibi competit hæreditas, et tu propinquus es vt possideas. In Heb. quia tibi, sub. competit, iure hæreditatis, & tibi, sub. competit, redemptio: eme tibi, pro vt emas, & possideas. Septuagin. & tu senior, ꝙ loco huic non conuenit, dicit D. Hier. Heb. קְנֵה־לָךְ chenecchlac, eme tibi. Vox verò vicina זָקֵן zachen, senem vel seniorem significat. ex vocum ergo affinitate potuit error contingere, vt pro vau legerint zain, cũ ni inter has duas literas magna sit similitudo, vt vix discerni queant *Intellexi autem, quòd verbum Domini esset.* Hoc est, quòd à Deo emanasset, & voluntas eius & mandatum eius esset. D. Hierony. durum quidem erat, & prope inconsequens, risuq; dignum, eum, qui iam iamq; capiendam prophetabat Ierusalem, & omnes ducendos esse captiuos, vel gladio, fame, & peste perituros, agrum in Anathoth emere, quem non erat possessurus: sed intellexi, inquit, verbum Dei esse, & emptionem meam argumento & vaticinio Domini coaptandam, & ideo acquieui pręcepto eius, vt emerem: nec frustra ad me super huiuscemodi re Dei factum esse sermonem. *Et emi agrum ab Hanameel filio patrui mei, qui est in Anathoth, et appendi ei argentum septem stateras, et decem argenteos.* Heb. Septem שְׁקָלִים secalim: nomen est monetæ, aut nummi argentei, vel aurei. siclus dicitur, quod sonat libratorem seu librationem, aut pondus: erat enim modus & regula omnium ponderũ. Iuxta Gręcorum ponderationẽ pendebat tetradrachmõ, idest quatuor drachmas, & quęlibet drachma quinq; obolos, quare sicl⁹ viginti pẽdebat obolos

Hebręos,

Hebræos, qui maiores erant obolis Atticis: nã drachma sex obolos atticos pendet, Exod. 30. Hoc de siclo Sanctuarij, & sacerdotali intellige: nam prophanũ pẽdebat didrachmõ, hoc est duas drachmas. hìc autem de siclo sacro est sermo, quia Leuita à Leuita emebat. Tradunt hac figura fuisse, vt vna facie aram præferret: vel vt alij volunt, vrnę formam, illius scilicet, in qua manna repositum in arca seruabatur, cũ inscriptione tali שקל ישראל sichel iisraël, siclus Israelis. altera verò virgam Aaronis cũ inscriptione tali ירושלם הקדושה Ierusalẽ hacdosah, Ierusalẽ sancta. Quibus duobus symbolis Regnũ, & Sacerdotiũ adũbrare voluerũt. Volunt autẽ nonnulli siclum pẽdêre quatuor nũmos, quos nos regales vocamus, nẽpe dimidiam vnciam, non vulgarem, sed cuius pharmacopæis in medica materia expendenda vsus est, quam semunciam atticam antiqui dixere. Stater nomen item Atticum eiusdem ponderis cum siclo est, dimidię nempe vncię. Sic ergo noster interpres pro siclo staterem transtulit. Septuag. septem siclos. Chald. Paraph. septem minas. sed mina viginti quinq; siclos continet. Sed Chaldęis fortassis idem erat mina, quod siclus: aut tẽporum successu mutatus est valor, sicut & argenti, vt statim dicemus. *Et decem argenteos.* Hebr. כסף chesepb, argentum, seu monetam argenteam significat. Si absolutè dicas, argentum, incertæ notationis est: si verò certo numero tres aut quatuor argenteos dicas, certæ est notationis. Nonnulli tres argenteos aiunt facere dimidium sicli. Alij ex lib. Misnaioth. Tract. de Bechoroth. Cap. 8, aiũt tẽpore Moysis argẽtum pondus habuisse trecentorum & viginti granorum hordei. In

templi verò secundi tempore auctam fuisse vsq; ad pondus trecentorum & octoginta quatuor granorũ, atq; eandem cum siclo rationem obtinuisse. sic Chal. Paraph. Et decem siclos argenti, habet. Septuag. & decem argenti, hoc est siclos, quasi numerauit septem siclos auri, & decem argenti. Alij per argenteos, obolos intelligunt, vt septem argentei, dimidium sicli cõficiant. *Et scripsi in libro, & signaui, et adhibui testes: et appẽdi argentum in statera.* Hic erat mos apud Hebræos, vt primùm conscriberetur instrumentum, in quo exprimebatur pretium rei venditæ: deinde adhibebātur testes contractus, qui instrumento nomina sua adscriberent: postea obsignabatur annulo publico instrumentum: postremo loco numerabatur pecunia, & appendebatur. In contractu venditionis duo fiebant instrumenta, quorum alterum obsignabatur, alterum verò annulo publico carebat: vnde minus auctoritatis & fidei habebat. Nam si quādo emptor ob rem emptam vocabatur in ius, obsignato instrumento locus erat apud iudices, non aperto illo & resignato. Pręcipui ergo instrumenti primo loco fit hic mentio, deinde alterius: & hoc secūdum vocabatur copia, aut duplum: sic infrà vtriusq; libri, signati, & aperti fit mentio, *Et accepi librum possessionis signatum, et stipulationes, et rata, et signa forinsecus.* Septuag. tātùm habent, & accepi librum possessionis, qui lectus fuerat, & sigillatus. Per librum possessionis, literas emptionis intelligit obsignatas. Vox Heb. מקנה micnah, emptionem, & possessionẽ significat, à verbo קנה chanah, quod acquirere, possidere, & emere significat. In literis autem illis, simul cũ re empta & pretio eius, scribebātur leges illæ, quæ ad

redem-ptio

redemptionem fundorum pertinebant, quarum mẽtio fit Leuit. 25. *et stipulationes*. Heb. מצוה hamesauah, præceptum, & mandatum significat, à radice צוה tsauah, quod est præcipere, & mandare. Conditiones cõtractus & emptionis intelligũt, hoc est, leges illas quæ ad redemptionem fundorũ pertinebant. Chald. Par. Et tuli chirographũ emptionis, quod scriptum erat, ratificatum, & signatum iuxta morem. Sed & verbũ Hebræ. promittere significat: vt stipulationes, & promissiones transferre possis. *et rata*, Heb. החקים hachuchim, statuta, leges. sed & ius quod quis habet in aliũ significat, à radice חקק chacac. *et signa forinsecus*. Literas apertas, vulgò copiam, de quibus supra. Chaldai. Paraph. Chirographum apertum. Hebr. הגלוי hegalu, hoc est, apertum hunc, subaudi librũ. à radice גלה galah, detegere, reuelare, aperire significat. Noster interpres, signa forinsecus, interpretatus est, vt literas apertas intelligas. Sic inferiùs, librum apertum transtulit. *Et dedi librum possessionis Baruch filio Neri filij Maasiæ in oculis Hanameel patruelis, et in oculis testiũ qui subscripti erãt, etc.* Hic iam apertè duos vides libros, alterũ signatum, alterũ apertum. Pro quo Septuag. habent, librum qui sigillatus est, & lectus est. Sed vox Greca ἀνεγνωσμένον cognitum & manifestum significat, quod idem est quod apertum. Explicat autem, quid voluerit significare Deus in eo, quòd iusserit agrũ emere imminente captiuitate, nẽpe eos, qui abducẽdi erãt captiui, aliquãdo esse reducẽdos: ita vt iterũ possiderent domos, & agros, & vineas in terra illa. Quod expressiùs etiã declarat, dum iubet libros reponi, & in vase testaceo seruari, ne paterent rapinæ, vel humo conditi humore

terræ soluerentur. Habemus thesaurum in vasis fictilibus, ait Apostolus 2.Cor.4. Quod quidem factũ est, vt permanere possit. Nempe, vt humilitate seruetur. Habuit Lucifer thesaurum, sed nõ in vase fictili, & superbia elatus perijt. Posuit Deus in homine thesaurũ in vase fictili, spiritũ in corpore: vt dum vile istud vas consideras, elationem reprimas, superbiam retundas. Quid enim superbiat terra & cinis?

Et oraui ad Dominũ, postquam tradidi librum possessionis Baruch filio Neri, dicens. &c. Orat Deum, cuius potentiam & maiestatem, bonitatem & clemẽtiã cõfitetur, vt reuelet, quã ob causam iusserit emere agrum, cùm breui esset ciuitas Chaldęis tradenda. Et quidem iam huius rei causam expresserat: sed quò magis rem ipsam aperiat, & cordibus audientiũ imprimat, orat causam sibi reuelari, quasi nesciat. *heu, heu, heu,* vide in princip. lib. Tibi, inquit, potentissimo, qui potentia tua ex nihilo cęlum & terram fecisti, nihil poterit esse difficile. Septuag. Non abscondetur à te quidquam. Chald. Paraph. Nullum verbum te latet. Hebr. לא יפלא loiipale, non abscõdetur, non erit difficile. vtrumq; significat verbum פלא pala. *Qui facis misericordiam in millibus, & reddis iniquitatem patrum in sinu filiorum eorum post eos.* Diximus superiori Cap. nullam esse iniustitiam, si in filijs puniat Deus parentum peccata. D. Hiero. Grãdis clementia creatoris, misericordiam suam in mille generationes extendere, & iustitiam statim in altera generatione monstrare: quæ tamen & ipsa mista est misericordiæ. Neq; enim statim punit delinquẽtem, sed expectat pœnitudinẽ: vt si liberi imitati fuerint parentum vitia, diu dilata pœna reddatur. Chald. Paraph.

Faciens

Faciens benignitatem in mille ætates, & reddens pec cata Patrum filijs, quando pergũt filij peccare post eos. Quod ergo nos habemus, *post eos*, & etiã Septuag. sic interpretatur Chald. Paraph. quando filij pergunt peccare post eos, nempe parentes. *Fortißime, magne, & potens, Dominus Exercituum nomen tibi.* Septuag. & Chal. Paraph. Deus magnus. Hebr. האל hael, Deum significat, à fortitudine & patientia sic appellatum: vnde & fortẽ etiam significat. Vnde noster interpres *fortißime* trãstulit. Sũt qui hoc nomẽ Dei אל el, ad אלה alah, referant, quod est iurare: quòd Dei Potẽtia se tam latè exerat, vt omnia ei suam quamcunq; habent virtutẽ & potentiam acceptam ferentia, veluti iure iurando obstricta sint. Aliud verò nomẽ Dei huic affine אלוה eloah, à iudicando dicitur, quòd iudex sit omniũ. Vnde Deo vero, Angelis, & hominibus admiratione dignis, præsertim qui alijs præsunt, tribuitur. *& potẽs.* Heb. גיבור gibor, potẽtem, fortem, robustum, prævalidum, qui alijs virtute, potentia, vel etiam auctoritate excel lit, significat. *Magnus consilio*. Hoc est, Cuius consilia sublimia sunt, & eximia, & incomprehensibilia. *incomprehensibilis cogitatu.* Septuag. Potens operibus. Chald. Para. Multa opera eius. Heb. ירב העליליה iarab hahaliliah, & magnus vel multus opere, vel adinuẽtione, siue conatu. Noster interpres per magnũ, vel multũ conatu, vel adinuẽtione intellexit: quòd omnẽ cona tum & adinuentionem, quo quis conatur eum comprehendere, & rationem eius inuenire, superet. Et iux ta hunc sensum, *incomprehensibilis cogitatu*, trãstulit. Singula hæc attentam postulant considerationem. Sed et horum cõsideratio mirum in modum obseruãtiã,

reueren-

reuerentiam, timorem, & religionem excitat. Sed nõ licet singula persequi. *Qui posuisti signa & portenta in terra Ægypti vsq; ad diem hanc, & in Israel, & in hominibus, et fecisti tibi nomen sicut est dies hæc.* Illud, *vsq; ad diem hanc,* D. Hiero. cum sequentibus connectit hoc sensu. Et in Israel, & in cũctis mortalibus quotidie tua signa complentur. Siue aliter, Signa atq; portenta non solũ in Ægypto perpetrasti, sed vsq; hodie eadem tuę misericordiæ fortitudo saluauit populum tuum, & vniuerso generi humano creatoris suouenis potestate. Potest etiam ad superiora referri, vt sit sensus. Posuisti signa & portenta in terra Ægypti, quorum memoria vsq; ad diem hanc perseuerat. *Et fecisti tibi nomen, sicut est dies hæc.* Hoc est, quemadmodum pręsens dies demõstrat, cùm toto orbe celebreris, omnes te & potentissimum & sanctissimum prędicent. Separat autẽ Israel ab alijs hominibus, iuxta illud Exo. 4. Filius meus primogenitus Israel. *Et eduxisti populum tuum Israel de terra Ægypti, in signis, & in portentis, & in manu robusta, et in brachio extento, & in terrore magno.* Septuag. & Chald. Paraph. in visionibus magnis, vel in visione magna. Hoc est, in visionib' terrificis, vt idem sit sensus. Vox Heb. מורא nora, timorem, & terrorem significat. *Et dedisti eis terram hanc, quam iurasti patribus eorum, vt dares eis terram fluentem lacte & melle. Et ingressi sunt, & possederunt eam: & non obedierunt voci tuæ, & in lege tua nõ ambulauerunt. Omnia quæ mandasti eis vt facerent, non fecerunt: & euenerunt eis omnia mala hæc.* Aperta sunt omnia. Obserua autem, quo modo sit fidelis Dominus in omnibus verbis suis, qui vt fidem seruaret Patribus, terram illis promissam dedit filijs, quos sciebat futuros rebel-

les &

les, & inobedientes. Quod autem, fluentē lacte & melle dicit, rerum omnium abundātiam significat, quasi dicat, quæ abundat optimis quibusq; fructibus, & rebus delicatissimis. Sed & terra Palestinæ plurimùm lacte & melle abundat. Obseruat D. Hiero. qua ratione inter possessionem terræ, & inobedientiam nullum fuerit medium: vbertas enim securitatem, securitas negligentiam, negligentia contemptum parit. Incrassatus est dilectus, & recalcitrauit, incrassat⁹, impinguatus, dilatatus dereliquit Deum factorem suum, & recessit à Deo salutari suo, cecinit Moyses. *Et euenerunt eis omnia mala hæc.* Nempe, quæ præsentia cernebant, vt statim declarat. Quia dilexit maledictionem, & veniet ei: & noluit benedictionem, & elōgabitur ab eo. Quoties populo Dei aduersa eueniunt, id cogitare debemus, vt dicamus. Iustus es Domine, & rectum iudicium tuum. Et, Omnia quæ fecisti nobis, in vero iudicio fecisti, quia peccauimus tibi, & mandatis tuis non obediuimus. *Ecce munitiones extructæ sunt aduersus ciuitatem, vt capiatur: & vrbs data est in manus Chaldæorum, qui præliantur aduersus eam à facie gladij, & famis & pestilentiæ: & quæcūq; loquutus es, acciderūt, vt tu ipse cernis* Ecce mala. Obsessa ciuitas iā iā capienda erat, vt nulla esset spes euadēdi. Sed & fame, & peste premebatur: vt nō minora essent mala quæ intus patiebātur, quàm quæ extra imminebant ab inimicis, qui aduersus eam prę liabantur. *munitiones extructæ*. Septuaginta. Ecce turba venit super ciuitatem hanc. Chaldaica Paraphra. Ecce aggeres congesti sunt contra ciuitatem ad eam subiiciendam. Heb. הסללות hasollot, aggeres, & munitiones significat, vel arietes. Hebræi dicunt esse instru

mentum

Deut.32.

Psal. 108

Psal.118.

Dan, 3.

mentum bellicum, quo lapides proijciuntur intra vrbem. Sic Rab. Dau. in lib. Radicum. Ballistam maiorẽ uocant nonnulli, quam inuenerunt Phœnices, vt ait Plinius, ἀπὸ τοῦ βάλλω, quod Græcis est iacio. Vnde & Nonius Ballistam appellat, qua saxa maiora iàciũtur. Et Vegetius ea magnitudine formari scribit, vt lapides centum viginti pondo eiaculentur. Noster interpres munitiones interpretatus est, cõmuni nomine omnia comprehendens, siue aggeres, siue arietes, siue tormenta, siue Catapultas, Ballistas, Onagros dicas. Quod verò Septuag. habent, turba, Gręce est ὄχλος turbam, caterua m, tumultum significat. Sed ὀχλεὺς vectẽ significat. Et vectis significat etiam instrumentum ad aliquid subuertendum, effringendumué. vox etiam Heb. trabem significat. *à facie gladij, & famis, & pestilẽtiæ.* Chald. Paraph. à facie eorum qui occidũt gladio, & fame, & pestilentia. Connecte sic literam. Vrbs data est, pro dabitur, in manu Chaldæorum, qui prælian tur aduersum eam. dabitur, inquam, in manus eorũ, ob vim gladij, & propter famem & pestilentiam, quæ in ea grassatur, quasi dicat. Iam iam tradetur in manus Chaldæorum, tum propter illorum potẽtiam qui aduersus eam præliantur, tum etiã quia fame premitur, & pestilentia. Alij, capietur hæc vrbs à Chaldæis, sed fame & peste priùs afflicta. Obsidionem enim lõgam solet comitari fames, & famem pestis. *Et tu dicis mihi Domine Deus, Eme agrum argento, & adhibe testes: cùm vrbs data sit in manus Chaldæorum?* Hoc est, dãda sit iam iam. D. Hiero. Non reprehendit, sed interrogat: nec tam sibi quàm alijs vult discere, qui sedebant in atrio carceris, & forsitan taciti reprehendebant, quomodo idem

Propheta

Propheta, quem verum nuntiare credebãt, & vrbem dicat esse capiendam, & agrum emat quasi possessurus. *Et factum est Verbum Domini ad Ieremiam dicens: Ecce ego Dominus Deus vniuersæ carnis. Nunquid difficile mihi erit omne Verbum?* Septuag. Nunquid abscondetur à me aliquid? Chald. Paraph. An mihi aliquid erit abstrusum? Vide suprà in hoc eodẽ Cap. Deus vniuersæ carnis dicitur, vt intelligamus nihil esse, q̃ effugiat scientiam, & prouidentiam Dei: curam habet non tantùm Israelis, sed & omnium hominum, quin & brutorum animantium. Vnde in Psal. Qui dat iumentis escam ipsorum, & pullis coruorum inuocãtibus eum. Et alibi. Omnia à te expectant, vt des illis escam in tempore. Et in Euangelio. Nonne duo passeres asse veneũt, & vnus ex illis non cadet super terram sine Patre vestro. *Propterea hæc dicit Dominus. Ecce ego tradam ciuitatẽ istam in manus Chaldæorũ, et in manus regis Babylonis, et capient eam Et Venient Chaldæi præliantes aduersus Vrbem hãc, et succendent eam igni, et comburẽt, et domos in quarum domatibus sacrificabãt Baal, et libabant dijs alienis libamina, ad irritandum me.* Succẽdẽt eam igni, Pleonasmos est. *in quarum domatibus.* Chald. Paraph. in quarum tectis. Vox Heb. גג gag, tectum significat, & partem superiorem domus, quæ discooperta erat in Palęstina, vt ibi possent sub diuo manere, pannosq; desiccare: & fiebat in circuitu paries, ne quis cadere posset. Hoc ipsum doma apud latinos significat, vox Hieronymo vsitata. In partibus ergo illis superioribus domus sacrificabãt Baal, & libabãt dijs alienis, quo Deum irritabãt, & ad iracundiam prouocabant, iuxta illud. Prouocauerũt eum in dijs alienis, & in abominationibus ad iracũdiã

Ps. 146.

Psal. 103

Mat. 10. d.

Deut. 32.

concita

Ibidem. concitauerunt. Et iterum. Ipsi me prouocauerunt in eo qui non erat Deus, & irritauerunt in vanitatibus suis. Et ego prouocabo eos in eo qui non est populus (Dei, vel meus) & in gēte stulta irritabo eos. sicut hìc factum cernimus. *Erant enim filij Israel, & filij Iuda iugiter facientes malum in oculis meis ab adolescentia sua, filij Israel qui vsq; nunc exacerbant me in opere manuum suarū, dicit Dominus.* Pro eo quod nos habemus *iugiter*, Septuag. habent, soli. Chald. Para. vtiq; Heb. אך ach, vtiq; profectò, certè significat, et etiam tantùm. Et proptera Septuag. trāstulerunt, soli. Idem enim est si dicas, erāt filij Israel & filij Iuda tātùm faciētes mala, quod soli facientes mala. Noster interpres vim dictionis Hebr. quæ vtiq;, & profectò significat, explicauit dictione illa *iugiter.* D. Hiero. exponens literam Septua. Soli, inquit, Quia qui habet notitiam Dei, & recedit ab eo, solus peccat in oculis Dei: qui verò increduli pmanserint, quasi illo non vidente, & negligente delinquūt. Vnde Dauid vir sanctus, qui corruerat in peccatum vxoris Vriæ, agens postea pœnitentiam ait, Tibi soli peccaui, & malum corā te feci. i. in cōspectu tuo. *Psal. 50.* *filij Israel, qui vsq; nunc &c.* Hoc ait D. Hiero. non haberi in Sep. quamuis in Bibl. regijs in textu Sep. legatur. Quòd autem priùs dixerit, filij Israel & filij Iuda, nunc autem filij Israel tantùm, idem est. Nam omnes trib⁹ dicebātur filij Israel, cùm ab Israele ortū habuerint. *Quia in furore & in indignatione mea facta est mihi ciuitas hæc, à die qua ædificauerunt eam vsq. ad diē istā qua auferetur de cōspectu meo.* Hoc est, ex quo ędificata est, prouocauit indignationem meam. Chald. Paraph. Quia ira mea & furor meus resedit in ciuitate hac, a die qua construxe

construxerant eam, vsq; ad diem hanc, vt transmigrare facerem eam à cõspectu verbi mei. Vide ergo Dei patientiam, & longanimitatem. Qui in multa patientia sustinuit vasa iræ apta in interitum. Tu verò noli Diuitias bonitatis & longanimitatis Dei contemnere, ne thesaurizes tibi iram in diem vindictæ. *Propter malitiam filiorum Israel, & filiorum Iuda, quam fecerunt ad iracundiam me prouocantes, ipsi & Reges eorum, et Principes eorum, & Sacerdotes, & Prophetæ eorum, viri Iuda & habitatores Ierusalem.* Auferetur, ait, de cõspectu meo, & in manus hostiũ dabitur propter malitiam &c. Vide suprà Cap. 2. *Et verterũt ad me terga, et non facies, cùm docerem eos, & erudirem diluculo, & nollent audire, vt acciperent disciplinam.* Vide etiam Cap 2. Obserua hic facultatem liberi arbitrij. Doctus à Deo potest audire, & accipere disciplinam, & potest non audire. Aliàs nullum esset crimen nolle audire. Simul etiam Dei bonitatem & clementiam, hominis verò ingratitudinem & duritiem perpende. Ille docet, erudit, & quidem diluculo: hic renuit audire, & disciplinam accipere. *Et posuerunt idola sua in domo, in qua inuocatum est nomen meum, vt polluerent eam.* Idem Cap. 7. vide etiam Ezechi. 8. Sic qui errorem contra catholicam veritatem sequitur, qui inordinatè alicui rei cõtra diuinas leges afficitur, in domo Dei, hoc est, in corde & animo idolum ponit. Scriptum est enim. Nescitis, quia Tẽplũ Dei estis, & spiritus Dei habitat in vobis? *Et ædificauerunt excelsa Baal, quæ sunt in valle filij Ennom: vt initiarent filios suos, & filias suas Moloch, quod nõ mãdaui eis, nec ascẽdit in cor meũ, vt facerent abominationem hanc, & in peccatum deducerent Iudam.* Idem suprà Cap. 7. Tribus Iuda, & Beniamin

Rom. 9.e
Rom. 2.a.
1. *Cor. 3.*

in phano

in phano Baalis & Moloch dęmonū Simulachrā venerataæ sunt. vitulos autē aureos in Bethel, et Dan decē trib⁹, quę appellātur Samaria, Ioseph, & Ephraim. *Vt initiarent.* Cap. 7. dictum est, vt incenderent. Septua. vt offerrent. Chald. Para. vt traducerent. Heb. להעביר lehahanir, ad transire faciendum. Hoc est, vt transire faciant. Impius ritus significatur, quo parentes idolo Moloch, quod erat idolū Ammonitarū, liberos suos per ignem traducebant, notanter vetitus Leuit. 18. Erat autem hæc ratio initiandi. Extruebātur duæ pyræ, & initiandus nudis pedibus eas pertransibat. Id latinè initiare, inaugurare, lustrare dicitur. *Et nunc propter ista hæc dicit Dominus Deus Israel ad ciuitatem hanc, de qua vos dicitis, quòd tradatur in manus Regis Babylonis in gladio, et in fame, et in peste. Ecce ego congregabo eos de vniuersis terris ad quas eieci eos in furore meo, et in ira mea, et indignatione grandi, et reducam eos ad locum istum, et habitare eos faciā confidenter.* Quod ait, *propter ista*, vel propterea, non debet ad superiora referri. Non enim fælicia hæc, & prospera pollicetur propter abominationes superiùs cōmemoratas, sed ad id quod sequit̄, *de qua vos dicitis, quòd tradatur in manus Regis Babylonis.* Sic enim hæc dicebāt, vt prorsus desperarēt, nullāq; post subuersionē vrbis salutē expectarent. *De qua vos dicitis* Sep. quā tu dicis. Supra hoc eodē cap. dixit hoc Proph. & popul⁹ hoc ipsum dicebat. Quod hic promittitur, vt sępe dixim⁹, ad aduentum Saluatoris referendum est. Nam quando sub Zorobabel reuersi sunt de captiuitate, non solùm à vicinis Gētibus, sed a Persis quoq;, & Macedonibus, & Ægyptijs, Romanisq; sæpe capti sunt, & huc vsq; seruiunt. Quo modo ergo verum esset, quòd habitarent

bitarent

bitarent confidenter, vt hìc promittitur? *Et erunt mihi in populum, et ego ero eis in Deum. Et dabo eis cor vnum, et viam vnam, vt timeant me vniuersis diebus, et bene sit eis, et filijs eorum post eos.* In Actibus Apostolorum Cap. 4. legimus. Multitudinis autem credētium erat cor vnū, & anima vna. Sed, & via vna est Christus, qui in Euangelio ait, Ego sum via, veritas, & vita. Sed, & vna fides est, vnum Baptisma. Sed, & vna Charitas. de qua Aposto. Ecce excellentiorē viam vobis demonstro. Vnus etiam spiritus, qui in cordibus fidelium manens, docet eos Deum timere & reuereri. Septua. Et dabo eis viam aliam, & cor aliud. Dictio Heb. אחד atad, vnum significat. Sed vnum, pro altero sumitur aliquando apud Hebr. sicq; & vnum, & alterū, vel aliud transferri potest. *Et feriam eis pactum sempiternum, et non desinam eis benefacere, et timorem meum dabo in corde eorum, vt non recedant à me.* Dixit superiori Capite de nouo fœdere, quod hic sempiternum vocat. Sic & Christus sanguinem suum dixit noui & ęterni testamēti. Et, Ecce vobiscū sum, vsq; ad consummationē seculi. vtiq; vt benefaciat, & fauoribus prosequatur. *Et lætabor super eis, cùm bene eis fecero. Et plantabo eos in terra ista in veritate, in toto corde meo, et in tota anima mea.* Hoc est, spontè & ex animo eis benefaciam, nō veluti coactus propter promissionem Patribus factam, quemadmodum Iudęorum populo: vt non sit mihi molestum, sed gratū valde illis benefacere. Sic Aposto. hortatur. Nō ex tristitia, aut ex necessitate: hilarē enim datorē diligit De⁹. Sic & D. Petrus ad Pastores, Pascite qui in vobis est gregem Dei, prouidentes non coactè, sed spontaneè secundùm Deum, neq; turpis lucri gratia, sed voluntariè.

Ioan. 14. *Ephes 4.* *1. Cor. 12. d.* *Mat. 26.* *Luc. 22.* *Mat. vlt.* *2. Cor. 9. b.* *1. Pet. 5.*

tariè. Septuag. Et visitabo eos, vt benefaciam eis. Sed & verbum ἐπισκέπτομαι aspicio etiam significat, vt trãsferre possimus, aspiciam eos, subaudi vultu hilari, vt benefaciam. Quod idem est, quod nostra litera iuxta Heb. habet. Et lætabor, vel gaudebo, vel voluptatem capiam super eos, cùm eis benefecero. *in veritate.* Septuag. in fide, Heb. אמת emeth, veritatem significat, & fidẽ. Idẽ autẽ est hìc in fide, quàm in veritate, hoc est verè & fideliter plantabo, vt scilicet nõ euellã ampliùs. Quod magis exprimitur, cùm ait, in toto corde meo, & in tota anima mea, hoc est, ex animo. Sic Deus à nobis exigit, vt ad eum cõuertamur ex toto corde nostro: vt non simus quales illi, ad quos Elias, Vt quid claudicatis altero pede? Sed vt quidquid Deo aduersatur, abijciamus ex corde nostro: non in mendacio, & hypochrisi. Inuenitur autem Deus ab his, qui eum in toto corde, & in tota anima quærunt.

3. *Reg.* 18. *d.*

Quia hæc dicit Dominus, Sicut adduxi super populum istum omne malum hoc grande, sic adducam super eos omne bonum quod ego loquor ad eos. Et possidebũtur agri in terra ista, de qua vos dicitis quòd deserta sit, eo quòd non remanserit homo et iumentum, et data sit in manibus Chaldæorum. Agri ementur pecunia, et scribentur in libro, et imprimetur signum, & testis adhibebitur in terra Beniamin, et in circuitu Ierusalem, in ciuitatibus Iuda, et in ciuitatibus montanis, et in ciuitatibus Campestribus, et in ciuitatibus quæ ad Austrum sunt: quia conuertam captiuitatem eorum, ait Dominus. Ecce quid voluit Deus significare, cùm præcepit Prophetæ, vt agrum emeret argento in Anathoth in terra Beniamin, & adhiberet testes, & scriberet librum, & signaret. *in ciuitatibus campestribus.* Septuagin. in ciuitatibus Sephela. relique-

liquerunt vocem Heb. Significat autem locum humilem seu campestrem, & planitiem. Sic pro eo quod nos habemus, *in ciuitatibus quæ ad Austrum sunt*, transtulerunt, Et in ciuitatibus Nageb, vocem etiam Heb. relinquentes, quæ meridiem significat. Diuus Hierony. Hæc iuxta literam licèt in typo præcesserint post reditum de Chaldæis, quando ad Cyri regis imperium reuersus est populus in Iudæam: tamen spiritualiter in Christo, & Apostolis veriùs pleniusq; complentur. Tunc & homines, & iumenta reducti sunt in Ecclesiam: iuxta illud quod scriptum est, Homines & iumēta saluabis Domine, rationales quosq; & simplices. Tunc agri empti sunt pecunia, vt faceremus nobis amicos de iniquo Mammona, qui nos reciperent in æterna tabernacula. Et scriptum in libro, haud dubium quin viuentium. Et impressum est signum vexilli dominicę Crucis, atque victoriæ: & testes adhibiti sunt Martyres, & omnis sanctorum chorus. In terra Beniamin, vbi est Domini fortitudo: & in circuitu Ierusalem, in qua est visio pacis, & æterna securitas: in ciuitatibus Iuda, in quibus est Christi vera confessio. Et in ciuitatibus montanis, de quibus vna est, de qua dicitur. Non potest ciuitas abscondi in monte posita. Et in ciuitatibus campestribus, vt de profundis atque depressis, per camporum ęqualitatem ad summa gradiamur. Et in ciuitatibus quæ ad Austrū sunt, vbi est meridies, & plena lux veritatis. Cùm autem hæc omnia facta fuerint, implebitur quod scriptum est, Conuertam captiuitatem eorū, ait Dominus: de quo scriptum est. Ascendēs in altum captiuā duxit captiuitatē. Accepit, siue vt Apost. ait, dedit dona hominibus.

Psal. 35. *Luc. 16.* *Mat. 5. b.* *Ephes. 4.*

ARGVMENTVM.

Monetur Propheta orare pro populi liberatione post captiuitatem, & reuelat ei Deus liberationem faciendam.

¶ CAP. XXXIII.

ET factum est verbum Domini ad Ieremiam secundò, cum adhuc clausus esset in atrio carceris, dicẽs: 2 Hæc dicit Dominus qui facturus est: & formaturus illud, & paraturus, Dominus nomen eius. 3 Clama ad me, & exaudiam te, & annuntiabo tibi grandia, et firma quæ nescis. 4 Quia hæc dicit Dominus Deus Israel ad domos vrbis huius, et ad domos regis Iuda quæ destructæ sunt, & ad munitiones, 5 & ad gladium venientium vt dimicent cũ Chaldæis, & impleant eas cadaueribus hominum, quos percussi in furore meo, & in indignatione mea, abscondens faciem meã à ciuitate hac propter omnem malitiam eorum. 6 Ecce, ego obducam eis cicatricem & sanitatem, & curabo eos: & reuelabo illis deprecationem pacis et veritatis. 7 Et conuertam conuersionem Iuda, et conuersionem Ierusalem: et ædificabo eos sicut à principio. 8 Et emundabo illos ab omni iniquitate sua, in qua peccauerunt mihi: et propitius ero cunctis iniquitatibus eorum, in quibus deliquerunt mihi, et spreuerunt me. 9 Et erit mihi in nomen, et in gaudium, et in laudem, et in exultationem cunctis gentibus terræ quæ audierint omnia bona quæ ego facturus sum eis: et pauebunt, et turbabuntur in vniuersis bonis, et in omni pace quam ego faciam eis. 10 Hæc dicit Dominus, Adhuc audietur in loco isto (quem vos dicitis esse desertum, eò quòd non sit homo nec iumentum in ciuitatibus Iuda, et foris Ierusalem, quæ desolatæ sunt absque homine

Domini. Dominus. 5 M S. H. C. Tex. lectioni suffragantur Rab. & G.

ei. 7. M S. Rab. H. G.

Israel. R. H. C. G q.

mine & absque habitatore & absque pecore.) 11 vox gaudij & vox lætitiæ, vox sponsi & vox sponsæ, vox dicentium, Confitemini Domino exercituũ, quoniam bonus Dominus, quoniã in æternum misericordia eius: & portantium vota in domum Domini, reducam enim conuersionem terræ sicut à principio, dicit Dominus. 12 Hæc dicit Dominus exercituũ, Adhuc erit in loco isto deserto absque homine, & absque iumento, & in cunctis ciuitatibus eius, habitaculũ pastorum accubantiũ gregum. 13 In ciuitatibus montuosis, & in ciuitatibus campestribus, et in ciuitatibus quæ ad Austrũ sunt, et in Terra Ben-iamin, et in circuitu Ierusalẽ, et in ciuitatibus Iuda adhuc transibũt greges ad manũ numerantis, ait Dominus. 14† Ecce dies venient, dicit Domin9: et suscitabo verbũ bonũ quod locutus sum ad domum Israel et ad domũ Iuda. 15 In diebus illis, et in tempore illo germinare faciam David germen iustitiæ, et faciet iudiciũ et iustitiam in terra. 16 In diebus illis saluabitur Iuda et' Ierusalem' habitabit confidenter, et' hoc est nomẽ quod vocabũt eũ,' Dominus iustus noster. 17 Quia hæc dicit Dominus, Non interibit de David vir, qui sedeat super thronũ domus Israel. 18 Et de sacerdotibus et de Leuitis non interibit vir à facie mea, qui offerat holocaustomata, et incendat sacrificiũ, et cædat victimas omnibus diebus. 19 Et factũ est verbum Domini ad Ieremiã, dicens: 20 Hæc dicit Dominus, Si irritum potest fieri pactũ meũ cum die et pactum meũ cum nocte, vt non sit dies et nox in tempore suo: 21 Et pactum meum irritum esse poterit cum David seruo meo, vt nõ sit ex eo filius qui regnet in throno eius, et Leuitæ et sacerdotes ministri mei. 22 Sicuti enumerari non possunt stellæ cœli, et metiri arena maris, sic multiplicabo semen David serui mei, et Leuitas ministros meos. 23 Et factum est verbũ Domini ad Ieremiam, dicens, 24 Nunquid non vidisti quid populus hic loquutus sit dicens: Duæ cognationes, quas elegerat Domi-

†Sup. 25 5.

'Israel MS. Rab. 'hoc est ꝙ vocabit eã 11. MS. H. Q.n.

nus, abiectæ sunt: et populum meum despexèrunt, eò quòd non sit vltrà gens coram eis. 25 Hæc dicit Dominus, Si pactū meū inter diem, et noctem, et leges cælo et terræ non posui: 26 equidē et semen Iacob, et Dauid serui mei proijciam, vt non assumam de semine eius principes seminis Abraham, Isaac, et Iacob: reducam enim conuersionem eorum, et miserebor eis.

EXPLANATIO.

ET factum est verbum Domini ad Ieremiam secundò, cùm adhuc clausus esset in atrio carceris, dicēs. Idem est argumētum cum superiori Capite. Vide initium superioris Capitis. *qui facturus est, et formaturus illud, et paraturus.* Septuag. faciens terram, & plasmans eam vt dirigat eam. Chald. Paraph. qui fecit illud, Dominus qui creauit vt pararet illud. In Hebræo. faciens eam Dominus formans illam, ad stabiliendum vel parandum illam. De Ierusalem sermo est, vel de terra Iuda, de qua in calce superioris Capitis. Sic relatiuum, *illud*, quod habet nostra litera, refert id, quod in calce superioris Capitis Deus promiserat. Sed hęc optimè ad spiritalem Ierusalem referuntur. Deus, inquit, qui facturus est, hoc est magnificaturus Ierusalem, & innouaturus & instauraturus est illam, vt è terrestri cælestem faciat. *grandia et firma.* Chald. Parap. grandia & reseruata. Hebr. בצרות betsuroth, fortia, idest difficilia intellectu, munita, a radice בצר batsar, quod roborare, munire, prohibere significat. *Quia hæc dicit Dn̄s Deus Israel ad domos vrbis hu⁹, et ad domos regis Iudæ quæ destructæ sunt ad munitiones, et ad gladium venientium vt dimicent cum Chaldæis, et impleant eas cadaueribus hominum, quos percußi in furore meo, et in in*

digna-

dignatione mea, abscondens faciem meam à ciuitate hac propter omnem malitiam eorum. Dum obsiderentur, domos subuerterunt, vt munitiones erigerent, quibus se defenderent contra Chaldęos, qui obsidebant, & pugnabant contra ciuitatem. Multi etiam ex omni Iudæa venerant in Ierusalem cum gladijs, vt ciuitatem defenderent: factumq; est, dum resistere volunt, vt plures caderent, & domus cadaueribus implerentur. Hoc igitur est quod ait, *ad domos vrbis huius, et ad domos regis* Iud*æ quæ destructæ sunt ad munitiones*, subaudi erigendas, *et ad gladium*, hoc est gladios (singulare pro plurali) *venientium*, hoc est, eorum qui venerant, vt dimicarent contra Chaldæos. Chaldai. Paraphra. Quia hæc dicit Dominus Deus Israel super domos vrbis huius, & super domos regum Iuda, quas diruerunt, & congerunt aggeres ad muniendum murum à facie eorum, qui occidunt gladio: veniebant ad dimicandum cum Chaldæis, & ad adimplendas eas cadaueribus filiorum hominum. *quæ destructæ sunt ad munitiones, & ad gladium venientium vt dimicent &c.* Septuaginta. quæ destructæ sunt in vallum, & propugnacula vt pugnent &c. χάρακα vallum, & munitionem significat. προμαχῶνας propugnacula. Vox Hebræa pro qua nos, *gladium*, habemus חרב chareb, gladium, & malleum significat, sed & securim ad deijcienda ędificia. *Ecce ego obducam eis cicatricem & sanitatem, et curabo eos, et reuelabo eis deprecationē pacis et veritatis.* Hactenus ostendit se iustū puniendo propter scelera: nunc ostendit se misericordē erga eos, quos iustè puniuit. Quę sequunt̄ vsq; ad finē Capitis, etiā ex sententia Hebręorū de tēpore Messię intelligūt. vide suprà Cap. 30.

Septuag. Et reuelabo eis vt exaudiam, & faciã illis pacem & fidẽ. Eadem est sententia. Reuelabo eis, subaudi deprecationem, quam ego exaudiam. vel reuelare deprecationem pacis & veritatis, est dare pacẽ & veritatem, pro qua deprecati sunt sancti omnes. Hoc per

Ioan. 1.b. Christum impletum est, per quem gratia, & veritas, & pax facta est. Chald. Paraph. Et reuelabo eis portam pœnitentiæ: & significabo eis, quomodo ambulẽt in via pacis, & veritatis. Pro eo quod nos habemus, *deprecationem*, in Heb. est עתרת hateret, orationẽ significat. Nõnulli cõciliationẽ, alij multiplicationẽ & affluẽtiã exponũt. *Et conuertã cõuersionẽ Iuda, et ædificabo eos sicut à principio* Idẽ supra Cap. 30. *Et emũdabo illos ab omni iniquitate sua in qua peccauerũt mihi, et propitius ero cunctis iniquitatib⁹ eorũ, in quib⁹ deliquerũt mihi, et spreuerunt me.* Remissio peccatorum per Christum. Vide etiam Cap. 30. *Et erit mihi in nomen, & in gaudium, & in laudem, & in exultationem cunctis gentibus terræ quæ audierũt omnia bona quæ ego facturus sum eis: & pauebunt, & turbabuntur in vniuersis bonis, & in omni pace, quam ego faciam eis.* Theo. Gentes reditum intuentes laudibus extollent liberationis auctorem, & qui rectè probeq́; viuunt, admirabũtur: qui verò nequitiam amplectuntur, acerbè ferent. audierunt pro audient, *et in exultationem.* Septuag. & in magnificentiam. Chal. Para. in gloriam. Heb. לתפארת letiphereth, in gloriam & decôrẽ, splendorem, & magnificentiam. μεγαλοπρέπεια Græcis dicitur. Noster interpres *exultationem* transtulit. Subaudi propter splendorem, & magnificentiam, & gloriam. Sed & illud, *Et pauebunt & turbabuntur*, ad bonos referri potest, vt pauor & turbatio ex stupore nascatur. *Hæc dicit Dominus,*

adhuc audietur in hoc loco, quem vos dicitis esse desertum, eo quòd non sit homo nec iumentum in ciuitatibus Iuda, et foris Ierusalem etc. Vox gaudij et vox lætitiæ, vox sponsi et vox sponsæ etc. Aperta sunt, & sępius repetita. *et foris Ierusalem.* Chaldaica Paraphrasis. & in plateis Ierusalem. Hebr. חצות chusoth, extra, foris, foràs significat. Et quia platea locus est exterior, sumitur etiam pro platea, & in vniuersum pro loco exteriori qui est extra domum, vel extra ciuitatem, vt pro via & vicu. *& portantiũ vota.* Septuag. Et portabunt dona. Chald. Para. & offerentium sacrificium confessionis. Heb. תודה torah, confessionem significat, gratiarum actionem, laudem, & sacrificium, super quo offerentes confitebantur peccata sua vniuersa: vnde non fiebat secundùm ritum sacrificiorum pro singulari delicto. Significabatur etiam hoc nomine sacrificium, quo quis accepto beneficio, Dei clementiam & benignitatem celebrabat gratias agens. Vide Leuit. 7. Hoc ipsum noster interpres per vota significari voluit. Offerebatur enim ab ijs, qui è periculo liberati vota sua Deo reddebant, quæ dũ in periculo erãt, obtulerãt. Significat ergo tẽpli instaurationem. *Hæc dicit Dñs exercituũ, Adhuc erit in loco isto deserto absq; homine, & absq; iumento, et in cunctis ciuitatibus eius, habitatio Pastorum accubantium gregem.* Hoc est, accubare facientium gregem. *In ciuitatibus mõtuosis, & in ciuitatibus campestribus, & in ciuitatibus quæ ad Austrum sunt, & in terra Beniamin, & in circuitu Ierusalem, & in ciuitatibus Iuda, adhuc transibũt greges ad manũ numerantis, ait Dominus.* Vide finem superioris Capitis. Curam pastorum significat. Solent pastores vesperi, quando reducunt oues ad caulas, numerare eas. Hoc

ergo

ergo genere dicendi significare voluit Propheta, non relinquēdum gregem sine pastore. Sic in Ecclesia sua constituit dominus Pastores, quibus precipitur inuigilare super gregem suum. Chald. Para. Adhuc discet populus per manum Messię. Per numerātem, qui est pastor, Messiam intelligi voluit. Et Christus in Euangelio ait. Ego sum Pastor bonus, & cognosco oues meas, & nemo rapiet eas de manu mea. Et, Bonus pastor oues suas vocat nominatim, & ante eas vadit, & oues eum sequuntur, & sciunt vocem eius. *Ecce dies venient dicit Dominus, & suscitabo verbum bonum quod loquutus sum ad domum Israel, & ad domum Iuda.* Hoc est, adimplebo promissionem illam optimam, quam pollicitus sum in gratiam fidelium & electorum Israelitarum, vt scilicet mittam Messiā meum, de quo subdit. *In diebus illis & in tempore illo germinare faciam David germē iustitiæ, & faciet iudicium & iustitiā in terra. In diebus illis saluabitur Iuda, & Ierusalem habitabit confidenter, et hoc est nomen quod vocabunt eum, Dominus iustus noster.* Idē supra Cap. 23. vide ibi. *Quia hæc dicit Dñs, Non interibit de David vir, qui sedeat super thronū dom⁹ Israel.* Hoc est, nō deficiet, qui ex stirpe Dauid sedeat super thronū eius. De Christo dixit Angelus. Et dabit illis dominus De⁹ sedē Dauid, & regnabit in domo Iacob in ęternum. Quòd nisi hęc ita intelligamus, dicāt Iudæi, qua ratione vera sunt? vbi habent sedentē super Thronum domus Israel ab eo tempore, quo Ierusalem vastata est à Romanis? *Et de sacerdotibus, et de leuitis non interibit à facie mea, qui offerat holocaustomata, & incendat sacrificium, et cædat victimas omnibus diebus.* Neq; hoc verū esse potest nisi de sacerdotibus Nouę legis, quos illi veteris

Ioan. 10.

Luc. 1.

legis adū

legis adũbrabãt, intelligatur. Sicut & omnia illa sacrificia veteris legis, sacrificium Corporis & Sanguinis, quod Christus semel obtulit sacerdos in ęternũ secũdũ ordinem Melchisedech ad multorũ exhaurienda peccata, quodq; quotidie offertur sub specieb⁹ panis & vini, prętigurabãt. *Et factũ est verbum Domini ad Ieremiam dicens. Hæc dicit Dominus, Si irritum põtest fieri pactũ meum cum die, & pactum meum cum nocte, vt non sit dies & nox in tempore suo. Et pactum meum irritum esse poterit cum David servo meo, vt non sit ex eo filius, qui regnet in Throno eius, & Leuitæ, & sacerdotes ministri mei.* Gene. 8. Pepigit Deus fœdus cum die ac nocte dicens, Cunctis diebus terræ, nox & dies nõ requiescent: quod fœdus nequaquã irritum factum est, sed firmũ semper permansit. Sic ait, & permanebit fœdus, quod cum David seruo meo pepigi. *Sicut enumerari non possunt stellæ cæli, et metiri arenæ maris sic multiplicabo semen David serui mei, & Leuitas ministros meos.* Theodoretus. De his testimonium prębẽt res ipsæ, Terra namq; vniuersa & mare plena sunt pontificibus, & diaconis leuitico munere fungẽtibus. *Et factum est verbum Domini ad Ieremiam dicens: Nũquid non vidisti quid populus hic loquutus sit, dicens. Duæ cognationes quas elegerat Dominus, abiectæ sunt, & populũ meũ despexerunt, eo quòd non sit vltra gens coram eis.* Per duas cognationes, Iudam, & Beniamin intelligit: solę enim hę duę tribus remanserant, alijs decem in captiuitatẽ abductis ab Assyrijs. Vnde elegisse has Deus dicebat, & sibi seruasse: quas abiectas cùm viderent impij homines, & in captiuitatem pariter abducendas a Chaldæis, despiciebant & contẽnebãt populum Dei, neq; vnquam ad pristinam dignitatem restituendum credebant:

debant: quorũ tamẽ impiã sententiã, & opinionẽ aufert Deus per Prophetã. *eo quòd nõ sit vltrà gens corã eis.* Sep. vt nõ sit gẽs in cõspectu ipsorũ, hoc est, vt pro nihilo ducant populũ meũ, neq; vltrà annumerandum inter populos credãt. Chal. Para. quò minùs vltrà sit populus ministrans coram me in cõspectu ipsorum. hoc est, vt iuxta illorum existimationem, nõ ampliùs futurus sit populus, qui mihi ministret, & offerat sacrificium. *Hæc dicit Dominus, si pactum meum inter diem & noctem, & leges cæli, & terræ non posui, equidem & semẽ Iacob, et Dauid serui mei proÿciam, vt non assumam de semine eius principes seminis Abraham, Isaac, et Iacob. Reducã enim conuersionem eorum, et miserebor eis.* Hoc est, Quemadmodum fieri nõ potest, vt non posuerim leges cæli & terræ: sic fieri non potest, vt omnino abijciã filios Iacob, & Dauid: & non sint principes ex eis, qui coram me permaneant, cùm reduxero ex captiuitate, & propitius fuero eis. Apostoli ex semine Abraham, & Isaac, & Iacob principes constituti sunt, quorum successores Episcopi in finẽ vsq; permanebũt: iuxta illud Psal. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij, cõstitues eos principes super omnem terram: memores erunt nominis tui Domine. Et Christus. Sedebitis super sedes iudicãtes duodecim tribus Israel. Vnde Diuus Paulus ait. Dico ergo, Nunquid Deus repulit populum suum? Absit. Nam & ego Israelita sum, ex semine Abrahã, de tribu Beniamin &c. Vide locum.

Psal. 44. *Mat. 19.* *Rom. 11.*

ARGVMENTVM.

De Excidio Ierusalem, Et captiuitate Sedeciæ regis Iuda. Obiurgatio ob legis Dei contemptum.

CAP. xxxiiij.

¶CAP. XXXIIII.

VERBVM quod factum est ad Ieremiam à Domino, quando Nabuchodonosor rex Babylonis, & omnis exercitus eius vniuersaq; regna terræ quæ erant sub potestate manus eius, et omnes populi bellabant contra Ierusalem, & contra omnes vrbes eius, dicens: 2 Hæc dicit Dominus Deus Israel, Vade, & loquere ad Sedeciã regem Iuda: & dices ad eum, Hæc dicit Dominus, Ecce, ego tradam ciuitatem hanc in manus regis Babylonis, & succẽdet eam igni. 3 Et tu non effugies de manu eius: sed cõprehẽsione capieris, et in manu eius traderis: et oculi tui oculos regis Babylonis videbũt, et os eius cũ ore tuo loquetur, et Babylonẽ introibis. 4 Attamẽ audi verbũ Dñi Sedecia rex Iuda, Hæc dicit Dominus ad te, Nõ morieris in gladio, 5 sed in pace morieris, et secundùm combustiones patrum tuorum regum priorum qui fuerunt ante te, sic comburent te: et Væ Domine, plangent te: quia verbum ego loquutus sum, dicit Dominus. 6 Et loquutus est Ieremias propheta ad Sedeciam regem Iuda vniuersa verba hæc in Ierusalem. 7 Et exercitus regis Babylonis pugnabat cõtra Ierusalem, & contra omnes ciuitates Iuda quæ reliquæ erant contra Lachis, & contra Azecha: hæ enim supererant de ciuitatibus Iuda, vrbes munitæ. 8 Verbum quod factum est ad Ieremiam à Domino, postquam percußit rex Sedecias fœdus cum omni populo in Ierusalem, prædicans, 9 Vt dimitteret vnusquisque seruum suum, & vnusquisque ancillam suam, Hebræum & Hebræam liberos: & nequaquam dominarentur eis, id est in Iudæo & fratre suo. 10 Audierunt ergo omnes principes, & vniuersus populus, qui inierant pactum, vt dimitteret vnusquisque seruum suum et vnusquisque ancillam suam liberos, & vltrà non dominarentur eis,

tur eis. audierunt igitur, & dimiserunt. 11 Et cõuersi sunt dein-ceps: & retraxerunt seruos & ancillas suas quos dimiserant liberos, & subiugauerũt in famulos & famulas. 12 Et factum est verbũ Domini ad Ieremiam à Domino, dicens. 13 Hæc dicit Dominus Deus Israel, Ego percussi fœdus cũ patribus vestris in die qua eduxi eos de Terra Ægypti, de domo seruitutis, dicẽs: 14 †Cũ completi fuerint septẽ anni, dimittat vnusquisque fratrem suũ Hebræũ, qui venditus est ei, & seruiet tibi sex annis: & dimittes eũ à te liberum: & non audierũt patres vestri me, nec inclinauerunt aurem suam. 15 Et conuersi estis vos hodie, & fecistis quod rectum est in oculis meis, vt prædicaretis libertatẽ vnusquisq; ad amicũ suum, & inistis pactũ in conspectu meo, in domo in qua inuocatũ est nomen meum super eam. 16 Et reuersi estis, & cõmaculastis nomẽ meũ: et reduxistis vnusquisq; seruũ suũ, & vnusquisq; ancillã suã quos dimiseratis vt essent liberi & suæ potestatis: & subiugastis eos, vt sint vobis serui et ancillæ. 17 Propterea hæc dicit Dñs, Vos nõ audistis me, vt prædicaretis libertatẽ vnusquisq; fratri suo, et vnusquisq; amico suo: ecce ego prædico vobis libertatem, ait Dominus ad gladium, ad pestem, et ad famem: et dabo vos in commotionem cunctis regnis terræ. 18 Et dabo viros qui præuaricantur fœdus meum, et non obseruauerũt verba fœderis quibus assensi sunt in conspectu meo, vitulum quem conciderunt in duas partes, et trãsierũt inter diuisiones eius, 19 Principes Iuda et principes Ierusalẽ, eunuchi, et sacerdotes, et omnis populus terræ, qui trãsierũt inter diuisiones vituli. 20 Et dabo eos in manus inimicorũ suorum, et in manus quærentiũ animam eorũ, et erit morticinum eorum in escam volatilibus cœli et bestiis terræ. 21 Et Sedeciam regem Iuda et principes eius dabo in manus inimicorũ suorũ, et in manus quærentium animas eorum, et in manus exercituũ regis Babylonis, qui recesserũt à vobis. 22 Ecce,

-6 M S. H.G.C.

†Exod. 21.2. Deut. 15 12.

Ego præ

Ego præcipio, dicit Dominus, et reducam eos in ciuitatem hãc, & prælíabuntur aduersus eam, & capient eam, & incendent igni: & ciuitates Iuda dabo in solitudinem, eò quòd non sit habitator.

EXPLANATIO.

VErbum quod factũ est ad Ieremiã à Domino, quãdo Nabuchodonosor rex Babylonis. etc. Prædicit Propheta ciuitatem Ierusalem tradẽdam in manus regis Babylonis, qui eã cum suo exercitu obsidebat. Eo tempore, hortatu Ieremiæ Prophetę, Rex Sedecias legi Dei obtẽperans pręceperat, vt vnusquisque dimitteret seruos & ancillas liberos; & pacto inito promiserat populus ita facere: sicut & fecerunt. Sed obsidione soluta, & recedente Rege Babylonis (audierat enim Regẽ Ægypti venire, vt auxilium ferret obsessis) Iudęi rursus, quos dimiserãt, in seruitutem adegerũt: ob quã rem reprehendit eos Ieremias, & regem Babylonis reuersurum, & ciuitatem capturum prędicit. *Hæc dicit Dominus Deus Israel, Vade, & loquere ad Sedeciã regem Iuda: & dices ad eum, Hæc dicit Dominus, Ecce ego tradam ciuitatem hanc in manus regis Babylonis, & succendet eam igni.* Pleonasmos est, succendere igni. Superiori Capite dictum est, Ieremiam in carcere fuisse: hìc autem pręcipitur ei, vt vadat, & loquatur ad Sedeciam. Fortassis licebat ei egredi, aut iam liberatus erat.

Et tu non effugies de manu eius: sed comprehensione capieris, & in manus eius traderis & oculi tui oculos regis Babylonis videbũt, et os eius cũ ore tuo loquetur: etc. Idẽ suprà Cap 32. Tautologia est, cõprehensione capi, frequẽtissima in sacris literis: fit autẽ augẽdi gratia. Sic etiam q̃ subditur,

tur,

tur, *& in manus eius traderis*, Metabole est, idest iteratiō eiusdem rei sub varietate verborū, quò magis timorem incutiat. Et quæ sequūtur, *& oculi tui. &c.* vt magis eum perterrefaciat, dicuntur.

Attamen audi verbum Domini Sedecia rex Iuda. Hæc dicit Dominus ad te, Non morieris in gladio, sed in pace morieris, et secundùm combustionem patrum tuorum regum priorum, qui fuerunt ante te, sic comburent te: Et væ Domine, plangent te. Non mori in gladio, sed in pace est, non morte violētа, sed naturali occumbere. Quod autem de combustione dicitur, nonnulli de combustione aromatum odoratorum interpretantur, quod in honorem fieri solebat. Vide 2. Paral. 16. & 21. Sed iuxta literam nostram, & Heb. & Septuag. & Chald. Para. de combustione corporis intelligitur: simul autē cum corpore cremabantur aromata. Significat ergo honorificè sepeliendum, & quòd Iudæi essent prosequuturi funus regio planctu, quo plangere solent dominos suos. *Quia verbum ego loquutus sum, dicit Domin⁹.* Hoc est, quia ita ego dixi, & ita volui, & sic fiet. Chald. Paraph. quia verbum hoc loquutus sum. *Et loquutus est Ieremias Propheta ad Sedeciam regē Iuda vniuersa verba hæc in Ierusalē.* Prophetæ Domini obedientia notatur. Quantumuis aduersa essent, quæ præcipitur nunciare, vt iure sibi timere posset: seposito omni timore, obtēperat Deo præcipienti. *Et exercitus regis Babylonis pugnabat contra Ierusalem, & contra omnes ciuitates Iuda, quæ reliquæ erant: contra Lachis, & contra Azecha: Hæ enim supererant de ciuitatibus Iuda, vrbes munitæ.* Nempe, quia reliquæ iā captæ erant. *Verbū quod factum est ad Ieremiā à Domino, postquā percussit Rex Sedecias fœdus cū omni populo in Ierusalē, prædicās,*

prædicás, vt dimitteret vnusquisq; seruũ suũ. etc. Vide Exo. 21. & Deut. 15. Hebræum seruũ præcipiebat lex septimo anno dimitti liberum: sed vltra præceptum legis, promiserant inito fœdere ita facere, vt infrà hoc eodem Capite dicitur, qua solennitate id factum fuerit. *prædicans,* In Heb. additur, libertatē. Sic etiam Septua. & Chald. Para. Videtur omissum in nostro textu: quãuis absq; illa dictione constat satis sententia, coniungendo vocem, prędicans, cum sequēti oratione, vt dimitteret &c. *Et nequaquã dominaretur eis,* Vel, vt alij Codices habent, Et vltrà non dominarētur eis. intellige, vltra tempus lege præfixum. aut, eo modo quo alijs qui non erant Hebræi. Septuag. vt non seruiret vir ex Israel. Chald. Paraph. vt nullus in seruitutem redigeret fratrem suum Iudęum. In Heb. עבד habad, significat seruire. sequente beth, quemadmodum reperitur in sequenti loco, significat duritiem, seu sæuitiem in aliquem exercere, & vti aliquo pro seruo. *Audierunt ergo omnes principes. &c.* Aperta est litera. Duplex fuit peccatum iterum redigere in seruitutem seruos Hebræos, quos dimiserant: contra legem, & contra fœdus initum. *Cõmaculastis nomen meum.* Septuag. prophanastis pactum meum. Chald. Paraph. nomen meum, habet. Sic etiam in Heb. Eadem est sententia. Violato enim fœdere in nomine Domini inito, pactum Dei, & nomen Dei commacularunt, & prophanarunt. *Vt essent liberi, & suæ potestatis.* Sep. Quos emisistis liberos anima eorum. Chal. Paraph. Quos vos dimiseratis liberos animæ suæ. Sic in Hebr. quos dimisistis liberos in animã suam. Noster interpres sensum reddidit: dimittere enim liberum animæ suæ, siue voluntati suæ,

aut in animam suam, siue voluntatem suam, est dimittere vt sit liber, & suæ potestatis. *Ecce ego prædico vobis libertatem dicit Dominus, ad gladium, ad pestem, & ad famem.* Hoc est, concedo vt liberè in vos grassetur gladius, pestis, & fames. *Et dabo vos in commotionem cunctis regnis terræ.* Septuag. in dispersionem. Chald. Paraph. in commotionem. Significat autem vox Hebr. זועה zauahah, motũ quo quis ab vno loco in alium subinde mouetur, qualis est cùm præ metu diffugimus: vel animi fluctuationem, cùm propter metum nescimus quid capiamus consilij. Duplicem sensum potest habere locus hic. Alter est iuxta Septuag. Dispergã vos per vniuersa regna, vt nullibi pacem, & quietem inuenire possitis. Alter est. Faciam, vt metuant me omnia regna, audita calamitate vestra. vel faciam, vt omnia regna super vos moueant caput suum: qui gestus est hominis dolentis, vel subsannantis. Sic in Psal. Posuisti nos in similitudinem gentibus: commotionem capitis in populis. & iterum. Locuti sunt labijs, & mouerunt caput. *Vitulum quem conciderunt in duas partes, & transierunt inter diuisiones eius.* Per vitulum, pactum occisione vituli confirmatum intelligit. In fœdere sanciendo, occiso vitulo, diuidebatur ille in partes, & per medium partium transibant, quasi imprecantes sibi mortem, si fœdus violarent. Vide Gene. 15. *Et reducam eos in ciuitatem hanc.* Recesserãt Babylonij propter causam, quam in principio huius Cap. diximus: Iudæi autem, qui non ex corde ad Deum conuertebantur, sed ex timore quodam seruili, soluta obsidione, iterũ ad pristina flagitia reuertebantur. Sic in Psal. Cùm occideret eos, quærebant eum, & reuertebantur, & diluculo ve-

Psal. 43.

Psal. 21.

Psal. 77.

lo veniebãt ad eũ. Et dilexerunt eum in ore suo, & lingua sua mentiti sunt ei. Cor autẽ eorũ non erat rectũ cum eo &c. Sic multi, dum aliqua premuntur aduersitate, multa & magna proponunt, & promittunt: sed rebus in meliùs mutatis, citò obliuiscuntur. Sed nolite errare, ait Apost. Deus non irridetur.

Gal. 6.b.

ARGVMENTVM.

Exemplo Rechabitarum conuincit inobedientiã Regis Ioacim, & populi Iudaici, qui Deo non obedierunt.

¶ CAP. XXXV.

VERBVM quod factum est ad Ieremiam à Domino in diebus Ioacim filij Iosiæ regis Iuda, dicẽs: 2 Vade ad domum Rechabitarum, & loquere eis, & introduces eos in domum Domini in vnam exedram thesaurorum, & dabis eis bibere vinum. 3 Et assumpsi Iezoniam filium Ieremiæ filij Habsaniæ, & fratres eius, & omnes filios eius, & vniuersam domum Rechabitarum. 4 Et introduxi eos in domum Domini, ad gazophylacium filiorum Hanan filij Iegedeliæ hominis Dei, quod erat iuxta gazophylacium principum, super thesaurum Maasiæ filij Sellum, qui erat custos vestibuli. 5 Et posui coram filijs domus Rechabitarum scyphos plenos vino, & calices: & dixi ad eos, Bibite vinum. 6 Qui responderunt, Non bibemus vinum: quia Ionadab filius Rechab, pater noster, præcepit nobis, dicens: Non bibetis vinum vos & filij vestri vsque in sempiternum. 7 Et domum non ædificabitis, & sementẽ nõ seretis, et vineas non plantabitis, nec habebitis: sed in tabernaculis habitabitis cũctis diebus vestris, vt viuatis diebus multis super faciẽ terræ in qua vos peregrinamini. 8 Obediuimus ergo voci Io-

nadab filij Rechab, patris nostri, in omnibus quæ præcepit nobis: ita vt nõ biberemus vinũ cũctis diebus nostris nos et mulieres nostræ, filij & filiæ nostræ: 9 et nõ ædificaremus domos ad habitandũ: & vineã & agrũ & sementẽ nõ habuimus: 10 sed habitauimus in tabernaculis, et obedientes fuimus iuxta omnia quæ præcepit nobis Ionadab pater noster. 11 Cùm autẽ ascendisset Nabuchodonosor rex Babylonis ad terram nostram, diximus, Venite & ingrediamur Ierusalem à facie exercitus Chaldeorũ, & à facie exercitus Syriæ: & mansimus in Ierusalem. 12 Et factum est verbum Domini ad Ieremiam, dicens: 13 Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel, Vade, & dic viris Iuda & habitatoribus Ierusalem, Nunquid non recipietis disciplinam, vt obediatis verbis meis, dicit Dominus? 14 Præualuerunt sermones Ionadab filij Rechab, quos præcepit filijs suis vt non biberent vinum: & non biberunt vsque ad diem hanc, quia obedierunt præcepto patris sui: ego autem loqutus sum ad vos, de mane consurgens & loquens, & non obedistis mihi. 15 Misique ad vos omnes seruos meos prophetas, consurgens diluculò mittensque & dicens, † Conuertimini vnusquisque à via sua pessima, & bona facite studia vestra: & nolite sequi deos alienos, neque colatis eos, & habitabitis in terra quam dedi vobis & patribus vestris: & non inclinastis aurem vestram, neque audistis me. 16 Firmauerunt igitur filij Ionadab filij Rechab præceptum patris sui quod præceperat eis: populus autem iste non obediuit mihi. 17 Idcirco hæc dicit Dominus exercituũ Deus Israel, Ecce ego adducam super Iudã & super omnes habitatores Ierusalẽ vniuersam afflictionem quã locutus sum ad illos, eo quòd locutus sum ad illos & non audierũt: vocaui illos, & non responderũt mihi. 18 Domui autem Rechabitarum dixit Ieremias: Hæc dicit Dominus exercituũ Deus Israel: Pro eo quòd obedistis præcepto Ionadab patris vestri,

Marginal notes: 'fecimus' M.S. H.G.C. — † Sup. 18. 11. 25. 3. — 'adduco' M S. H.G.C.

vestri, et custodistis omnia mādata eius, et fecistis vniuersa quæ præcepit vobis. 19 Propterea hæc dicit Dominus exercituū De⁹ Israel, Non deficiet vir de stirpe Ionadab filij Rechab, stans in conspectu meo cunctis diebus.

EXPLANATIO.

IN *diebus Ioacim* Quæ in hoc Cap. narrātur, priùs contigerūt, quàm quę superiori Cap. scripta sunt: illa nēpe sub Sedecia, hæc sub Ioacim. Diximus in Prophetis non seruari ordinem Temporis. *Ad domū Rechabitarū.* Rechab duxit genus ab Hobab socero Moysi, qui alio nomine dicitur Iethro. Ab hoc dicta est familia Rechabitarū. Ionadab autē filius Rechab pręcepta hęc, de quibus in hoc Capite fit mentio, filijs suis dederat. hic amicus fuit Iehu Regis Israel. Vide 4. Reg. 11. Theodoretus. Admiratione digna est paterna legislatio, & filiorum atq; posterorum prompta obedientia. Quippe qui vitam curis vacuam, & prędijs carentē adamauerūt: &, quod maximè omnium superat opinionem, habentes liberos paruipendebant possessiones, toti quò ad se suaq;, à fiducia in Deum pendentes. Quòd si tempore legis, quę continebat imperfectionem, propter infirmitatem eorum, quæ lege cauebantur, summam Philosophiam amplexi sunt isti: quales esse debēt, qui legem Euangelicam audierunt? *In vnam exedram thesaurorū.* Cubicula hæc erant, siue cellaria in appendicibus templi. Septuág. In vnum atriorum. Chal. Paraph. ad vnum de gazophylacijs. *filij Iegedeliæ hominis Dei*. hoc est, Prophetæ. Sic Chal. Paraph. *qui erat custos vestibuli.* Septuag. Custodientium viam. Chal. Paraph. præpositi, tan

 siti, tan

siti,tantùm habet. Heb. הסף hasaph,vas,& limen signi ficat. Vnde nonnulli, custodem vasis,hoc est vasorũ, interpretantur. Alij, custodem liminis vel vestibuli. *Non deficiet vir de stirpe Ionadab filij Rechab,stans in conspectu meo cũctis diebus.* Chal. Para,ministrans corã me. Putant Hebręi filios Rechabitarum nupsisse Leuitis, & liberos ex illis natos ministrasse Dño in templo. Alij interpretãtur de diuinis fauoribus, quasi dicat. Sẽper Rechabitas fauoribus prosequar, & memor eorum ero,& prae oculis habebo. Sic etiã omnes quotquot obseruationi diuinae legis dant operã, sunt veri ac genuini filij veri Rechab Christi,qui factus est Patri obediens vsq; ad mortem,qui & dicebat. Meus cibus est, vt faciam voluntatem eius,qui misit me.

Phil. 2 b.
Ioan. 4. e

ARGVMENTVM.

Ieremias pręcepto Domini cõscribit librum de vastatione Ierusalem, quem Baruch legit in domo Domini: Rex librũ in ignem proijcit. Sed iussu Domini Propheta alium conscribit, qui multò plura, quàm prior continet.

¶CAP. XXXVI.

ET factum est in anno quarto Ioacim filij Iosiae regis Iuda, factum est verbum hoc ad Ieremiam à Domino,dicens: 2 Tolle volumen libri, & scribes in eo omnia verba quae loquutus sum tibi aduersum Israel & Iudã, & aduersum omnes gentes: à die qua loquutus sum ad te ex diebus Iosiae vsq; ad diem hanc. 3 Si fortè audiẽte domo Iuda vniuersa mala quae ego cogito facere eis, reuertatur vnusquisq; à via sua pessima: et propitius ero iniquitati, & peccato eorum. 4 Vocauit ergo Ieremias Baruch filiũ

Neriae:

Neriæ: et scripsit Baruch ex ore Ieremiæ omnes sermones Domini, quos loquutus est ad eũ, in volumine libri. 5 & præcepit Ieremias Baruch, dicẽs, Ego clausus sum, nec valeo ingredi domum Domini. 6 Ingredere ergo tu, et lege de volumine in quo scripsisti ex ore meo verba Domini, audiente populo in domo Domini in die ieiunij: insuper & audiente vniuerso Iuda, qui veniunt de ciuitatibus suis, leges eis: 7 Si fortè cadat oratio eorũ in conspectu Domini, et reuertatur vnusquisque à via sua pessima: quoniam magnus furor & indignatio est, quam loquutus est Dominus aduersum populũ hũc. 8 Et fecit Baruch filius Neri iuxta omnia quæ præceperat ei Ieremias propheta, legens ex volumine sermones Domini in domo Domini. 9 Factũ est autẽ in anno quinto Ioacim filij Iosiæ regis Iuda, in mense nono prædicauerunt ieiunium in conspectu Domini omni populo in Ierusalem, & vniuersæ multitudini quæ confluxerat de ciuitatibus Iuda in Ierusalem. 10 Legitq; Baruch ex volumine sermones Ieremiæ in domo Domini in gazophilacio Gamariæ filij Saphan scribæ, in vestibulo superiori, in introitu portæ nouæ domus Domini, audiente omni populo. 11 Cumq; audisset Michæus filius Gamariæ filij Saphan omnes sermones Domini ex libro: 12 descendit in domum regis ad gazophylacium scribæ: & ecce, ibi omnes principes sedebant, Elisama scriba, & Dalaias filius Semeiæ, & Elnathan filius Achobor: et Gamarias filius Saphan, & Sedecias filius Hananiæ, & vniuersi principes. 13 Et nũtiauit eis Michæas omnia verba quæ audiuit, 'legẽtem' Baruch ex volumine in auribus populi. 14 Miserunt itaque omnes principes ad Baruch, Iudi filium Nathaniæ filij Selemiæ filij Chusi, dicentes: Volumen ex quo legisti audiente populo, sume in manu tua, & veni. Tulit ergo Baruch filius Neriæ volumẽ in manu sua, et venit ad eos. 15 Et dixerũt ad eũ, Sede et lege hæc in aurib⁹ nostris. Et legit Baruch in au-

'legente H.G.C.

ribus eorum. 16 Igitur cùm audissent omnia verba, obstupuerunt vnusquisque ad proximũ suum, & dixerunt ad Baruch, Nuntiare debemus regi omnes sermones istos. 17 Et interrogauerunt eum, dicẽtes, Indica nobis quomodo scripsisti omnes sermones istos ex ore eius. 18 Dixit autem eis Baruch, Ex ore suo loquebatur quasi legẽs ad me omnes sermones istos: & ego scribebam in volumine atramento. 19 Et dixerunt principes ad Baruch, Vade, & abscondere tu & Ieremias, & nemo sciat vbi sitis. 20 Et ingressi sunt ad regem in atriũ: porrò volumen commendauerunt in gazophylacio Elisamæ scribæ: & nuntiauerũt audiente rege omnes sermones. 21 Misitq; rex Iudi, vt sumeret volumen: qui tollẽs illud de gazophylacio Elisamæ scribæ, legit audiente rege, & vniuersis principibus qui stabant circa regẽ. 22 Rex autem sedebat in domo hyemali in mense nono: & posita erat arula corã eo plena prunis. 23 Cumq; legisset Iudi tres pagellas vel quatuor, scidit illud scalpello scribæ: & proiecit in ignem qui erat super arulam: donec consumeretur omne volumen igni qui erat in arula. 24 Et non timuerũt, neque sciderũt vestimenta sua rex, & omnes serui eius qui audierunt vniuersos sermones istos. 25 Veruntamen Elnathan, & Dalaias, & Gamarias contradixerunt regi, ne combureret librum: & non audiuit eos: 26 Et præcepit rex Ieremiel filio Amelech, & Saraiæ filio Ezriel, & Selemiæ filio Abdeel, vt comprehenderẽt Baruch scribam, & Ieremiam prophetam: abscondit autem eos Dominus. 27 Et factum est verbum Domini ad Ieremiam prophetam, postquam combusserat rex volumen, & sermones quos scripserat Baruch ex ore Ieremiæ, dicẽs: 28. Rursum tolle volumẽ aliud: & scribe in eo omnes sermones priores, qui erãt in primo volumine, quod combussit Ioacim rex Iuda. 29 Et ad Ioacim regem Iuda dices, Hæc dicit Dominus, Tu combussisti volumen illud, dicens, Quare scripsisti in eo annuntians, Festinus ve

nus ve

665

nus veniet rex Babylonis, & vastabit terram hanc: & cessare faciet ex illa hominem & iumentum? 30 Propterea hæc dicit Dominus contra Ioacim regem Iuda, Non erit ex eo qui sedeat super soliũ Dauid: & cadauer eius proijcietur ad æstũ per diẽ, & ad gelu per noctem. 31 Et visitabo contra eũ, & contra semen eius, & contra seruos eius iniquitates suas, & adducam super eos et super habitatores Ierusalẽ, et super viros Iuda omne malum quod loquutus sum ad eos: et non audierunt. 32 Ieremias autem tulit volumẽ aliud, et dedit illud Baruch filio Neriæ scribæ, qui scripsit in eo ex ore Ieremiæ omnes sermones libri, quem combusserat Ioacim rex Iuda igni: et insuper additi sunt sermones multò plures, quàm antè fuerant.

EXPLANATIO.

E*T factum est anno quarto Ioacim filij Iosiæ regis Iuda.* Daniel. 1 Cap. habes, Anno tertio regni Ioacim regis Iuda, venisse Nabuchodonosor regem Babylonis in Ierusalẽ, & obsedisse eam, & traditum esse in manus eius Ioacim: Et tamen ex hoc loco constat, quòd quarto anno regni sui Ioacim erat in Ierusalẽ: de quo 4. Reg. 23. dicit, Ioacim vndecim annis regnasse in Ierusalẽ. & Cap. 24. dicit, In diebus Ioacim ascẽdisse Nabuchodonosor regem Babylonis, & factum esse ei seruum Ioacim tribus annis: & rursum rebellasse cõtra eum. Idem 2. Paral. 36. Nõnulli soluunt nodum hũc dicentes, bis tempore Ioacim venisse Nabuchodonosor in Iudęam, & in primo aduentu, qui intra 3. & 4. annum regni Ioacim fuit, contigisse quod in Daniele scriptum est, obsedisse nempe Ierusalem, & traditum fuisse in manus

eius

eius Ioacim, quem tamen ibi reliquit tributo imposito, secum autem adduxisse obsides Danielem, Ananiam, Azariam, & Misaëlem, vt ait D. August. lib. 2. de Mirabilibus Sacræ scripturæ. Quæ verò in hoc Capite narrãtur, cõtigisse anno 4. regni Ioacim. Deniq; cùm Ioacim rebellasset, nec vellet tributum soluere Nabuchodonosor, iterum ille venit in Iudæam, & comprehensum Ioacim catenis vinxit, vt dicitur 2. Paral. 26. & Babylonem vinctum perduxit: quò tamen, ait D. August. non peruenit, sed in campo Babylonis vndecimo regni sui anno interfectus est. Alij aliter conciliant locum hunc Ieremiæ cum loco Danielis: aiunt enim sub finem anni tertij Ioacim, cœpisse Nabuchodonosor comparare, & conscribere exercitum cõtra Ierusalem, quam post nonũ mensem quinti anni regni Ioacim, hoc est, in fine quinti anni, aut initio sexti (tempus enim primę expugnationis incertum est) expugnauit, & Ioacim adduxit captiuum, & cum eo Danielem, & alios. Eodem autem anno, aiunt, redijsse Ierosolymam pacto tributo, quod tribus annis tantùm pepẽdit, hoc est Sexto, Septimo, & Octauo regni sui: postea tributum negasse, & iterum reuersum Nabuchodonosor, capta Ierosolyma, Ioacim comprehensum catenis vinxisse, vt in Babylonẽ perduceret, sed in itinere mortuum sepultura caruisse. Anno ergo 4. Ioacim scriptã fuisse affirmant Epithomem Prophetiarum Ieremię à Baruch, & mense nono anni quinti regni Ioacim recitatam fuisse in cœtu populi, qui conuenerat in templum ieiunij indicendi gratia, ob aduentum Chaldęorum, quos fama erat aduenire contra Ierusalem. Indictum ergo fuisse ieiunium, & recita-

recitatā prophetiā ante obsidionē vrbis: igni enim tradita est à Ioacim, quòd cōtineret prædictionē aduentus Chaldęorū. Aiūt autem Nabuchodonosor in primo aduētu duos ferè annos consumpsisse. abest autē Babylon ab Ierusalē itinere quatuor mēsiū, vt colligere licet ex 7. Cap. 1. lib. Esdr. Alij, quod dicitur Dan. 1. ad secūdū aduentū Nabuchodonosor referūt. Tertiū autē annū vocari regni Ioacim, nō simpliciter, sed ab eo tēpore quo cœpit tributū pēdere Nabuchodonosor: esse autē verè vndecimū regni eius. Iosephus lib. 10. Antiq. Cap. 7. primū aduētū Nabuchodonosor in Iudęā in annū 8. regni Ioacim reijcit, iuxta cui⁹ cōputationē, vndecim⁹ annus regni Ioacim erit tertius ab eo tempore, quo cœpit tributum pendere, quemadmodum auctores superioris opinionis supputāt, quā sequitur Lyra in primum Cap. Daniel. vide quæ diximus in Cap. 22. *Tolle volumen libri.* Heb. מגלה megilah, idest volumen, à radice גלל galal, idest, reuoluere, inuoluere. vnde per volume, chartā plicatam intellige, in qua scribere solebāt Hebræi. Sūma eorum, quæ in volumine scripta erāt, cōtinetur infrà hoc eodē Cap. Nempe, Festinus veniet rex Babylonis, & vastabit terram hanc, & cessare faciam ex illa hominem & iumentum. *Si fortè cadat oratio eorum: in conspectu Domini,* Sep. fortasse cadet misericordia eorū ante faciē Domini. hoc est, fortasse Deus illorum miserebitur, & reuertentur à via sua mala. Chaldai. Paraphrasis. Fortè acceptabilis erit deprecatio eorum corā Domino, & conuertetur vnusquisq; à via sua mala. In Heb. habetur, sicut nostra habet lectio. Cadere autē orationē est, prosternere & profundere preces, vel nos coram

Deo

anni cõmunis incidat. *Elisama Scribæ.* Erat regius scriba, & cancellarius. *Et præcepit Rex Ieremiel &c. Vt comprehenderet Baruch scribam, et Ieremiam prophetam: abscondit autem eos Dominus.* In principio Cap. dicitur, dixisse Ieremiam Baruch, Ego clausus sum, nec valeo ingredi domum Domini. Quomodo ergo iubetur cõprehendi, qui clausus erat in carcere? Soluũt nonnulli, iussum fuisse comprehendi, vt interficeretur. Sed fortassis liberatus fuerat: nam diximus menses aliquot fluxisse ab eo tempore, quo liber cœptus est conscribi, quòusq; legeretur. Et in hoc eodem Capite habes, dixisse principes ad Baruch, Vade & abscondere tu & Ieremias, & nemo sciat vbi sitis: quòd si clausus fuisset, qua ratione potuisset abscondi? Sed si liberè iã incedebat Ieremias, cur ipse librum nõ legit, aut quę in libro continebantur, verbo non nunciauit? Fortassis quamuis liberatus fuisset ex carcere, nõ licebat illi in publicum prodire. Quod autẽ dicitur, abscondisse dominum Baruch & Ieremiã, multis modis fieri potuit. Sicut 3. Reg. 18. Eliæ dixit Abdias, Spiritus Domini asportabit te in locum, quẽ ego ignoro. Sic & Christus, cùm vellent eum lapidare Iudæi, exiuit de tẽplo, & abscondit se: nondũ enim venerat hora eius. Abscõdit ergo Dominus Prophetam suum, quia nondum hora eius venerat. Non enim praui homines habent potestatem in seruos Dei, nisi quantum Deus permittit, qui suis dixit, Capillus de capite vestro nõ peribit. &, Omnes capilli capitis vestri numerati sunt. *Propter ea hæc dicit Dominus contra Ioacim regem Iuda, Non erit ex eo qui sedeat super solium Dauid.* Habes 4. Reg. 24. Et dormiuit Ioacim cum patribus suis: & regnauit Ioacim

Ioan. 8. g.

Luc. 21. d

Mat. 10. d.

contra ciuitatem hanc: & capient eã, & succendent eam igni.
8 Hæc dicit Dominus: Nolite decipere animas vestras, dicẽtes, Euntes abibunt, & recedent à nobis Chaldæi: quia non abibũt.
9 Sed & si percusseritis omnem exercitũ Chaldæorũ, qui præliantur aduersum vos, & derelicti fuerint ex eis aliqui vulnerati: singuli de tentorio suo consurgent, & incendẽt ciuitatem hanc igni. 10 Ergo cũ recessisset exercitus Chaldæorũ ab Ierusalem propter exercitum Pharaonis, 11 Egressus est Ieremias de Ierusalem vt iret in terram Beniamin, & diuideret ibi possessionem in conspectu ciuiũ. 12 Cumque peruenisset ad portã Beniamin, erat ibi custos portæ per vices, nomine Ierias, filius Selemiæ filij Hananiæ: & apprehendit Ieremiam prophetã, dicẽs, Ad Chaldæos profugis. 13 Et respondit Ieremias, Falsum est, non fugio ad Chaldæos. Et non audiuit eum: sed comprehendit Ierias Ieremiam, & adduxit eũ ad principes. 14 Quam ob rẽ irati principes contra Ieremiam, cæsum eũ miserunt in carcerem qui erat in domo Ionathã scribæ. ipse enim præpositus erat super carcerẽ. 15 Itaq; ingressus est Ieremias in domũ laci & in ergastulum: & sedit ibi Ieremias diebus multis. 16 Mittens autem Sedecias rex tulit eum: & interrogauit eũ in domo sua abscondite, & dixit, Putasne est sermo à Domino? Et dixit Ieremias, Est. Et ait, In manus regis Babylonis traderis. 17 Et dixit Ieremias ad regẽ Sedeciam, Quid peccaui tibi et seruis tuis et populo tuo, quia misistis me in domũ carceris? 18 Vbi sunt prophetæ vri qui [illegible] vobis, et dicebãt, Nõ veniet rex Babylonis super vos, et super terrã hanc? 19 Nunc ergo audi obsecro Domine mi rex, Valeat deprecatio mea in conspectu tuo: et ne me remittas in domũ Ionathã scribæ, ne moriar ibi. 20 Præcepit ergo rex Sedecias, vt traderetur Ieremias in vestibula carceris: et daret ei torta panis quotidie, excepto pulmẽto, donec consumerẽtur oẽs panes de [illegible] Ieremias in vestibulo carceris.

EXPLANATIO. 8

ET regnauit Rex Sedecias filius Iosiæ pro Iechonia filio Ioacim: quem constituit regẽ Nabuchadnosor rex Babylonis in terra Iuda. Vide in hoc eodem lib. Cap. 52. & 4. Reg. 24. & 2. Paral. 36. *Ora pro nobis Dominũ Deum nostrum.* Impius rex postulat pro se orare Prophetã, cùm ipse in impietate perseueraret. Multùm valet oratio iusti assidua. Sed & Moyses, & Samuel, & Daniel pro Populo orãt. Sic & Apostolus præcipit pro regibus orare. & D. Iacobus, vt pro inuicem oremus, hortatur. Et hæc quidem prosunt, si interim cures ab iniquitate recedere. Sed Sedecias pro externa calamitate sollicitus, parum de interna curat. *Ieremias autem liberè ambulabat in medio populi: non enim miserãt eum in custodiam carceris.* Fuerat quidem missus in carcerem, regnante Ioacim: sed fuerat liberatus. *Igitur exercitus Pharaonis egressus est de Ægypto.* Nẽpe, vt suppetias ferret Ierosolymitanis: sed occurrerũt Ægyptijs Chaldei, quibus superatis, reuersi sunt in Ierusalem: quos tamen pseudoprophetæ minimè reuersuros mentiebãtur: sed Ieremias verus Dei Propheta verum prænunciat. *Et diuideret ibi possessionẽ.* Septuag. vt emeret inde. Chald. Paraph. vt diuideret hæreditatem, quam habebat. Heb. לחלק lechalich, ad diuidendum, inde in medio populi. quod nonnulli ita interpretãtur, vt possessionem quam emerat, de qua mentio facta est suprà Cap. 32. diuideret, hoc est, à possessore separaret, sibiq; sumeret coram omni populo. Sic etiam interpretari possumus lectionẽ Septua. vt emeret, hoc est, ut emptam sibi acciperet. Alij interpretantur,

Iaco. 5. d.

1. Tim. 2.

Vbi sup.

pretātur, vt se ipsum diuideret, vel diuerteret inde ex Ierusalem, eò quòd esset in medio populi, ne scilicet in carcerem conijceretur. Alij in eundem sensum vocem Heb. ad lubricandū, transferūt, sub. seipsum. hoc est, vt more rei lubricę se illinc pręriperet, quasi dicat. Cùm soluta obsidione multi foras proficiscerētur, conatus est Ieremias, vt mistus turbę egredienti elaberetur illinc. Vel, voluit per mediam turbam ex vrbe se subducere. *Erat ibi custos portæ per vices.* Sep. Et ibi homo ad quem diuertit. Chald. Paraph. Erat ibi vir constitutus super portam. In Heb. Et ibi Dominus præfecturæ, vel custodiæ. hoc est, præfectus erat custodiæ. vel pręfectus ad custodiēdam portam. quod quia per vices fieri solebat, noster interpres transtulit, custos portę per vices. *ipse enim præpositus erat super carcerē* Septuag. quia hanc, domum nempe Ionathan, fecerūt in domū carceris. Chal. Para. ipsam enim fecerant in carcerē. Sic et in Hebr. Possumus etiā trāsferre ex Heb. Nā ipsum fecerunt super domū carceris. lamed enim pręfixū significat etiā, super. *Itaq; ingressus est Ieremias in domū Laci, et in ergastulū.* Sep. Et venit Ieremias in domū laci, & ad vincula. Chal. Par. Ingress⁹ est Ieremias in domū carceris, & in mediū tabernarū. Priori loco in Heb. est dictio הבור habor. cisternā, carcerē, fossā excisam significat. secundo loco est החנוית hachanuioth. māsiones, habitacula ad pernoctandū, ergastulū interpretari possumus. Cōstat ex Cap. sequenti carcerē hūc fuisse tetrū, & horrēdū: postulauit enim Ieremias à rege, ne illū iuberet reduci in domū Ionathan, ne ibi moreretur. *Putasne est sermo à Domino?* Hoc est, Habes né reuelationē à Dño? Est né verbū Dñi, quod

tu tam constanter loqueris? *Et dixit Ieremias. Est. Et ait, In manu regis Babylonis traderis.* Vide Prophetæ Dei constantiam. non pertimescit carcerem, licèt tetrum, & horrendum: liberè coram rege loquitur, etiam aduersus eum. *Valeat deprecatio mea in conspectu tuo.* Hebr. cadat. Vide de hac phrasi superiori Cap. *In vestibulū carceris.* Septua. in domum carceris. Chal. Para. in vestibulo domus carceris. Heb. in atrio custodię. quod quidā interpretātur, in publico carcere, qui erat in atrio Regię. *Et daretur ei torta quotidie panis.* Septua. Et dederunt ei panem vnum in die. Chald. Para. Et dabatur ei frustrum panis quotidie. Vox Heb. ככר chichar, tortam, frustrum, & bucellam significat. *Excepto pulmento,* Septuag, de foris vbi panes faciunt. Chal. Paraph. de vico pistorum. Heb. מחוץ האפים michutz haophim, de platea pistorum. Sed prior dictio plateā, & extra, vel præter significat. secunda, decocta, exponi potest. nam אפה aphah, coquere significat. pręter decocta ergo, vel pręter cibos decoctos, interpretari possumus: quod est idē, quod excepto pulmēto, q̄ nr̄a habet litera. *Et mansit Ieremias in vestibulo carceris.* Subaudi, vsq; ad expugnationē vrbis. Sic in fine sequētis Capitis.

ARGVMENTVM.

Principes postulant Ieremiam occidi. Mittitur in lacum, Liberatur opera Abdemelech.

¶ CAP. XXXVIII.

AVDIVIT autem Saphatias filius Mathan, & Gedelias filius Phassur, & Iuchal filius Selemiæ, & Phassur filius Melchiæ, sermones quos Ieremias loquebatur ad omnem populū, dicens, 2 Hæc dicit

dicit Dominus: †*Quicunque manserit in ciuitate hac, morietur gladio & fame et peste: qui autem profugerit ad Chaldæos, viuet, et erit anima eius sospes & viuens.* 3 *Hæc dicit Dominus, Tradendo tradetur ciuitas hæc in manu exercitus regis Babylonis, & accipiet eam.* 4 *Et dixerunt principes regi, Rogamus vt occidatur homo iste: de industria enim dissoluit manus virorũ bellantium, qui remanserunt in ciuitate hac, & manus vniuersi populi, loquens ad eos iuxta verba hæc: siquidem homo iste non quærit pacem populo huic, sed malum.* 5 *Et dixit rex Sedecias, Ecce ipse in manibus vestris est: nec enim fas est regem vobis quicquam negare.* 6 *Tulerunt ergo Ieremiam, & proiecerunt eum in lacum Melchiæ filij Amelech qui erat in vestibulo carceris: & submiserunt Ieremiam: in' funibus in lacum in quo non' erat aqua, sed lutum. descendit itaque Ieremias in cœnum.* 7 *Audiuit autem Abde-melech Æthiops vir eunuchus qui erat in domo regis, quòd misissent Ieremiam in lacum: porrò rex sedebat in porta Ben-iamin.* 8 *Et egressus est Abde-melech de domo regis, & loquutus est ad regem, dicens,* 9 *Domine mi rex, malè fecerunt viri isti omnia quæcunque perpetrarunt contra Ieremiam prophetam, mittentes eum in lacũ, vt moriatur ibi fame, non sunt enim panes vltrà in ciuitate.* 10 *Præcepit itaque rex Abde-melech Æthiopi, dicens, Tolle tecum hinc triginta viros, & leua Ieremiam prophetam de lacu, antequàm moriatur.* 11 *Assumptis ergo Abde-melech secũ viris, ingressus est domum regis, quæ erat sub cellario: & tulit inde veteres pannos, & antiqua* + *quæ computruerant: & submisit ea ad Ieremiam in lacum per funiculos.* 12 *Dixitque Abde-melech Æthiops ad Ieremiam, Pone veteres pannos, & hæc scissa & putrida sub cubito manuum tuarũ, & super' funes, fecit ergo Ieremias sic.* 13 *Et extraxerũt Ieremiam funibus, et eduxerunt eũ de lacu. mãsit autẽ Ieremias in vestibulo carceris*

†Sup. 21, 9.

'funibus & in lacu nõ 22 MS. H. C.

'funibus in lacũ & in lacu non G.

+vestimẽta o.

'subter 4. MS. H.C.

14 *Et misit rex Sedecias, et tulit ad se Ieremiam prophetam ad ostium tertium quod erat in domo Domini: & dixit rex ad Ieremiam, Interrogo ego te sermonem, ne abscondas à me aliquid.* 15 *Dixit autem Ieremias ad Sedeciam. Si annuntiauero tibi, nunquid non interficies me? & si consilium dedero tibi, non me audies.* 16 *Iurauit ergo rex Sedecias Ieremiæ clàm, dicens, Viuit Dominus qui fecit nobis animam hanc, si occidero te, & si tradidero te in manus virorum istorum, qui quærũt animam tuam.* 17 *Et dixit Ieremias ad Sedeciam, Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel, Si profectus exieris ad principes regis Babylonis, viuet anima tua, et ciuitas hæc non succendetur igni: et saluus eris tu, et domus tua.* 18 *Si autem non exieris ad principes regis Babylonis, tradetur ciuitas hæc in manus Chaldæorum, et succendent eam igni: et tu non effugies de manu eorum.* 19 *Et dixit rex Sedecias ad Ieremiam, Solicitus sum propter Iudæos, qui transfugerunt ad Chaldæos: ne fortè tradar in manus eorum, et illudant mihi.* 20 *Respondit autem Ieremias, Non te tradent. audi quæso vocem Domini, quam ego loquar ad te, et bene tibi erit, et viuet anima tua.* 21 *Quòd si nolueris egredi: iste est sermo quẽ ostẽdit mihi Dominus.* 22 *Ecce omnes mulieres quæ remanserũt in domo regis Iuda, educẽtur ad principes regis Babylonis: et ipsæ dicẽt, Seduxerũt te, et præualuerunt aduersum te uiri pacifici tui, demerserunt in cœno, et in lubrico pedes tuos, et recesserũt à te.* 23 *Et omnes vxores tuæ, et filij tui educentur ad Chaldæos: et nõ effugies manus eorũ, sed in manu regis Babylonis capieris: et ciuitatẽ hanc comburet igni.* 24 *Dixit ergo Sedecias ad Ieremiam, Nullus sciat verba hæc, et non morieris.* 25 *Si autem audierint principes quia loquutus sum tecum: et venerint ad te, et dixerint tibi, Indica nobis quid loquutus sis cũ rege, ne celes nos, et non te interficiemus: et quid loquutus est tecum rex.* 26 *Dices ad eos, Prostraui ego preces*

meas

meas coram rege, ne me reduci iuberet in domum Ionathan, et ibi morerer. 27 Venerūt ergo omnes principes ad Ieremiam, et interrogauerunt eum: et locutus est eis iuxta omnia verba quæ præceperat ei rex, et cessauerunt ab eo: nihil enim fuerat auditum. 28 Mansit verò Ieremias in vestibulo carceris, vsque ad diem quo capta est Ierusalē. et factū est, vt caperetur Ierusalē.

EXPLANATIO.

SERMONES quos Ieremias loquebatur ad omnem populum. Intellige de populo, qui ad illum in carcere agentem confluebat. *Et erit anima eius sospes, et viuet.* Septuag. Et erit anima eius in lucrum, & viuet. Chald. Para. Et erit anima eius in euasionē, & sustētabitur. In Heb. Et erit anima eius in spolium, & viuet. hoc est, sospes erit, vt nostra habet lectio; spolia enim seruantur, & charissima habentur. *Tradendo tradetur.* Tautologia, frequentissima in sacris literis, augendi & confirmandi gratia fit. *Dissoluit manus virorum bellantium.* debilitat, frāgit, hoc est, animos frangit, vt non possint manibus & alijs corporis membris vti. *Eunuchus.* Chal. Para. Vir magnus. Vide suprà Cap. 29. *Ad ostium tertium quod erat in domo Domini.* Septuag. In domum tertiam, quæ erat in domo Dñi. Heb. ad introitum tertium, hoc est, ad portam tertiā templi, quæ Regię respōdebat, qua scilicet Rex è Regia in templum accedebat. *præualuerūt aduersum te viri pacifici tui.* Heb. pacis tuæ. hoc est, domestici, & familiares, qui persuadebāt regi, vt non crederet sermonibus Ieremiæ, sed potiùs mendacijs pseudoprophetarum fidem adhiberet. *demerserunt in cœno, et in lubrico pedes tuos, et recesserunt à te.* Septuag. Et præualebunt in lubricis contra pedes tuos, recesserunt à te. Chal. Par.

Submersi sunt in confusione pedes tui, conuersi sunt retrorsum. Heb. infixi sunt in cœno pes tu⁹ (pro pedes tui,) conuersi sunt retrorsum. Noster interpres senten tiam reddidit. Hispanè dicimus, *pusieron te del lodo tus amigos*, vel, *dexarō te enel lodo, y fuerō se*. Lutum vocat per suasionem humanā, & falsas prophetias, siue calamitatem ipsam in quam inciderat nolens credere verbis prophetæ, sed suorum potiùs familiariū & domesticorum, quasi dicat. Fuga tētasti consulere vitæ tuæ, sed captus es à Chaldæis: & quasi si in lutum tenacissi mum incidisses, coactus es referre pedem. Sic faciunt assentatores, & qui secundùm carnem nos diligunt: dum ad luxum, ad voluptates, ad delicias nos pertrahunt. Vnde Isa. Proph. Populus meus, qui te beatū dicunt, ipsi te decipiunt, & viam gressuū tuorū dissipāt.

Isai. 3. c.

ARGVMENTVM.

Capitur ciuitas, Sedecias fugit, comprehēditur, exoculatur. Ieremias & Abdemelech saluantur.

¶ CAP. XXXIX.

†4 Reg. 25. 1. Infr. 52, 4.

⁹nona R. H. G. C.

ANNO †nono Sedeciæ Regis Iuda, mense decimo, venit Nabuchodonosor rex Babylonis: & omnis exercitus eius ad Ierusalem, & obsidebant eam. 2 Vndecimo autē anno Sedeciæ, mense quarto,⁹ quinta mensis aperta est ciuitas. 3 Et ingressi sunt omnes principes regis Babylonis, & sederunt in porta media: Neregel, Sereser, Semegar-nabu, Sar-sachim, Rabsares, Neregel, Sereser, Rebmag, & omnes reliqui principes regis Babylonis. 4 Cùmque vidisset eos Sedecias rex Iuda & omnes viri bellatores, fugerunt: & egressi sunt nocte de ciuitate per viam horti regis, & per portam quæ erat inter duos muros, & egressi sunt ad viā

deserti.

deserti. 5 Persecutus est autem eos exercitus Chaldæorum: & comprehenderũt Sedeciam in campo solitudinis Ierichontinæ, & captũ adduxerunt ad Nabuchodonosor regem Babylonis in Reblatha, quæ est in terra Emath: et locutus est ad eũ iudicia. 6 Et occidit rex Babylonis filios Sedeciæ in Reblatha, in oculis eius: & omnes nobiles Iuda occidit rex Babylonis. 7 Oculos quoque Sedeciæ eruit: & vinxit eum compedibus, vt duceretur in Babylonem. 8 Domum quoque regis, & domum vulgi succenderunt Chaldæi igni: & murũ Ierusalem subuerterũt: 9 Et reliquias populi, qui remanserant in ciuitate, et perfugas qui trãsfugerant ad eum, & superfluos vulgi qui remanserant transtulit Nabuzardan magister militum in Babylonem. 10 Et de plebe pauperum, qui nihil penitus habebant, dimisit Nabuzardan magister mi[...] in terra Iuda: & dedit eis vineas & cisternas in die illa. 11 Pr[...]ceperat autẽ Nabuchodonosor rex Babylonis de Ieremia Nab[...]zardan magistro militum, dicẽs: 12 Tolle illũ, & pone super eum oculos tuos, nihilq; ei mali facias: sed vt voluerit, sic facias ei. 13 Misit ergo Nabuzardã princeps militiæ, &ʼ Nabusezbazʼ & Rab-sares, & Neregel, & Serescr, et Reb-mag, et omnes optimates regis Babylonis, 14 miserunt, et tulerunt Ieremiam de vestibulo carceris, et tradiderunt eum Godoliæ filio Ahicam filij Sapham, vt intraret in domum, et habitaret in populo. 15 Ad Ieremiã autem factus fuerat sermo Domini, cùm clausus esset in vestibulo carceris, dicens, 16 Vade, et dic Abdemelech Ethiopi, dicens, Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel, Ecce, ego inducam sermones meos super ciuitatem hanc in malum, et non in bonum: et erunt in conspectu tuo in die illa. 17 Et liberabo te in die illa, ait Dominus: et non traderis in manus virorum quos tu formidas: 18 Sed eruens liberabo te, et gladio non cades: sed erit tibi anima tua in salutem, quia in me habuisti fiduciam, ait Dominus.

ʼNabu & Sesban o. ʼNabusazban 1 M.S. H.C.G.

EXPLANATIO.

ANNO *nono Sedeciæ regis Iuda.* Ex euentu mõstratur veram fuisse prophetiam Ieremiæ. Vide Infrà Cap.51.& 4.Reg.25. *Aperta est ciuitas.* Septuag. diruta est ciuitas. Sic & Chal. Paraph. Heb. Confracta est, diffisa est, fractis muris & portis patuit hostibus. *Neregel, Serescr.* Nonnulla ex his nominibus officiorũ sunt: vt quæ à Rab, & Ser incipiũt, vt Serescr, thesaurorũ præfectus. Rabsares, præfectus aulicorum, aut Eunuchorũ. *Cumq; vidisset eos Sedecias.* Intellige, ante ingressum vrbis: nõ enim aliàs potuisset fugam parare. Cùm vidisset ergo iam in proximo esse, vt ingrederentur ciuitatem, muris dirutis & portis confractis, voluit rex cum suis fuga sibi consulere. *Per viam horti regis, et per portã quæ erat inter duos muros.* Viam hanc subterraneam fuisse ait Rab. Sa. cuius porta, ne omnibus pateret, erat in horto regis. cõtinebat autem via hæc totum illud spacium duorum murorum, exitum autem habebat longè à ciuitate versùs desertum. Sic ergo interpretandum est quod dicitur, portam fuisse inter duos muros, quòd scilicet porta esset cuniculi defossi intra duos muros. *Et loquutus est ad eum iudicia.* hoc est, acriter & durè cum illo egit, eò ꝙ defecisset ab eo, rupto fœdere. Vide de hac phrasi quæ annotauimus in primum Cap. *Et superfluos vulgi qui remanserant.* Septuag. Et reliquũ populi, & relictos. Chald. Paraph. Et reliquum populũ qui remanserat. Heb. Et residuum populi remanentium. Sic ergo interpretãda est nostra litera, superfluos populi, hoc est, qui ex popularibus super fuerant, & remanserant, qui

gladium

gladium, & famem, & pestẽ euaserant. *Nubuzardan magister militum.* Septuag. princeps coquorum. Chaldai. Paraph. princeps occidẽtium. Vox Heb. טבח tabach, coquum significat, & occisorem. princeps ergo occidentium, hoc est militum, transferre possumus, idest præfectus militiæ. *pone super eum oculos tuos,* hoc est, curã illius habe. Solemus oculos auertere ab illis, quos contẽnimus. Theodoretus. Auxerunt crimen Iudæorum Nabuchodonosor rex, & Abdemelech Æthiops. Hi enim, cùm sint alienigenę, solati sunt Prophetam: Iudæi verò in verbis propheticis enutriti, diuinis sermonibus attendere noluerunt, & prophetas quibusvis supplicijs subegerunt. Effectum tamen sortita est promissio diuina: Nam cùm Deus illum creasset prophetã, pollicitus est ostensurũ se illum inuictũ, & colũnæ ferreę, muroq; ęneo similẽ: quia licèt impugnãd' esset, nõ tamẽ expugnãdus aut superãdus. Sic Christ' à Iudeis morti traditus, à Gẽtibus est agnitus, & creditus Deus. *Vt intraret in domũ, & habitaret in populo.* hoc est, vt liberè versaretur in medio populi. Septuag. Et eduxerũt eũ, & sedere fecerũt in medio populi. Chal. Paraph. vt educeret eum in domũ, & habitauit in medio populi. Vox Hebr. à radice יצא iatsa, egredi, exire, & ingredi significat. Egredi autem & ingredi est, domi & foris munus suum obire, & vltrò citroq; commeare. *Quia in me habuisti fiduciã.* Chaldæi erga impios crudeles, erga pios misericordes, & benigni sunt diuina prouidẽtia. Sic aqua maris rubri Israelitas seruauit illæsos, Ægyptios submersit. Flamma camini Babylonis regis ministros incendit, pueros in medio ignis benedicentes Deum seruauit. Vnde Sapiens. Creatura

Exod. 14.
Dan. 3.
Sap. 16.

enim

enim tibi factori suo deseruiens exardescit in tormẽtum aduersus iniustos, & leuior fit ad benefaciẽdum pro his, qui in te confidunt. Deniq; , Cùm exarserit in breui ira eius, beati omnes qui confidunt in eo.

Psal. 2.

ARGVMENTVM.

Ieremiæ datur libertas, vt quò voluerit proficiscatur. Iohanã Godoliæ duci prædicit cędem suam, qui tamen noluit credere.

¶ CAP. XL.

SERMO qui factus est ad Ieremiam à Domino, postquàm dimissus est à Nabuzardan magistro militiæ de Rama, quando tulit eum vinctum catenis in medio omnium qui migrabant de Ierusalem, et Iuda, & ducebantur in Babylonem. 2 Tollens ergo princeps militiæ Ieremiam, dixit ad eum, Dominus Deus tuus locutus est malum hoc super locum istum, 3 & adduxit: et fecit Dominus sicut locutus est. quia peccastis Domino, & non audistis vocem eius, & factus est vobis sermo hic. 4 Nunc ergo ecce solui te hodie de catenis quæ sunt in manibus tuis: si placet tibi vt venias mecum in Babylonem, veni: & ponam oculos meos super te. si autem displicet tibi venire mecũ in Babylonem, reside. ecce omnis terra in cõspectu tuo est, quod elegeris, & quò placuerit tibi vt vadis, illuc perge. 5 Et mecum noli venire: sed habita apud Godoliam filium Ahicam filij Saphã, quem præposuit rex Babylonis ciuitatibus Iudæ: habita ergo cũ eo in medio populi: vel quocũq; placuerit tibi vt vadas, vade. Dedit quoq; ei magister militiæ cibaria, & munuscula, & dimisit eum. 6 Venit autẽ Ieremias ad Godoliam filium Ahicã in Masphath: et habitauit cum eo in medio populi qui relictus fuerat in terra. 7 Cũque audissent omnes principes exercitus, qui dispersi fuerant per regiones

giones, ipsi & socij corũ, quòd præfecisset rex Babylonis Godoliam filiũ Ahicam terræ: & quòd cõmendasset ei viros, et mulieres, & paruulos, & de pauperibus terræ qui nõ fuerãt trãslati in Babylonem: 8 Venerũt ad Godoliam in Masphath, & Ismahel filius Nathaniæ, & Iohanã, & Ionathan, filij Caree, & Sareas filius Thanehumeth, & filij Ophi qui erãt de Nethophathi, & Iezonias filius Maachathi, ipsi & viri eorum. 9 † Et iurauit eis Godolias filius Ahicam filij Saphan, et comitibus eorum, dicens, Nolite timere seruire Chaldæis: habitate in terra, & seruite regi Babylonis, et bene erit vobis. 10 Ecce ego habito in Masphath, vt respondeam præcepto Chaldæorũ, qui mittuntur ad nos: vos autem colligite vindemiam, & messem & oleum, & condite in vasis vestris: & manete in vrbibus vestris quas tenetis. 11 Sed & omnes Iudæi qui erant in Moab, et in filijs Ammõ, & in Idumæa, & in vniuersis regionibus, audito quòd dedisset rex Babylonis reliquias in Iudæa, & quòd præposuisset super eos Godoliam filium Ahicam filij Saphã: 12 reuersi sunt inquam omnes Iudæi de vniuersis locis ad quæ profugerant, & venerunt in terram Iuda ad Godoliã in Masphath: et collegerũt vinum, et messem multam nimis. 13 Iohanan autem filius Caree, et omnes principes exercitus, qui dispersi fuerant in regionibus, venerunt ad Godoliam in Masphath. 14 Et dixerunt ei, Scito, quòd Baalis rex filiorum Ammon misit Ismael filium Nathaniæ percutere animam tuam. Et non credidit eis Godolias filius Ahicam. 15 Iohanan autem filius Caree dixit ad Godoliã seorsum in Masphath, loquens, Ibo, et percutiã Ismahel filiũ Nathaniæ nullo sciẽte: ne interficiat animã tuã, et dissipentur omnes Iudæi qui cõgregati sunt ad te, et peribũt reliquiæ Iuda. 16 Et ait Godolias filius Ahicã ad Iohanan filium Caree, Noli facere verbum hoc: falsum enim tu loqueris de Ismahel.

† 4 Reg. 25, 24.

' finibus o.

uertere ad Godoliam. In Heb. Et adhuc ipse non redibit, & reuertere ad Godoliā, hoc est, adhuc illo non reuertente, dixit, Et reuertere. Quod ita exponunt nō nulli: Cùm ille non reuerteretur, cognosceret autem Nabuzardan ex vultu, illum velle reuerti in Ierusalē, dixit, reuertere &c. Sic etiam aliquid subaudiendū est in nostro textu. nam cùm priùs dixisset Nabuzardan Ieremiæ, vt secum iret in Babylonem, vel si nollet, remaneret: subaudiendum est, cum verò ille significaret velle remanere, dixit ei, Et mecum noli manere. &c. Hunc Godoliam dicunt vnum ex principibus Iudæorum fuisse, qui monente Ieremia ad Chaldæos transfugerant, quem ducem constituit Nabuzardan super populum, quem in Iudæa dimisit. *Vt respondeā præcepto Chaldæorum, qui mittuntur ad nos.* Septuag. vt stem ante faciem Chaldæorum, qui venerint ad nos. Chald. Paraph. vt stem coram Chaldæis, qui veniunt ad nos. Heb. לעמד lahamod, ad standum, ad manendum. Dicitur de ministris qui Dominis suis adstant vel in priuato, vel in publico ministerio, & ad Dñi iussa exequēda præsto adsunt. Id voluit noster interpres significare per illud verbum, *respondeam*. hoc est, vt præsto sim ad respondendum, & exequendum quę mihi à Chaldæis fuerint imperata. *Quòd dedisset rex Babylonis reliquias in Iudæa.* Septuag. quòd dedisset reliquias Iudæ. Chald. Paraph. Quòd dimisisset reliquias domus Iuda. In Heb. נתן nathan, dedit, posuit, permisit. dedisse ergo reliquias in Iudæa est, dimisisse, vel cōcessisse Iudæ reliquias, vt non omnino desolata, & orbata suis remaneret.

ARGV-

ARGVMENTVM.

Ismael occidit Godoliam. Iohanan persequitur Ismaelem.

CAP. XLI.

ET factum est in mense septimo, venit Ismahel filius Nathaniæ, filij Elisama de semine regali, & optimates regis, & decem viri cum eo, ad Godoliam filium Ahicam in Masphath: et comederunt ibi panes simul in Masphath. 2 Surrexit autem Ismahel filius Nathaniæ, & decem viri qui cum eo erant, & percusserunt Godoliam filium Ahicam filij Saphan gladio, & interfecerunt eum, quem præfecerat rex Babylonis terræ. 3 Omnes quoque Iudæos qui erant cum Godolia in Masphath, & Chaldæos qui reperti sunt ibi, & viros bellatores percussit Ismahel. 4 Secūdo autem die postquā occiderat Godoliam nullo adhuc sciente, 5 Venerūt viri de Sichē, & de Silo, et de Samaria octoginta viri: rasi barba, & scissis vestib⁹, et squalentes: & munera & thus habebāt in manu, vt offerrent in domo Dñi. 6 Egressus ergo Ismahel fili⁹ Nathaniæ in occursum eorum de Masphath, incedens & plorans ibat: cū autem occurisset eis, dixit ad eos, Venite ad Godoliam filium Ahicā. 7 Qui cū venissent ad medium ciuitatis, interfecit eos Ismahel filius Nathaniæ circa medium laci, ipse & viri qui erant cum eo. 8 Decem autem viri reperti sunt inter eos, qui dixerūt ad Ismahel, Noli occidere nos, quia habemus thesauros in agro, frumenti & hordei, & olei, & mellis. Et cessauit: & non interfecit eos cum fratribus suis. 9 Lacus autem in quem proiecerat Ismahel omnia cadauera virorum quos percussit propter Godoliam, ipse est quem fecit rex Asa, propter Baasa regem Israel: ipsum repleuit Ismahel filius Nathaniæ occisis. 10 Et

captiuus

captiuas duxit Ismahel, o[m]es reliquias populi: qui erant in Masphath: filias regis, et vniuersum populu[m] qui rem[an]serat in Masphath; quos commendauerat Nabuzardan princeps militiæ Godoliæ filio Ahicam: Et cepit eos Ismahel filius Nathaniæ & abijt, vt transiret ad filios Ammon. 11 *Audiuit autem Iohana[n] filius Caree, & omnes principes bellatorum qui erant cum eo, omne malum quod fecerat Ismahel filius Nathaniæ.* 12 *Et assumptis vniuersis viris, profecti sunt vt bellare[n]t aduersum Ismahelem filiu[m] Nathaniæ, et inuenerunt eum ad aquas multas quæ sunt in Gabaon.* 13 *Cu[m]que vidisse[n]t omnis populus qui erat cum Ismahel, Iohanan filium Caree, & vniuersos principes bellatoru[m] qui erant cum eo, læitati sunt.* 14 *Et reuersus est omnis populus, quem ceperat Ismahel, in Masphath: reuersusque abijt ad Iohanan filium Caree.* 15 *Ismahel autem filius Nathaniæ fugit cu[m] octo viris à facie Iohana[n], et abijt ad filios Ammo[n].* 16 *Tulit ergo Iohanan filius Caree, & omnes principes bellatoru[m] qui erant cum eo, vniuersas reliquias vulgi, quas reduxera[n]t ab Ismahel filio Nathaniæ de Masphath, postquam percußit Godoliam filium Ahicam: fortes viros ad prælium, & mulieres, & pueros, & eunuchos quos reduxerat de Gabaon.* 17 *Et abierunt, & sederu[n]t peregrinantes in Chamaam, quæ est iuxta Beth-lehem: vt pergerent, & introirent Ægyptum à facie Chaldæorum:* 18 *timebant enim eos, quia percusserat Ismahel filius Nathaniæ Godoliam filium Ahicam, quem præposuerat rex Babylonis in terra Iuda.*

EXPLANATIO.

Et comederu[n]t ibi panes: hoc e[st], egeru[n]t conuiuiu[m]. Panis enim quemcunq; cibu[m] significat, quòd maximè fit communis, & præcipuus cibus victui hominis necessarius. Sed & vox Hebræa לחם lechem, panem, & cibum significat, à verbo לחם lacham, id est comedere, vesci,

vesci, edere. *Et squalentes.* Septua. Et plangentes. Chal. Paraph. incisa, subaudi facie. Vox Heb. à verbo גדד gadad, quod congregare, seu cogere, vel ducere exercitum, & irrũpere, & incidere, & lacerere significat. Nõnulli interpretantur, facie lacera vel incisa, subaudi vnguibus, quemadmodum Chal. Paraph. Cùm enim in itinere audissent templum direptum, & combustum fuisse à Chaldæis, signa hæc luctus ædere cœperũt. Et quia hæc signa luctus erant, plangentes, transtulerunt Septuag. Sed quia idem verbum cogere significat, noster interpres, *squalentes*, transtulit, hoc est, multarũ sordium congerie, aut sanguine contaminati. *Et munera, & thus habebãt in manu, vt offerrẽt in domo Domini.* Quòd scilicet, quando se itineri accinxerũt, nihil de vastatione templi audissent: quãuis potuerint de vastatione vrbis audisse: vrbs enim capta est mense quarto, vt suprà Cap. 39. Templum verò combustum est mense. 5 vt 4. Reg. 25. *incedens, & plorans ibat.* simulabat se tristẽ ob ea, quæ aciderãt Ierusalem, & templo: vt hac via faciliùs imponeret incautis hominibus. *circa mediũ laci.* Nonnulli subaudiunt, proiecit. occisi sunt in medio ciuitatis, & proiecti sunt in mediũ laci: dictio enim אל el, iuxta, & in, significat. *Et abierunt, & sederunt peregrinantes in Chamaam, quæ est iuxta Beth-leem.* Septuag. Et abierunt, & sederunt in terra Baroth chamaam, quæ iuxta Beth-leem. Chald. Paraph. Et abierunt, & sederunt in peregrinatione, quã dederat Dauid Camahã filio Berselai Gaaladitæ, quæ est iuxta Beth-leẽ. Hebr. & abi[illegible]t, & sederunt, vel manserunt (vtrũq; enim verbum ישב iasab, significat) in peregrinatione Chamaam, quæ iuxta Bethleẽ. Si sederũt, interpretemur,

ordinan-

ordinanda est litera hac ratione, Et abierunt in peregrinatione, hoc est, peregrinantes; & sederunt in Chamaam, quæ est iuxta Beth-leem, hoc est, quieuerunt ibi. Nõnulli vocẽ גרות gerut, quæ peregrinationẽ significat, volunt nomẽ proprium esse: alij appellatiuũ. Interpretantur autem hac ratione, Abierunt, & sederunt in loco peregrinationis Chamaam, hoc est, vbi habitauit Chamaã filius Berzellai, de quo. 2. Reg. 19.

ARGVMENTVM.

Ieremias monet reliquias populi, ne proficiscantur in Aegyptum.

¶ CAP. XLII.

ET accesserunt omnes principes bellatorum, & Iohanan filius Caree, & Iesonias filius Osaiæ, et reliquum vulgus à paruo vsque ad magnum. 2 Dixeruntque ad Ieremiam prophetam, Cadat oratio nostra in conspectu tuo: & ora pro nobis ad Dominum Deum tuũ pro vniuersis reliquijs istis, quia derelicti sumus pauci de pluribus, sicut oculi tui nos intuentur. 3 Et annuntiet nobis Dominus Deus tuus viam per quã pergamus, et verbum quod faciamus. 4 Dixit autem ad eos Ieremias propheta, Audiui: ecce ego oro ad Dominum Deum vestrũ secundũ uerba vestra. omne verbum quodcunque responderit mihi, indicabo vobis: nec celabo vos quicquam. 5 Et illi dixerunt ad Ieremiã, Sit Dominus inter nos testis veritatis & fidei, si non iuxta omne verbum in quo miserit te Dominus Deus tuus ad nos, sic faciemus. 6 Siue bonum est, siue malum, voci Domini Dei nostri ad quẽ mittimus te, obediemus: vt bene sit nobis cùm audierimus vocẽ Domini Dei nostri. 7 Cùm autẽ completi essent decem dies, factũ est verbum Domini ad Ieremiam. 8 Vocauitque Iohanan filium

Osiæ 8 MS. Iosiç o. Quæ in tex. est lectio conformior est H. C. & G.

liam Caree, & omnes principes bellatorũ, qui erant cum eo, et vniuersum populum à minimo vsque ad magnum. 9 Et dixit ad eos, Hæc dicit Dominus Deus Israel, ad quem misistis me, vt prosternerem preces vestras in conspectu eius. 10 Si quiescentes manseritis in terra hac, ædificabo vos, & non destruam: plātabo, & non euellam: iam enim placatus sum super malo quod feci vobis. 11 Nolite timere à facie regis Babylonis, quē vos pauidi formidatis: nolite metuere eum, dicit Dominus: quia vobiscum sum ego, vt saluos vos faciam, & eruam de manu eius. 12 Et dabo vobis misericordias, & miserebor vestri, & habitare vos faciam in terra vestra. 13 Si autem dixeritis vos, Non habitabimus in terra ista, nec audiemus vocem Domini Dei nostri, 14 dicentes, Nequaquam, sed ad Terram Ægypti pergemus: vbi non videbimus bellum, & clangorem tubæ non audiemus, & famem non sustinebimus: & ibi habitabimus. 15 Propter hoc nunc audite verbum Domini reliquiæ Iuda: Hæc dicit Dominus exercituum, Deus Israel: Si posueritis faciem vestram, vt ingrediamini Ægyptum, & intraueritis vt ibi habitetis: 16 gladius quem vos formidatis, ibi comprehēdet vos in terra Ægypti: & fames pro qua estis soliciti, adhærebit vobis in Ægypto, & ibi moriemini. 17 Omnesque viri, qui posuerint faciem suam, vt ingrediantur Ægyptũ vt habitent ibi, morientur gladio, & fame, & peste: nullus de eis remanebit, nec effugiet à facie mali quod ego afferā super eos. 18 Quia hæc dicit Dñs exercituũ, Deus Israel, Sicut cōflatus est furor meus, & indignatio mea super habitatores Ierusalē: sic cōflabitur indignatio mea super vos, cùm ingressi fueritis Ægyptũ, et eritis in iusiurādũ, et in stuporē, et in maledictũ, et in opprobriũ: & nequaquā vltra videbitis locũ istũ. 19 Verbum Domini super vos reliquiæ Iuda: Nolite intrare Ægyptũ: sciētes scietis quia obtestatus sum vos hodie, 20 quia decepistis animas vestras. Vos enim misistis

me ad Dominum Deum nostrum dicẽtes, Ora pro nobis ad Dominum Deum nostrum, & iuxta omnia quæcunque dixerit tibi Dominus Deus noster, sic annuntia nobis, & faciemus. 21 Et annuntiaui vobis hodie, & non audistis vocem Domini Dei vestri super vniuersis pro quibus misit me ad vos. 22 Nunc ergo scientes scietis quia gladio, & fame, & peste moriemini in loco ad quem voluistis intrare, vt habitaretis ibi.

vestrũ. MS. R.H.G. C.

EXPLANATIO.

Cadat oratio nostra in conspectu tuo: hoc est, Acceptum sit coram te quod oramus, vt ores pro nobis. Vide Caput 36, de hac phrasi. Septuag. Cadat iam misericordia nostra ante faciem tuam. Chald. Paraph. Acceptabilis sit nunc deprecatio nostra corã te. *Sit Dominus inter nos testis veritatis & fidei, si non iuxta omne verbum in quo miserit te Dominus Deus tuus ad nos, sic faciemus.* Septuag. Sit Dominus in nobis in testem iustum & fidelem, si non secundùm omne verbum quo miserit te Dominus Deus tuus ad nos, sic faciemus, quasi dicat. Ipse Dominus sit testis eorum quę promittimus, facturos nempe quidquid per te Deus reuelauerit faciendum: & ipse vltor sit, si non opere compleuerimus. *Siue bonum est, siue malum.* hoc est, siue fælicitatem, siue calamitatem prædixeris, monitis Dei parebimus. *Vt prosternerem preces vestras in conspectu eius.* hoc est, vt nomine vestro deprecarer, humiles preces vestras illi proponerem. *iam enim placatus sum super malo, quod feci vobis.* Septuagin. quia placatus sum super malis, quæ dixi facere vobis. In Hebr. vox à radice נחם nacham, quæ cõsolari, consolationem accipere, pœnitere, & in vniuersum

mutatione m animi, aut affectus factam vel pœnitudi ne, vel cõm iseratione, & condolentia significat. rectè igitur noster interpres, & Sep. habent, placatus sum. quasi dicat, Sufficit mihi perijsse, & in captiuitatem ab ductos fuisse eos, qui hactenus perierunt, & captiui ab ducti sunt. *Si posueritis faciem vestrã, vt ingrediamini Aegyptũ.* hoc est, si omnino decreueritis proficisci in Aegyptum. ponere faciem suam ad aliquid faciendũ est, firmum & fixum propositum habere aliquid faciendi. Sic Infrà. *Sicut cõflatus est furor meus, & indignatio mea super habitatores Ierusalem: sic conflabitur indignatio mea super vos, cùm ingreßi fueritis Aegyptum.* Septua. Sicut stillauit furor meus. Chal. Paraph. Sicut resedit. Vox Heb. נתך nathac, effundi, stillare, peruenire, manere, fundi vel conflari. conflari iram super aliquem est, subito furore obrui, sumpta metaphora à metallis liquefactis, aut ab imbribus subitò & repentè decidentibus. *Et eritis in iusiurandum.* Septuag. in desolationem. Chald. Paraph. in iusiurandum. Heb. לאלה lealah. iuramentum, execrationem, & maledictionem significat. esse ergo in iusiurandum est, vt cùm quis voluerit iurare, dicat, Per Deum qui perdidit populum Iudęorum. vel, Ita me Deus liberet à malis, quæ Iudæorum populo euenerunt. aut, similia mihi eueniant, si non est verum quod dico: vt sit iusiurandum cum deuotione, aut imprecatione. *& in stuporem.* Septuag. καὶ ὑποχείριοι. & mãcipia, vel in potestatem traditi, vel captiui. Chaldai. Paraph. in desolationem. Heb. שמה samah, admirationem, stuporem, & desolationem significat. stupendam desolationem interpretari possumus. Sic etiam Septuagin. qui habent. Eritis veluti vilia mancipia,

& miseri

& miseri captiui, vt summa vestra miseria videntes in stuporem adducat. *Quia decepistis animas vestras.* Septua. malè fecistis animabus vris. Chal. Par. vt nra. In Heb. errare fecistis in animas vestras. hoc est, cōtra animas vestras errare fecistis, nempe me, quem fecistis orare pro vobis, & consulere Dominum quid facere deberetis: & modò non vultis acquiescere diuino cōsilio. Vel, vos ipsos decepistis in malum vestrum: dū aliud verbis promisistis, aliud opere completis.

ARGVMENTVM.

Reclamante Ieremia Iohanan abducit reliquias populi in Ægyptum. Ieremias prædicit vastationem Ægypti.

¶ CAP. XLIII.

FACTVM est autem, cùm complesset Ieremias loquens ad populum vniuersos sermones Domini Dei eorū, pro quibus miserat eum Dominus Deus eorum ad illos, omnia verba hæc: 2 dixit Azarias filius' Iosiæ & Iohanan filius Caree, & omnes viri superbi, dicentes ad Ieremiam, Mendacium tu loqueris: nō misit te Dominus Deus noster, dicens, Ne ingrediamini Ægyptum, vt habitetis illic. 3 Sed Baruch filius' Neriæ incitat te aduersum nos, vt tradat nos in manus Chaldæorum, vt interficiat nos, & traduci faciat in Babylonem. 4 Et non audiuit Iohanan filius Caree, & omnes principes bellatorum, & vniuersus populus vocem Domini vt manerēt in terra Iuda. 5 Sed tollens Iohanā filius Caree, & vniuersi principes bellatorū vniuersos reliquiarum Iuda, qui reuersi fuerant de cunctis Gentibus ad quas fuerant antè dispersi, vt habitarent in terra Iuda: 6 viros & mu-

' Osaiæ. 4 MS. H.G.C.

' Osiæ 4 MS.

res, & paruulos, & filias regis: & omnem animam quam reliquerat Nabuzardan princeps militiæ cum Godolia filio Ahicam filij Saphan: & Ieremiam Prophetam, & Baruch filium Neriæ. 7 Et ingreßi sunt terram Ægypti, quia non obedierunt voci Domini: & venerũt vsque ad Taphnis. 8 Et factus est sermo Domini ad Ieremiã in Taphnis, dicens. 9 Sume lapides grãdes in manu tua, & abscondes eos in crypta, quæ est sub muro lateritio in porta domus Pharaonis in Taphnis, cernẽtibus viris Iudæis. 10 Et dices ad eos, Hæc dicit Dominus exercituũ Deus Israel: Ecce, ego mittam, & assumam Nabuchodonosor regem Babylonis seruum meum: & ponam thronum eius super lapides istos quos abscondi, & statuet soliũ suum super eos. 11 Veniensq; percutiet Terram Ægypti: quos in mortem, in mortẽ: & quos in captiuitatẽ, in captiuitatẽ: & quos in gladiũ, in gladiũ. 12 Et succendet ignem in delubris deorũ Ægypti, & cõburet ea, & captiuos ducet illos: et amicietur terra Ægypti, sicut amicitur pastor pallio suo: & egredietur inde in pace. 13 Et conteret statuas domus Solis, quæ sunt in Terra Ægypti: & delubra deorum Ægypti comburet igni.

EXPLANATIO.

O*MNES viri superbi.* Hebr. הזדים hazedim, à radice זוד zud, quod verbum superbè & temerè agere significat, & de industria, & data opera aliquid facere. Sic illi, cùm nota illis esset voluntas Dei, quam Propheta declarauerat, qui interpellatus ab ipsis Deum consuluerat, contra volũtatẽ Dei, contra promißionem factam quã iuramento confirmauerant, spreto Deo, conculcato Propheta Dei, cui nõ verentur dicere, Mendacium tu loqueris, proficiscuntur in Ægyptum. Vide superbiam, vide temeritatem, vide contemptum, vide quantùm poßit

iniquitas, vbi semel animo insederit, & dominari cœperit. *Et Ieremiam Prophetam.* Non spontè, sed coactè profectus est Ieremias; neq; in eo cõtra volũtatẽ Dei fecit: quin potiùs fuit voluntas & consiliũ Dei, vt illos sequeretur; vt vsq; ad vltimam illorũ perniciem non cessaret eos admonere. *Et Venerunt vsq; Taphnis*. Vrbs est Ægypti, vbi erat Regia, sicut apertè colligitur ex hoc Cap. mẽtio enim fit portę domus Pharaonis. Existimãt nõnulli eandẽ fuisse vrbẽ cũ illa, quę Tanis vocatur, & Heb. צֹעַן tsohan. de qua in Ps. 77. Et prodigia sua in cãpo Taneos. Ab hac vnũ ex ostijs Nili Taniticũ dicitur Strabo. libr. 17. & Plin. lib. 5. Cap. 10. Soiticũ Stephano dicitur, à Tsoã. Sic enim dicebatur Hebraicè & Ægyptiacè, corruptè autẽ Tan, & Tanis. Ioseph. 180. stadijs à Memphis distare affirmat, *Absconde eos in crypta, quæ est sub muro latericio in porta domus Pharaonis.* Sep. in vestibulis in porta domus Pharao. Chal. Par. in iunctura ædificij, quæ est in porta domus Pharaonis. Heb. במלט במלבן bamelet bamalben. Prior dictio lutũ ex calce & arena cõfectum significat. Rab. Dau. in Cõm. in luto è quo fiũt lateres, vel in cemẽto è calce arenaq; cõfecto interp̃tat. incrustationẽ alij exponũt, alij officinã lateritiã vnde prodeunt lateres. nã verbũ מלט malat, euadere, & parere, & seruare significat. Vnde noster interpres Cryptã trãstulit, q. sit velut refugiũ, vbi quis se abscõdit, vt periculũ euadat. Cõsentaneum rationi est, vt lapides illi grandes, quos pręcepit Deus Ieremiæ abscondere, in loco aliquo qui posset eos capere, abscõderent. Posterior dictio, pro qua noster interpres murũ latericiũ trãstulit, fornacẽ laterũ, vel locũ vbi fiũt lateres significat, auctore Rab. Dau.

sed & murũ latericiũ, interpretari possumus. nã vox Heb. לבן laban, laterẽ significat, & מלבן malben, latericiũ vel laterariã interpretari possum᷑, vt subandiam᷑ murũ. Quòd autẽ Sep. in vestibulis, interpretati sunt, vnica dictione totum cõprehẽderunt. Græcè est προθύροις προθύρον autem significat vestibulum, limen, domus primam partem, aut frontem primã. Vnde possumus interpretari, in locis qui erant in fronte dom᷑ Pharaonis. Vnde prędicit collocaturum solium suũ Nabuchodonosor super eum locum, vbi erant lapides abscõditi iuxta domũ Pharaonis, significans obsidionem ciuitatis. *Et amicietur terra Ægypti, sicut amicitur pastor pallio suo.* Sep. Et scrutabitur terrã Ægypti, sicut pediculis purgat pastor vestimentũ suum. Vbi Theo. Vt doceat non obiter ducturum exercitum aduersus Ægyptum Nabuchodonosor, sed exactè eam deletu rum, comparat eum pastori vestimenti pediculos colligenti: diligenter enim hoc faciunt pastores, vt pote otio plurimùm abundantes. Chal. Paraph. Et amiciet terram Ægypti, sicut amicitur pastor vestimẽto suo. hoc est, circundabit vndiq; exercitu suo numerosissimo. Heb. עטה hatah, tegere, operire, inuoluere significat. Vnde trãsferre possumus, Operiet terram Ægypti, quemadmodum operit se pastor vestimento suo. Rab. Dau. in Cõm. exponit, Deprędabitur omnia spolia: & quemadmodum pastor operit se, & inuoluit vestimento suo, sic ipse cõuoluet, complicabitq; omnia spolia terræ Ægypti: pastor enim ob frigus noctis diligenter operit, & circumcingit se vestimento suo. quasi dicat, redibit in patriam onustus spoliis Ægyptiorum. Quòd autem Sep. transtulerint, φθειριεῖ,

nullam

nullam aliam video rationem , nisi quia fortasse legerunt חטא chata, pro עשה hatah. significat autẽ prior vox in Pihel mundare & purgare. *Et conteret statuas domus Solis.* Septuag. Heliopolis. ciuitatem Solis significat: ab eo dictam, quòd esset Solis numini sacra. Gen. 41. habes Pharaonem dedisse Ioseph vxorẽ Aseneth filiam Phutipharis Sacerdotis Heliopoleos. Hęc vrbs vocatur etiam Thebæ, vt nonnulli volunt: quamuis Herodotus libr. 2. dicat distare à Thebis nauigatione dierum nouem. In Heb בית שמש beth semes. domus Solis. Phænices, & Ægyptij primi omnium, auctore Eusebio, Solem & Lunam & stellas vt Deos venerati sunt, tanquam gignendarum abolendarumq́; rerum omnium causam. Pingebant autem Ægyptij Solem iuuenili, & rotunda facie, eumq; in naui collocabant, quam Crocodilus trahebat. Per nauigium, motum eius in humido significabant, hoc est, in æthere, vel intelligentijs: nam & æther multi humidũ esse putarũt, & in sicco tam diuturnum motum fieri non posse, & cælos aqueos dixerunt. In sacris etiã literis sæpe aquarum cęlestium mẽtio fit, & Angeli aquarum nomine significãtur. Per Crocodilum verò, aquam pluuiam, cuius causa Soli tribuitur. In Elephantinopoli Ægyptia vrbe Osiridis simulachrum colebatur, viri corpus habens cærulei coloris, caput verò arietis, quod Solis & Lunæ coniunctionem significasse ait Eusebius. Cæruleus autem color ei propter humiditatem tribuebatur, quia lunaris cõiunctio humidior est: nec nõ quia noctes cæruleas facit: tunc enim potissimùm noctib⁹ serenis cæruleum videtur cælum. In Heliopoli verò Lunæ simulachrum hoc symbolo cõsecratum erat.

Homo

Homo accipitris habens faciem, lancea Typhona interficiens. Pingitur autem Typho fluuiatilis equi forma: & totum hoc simulachrum candidi coloris erat, qui color ab alio lumẽ accipere Lunam significabat: accipitris verò facies à Sole eam lumen accipere indicabat, vnde & spiritũ attraheret: Soli enim accipiter dicatus erat, qui lucis, ac spiritus symbolum est, tum propter motus velocitatẽ, tũ quia alis altiora & lucidiora petit. Socrates in Xenophon. eos reprehendit, qui Solem Deum posuere, lumenq; eius, & formam, ad Deum Op. Max. refert, quòd omnis eius potestas, & magnitudo à Deo sit, à quo vnà cum Luna fuerit creatus: Eaq; ratione reprehendit Homerum, & cæteros omnes, qui Solem vnicũ esse Deum crediderunt.

ARGVMENTVM.

Ieremias arguit populi reliquias idololatriæ, & inobedientiæ. Illi persistunt in malitia.

¶CAP. XLIIII.

VERBVM quod factum est ad Ieremiam, ad omnes Iudæos qui habitabant in Terra-Ægypti, habitantes in Magdalo, & in Taphnis, & in Memphis, & in terra Phatures, dicens, 2 Hæc dicit Dominus exercituũ Deus Israel, Vos vidistis omne malum istud, quod adduxi super Ierusalẽ, et super oẽs vrbes Iuda: et ecce desertæ sunt hodie, & non est in eis habitator: 3 Propter malitiam, quam fecerunt, vt me ad iracundiã prouocarent, et irent, et sacrificarent, & colerent deos alienos quos nesciebãt et illi et vos et patres vestri. 4 Et misi ad vos omnes seruos meos prophetas de nocte consurgens, mittensq; et dicens: Nolite facere verbum abominationis huiuscemodi quam odiui. 5 Et non audierũt, nec

'huius

inclinaue-

*inclinauerũt aurem suã vt conuerterentur à malis suis, et non sacrificarent dijs alienis. 6 Et conflata est indignatio mea & furor meus: & succensa est in ciuitatibus Iuda, et in plateis Ierusalem: & versæ sunt in solitudinem & vastitatem secundum diem hanc. 7 Et nũc hæc dicit Dominus exercituũ Deus Israel, Quare vos facitis malũ grande hoc contra animas vestrãs: vt intereat ex vobis vir et mulier, paruulus et lactẽs de medio Iudæ, nec relinquatur vobis quicquã residuũ: 8 Prouocãtes me in operibus manuũ vestrarũ, sacrificãdo dijs alienis in Terra Ægypti, in quã ingressi estis vt habitetis ibi: et dispereatis, et sitis in maledictionẽ & in opprobriũ cũctis gẽtibus terræ? 9 Nũquid obliti estis mala patrũ vestrorũ, et mala regũ Iuda et mala vxorũ eius, et mala vestra, et mala vxorũ vestrarũ, quæ fecerũt in terra Iuda, & in regionibus Ierusalẽ? 10 Non sunt mundati vsq; ad diem hanc: & non timuerunt, & nõ ambulauerunt in lege Domini, et in præceptis meis, quæ dedi coram vobis, et corã patribus vestris. 11 Ideo hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel, † Ecce ego ponam faciem meam in vobis in malum: et disperdam omnem Iudam. 12 Et assumam reliquias Iudæ, qui posuerunt facies suas vt ingrederentur Terram Aegypti, et habitarent ibi: et consumentur omnes in Terra Aegypti: cadent in gladio et in fame: et consumẽtur à minimo vsque ad maximũ, in gladio et in fame morientur: et erunt in iusiurandum, et in miraculum, et in maledictionem, et in opprobrium. 13 Et visitabo * habitatores Terræ Aegypti, sicut visitaui super Ierusalem: in gladio, et fame, et peste. 14 Et non erit qui effugiat, et sit residuus de reliquijs Iudæorum qui vadunt vt peregrinentur in Terra Aegypti: et reuertãtur in Terram Iudæ ad quam ipsi eleuant animas suas, vt reuertãtur et habitent ibi. nõ reuertentur nisi qui fugerint. 15 Responderunt autem Ieremiæ omnes viri scientes quòd sacrificarent vxores eorũ dijs alienis:*

quã odi 2 MS. - 24 MS. Rab. Verum in R. H. G. & C. legitur. - 8 MS. H. G. 'eorum 6 MS. R. Verũ Tex. lectio conformis est H. & C.

† Amos 9, 4. Inf. 27.

* super 4 MS. R. H. G. C.

† Sup. 11.

et vniuer

& vniuersæ mulieres quarum stabat multitudo grandis: et omnis populus habitãtium in Terra-Ægypti in Phatures, dicẽtes: 16 Sermonẽ quem locutus es ad nos in nomine Dñi non audiemus ex te: 17 † sed fa ientes faciemus omne verbum quod egredietur de ore nostro, vt sacrificemus reginæ cæli, & libemus ei libamina, sicut fecim' nos & patres nostri, reges nostri & principes nostri in vrbibus Iuda, et in plateis Ierusalem: et saturati sumus panibus, et bene nobis era, malumq; nõ vidimus. 18 Ex eo autem tempore quo cessauimus sacrificare reginæ cæli, et libare ei libamina, °indigemus omnib', et gladio et fame cõsumpti sumus. 19 † Quòd si nos sacrificamus reginæ cæli, et libamus ei libamina: nũquid sine viris nostris fecimus ei placentas ad colendum eam, et libandum ei libamina? 20 Et dixit Ieremias ad omnem populum, aduersùm viros, et aduersùm mulieres, et aduersùm vniuersam plebem, qui responderant ei verbum, dicẽs. 21 Nunquid non sacrificium quod sacrificastis in ciuitatibus Iuda, et in plateis Ierusalẽ vos et patres vestri, reges vestri, et principes vestri et populus terræ, horum recordatus est Dominus, et ascendit super cor eius? 22 Et non poterat Dominus vlterà portare propter malitiam studiorum vestrorum, et propter abominationes quas fecistis: et facta est terra vestra in desolationem, et in stuporem, et in maledictum, eò quòd nõ sit habitator, sicut est dies hæc. 23 Propterea quòd sacrificaueritis idòlis, et peccaueritis Dño: et nõ audieritis vocẽ Dñi, et in lege et in præceptis et in testimonijs ei' nõ ambulaueritis: idcirco euenerũt vobis mala hæc, sicut est dies hæc. 24 Dixit autẽ Ieremias ad omnẽ populũ, et ad vniuersas mulieres: Audite verbũ Domini omnis Iuda, qui estis in Terra-Ægypti: 25 Hæc inquit Dominus exercituũ Deus Israel, dicens, Vos et vxores vestræ locuti estis ore vestro, et manibus vestris implestis, dicẽtes, Faciamus vota nostra quæ vouimus, ut sacrificemus reginæ cæli, et libemus ei libamina, implestis

† Sup. 7. 18.

° indiguimus I MS. Rab. R. G C.

† Sup. 7. 18.

plestis vota vestra, & opere perpetrastis ea. 26 *Ideo audite verbum Domini omnis Iuda, qui habitatis in Terra-Ægypti, Ecce ego iuraui in nomine meo magno, ait Dominus: quia nequaquā vltrà vocabitur nomen meum ex ore omnis viri Iudæi dicentis, Viuit Dominus Deus, in omni Terra-Ægypti.* 27 † *Ecce ego vigilabo super eos in malum, & non in bonum: & consumentur omnes viri Iuda qui sunt in Terra-Aegypti, gladio & fame, donec penitus consumantur.* 28 *Et qui fugerint gladium, reuertentur de Terra-Aegypti in terram* Iuda *viri pauci: & scient omnes reliquiæ Iuda ingredientium Terram-Aegypti, vt habitent ibi, cuius sermo compleatur, meus, an illorum.* 29 *Et hoc vobis signū, ait Dominus, quòd visitem ego super vos in loco isto: vt sciatis quia verè complebuntur sermones mei contra vos in malum.* 30 *Hæc dicit Dominus, Ecce ego tradam Pharaonem Ephree regem Aegypti in manu inimicorum eius, & in manu quærentium animam illius: sicut tradidi Sedeciam regem* Iuda *in manū Nabuchodonosor regis Babylonis inimici sui, & quærentis animam eius.*

† Sup. cap. 12.

EXPLANATIO.

H*Abitantes in Magdalo*. Vrbs est Ægypti. Exod. 14. Phihahiroth locus tertiæ mansionis filiorum Israel, postquā profecti sunt de Rameses, dicitur esse inter Magdalum & mare contra Beel-sephon. Idem Numer. 33. *Et in Taphnis.* Vide notata superiori Cap. *Et in Mēphis.* vrbs est Aegypti regia, ab Ogdoo rege condita, & à nomine filij eius appellata. Hęc inter oēs Aegypti vrbes secundum ab Alexandria locum obtinuit, pyramidib⁹, & Regum sepulchris inprimìs insignis. Eius ambitus traditur fuisse centum & quinquaginta stadiorū: sita est in loco totius Ægypti opportunissimo, vbi Ni-

lus in duas scissus partes, literæ Δ speciem præbet: quò fit vt portuosissima, omniq; penè ex parte nauigijs aditum præbeat: Existimant nonnulli eam esse quæ hodie vocatur Daminiata, alij quæ Cayro, alij Messer. *Et in terra Phatures.* D. Hiero. lib. de locis Hebraicis ait, regionem esse Aegypti. de ea mētio fit Ezech. 29. & 30. Cap. *Et conflata est indignatio mea.* Vide suprà Cap. 42. *Nō sunt mundati vsq; ad diem hanc.* Septuag. Et non cessauerunt vsq; in diē hanc. ita etiā Chal. Par. Heb. דכאו ducu. nō sunt cōtriti, transferre possumus. verbū enim דכא daca, conterere, frangere, contundere oppressione vel depressione significat, quasi dicat. adhuc integri manent in malitia, & in iniquitate, & in sceleribus suis. quod est idem cū eo, quod noster interpres transtulit, *non sunt mundati*, & cum eo quod habent Sep. & Chald. Paraph. Et non cessauerunt. Vertere etiā possumus, non pœnituit eos. vel, non sunt humiliati. Sic alibi. Percussisti eos, & non doluerunt. *ad quam ipsi eleuant animas suas.* Septuag. ad quam ipsi sperant animabus suis reuerti illuc. Chald. Paraph. quò ipsi decipiūt animas suas, vt veniant, & habitent illic. hoc est, falsò sibi persuadent. Eleuare animam in rem aliquam est, erigi in spem consequendi, & potiendi re illa. *Sed faciētes faciemus omne verbum, quod egredietur de ore nostro, vt sacrificemus reginæ cæli.* Tautologia, facientes faciemus. Quidquid vouerimus reginæ cæli, reddemus: & promissa sacrificia offeremus illi. Per reginam cæli, Solē intelligit. Chald. Para. Syderi cæli, hoc est Soli: quòd principem locum obtineat inter Sydera. Alij Lunam intelligunt. Alij, machinæ celi, interpretantur. Vide supra Cap. 7. *Nunquid sine viris nostris fecimus?* hoc est, ignoranti-

Sup. Cap. 5.

noranti-

norantibus illis, quasi dicat. Id quidem fecimus consciis viris nostris. *placentas.* Vide supra Cap. 7. *Nũquid nõ sacrificium quod sacrificastis in ciuitatibus Iuda.* De Sacrificiis idolis oblatis loquitur: quorũ ait Dominus se recordatum, dum propter illa Iudæos puniuit, terrãq; eorum deuastandã Babyloniis tradidit. *Quia nequaquã vltrá vocabitur nomen meum ex ore omnis viri Iudæi, dicentis: viuit Dominus Deus in omni terra Ægypti.* Hoc est. Non permittam, vt quisquam ex Iudæis iuret per nomen meum in tota regione Ægypti: quòd sint prorsus indigni nominare, & ore suo proferre Nomẽ Sanctum meum. Nam, *nequaquam ex ore omnis,* idem est, quod ex nullius ore. phrasis Heb. *Viri pauci.* Heb. viri numeri, hoc est, qui facilè numerari possint. Hispanè. *seran contados los que boluieran.* Septuag. pauci numero. *Cuius sermo compleatur, meus, an illorũ.* Hoc est, fiet manifestũ, an verus sit sermo meus, quo vobis calamitatẽ prædico: an vester, quo vobis prospera omnia promittitis. *Pharaonem Ephrea.* Cognomentũ erat Pharaonis, quẽ quidam alium existimant fuisse à Nechao. Chald. Paraph. Pharaonem claudum, aut confractũ. Heb. חפרע chaphrah. Sunt autẽ qui dicãt, ait Rab. Dau. in Com. cheth esse loco He, & per Metathesin literarũ idẽ esse quod פרעה parhoh. Sic autẽ vocatũ, quia erat nudatus, aut nudãdus, & manifestandus, vt sit Paronomasia. Pharao autẽ nomen fuit Regũ Aegypti. Nã, vt ait Iosephus lib. 8. Antiquit. Ægyptiorũ lingua regem sonat: vnde nõ rectè quidã affirmãt, à Pharo insula vetustissima Alexãdriæ obuersa nomẽ hoc esse deductũ.

ARGVMENTVM.

Baruch increpatur à Ieremia pusillanimitatis.

CAP. 45.

CAP. XLV.

VERBVM quod locutus est Ieremias propheta ad Baruch filium Neriæ, cũ scripsisset verba hæc in libro ex ore Ieremiæ, anno quarto Ioacim filij Iosiæ regis Iuda, dicens: 2 Hæc dicit Dominus Deus Israel ad te Baruch, 3 Dixisti, Væ misero mihi, quoniam addidit Dominus dolorem dolori meo: laboraui in gemitu meo, & requiem non inueni. 4 Hæc dicit Dominus: Sic dices ad eũ, Ecce, quos ædificaui, ego destruo: & quos plantaui, ego euello, & vniuersam terram hanc. 5 Et tu quæris tibi grandia? noli quærere. quia ecce ego adducam malum super omnem carnem, ait Dominus: & dabo tibi animam tuam in salutem in omnibus locis ad quæcunque perrexeris.

EXPLANATIO.

ANNO quarto Ioacim filij Iosiæ regis Iuda. Diximus sępe in Prophetis ordinẽ Historię nõ seruari. Nã quæ hìc narrantur, octodecim annis antequam vrbs caperetur, prædicta fuerunt, anno scilicet quarto Ioacim. *Laboraui in gemitu meo.* Septua. dormiui in gemitibus meis. Heb. יגעתי iagathi. laboraui, fatigatus sum flendo, vel fleui ad lassitudinem vsq;. Vnde quod Sep. transtulerũt, dormiui, in hunc sensum interpretandum est. i. fleui ad lassitudinem vsque, ita vt præ lassitudine somnus me inuaserit. *Et tu quæris tibi grandia?* Hoc est, Cùm videas calamitates maximas impendere vniuerso populo meo, quem ego ex Aegypto eduxi, & plantaui in terra hac, cur quæris prosperè agere? Nonnulli interpretantur, Cur tibi quęris donũ Prophetię? quasi dicat. aliud cõsequeris à me, quàm prophetię donum, nimirũ vitã

incolu-

incolumem, alijs Iudæis pereuntibus. Theodo. Hortatur, vt vitam dolore plenam generoso animo ferat. Si enim, ait, cũctum populum, quem eduxi de Ægypto, & plantaui in terra ista, extirpo nũc, & amputo, totq; supplicijs afficio: despondes tu animum, quòd non solus viuas absq; solatio? Certè non ita agere oportet. Ego verò de te sollicitus ero: & dum vlciscar de his, tibi consolationem afferam: & vbicunq; degas, prouidentiam meam experiere. Quamobrẽ decet nos, qui ista legimus, non iniquè ferre, cùm molestum quidpiam nobis obuenerit, sed à Deo meliora postulare, tolerare nihilominùs præsentia. Hanc enim patientiã nostrã respiciens Dominus, nõ sinet nos tẽtari supra vires nostras; sed faciet cum tentatione prouentum. 1. *Cor.* 10.
Et dabo tibi animam tuam in salutem. Septuag. Et dabo tibi animam tuam lucrum. Heb. לְשָׁלָל lesalal, in spoliũ. Sic suprà Cap. 21. Vide ibi.

ARGVMENTVM.

Prædicit cladem Ægypti, & liberationem Israel.

¶ CAP. XLVI.

QVOD factum est verbum Domini ad Ieremiam Prophetam contra gentes 2 ad Ægyptum aduersum exercitum Pharaonis Nechao regis Ægypti, qui erat iuxta fluuium Euphraten in Charcamis, quem percussit Nabuchodonosor rex Babylonis, in quarto anno Ioacim filij Iosiæ regis Iuda 3 Præparate scutum, & clypeũ, & procedite ad bellum. 4 Iungite equos, & ascendite equites: State in galeis, polite lanceas, induite vos loricis. 5 Quid igitur?

 vidi

vidi ipsos pauidos et terga vertẽtes, fortes eorũ cæsos: fugerũt cõciti, nec respexerũt: terror vndiq; ait Dominus. 6 Nõ fugiat velox, nec saluari se putet fortis. Ad Aquilonẽ iuxta flumen Euphratem victi sunt, & ruerũt. 7 Quis est iste, qui quasi flumen ascendit: & veluti fluuiorũ intumescũt gurgites eius? 8 Ægyptus, fluminis instar ascendit, & velut flumina mouebantur fluctus eius, & dicet, Ascendens operiã terrã: perdã ciuitatem, & habitatores eius. 9 Ascendite equos, & exultate in curribus, et procedant fortes, Æthiopia & Libyes tenentes scutũ, & Lydij arripientes, & iacientes sagittas. 10 Dies autem ille Domini Dei exercituum, dies vltionis, vt sumat vindictam de inimicis suis: deuorabit gladius, & saturabitur, & inebriabitur sanguine eorum: victima enim Domini Dei exercituum in terra Aquilonis iuxta flumen Euphraten. 11 Ascende in Galaad, & tolle resinam virgo filia Ægypti: frustra multiplicas medicamina, sanitas non erit tibi. 12 Audierunt gentes ignominiam tuam, & vlulatus tuus repleuit terram: quia fortis impegit in fortem, & ambo pariter cõciderunt. 13 Verbum quod locutus est Dominus ad Ieremiam prophetam, super eo quòd venturus esset Nabuchodonosor rex Babylonis, & percussurus terram Ægypti. 14 Annuntiate Ægypto, & auditum facite in Magdalo, & resonet in Memphis, & in Taphnis: dicite, Sta, & præpara te: quia deuorabit gladius ea quæ per circuitum tuum sunt. 15 Quare computruit fortis tuus? non stetit: quoniam Dominus subuertit eum. 16 Multiplicauit ruentes, ceciditque vir ad proximum suum, & dicent, Surge, & reuertamur ad populum nostrum, & ad terram natiuitatis nostræ, à facie gladij columbæ. 17 Vocate nomen Pharaonis regis Ægypti tumultum, adduxit tempus. 18 Viuo ego (inquit rex, Dominus exercituum nomen eius) quoniam sicut Thabor in montibus, & sicut Carmelus in mari, veniet. 19 Vasa transmigrationis

fugiet M S. R. Rab. Similiter textui redderũt G.

16 M S. R H. G. C.

tionis fac tibi habitatrix filia Ægypti: quia Memphis in solitudinem erit, & deseretur, & inhabitabilis erit. 20 Vitula elegans atque formosa Ægyptus: stimulator ab Aquilone veniet ei. 21 Mercenarij quoque eius qui versabantur in medio eius, quasi vituli saginati versi sunt, & fugerunt simul, nec stare potuerunt: quia dies interfectionis eorum venit super eos, tempus visitationis eorum. 22 Vox eius quasi æris sonabit: quoniam cum exercitu properabunt, & cum securibus venient ei, quasi cædentes ligna. 23 Succiderunt saltum eius, ait Dominus, qui supputari non potest: multiplicati sunt super locustas, & non est eis numerus. 24 Cõfusa est filia Ægypti, & tradita in manũ populi Aquilonis. 25 Dixit Dñs exercituũ Deꝰ Israel: Ecce, ego visitabo super tumultũ Alexãdriæ, et super Pharaonem, & super Ægyptum, & super deos eius, et super reges eius, & super Pharaonem, & super eos qui confidunt in eo. 26 Et dabo eos in manum quærentium animam eorum, & in manum Nabuchodonosor regis Babylonis, & in manum seruorum eius: & post hæc habitabitur sicut diebus pristinis, ait Dominus. 27 † Et tu ne timeas serue meus Iacob, & ne paueas Israel: quia ecce ego saluum te faciam de longinquo, & semẽ tuum de terra captiuitatis suæ: & reuertetur Iacob, et requiescet, & prosperabitur, et non erit qui exterreat eum. 28 Et tu noli timere serue meus Iacob, ait Dominus: quia tecum ego sum, quia ego consumam cunctas gentes ad quas eieci te: te verò non consumam, sed castigabo te in iudicio; nec quasi innocenti parcam tibi.

' manus 8 MS. G. Textus autẽ cõformis est H. & C.

† Isai. 43, 1. 44, 2. Sup. 30, 10.

EXPLANATIO.

QVOD *factum est verbum Domini ad Ieremiam Prophetam contra Gentes.* Hactenus Ieremias prophetauit contra Iudęos, post hac propherat contra alios populos. Est enim Deus non solùm Iudęorum Dominus,

ſed etiam gẽtium. *Ad Ægyptum.* Primo loco prophe-tat aduerſus Ægyptum. prędicit autem victoriam, quã reportauit Nabuchodonoſor de Pharaone Nechao multis annis ante expugnationem vrbis Ieroſolymitanæ: nam neq; in hac prophetia ordo temporis ſeruatur. *aduerſus exercitum Pharaonis Nechao.* Chal. Par. Pharaonis claudi. Vox Heb נכו neco, debilẽ pedibus, podagricũ, aut claudũ ſignificat. fortaſſis, ait kimchi, ſic vocatus eſt, quòd claud⁹ eſſet, vel podagra laboraret, aut hoc erat illi cognomẽ. *in Charchamis.* Vrbs eſt Syrię ſita iuxta Euphratẽ, vt ex hoc loco cõſtat. Vide 2. Paral. 25. *Præparate ſcutũ et clypeũ, et procedite ad bellum.* Sep. Aſſumite arma, & ſcuta adducite in pręliũ. Chal. Par. Ordinate ſcuta & clypeos. In Heb. ערכו hircu. ordinate, diſponite. Nõnulli ſic exponunt, Inſtruite aciẽ illorũ qui clypeos geſtãt & peltas, ô Ægyptij. Inſinuat his verbis, in quo fiduciã habebãt. Mox verò vt ad cõgreſsũ vẽtũ eſt, oſtẽdit quàm parùm iſta profuerint. idem ſignificat per id quod ſequitur, *iungite equos, & aſcẽdite equites, ſtate in galeis etc.* Vide autẽ, quàm parùm iſta profuerint. *Quid igitur? vidi ipſos pauidos.* Hoc eſt, Quid profuit iunxiſſe equos falcatis curribus, aſcendiſſe equos, ſumpſiſſe galeas, & poliſſe lanceas, & induiſſe ſe loricis? Nihil equidẽ: nam vidi ipſos pauidos. Sic videas multos in rebus externis plùs ſatìs fidẽtes, qui ſibi nimiùm tribuunt, & oblata occaſione miſerè cadunt. Vnde Dauid. Non enim in arcu meo ſperabo, & gladius meus non ſaluabit me. Docet autẽ, vbi ſit nr̃a fortitudo & robur, dicẽs, Domine vt ſcuto bonæ volũtatis tuę coronaſti nos. Et, Apprehẽde arma & ſcutũ, & exurge in adiutoriũ mihi: dic animæ ſalus

Pſal. 43. *Pſal. 5.* *Pſal. 34.*

tur ego sum. Et, Hi in curribus, & hi in equis. &c. *Non respexerunt.* Septua. & non sunt reuersi. Chal. Paraph. & non respiciunt ad residendum illis, qui occidunt gladio. Heb. & non respexerunt. sub. cùm fugerent: quo significat studium in fugiendo, vt nō respicerent prosequentes, ne quoquo modo retardarentur. *Nō fugiet velox.* hoc est, parum vobis proderit terga vertere, nullus enim effugiet, etiam velocissimus. *Quis est iste, qui quasi flumen ascendit?* Peasis, hoc est, interrogatio cum responsione, cum parabola. Chald. Para. Quis est iste qui ascendit cum exercitu suo sicut nubes, & operit terram? & sicut fons aquarū cuius aquæ turbatæ sunt? *Ascendēs operiā terram.* Vide arrogantiam. Per ciuitatē, Charchamis intelligit. *Ascēdite equos.* Ironica adhortatio. Ostendit multò aliter euenturum, quàm cogitabāt: nec quidpiā profuturū amicos vicinos in exercitu suo habuisse Æthiopes, Libyos, & Lydios. *Dies autē Domini Dei exercituum dies vltionis.* in quo scilicet nutu Dei temeritas Ægyptiorum euertetur, & luet pœnas impietatis. *Victima enim Domini exercituū.* nempe, quia Deo volente sunt occisi. multitudinem autem occisorum significat. quasi dicat, strages futura est Domino in agro Charchamis sito ad Aquilonem respectu Ægypti. *Ascende in Galaad, & tolle resinam.* Ironicè dictum. quasi dicat, accipies incurabilem plagam, quā nullo medicamento sanare poteris. Galaad abundabat opobalsamo curandis uulneribus aptissimo. *Virgo filia Ægypti.* Sic eam vocat, quòd antea non fuerit violata ab hostibus. *quia fortis impegit in fortē, ambo pariter corruerunt.* Theodoretus. Per hæc etiam vincentiū futuram præanunciauit internecionem, Chaldæorum

Psal. 19. b

nempe. Alij de militibus exercitus Aegyptiorũ interpretantur: qui dum terga darent, vnus in alium impegit, & causa sibi inuicem fuerunt ruinæ, & mortis. *Verbum quod loquutus est Dominus.* Hactenus vaticinatus est de priore belli clade, nunc de aduẽtu Nabuchodonosor in Aegyptum; quod, vt ait Iosephus lib. 10. Antiq. anno. 23. regni Nabuchodonosor contigit. *Sta & præpara te, quia deuorabit gladius ea quæ per circuitũ tuum sunt.* Ironica adhortatio. Ostendit nihil profuturum, quantumuis se præparauerint ciuitates oẽs Aegypti. quasi dicat. præparati, & ad bellũ instructi vincemini, & debellabimini. Septua. deuorabit gladius germen tuum, Grecè σμίλακα. Theodo. hedera, interpretatur. figuratè autem, ait, adiutores Aegyptiorum sic appellauit. Hedera enim plantis succrescentibus implicatur. *Quare computruit fortis tuus?* Septuag. quia fugit retro vitulus electus tuus. Theodo. legit, quia fugit Apis vitulus electus tuus. Erat autem Apis bos, qui ab Aegyptijs alebatur, & adorabatur. docet ergo, ait, sermo propheticus, quam ob causam victi sint, quoniã vitulum cõstituentes Deum, in eo fiduciam collocarunt. Chald. Paraph. quare contriti sunt fortes tui? Hebr. נסחף nischaph. propulsatus est, pro propulsati sunt, inundatione abrepti sunt, & stare non potuerunt. ita Rab. Dau. nam verbũ סחף sachaph, significat verrere, scopare, trahere ad modum pluuię, aut aquæ obuia quæq; cõuerrentis, & secum trahentis, ac inundantis. quamuis & lacerari, & computrescere interpretari possumus, vt habet nostra litera. Sic suprà Cap. 38. laceri pãni & veteres סחבות sechabot, dicuntur, à verbo סחב sachab, quod vicinum est verbo סחף sachaph, & eius-

dem

dem significationis, veluti tracti per pauimentum & sterquilinium. *Multiplicauit ruentes*. Sub. Dominus. quasi dicat, maior pars cadet, alij autē relicta acie cohortabuntur alios ad fugam. *à facie gladij columba*. hoc est Babyloniorum. Vide suprà Cap.25. Septua. à facie gladij Greci. Vbi Theodo. Verisimile est, ait, quosdā Grecorum iisse in expeditionē cum rege Babylonio rum. arbitror autem vnà prædicere Macedonum dominationem: cùm Alexander, deleto Aegyptiorum regno, Macedonibus eos seruire coegerit. *Vocate nomen Pharaonis regis Ægypti, tumultum adduxit tempus*. Septuag. vocate nomen Pharaonis Nechao regis Ægypti, tumultum traduxit tempus. Theodo. legit, perturbans, & transferens tempora: & exponit, Quondam imperium potens erat, & vicinas gentes perturbabat, multorumque res prosperas mutabat in aduersas. Chald. Paraph. inuitarunt ibi, sub. seinuicem ad pugnandum, adhortarunt se ad fortiter dimicandum. Pharao rex Aegypti cuius copiosus tumultus est, trās fert tempus, sub. omnia. Sic etiam transfertur modò regnū tuū in Chaldeos. Sic etiā potest nr̄a litera interpretari, Vocate nomē Pharaonis regis Aegypti, hoc est, vocate eum nomine suo: & dicite ei, Tēpus quod scilicet omnia mutat, adduxit tumultū. i. mutationē magnam in regno tuo. Omnium quippe rerum est vicissitudo. In Hebr. pro, *vocate*, est קראו charu, vocauerūt, eisdem literis constat plurale imperatiui, mutatis punctis. Interpres noster, *vocate*, transtulit. sicut Septuag. Sic etiam שם sam, cum Camets, ibi, vel illic significat. cū tsere verò significat nomen. & noster interpres sequutus Sep. nomē trāstulit. Quod autē habent

Septua. Nechao, in Heb. non habetur. Pro, *tumultum*, in Heb est שאון saon. sonitum, tumultum, inundationem, multitudinem aquarum cum impetu, & desolationem, & ruinam significat. pro, *adduxit tēpus*, in Heb. העביר המועד hehbit hamohed, idest transire fecit, trāstulit, traduxit tempus statutum, vel locum notum. Nonnulli interpretantur, vocauerunt illum Pharaonem regem Ægypti regem multitudinis magnę. nam vox regem, ait Rab. Dau. est vice duarum. Transire fecit tempus pręscriptum, quod nimirum assignauerat regi Babylonis, vt egrederetur ad pugnam, quòd metu esset perculsus, & consternatus. Rab. Salo. Vocauerunt, vel conclamauerunt ibi, scilicet in prælio, Babylonij per pręconem, vel fœcialem, Pharao rex Ægypti strepitus. figuratè, & per Sarcasmū scōmate, & conuitio istiusmodi eum perstingentes, quia scilicet attolebat vocē strepitus sui in tumultu, dū gloriaretur in copijs suis. trāsire fecit tempus statutum, ad pugnam nempe. Alij exponunt, Clamauerūt illic Pharao Rex Ægypti, designator temporū, idest Deus, misit vastitatem per terram, nempe Ægypti. Alij, Tempus à Deo constitutum adduxit multitudinem Chaldęorum, ad te destruendum. *Sicut Thabor in montibus, & sicut Carmelus in mari veniet.* ita etiam Septuag. Theodoretus exponit, quasi dicat, Ne dubitaueris: quemadmodum enim cōfitentur omnes absq; dubio Thabor esse mōtem, eumq; & Carmelū esse mari proximum, ita prædictio continet veritatem. Chald. Paraph. Sicut verū est verbum hoc, quòd Thabor est in montibus, & sicut Carmelus in mari, sic veniet interitus eius. vel, sicut Thabor situm esse in regione montana verū est,

& Car-

& Carmelum discurrere in mare, sic verè hæc Ægyptijs euenient. *Vasa transmigrationis fac tibi.* hoc est, fac tibi sarcinas: transmigrabis enim. *Vitula elegans, atq; formosa Ægyptus; stimulator ab Aquilone veniet ei.* Septuag. vitula ornata Aegyptus; euulsio ab Aquilone veniet super eam. Theodo. His verbis declarauit illius indomitam, & iugi expertam naturã, atq; delicias: & magnam eorum arguens imbecillitatem, ostendit vel paucis etiam aduenientibus hostibus eos resistere nõ potuisse. Chald. Paraph. Regnũ speciosum fuit Aegyptus: populi interfectores venient ab Aquilone contra eam, ad eam diripiendam. Pro eo quod nos habemus, *stimulator*, in Heb. est, קרץ cherets. excisionem, iugulationem significat. potest etiam verti stimulator, nam verbum קרץ charats, excidere, succidere, annuere, & innuere significat. stimulator autẽ veluti innuit. Transtulit autem, stimulator, noster interpres persistendo in metaphora: vitulam enim speciosam vocauit Aegyptum: veniet ergo (ait) Chaldæus, qui veluti stimulator eam faciet migrare. De migratione enim loquutus est Propheta superiori versu, & in sequenti de fuga loquitur. Vocatur autem Aegyptus vitula propter Apin, quem Aegyptij colebant, sicut suprà diximus. *Mercenarij quoque eius.* De militibus mercenarijs loquitur, qui cum diu otio vacassent, erant veluti vituli saginati, & aduentante hoste, terga dederunt. Chaldai. Paraph. principes eius. *vox eius quasi æris sonabit.* Septuagin. vox eius quasi serpentis sibilãtis. Theodo. de Aegyptijs interpretatur. Proprium, inquit, est miserorũ gemere & sibilare. Chal. Paraph. vox collisionis armorum eorum quasi serpentum raptantium. nõ satis explicat,

lus in duas scissus partes, literæ Δ speciem præbet: quò fit vt portuosissima, omniq; penè ex parte nauigijs aditum præbeat: Existimant nonnulli eam esse quæ hodie vocatur Dammiata, alij quæ Cayro, alij Messer. *Et in terra Phatures.* D. Hiero. lib. de locis Hebraicis ait, regionem esse Aegypti. de ea mētio fit Ezech. 29. & 30. Cap. *Et conflata est indignatio mea.* Vide suprà Cap. 42. *Nō sunt mundati vsq; ad diem hanc.* Septuag. Et non cessauerunt vsq; in diē hanc. ita etiā Chal. Par. Heb. דֻּכְּאוּ ducu. nō sunt cōtriti, transferre possumus. verbū enim דכא daca, conterere, frangere, contundere oppressione vel depressione significat, quasi dicat. adhuc integri manent in malitia, & in iniquitate, & in sceleribus suis. quod est idem cū eo, quod noster interpres transtulit, *non sunt mundati,* & cum eo quod habent Sep. & Chald. Paraph. Et non cessauerunt. Vertere etiā possumus, non pœnituit eos. vel, non sunt humiliati. Sic alibi. Percussisti eos, & non doluerunt. *ad quam ipsi eleuant animas suas.* Septuag. ad quam ipsi sperant animabus suis reuerti illuc. Chald. Paraph. quò ipsi decipiūt animas suas, vt veniant, & habitent illic. hoc est, falsò sibi persuadent. Eleuare animam in rem aliquam est, erigi in spem consequendi, & potiendi re illa. *Sed facientes faciemus omne verbum, quod egredietur de ore nostro, vt sacrificemus reginæ cæli.* Tautologia, facientes faciemus. Quidquid vouerimus reginæ cæli, reddemus: & promissa sacrificia offeremus illi. Per reginam cæli, Solē intelligit. Chald. Para. Syderi cæli, hoc est Soli: quòd principem locum obtineat inter Sydera. Alij Lunam intelligunt. Alij, machinæ celi, interpretantur. Vide supra Cap. 7. *Nunquid sine viris nostris fecimus?* hoc est, ignoranti-

Sup. Cap. 5.

norantibus illis, quasi dicat. Id quidem fecimus conſcijs viris noſtris. *placentas.* Vide ſuprà Cap. 7. *Nũquid nõ ſacrificium quod ſacrificaſtis in ciuitatibus Iuda.* De Sacrificijs idolis oblatis loquitur: quorũ ait Dominus ſe recordatum, dum propter illa Iudæos puniuit, terrãq; eorum deuaſtandã Babylonijs tradidit. *Quia nequaquã vltrà vocabitur nomen meum ex ore omnis viri Iudæi, dicentis: viuit Dominus Deus in omni terra Ægypti.* Hoc eſt. Non permittam, vt quiſquam ex Iudæis iuret per nomen meum in tota regione Ægypti: quòd ſint prorſus indigni nominare, & ore ſuo proferre Nomẽ Sanctũm meum. Nam, *nequaquam ex ore omnis,* idem eſt, ꝙ ex nullius ore. phraſis Heb. *Viri pauci.* Heb. viri numeri, hoc eſt, qui facilè numerari poſſint. Hiſpanè. *ſeran contados los que bolueran.* Septuag. pauci numero. *Cuius ſermo compleatur, meus, an illorũ.* Hoc eſt, fiet manifeſtũ, an verus ſit ſermo meus, quo vobis calamitatẽ prædico: an veſter, quo vobis proſpera omnia promittitis. *Pharaonem Ephrea.* Cognomentũ erat Pharaonis, quẽ quidam alium exiſtimant fuiſſe à Nechao. Chald. Paraph. Pharaonem claudum, aut confractũ. Heb. חפרע chaphrah. Sunt autẽ qui dicãt, ait Rab. Dau. in Com. cheth eſſe loco He, & per Metatheſin literarũ idẽ eſſe quod פרעה parhoh. Sic autẽ vocatũ, quia erat nudatus, aut nudãdus, & manifeſtandus, vt ſit Paronomaſia. Pharao autẽ nomen fuit Regũ Aegypti. Nã, vt ait Ioſephus lib. 8. Antiquit. Ægyptiorũ lingua regem ſonat: vnde nõ rectè quidã affirmãt, à Pharo inſula vetuſtiſſima Alexãdriæ obuerſa nomẽ hoc eſſe deductũ.

ARGVMENTVM.

Baruch increpatur à Ieremia puſillanimitatis.

CAP. XLV.

VERBVM quod locutus est Ieremias propheta ad Baruch filium Neriæ, cũ scripsisset verba hæc in libro ex ore Ieremiæ, anno quarto Ioacim filij Iosiæ regis Iuda, dicens: 2 Hæc dicit Dominus Deus Israel ad te Baruch, 3 Dixisti, Væ misero mihi, quoniam addidit Dominus dolorem dolori meo: laboraui in gemitu meo, & requiem non inueni. 4 Hæc dicit Dominus: Sic dices ad eũ, Ecce, quos ædificaui, ego destruo: & quos plantaui, ego euello, & vniuersam terram hanc. 5 Et tu quæris tibi grandia? noli quærere. quia ecce ego adducam malum super omnem carnem, ait Dominus: & dabo tibi animam tuam in salutem in omnibus locis ad quæcunque perrexeris.

EXPLANATIO.

ANNO *quarto Ioacim filij Iosiæ regis Iuda.* Diximus sępe in Prophetis ordinẽ Historię nõ seruari. Nã quæ hìc narrantur, octodecim annis antequam vrbs caperetur, prædicta fuerunt, anno scilicet quarto Ioacim. *Laboraui in gemitu meo.* Septua. dormiui in gemitibus meis. Heb. יגעתי iagathi. laboraui, fatigatus sum flendo, vel fleui ad lassitudinem vsq;. Vnde quod Sep. transtulerũt, dormiui, in hunc sensum interpretandum est. i. fleui ad lassitudinem vsque, ita vt præ lassitudine somnus me inuaserit. *Et tu quæris tibi grandia?* Hoc est, Cùm videas calamitates maximas impendere vniuerso populo meo, quem ego ex Aegypto eduxi, & plantaui in terra hac, cur quæris prosperè agere? Nonnulli interpretantur, Cur tibi quęris donũ Prophetię? quasi dicat. aliud cõsequeris à me, quàm prophetię donum, nimirũ vitã

incolu-

incolumem, alijs Iudæis pereuntibus. Theodo. Hortatur, vt vitam dolore plenam generoso animo ferat. Si enim, ait, cūctum populum, quem eduxi de Ægypto, & plantaui in terra ista, extirpo nūc, & amputo, totq; supplicijs afficio: despondes tu animum, quòd non solus viuas absq; solatio? Certè non ita agere oportet. Ego verò de te sollicitus ero: & dum vlciscar de his, tibi consolationem afferam: & vbicunq; degas, prouidentiam meam experiere. Quamobrē decet nos, qui ista legimus, non iniquè ferre, cùm molestum quidpiam nobis obuenerit; sed à Deo meliora postulare, tolerare nihilominùs præsentia. Hanc enim patientiā nostrā respiciens Dominus, nō sinet nos tētari supra vires nostras; sed faciet cum tentatione prouentum. 1.Cor.10.
Et dabo tibi animam tuam in salutem. Septuag. Et dabo tibi animam tuam lucrum. Heb. לשלל lesalal, in spoliū. Sic suprà Cap. 21. Vide ibi.

ARGVMENTVM.

Prædicit cladem Ægypti, & liberationem Israel.

¶ CAP. XLVI.

QVOD factum est verbum Domini ad Ieremiam Prophetam contra gentes 2 ad Ægyptum aduersum exercitum Pharaonis Nechao regis Ægypti, qui erat iuxta fluuium Euphraten in Charcamis, quem percussit Nabuchodonosor rex Babylonis, in quarto anno Ioacim filij Iosiæ regis Iuda. 3 Præparate scutum, & clypeū, & procedite ad bellum. 4 Iungite equos, & ascendite equites: state in galeis, polite lanceas, induite vos loricis. 5 Quid igitur?

vidi ipsos pauidos et terga vertẽtes, fortes eorũ cæsos: fugerũt cõciti, nec respexerũt: terror vndiq; ait Dominus. 6 Nõ fugiat velox, nec saluari se putet fortis. Ad Aquilonẽ iuxta flumen Euphratem victi sunt, & ruerũt. 7 Quis est iste, qui quasi flumen ascendit: & veluti fluuiorũ intumescũt gurgites eius? 8 Ægyptus, fluminis instar ascendit, & velut flumina mouebantur fluctus eius, & dicet, Ascendens operiã terrã: perdã ciuitatem, & habitatores eius. 9 Ascendite equos, & exultate in curribus, et procedant fortes, Æthiopia & Libyes tenentes scutũ, & Lydij arripientes, & iacientes sagittas. 10 Dies autem ille Domini Dei exercituum, dies vltionis; vt sumat vindictam de inimicis suis: deuorabit gladius, & saturabitur, & inebriabitur sanguine eorum: victima enim Domini Dei exercituum in terra Aquilonis iuxta flumen Euphraten. 11 Ascende in Galaad, & tolle resinam virgo filia Ægypti: frustra multiplicas medicamina, sanitas non erit tibi. 12 Audierunt gentes ignominiam tuam, & vlulatus tuus repleuit terram: quia fortis impegit in fortem, & ambo pariter cõciderunt. 13 Verbum quod locutus est Dominus ad Ieremiam prophetam, super eo quòd venturus esset Nabuchodonosor rex Babylonis, & percussurus terram Ægypti. 14 Annunciate Ægypto, & auditum facite in Magdalo, & resonet in Memphis, & in Taphnis: dicite, Sta, & præpara te: quia deuorabit gladius ea quæ per circuitum tuum sunt. 15 Quare computruit fortis tuus? non stetit: quoniam Dominus subuertit eum. 16 Multiplicauit ruentes, ceciditque vir ad proximum suum, & dicent, Surge, & reuertamur ad populum nostrum, & ad terram natiuitatis nostræ, à facie gladij columbæ. 17 Vocate nomen Pharaonis regis Ægypti tumultum, adduxit tempus. 18 Viuo ego (inquit rex, Dominus exercituum nomen eius) quoniam sicut Thabor in montibus, & sicut Carmelus in mari, veniet. 19 Vasa transmigrationis

fugiet M S. R. Rab.

Similiter textui reddiderũt G.

16 M S. R H. G. C.

ctionis fac tibi habitatrix filia Ægypti: quia Memphis in solitudinem erit, & deseretur, & inhabitabilis erit. 20 Vitula elegans atque formosa Ægyptus: stimulator ab Aquilone veniet ei. 21 Mercenarij quoque eius qui versabantur in medio eius, quasi vituli saginati versi sunt, & fugerunt simul, nec stare potuerunt: quia dies interfectionis eorum venit super eos, tempus visitationis eorum. 22 Vox eius quasi æris sonabit: quoniam cum exercitu properabunt, & cum securibus venient ei, quasi cædentes ligna. 23 Succiderunt saltum eius, ait Dominus, qui supputari non potest: multiplicati sunt super locustas, & non est eis numerus. 24 Cõfusa est filia Ægypti, & tradita in manũ' populi Aquilonis. 25 Dixit Dñs exercituũ Deꝰ Israel: Ecce, ego visitabo super tumultũ Alexãdriæ, et super Pharaonem, & super Ægyptum, & super deos eius, et super reges eius, & super Pharaonem, & super eos qui confidunt in eo. 26 Et dabo eos in manum' quærentium animam eorum, & in manum' Nabuchodonosor regis Babylonis, & in manum' seruorum eius: & post hæc habitabitur sicut diebus pristinis, ait Dominus. 27 † Et tu ne timeas serue meus Iacob, & ne paueas Israel: quia ecce ego saluum te faciam de longinquo, & semẽ tuum de terra captiuitatis suæ: & reuertetur Iacob, et requiescet, & prosperabitur, et non erit qui exterreat eum. 28 Et tu noli timere serue meus Iacob, ait Dominus: quia tecum ego sum, quia ego consumam cunctas gentes ad quas eieci te: te verò non consumam, sed castigabo te in iudicio, nec quasi innocenti parcam tibi.

' manus 8 MS. G. Textus autẽ cõformis est H. & C.

† Isai. 43, 1. 44, 2. Sup. 30, 10.

EXPLANATIO.

QVOD *factum est verbum Domini ad Ieremiam Prophetam contra Gentes.* Hactenus Ieremias prophetauit contra Iudæos, post hac prophetat contra alios populos. Est enim Deus non solùm Iudæorum Dominus,

sed etiã

Homo accipitris habens faciem, lancea Typhona interficiens. Pingitur autem Typho fluuiatilis equi forma: & totum hoc simulachrum candidi coloris erat, qui color ab alio lumē accipere Lunam significabat: accipitris verò facies à Sole eam lumen accipere indicabat, vnde & spiritū attraheret: Soli enim accipiter dicatus erat, qui lucis, ac spiritus symbolum est, tum propter motus velocitatē, tū quia alis altiora & lucidiora petit. Socrates in Xenophon. eos reprehendit, qui Solem Deum posuere, lumenq́; eius, & formam ad Deum Op. Max. refert, quòd omnis eius potestas, & magnitudo à Deo sit, à quo vnà cum Luna fuerit creatus: Eaq́; ratione reprehendit Homerum, & cæteros omnes, qui Solem vnicū esse Deum crediderunt.

ARGVMENTVM.

Ieremias arguit populi reliquias idololatriæ, & inobedientiæ. Illi persistunt in malitia.

¶CAP. XLIIII.

VERBVM quod factum est ad Ieremiam, ad omnes Iudæos qui habitabant in Terra Ægypti, habitantes in Magdalo, & in Taphnis, & in Memphis, & in terra Phatures, dicens, 2 Hæc dicit Dominus exercituū Deus Israel, Vos vidistis omne malum istud quod adduxi super Ierusalē, et super oēs vrbes Iuda: et ecce desertæ sunt hodie, & non est in eis habitator: 3 Propter malitiam quam fecerunt, vt me ad iracundiā prouocarent, et irent, et sacrificarent, & colerent deos alienos quos nesciebāt et illi et vos et patres vestri. 4 Et misi ad vos omnes seruos meos prophetas de nocte consurgens, mittensq́; et dicens: Nolite facere verbum abominationis huiuscemodi quam odiui. 5 Et non audierūt, nec

?huius

inclinaue-

*inclinauerūt aurem suā vt conuerterentur à malis suis, et non sacrificarent dijs alienis. 6 Et conflata est indignatio mea & furor meus: & succensa est in ciuitatibus Iuda, et in plateis Ierusalem: & versæ sunt in solitudinem & vastitatem secundum diem hanc. 7 Et nūc hæc dicit Dominus exercituū Deus Israel, Quare vos facitis malū grande hoc contra animas vestrās: vt intereat ex vobis vir et mulier, paruulus et lactēs de medio Iudæ, nec relinquatur vobis quicquā residuū: 8 Prouocātes me in operibus manuū vestrarū, sacrificādo dijs alienis in Terra Ægypti, in quā ingressi estis vt habitetis ibi: et dispereatis, et sitis in maledictionē & in opprobriū cūctis gētibus terræ? 9 Nūquid obliti estis mala patrū vestrorū, et mala regū Iuda et mala vxorū eius, et mala vestra, et mala vxorū vestrarū, quæ fecerūt in terra Iuda, & in regionibus Ierusalē? 10 Non sunt mundati vsq; ad diem hanc: & non timuerunt, & nō ambulauerunt in lege Domini, et in præceptis meis, quæ dedi coram vobis, et corā patribus vestris. 11 Ideo hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel, † Ecce ego ponam faciem meam in vobis in malum: et disperdam omnem Iudam. 12 Et assumam reliquias Iudæ, qui posuerunt facies suas vt ingrederentur Terram Aegypti, et habitarent ibi: et consumentur omnes in Terra Aegypti: cadent in gladio et in fame: et consumētur à minimo vsque ad maximū, in gladio et in fame morientur: et erunt in iusiurandum, et in miraculum, et in maledictionem, et in opprobrium. 13 Et visitabo * habitatores Terræ Aegypti, sicut visitaui super Ierusalem: in gladio, et fame, et peste. 14 Et non erit qui effugiat, et sit residuus de reliquijs Iudæorum qui vadunt vt peregrinentur in Terra Aegypti: et reuertātur in Terram Iuda ad quam ipsi eleuant animas suas, vt reuertātur et habitent ibi: nō reuertentur nisi qui fugerint. 15 Responderunt autem Ieremiæ omnes viri scientes quòd sacrificarent vxores eorū dijs alienis:*

quā odi 2 MS. -24 MS. Rab. Verum in R.H.G. & C. legitur. -8MS. H.G. 'eorum 6 MS. R. Verū Tex. lectio conformis est H. & C. † Amos 9,4. Inf. 27. *super 4 MS. R.H.G. C. †Sup. 11.

et vniuer

*& vniuersæ mulieres quarum stabat multitudo grandis: et omnis populus habitantium in Terra-Ægypti in Phatures, dicentes: 16 Sermonem quem locutus es ad nos in nomine Domini non audiemus ex te: 17 † sed facientes faciemus omne verbum quod egredietur de ore nostro, vt sacrificemus reginæ cæli, & libemus ei libamina, sicut fecimus nos & patres nostri, reges nostri & principes nostri in vrbibus Iuda, et in plateis Ierusalem: et saturati sumus panibus, et bene nobis erat, malumque non vidimus. 18 Ex eo autem tempore quo cessauimus sacrificare reginæ cæli, et libare ei libamina, *indigemus omnibus, et gladio et fame consumpti sumus. 19 † Quòd si nos sacrificamus reginæ cæli, et libamus ei libamina: numquid sine viris nostris fecimus ei placentas ad colendum eam, et libandum ei libamina? 20 Et dixit Ieremias ad omnem populum, aduersùm viros, et aduersùm mulieres, et aduersùm vniuersam plebem, qui responderant ei verbum, dicens. 21 Nunquid non sacrificium quod sacrificastis in ciuitatibus Iuda, et in plateis Ierusalem vos et patres vestri, reges vestri, et principes vestri et populus terræ, horum recordatus est Dominus, et ascendit super cor eius? 22 Et non poterat Dominus vltrà portare propter malitiam studiorum vestrorum, et propter abominationes quas fecistis: et facta est terra vestra in desolationem, et in stuporem, et in maledictum, eò quòd non sit habitator, sicut est dies hæc. 23 Propterea quòd sacrificaueritis idolis, et peccaueritis Domino: et non audieritis vocem Domini, et in lege et in præceptis et in testimoniis eius non ambulaueritis: idcirco euenerunt vobis mala hæc, sicut est dies hæc. 24 Dixit autem Ieremias ad omnem populum, et ad vniuersas mulieres: Audite verbum Domini omnis Iuda, qui estis in Terra-Ægypti: 25 Hæc inquit Dominus exercituum Deus Israel, dicens, Vos et vxores vestræ locuti estis ore vestro, et manibus vestris implestis, dicentes, Faciamus vota nostra quæ vouimus, ut sacrificemus reginæ cæli, et libemus ei libamina, im*

† Sup. 7. 18.

*indiguimus I MS. Rab. R. G C.

† Sup. 7. 18.

plestis

plestis vota vestra, & opere perpetrastis ea. 26 *Ideo audite verbum Domini omnis Iuda, qui habitatis in Terra-Ægypti, Ecce ego iuraui in nomine meo magno, ait Dominus: quia nequaquã vltrà vocabitur nomen meum ex ore omnis viri Iudæi dicentis, Viuit Dominus Deus, in omni Terra-Ægypti.* 27† *Ecce ego vigilabo super eos in malum, & non in bonum: & consumentur omnes viri Iuda qui sunt in Terra-Aegypti, gladio & fame, donec penitus consumantur.* 28 *Et qui fugerint gladium, reuertentur de Terra-Aegypti in terram* Iuda *viri pauci: & scient omnes reliquiæ Iuda ingredientium Terram-Aegypti, vt habitent ibi, cuius sermo compleatur, meus, an illorum.* 29 *Et hoc vobis signũ, ait Dominus, quòd visitem ego super vos in loco isto: vt sciatis quia verè complebuntur sermones mei contra vos in malum.* 30 *Hæc dicit Dominus, Ecce ego tradam Pharaonem Ephree regem Aegypti in manu inimicorum eius, & in manu quærentium animam illius: sicut tradidi Sedeciam regem* Iuda *in manu Nabuchodonosor regis Babylonis inimici sui, & quærentis animam eius.*

† Sup. cap.12.

EXPLANATIO.

HAbitantes in Magdalo. Vrbs est Ægypti. Exod. 14. Phihahiroth locus tertiæ mansionis filiorum Israel, postquã profecti sunt de Rameses, dicitur esse inter Magdalum & mare contra Beel-sephon. Idem Numer. 33. *Et in Taphnis*. Vide notata superiori Cap. *Et in Mẽphis*. vrbs est Aegypti regia, ab Ogdoo rege condita, & à nomine filij eius appellata. Hęc inter oẽs Aegypti vrbes secundum ab Alexandria locum obtinuit, pyramidib⁹, & Regum sepulchris inprimìs insignis. Eius ambitus traditur fuisse centum & quinquaginta stadiorũ: sita est in loco totius Ægypti opportunissimo, vbi Nilus in

lus in duas scissus partes, literæ Δ speciem prębet: quod fit vt portuosissima, omniq; penè ex parte nauigijs aditum prębeat: Existimant nonnulli eam esse quæ hodie vocatur Dammiata, alij quæ Cayro, alij Messer. *Et in terra Phatures.* D. Hiero. lib. de locis Hebraicis ait, regionem esse Aegypti. de ea mētio fit Ezech. 29. & 30. Cap. *Et conflata est indignatio mea.* Vide suprà Cap. 42. *Nō sunt mundati vsq; ad diem hanc.* Septuag. Et non cessauerunt vsq; in diē hanc. ita etiā Chal. Par. Heb. דֻּכְּאוּ ducu. nō sunt cōtriti, transferre possumus. verbū enim דכא daca, conterere, frangere, contundere oppressione vel depressione significat, quasi dicat. adhuc integri manent in malitia, & in iniquitate, & in sceleribus suis. quod est idem cū eo, quod noster interpres transtulit, *non sunt mundati,* & cum eo quod habent Sep. & Chald. Paraph. Et non cessauerunt. Vertere etiā possumus, non pœnituit eos. vel, non sunt humiliati. Sic alibi. Percussisti eos, & non doluerunt. *ad quam ipsi eleuant animas suas.* Septuag. ad quam ipsi sperant animabus suis reuerti illuc. Chald. Paraph. quò ipsi decipiūt animas suas, vt veniant, & habitent illic. hoc est, falsò sibi persuadent. Eleuare animam in rem aliquam est, erigi in spem consequendi, & potiendi re illa. *Sed faciētes faciemus omne verbum, quod egredietur de ore nostro, vt sacrificemus reginæ cæli.* Tautologia, facientes faciemus. Quidquid vouerimus reginæ cæli, reddemus: & promissa sacrificia offeremus illi. Per reginam cæli, Solē intelligit. Chald. Para. Syderi cæli, hoc est Soli: quòd principem locum obtineat inter Sydera. Alij Lunam intelligunt. Alij, machinæ celi, interpretantur. Vide supra Cap. 7. *Nunquid sine viris nostris fecimus?* hoc est, ignoranti-

Sup. Cap. 42.

norantibus illis, quasi dicat. Id quidem fecimus conscijs viris nostris. *placentas.* Vide suprà Cap. 7. *Nũquid nõ sacrificium quod sacrificastis in ciuitatibus Iuda.* De Sacrificijs idolis oblatis loquitur: quorũ ait Dominus se recordatum, dum propter illa Iudæos puniuit, terráq; eorum deuastandã Babylonijs tradidit. *Quia nequaquã vltrà vocabitur nomen meum ex ore omnis viri Iudæi, dicentis: viuit Dominus Deus in omni terra Ægypti.* Hoc est. Non permittam, vt quisquam ex Iudæis iuret per nomen meum in tota regione Ægypti: quòd sint prorsus indigni nominare, & ore suo proferre Nomẽ Sanctũm meum. Nam, *nequaquam ex ore omnis*, idem est, ꝙ ex nullius ore. phrasis Heb. *Viri pauci.* Heb. viri numeri, hoc est, qui facilè numerari possint. Hispanè. *seran contados los que bolueran.* Septuag. pauci numero. *Cuius sermo compleatur, meus, an illorũ.* Hoc est, fiet manifestũ, an verus sit sermo meus, quo vobis calamitatẽ prædico: an vester, quo vobis prospera omnia promittitis. *Pharaonem Ephrea.* Cognomentũ erat Pharaonis, quẽ quidam alium existimant fuisse à Nechao Chald. Paraph. Pharaonem claudum, aut confractũ. Heb. חפרע chaphrah. Sunt autẽ qui dicãt, ait Rab. Dau. in Com. cheth esse loco He, & per Metathesin literarũ idẽ esse quod פרעה parhoh. Sic autẽ vocatũ, quia erat nudatus, aut nudãdus, & manifestandus, vt sit Paronomasia. Pharao autẽ nomen fuit Regũ Aegypti. Nã, vt ait Iosephus lib. 8. Antiquit. Ægyptiorũ lingua regem sonat: vnde nõ rectè quidã affirmãt, à Pharo insula vetustissima Alexãdriæ obuersa nomẽ hoc esse deductũ.

ARGVMENTVM.

Baruch increpatur à Ieremia pusillanimitatis.

CAP. 45.

CAP. XLV.

VERBVM quod locutus est Ieremias propheta ad Baruch filium Neriæ, cũ scripsisset verba hæc in libro ex ore Ieremiæ, anno quarto Ioacim filij Iosiæ regis Iuda, dicens: 2 Hæc dicit Dominus Deus Israel ad te Baruch, 3 Dixisti, Væ misero mihi, quoniam addidit Dominus dolorem dolori meo: laboraui in gemitu meo, & requiem non inueni. 4 Hæc dicit Dominus: Sic dices ad eũ, Ecce, quos ædificaui, ego destruo: & quos plantaui, ego euello, & vniuersam terram hanc. 5 Et tu quæris tibi grandia? noli quærere. quia ecce ego adducam malum super omnem carnem, ait Dominus: & dabo tibi animam tuam in salutem in omnibus locis ad quæcunque perrexeris.

EXPLANATIO.

ANNO *quarto Ioacim filij Iosiæ regis* Iuda. Diximus sæpe in Prophetis ordinẽ Historiæ nõ seruari. Nã quæ hic narrantur, octodecim annis antequam vrbs caperetur, prædicta fuerunt, anno scilicet quarto Ioacim. *Laboraui in gemitu meo*. Septua. dormiui in gemitibus meis. Heb. יגעתי iagathi. laboraui, fatigatus sum flendo, vel fleui ad lassitudinem vsq;. Vnde quod Sep. transtulerũt, dormiui, in hunc sensum interpretandum est. i. fleui ad lassitudinem vsque, ita vt præ lassitudine somnus me inuaserit. *Et tu quæris tibi grandia?* Hoc est, Cùm videas calamitates maximas impendere vniuerso populo meo, quem ego ex Aegypto eduxi, & plantaui in terra hac, cur quæris prosperè agere? Nonnulli interpretantur, Cur tibi quæris donũ Prophetiæ? quasi dicat. aliud cõsequeris à me, quàm prophetiæ donum, nimirũ vitã

incolu-

incolumem, alijs Iudæis pereuntibus. Theodo. Hortatur, vt vitam dolore plenam generoso animo ferat. Si enim, ait, cũctum populum, quem eduxi de Ægypto, & plantaui in terra ista, extirpo nũc, & amputo, totq; supplicijs afficio: despondes tu animum, quòd non solus viuas absq; solatio? Certè non ita agere oportet. Ego verò de te sollicitus ero: & dum vlciscar de his, tibi consolationem afferam: & vbicunq; degas, prouidentiam meam experiere. Quamobrẽ decet nos, qui ista legimus, non iniquè ferre, cùm molestum quidpiam nobis obuenerit, sed à Deo meliora postulare, tolerare nihilominùs præsentia. Hanc enim patientiã nostrã respiciens Dominus, nõ sinet nos tẽtari supra vires nostras; sed faciet cum tentatione prouentum. 1. *Cor.* 10.
Et dabo tibi animam tuam in salutem. Septuag. Et dabo tibi animam tuam lucrum. Heb. לשלל lesalal, in spoliũ. Sic suprà Cap. 21. Vide ibi.

ARGVMENTVM.

Prædicit cladem Ægypti, & liberationem Israel.

¶ CAP. XLVI.

QVOD factum est verbum Domini ad Ieremiam Prophetam contra gentes 2 ad Ægyptum aduersum exercitum Pharaonis Nechao regis Ægypti, qui erat iuxta fluuium Euphraten in Charcamis, quem percussit Nabuchodonosor rex Babylonis, in quarto anno Ioacim filij Iosiæ regis Iuda. 3 Præparate scutum, & clypeũ, & procedite ad bellum. 4 Iungite equos, & ascendite equites: state in galeis, polite lanceas, induite vos loricis. 5 Quid igitur?

tionis fac tibi habitatrix filia Ægypti: quia Memphis in solitudinem erit, & deseretur, & inhabitabilis erit. 20 Vitula elegans atque formosa Ægyptus: stimulator ab Aquilone veniet ei. 21 Mercenarij quoque eius qui versabantur in medio eius, quasi vituli saginati versi sunt, & fugerunt simul, nec stare potuerunt: quia dies interfectionis eorum venit super eos, tempus visitationis eorum. 22 Vox eius quasi æris sonabit: quoniam cum exercitu properabant, & cum securibus venient ei, quasi cædentes ligna. 23 Succiderunt saltum eius, ait Dominus, qui supputari non potest: multiplicati sunt super locustas, & non est eis numerus. 24 Cōfusa est filia Ægypti, & tradita in manū' populi Aquilonis. 25 Dixit Dñs exercituū De⁹ Israel: Ecce, ego visitabo super tumultū Alexādriæ, et super Pharaonem, & super Ægyptum, & super deos eius, et super reges eius, & super Pharaonem, & super eos qui confidunt in eo. 26 Et dabo eos in manum' quærentium animam eorum, & in manum' Nabuchodonosor regis Babylonis, & in manum' servorum eius: & post hæc habitabitur sicut diebus pristinis, ait Dominus. 27 † Et tu ne timeas serue meus Iacob, & ne paueas Israel: quia ecce ego saluum te faciam de longinquo, & semē tuum de terra captiuitatis suæ: & reuertetur Iacob, et requiescet, & prosperabitur, et non erit qui exterreat eum. 28 Et tu noli timere serue meus Iacob, ait Dominus: quia tecum ego sum, quia ego consumam cunctas gentes ad quas eieci te: te verò non consumam, sed castigabo te in iudicio, nec quasi innocenti parcam tibi.

' manus 8 MS. G. Textus autē cō formis est H. & C.

† Isai. 43, 1. 44, 2. Sup. 30, 10.

EXPLANATIO.

QVOD *factum est verbum Domini ad Ieremiam Prophetam contra Gentes.* Hactenus Ieremias prophetauit contra Iudęos, post hac prophetat contra alios populos. Est enim Deus non solùm Iudęorum Dominus,

 sed etiā

tur ego sum. Et, Hi in curribus, & hi in equis. &c. *Non respexerunt.* Septua. & non sunt reuersi. Chal. Paraph. & non respiciunt ad resistendũ illis, qui occidunt gladio. Heb. & non respexerunt. sub. cùm fugerent: quo significat studium in fugiendo, vt nõ respicerent prosequentes, ne quoquo modo retardarentur. *Nõ fugiet velox.* hoc est, parum vobis proderit terga vertere, nullus enim effugiet, etiam velocissimus. *Quis est iste, qui quasi flumen ascendit?* Persis, hoc est, interrogatio cum responsione, cum parabola. Chald. Para. Quis est iste qui ascendit cum exercitu suo sicut nubes, & operit terram? & sicut fons aquarũ cuius aquæ turbatæ sunt? *Ascendẽs operiã terram.* Vide arrogantiam. Per ciuitatẽ, Charchamis intelligit. *Ascẽdite equos.* Ironica adhortatio. Ostendit multò aliter euenturum, quàm cogitabãt: nec quidpiã profuturũ amicos vicinos in exercitu suo habuisse Æthiopes, Libyos, & Lydios. *Dies autẽ Domini Dei exercituum dies vltionis.* in quo scilicet nutu Dei temeritas Ægyptiorum euertetur, & luet pœnas impietatis. *Victima enim Domini exercituũ.* nempe, quia Deo volente sunt occisi. multitudinem autem occisorum significat. quasi dicat, strages futura est Domino in agro Charchamis sito ad Aquilonem respectu Ægypti. *Ascende in Galaad, & tolle resinam.* Ironicè dictum. quasi dicat, accipies incurabilem plagam, quã nullo medicamento sanare poteris. Galaad abundabat opobalsamo curandis uulneribus aptissimo. *Virgo filia Ægypti.* Sic eam vocat, quòd antea non fuerit violata ab hostibus. *quia fortis impegit in fortẽ, ambo pariter corruerunt.* Theodoretus. Per hæc etiam vincentiũ futuram præanunciauit internecionem, Chaldæorum

Psal. 19. b

dem significationis, veluti tracti per pauimentum & sterquilinium. *Multiplicauit ruentes*. Sub. Dominus. quasi dicat, maior pars cadet, alij autē relicta acie cohortabuntur alios ad fugam. *à facie gladij columba*. hoc est Babyloniorum. Vide suprà Cap.25. Septua. à facie gladij Græci. Vbi Theodo. Verisimile est, ait, quosdā Græcorum iisse in expeditionē cum rege Babylonio rum. arbitror autem vnà prædicere Macedonum dominationem: cùm Alexander, deleto Aegyptiorum regno, Macedonibus eos seruire coegerit. *Vocate nomen Pharaonis regis Ægypti, tumultum adduxit tempus*. Septuag. vocate nomen Pharaonis Nechao regis Ægypti, tumultum traduxit tempus. Theodo. legit, perturbans, & transferens tempora: & exponit, Quondam imperium potens erat, & vicinas gentes perturbabat, multorumque res prosperas mutabat in aduersas. Chald. Paraph. inuitarunt ibi, sub. seinuicem ad pugnandum, adhortarunt se ad fortiter dimicandum. Pharao rex Aegypti cuius copiosus tumultus est, trās fert tempus, sub. omnia. Sic etiam transfertur modò regnū tuū in Chaldæos. Sic etiā potest nr̄a litera interpretari, Vocate nomē Pharaonis regis Aegypti, hoc est, vocate eum nomine suo: & dicite ei, Tēpus quod scilicet omnia mutat, adduxit tumultū. i. mutationē magnam in regno tuo. Omnium quippe rerum est vicissitudo. In Hebr. pro, *vocate*, est קראו charu, vocauerūt, eisdem literis constat plurale imperatiui, mutatis punctis. Interpres noster, *vocate*, transtulit. sicut Septuag. Sic etiam שם sam, cum Camets, ibi, vel illic significat. cū tsere verò significat nomen. & noster interpres sequutus Sep. nomē trāstulit. Quod autē habent

Septua. Nechao, in Heb. non habetur. Pro, *tumultum*, in Heb est שאון saon. sonitum, tumultum, inundationem, multitudinem aquarum cum impetu, & desolationem, & ruinam significat. pro, *adduxit tẽpus*, in Heb. העביר המועד hehbir hamohed, idest transire fecit, trãstulit, traduxit tempus statutum, vel locum notum. Nonnulli interpretantur, vocauerunt illum Pharaonem regem Ægypti regem multitudinis magnę. nam vox regem, ait Rab. Dau. est vice duarum. Transire fecit tempus pręscriptum, quod nimirum assignauerat regi Babylonis, vt egrederetur ad pugnam, quòd metu esset perculsus, & consternatus. Rab. Salo. Vocauerunt, vel conclamauerunt ibi, scilicet in prælio, Babylonij per pręconem, vel fœcialem, Pharao rex Ægypti strepitus. figuratè, & per Sarcasmũ scõmate, & conuitio istiusmodi eum perstingentes, quia scilicet attolebat vocẽ strepitus sui in tumultu, dũ gloriaretur in copijs suis. trãsire fecit tempus statutum, ad pugnam nempe. Alij exponunt, Clamauerũt illic Pharao Rex Ægypti, designator temporũ, idest Deus, misit vastitatem per terram, nempe Ægypti. Alij, Tempus à Deo constitutum adduxit multitudinem Chaldęorum, ad te destruendum. *Sicut Thabor in montibus, & sicut Carmelus in mari veniet.* ita etiam Septuag. Theodoretus exponit, quasi dicat, Ne dubitaueris: quemadmodum enim cõfitentur omnes absq; dubio Thabor esse mõtem, eumq; & Carmelũ esse mari proximum, ita prædictio continet veritatem. Chald. Paraph. Sicut verũ est verbum hoc, quòd Thabor est in montibus, & sicut Carmelus in mari, sic veniet interitus eius. vel, sicut Thabor situm esse in regione montana verũ est,

& Car-

& Carmelum discurrere in mare, sic verè hæc Ægyptijs euenient. *Vasa transmigrationis fac tibi*, hoc est, fac tibi sarcinas: transmigrabis enim. *Vitula elegans, atq; formosa Ægyptus; stimulator ab Aquilone veniet ei.* Septuag. vitula ornata Aegyptus; euulsio ab Aquilone veniet super eam. Theodo. His verbis declarauit illius indomitam, & iugi expertam naturã, atq; delicias: & magnam eorum arguens imbecillitatem, ostendit vel paucis etiam aduenientibus hostibus eos resistere nõ potuisse. Chald. Paraph. Regnũ speciosum fuit Aegyptus; populi interfectores venient ab Aquilone contra eam, ad eam diripiẽdam. Pro eo quod nos habemus, *stimulator*, in Heb. est, קרץ cheretſ. excisionem, iugulationem significat. potest etiam verti stimulator, nam verbum קרץ charatſ, excidere, succidere, annuere, & innuere significat. stimulator autẽ veluti innuit. Transtulit autem, stimulator, noster interpres persistendo in metaphora: vitulam enim speciosam vocauit Aegyptum: veniet ergo (ait) Chaldæus, qui veluti stimulator eam faciet migrare. De migratione enim loquutus est Propheta superiori versu, & in sequenti de fuga loquitur. Vocatur autem Aegyptus vitula propter Apin, quem Aegyptij colebant, sicut suprà diximus. *Mercenarij quoque eius.* De militibus mercenarijs loquitur, qui cum diu otio vacassent, erant veluti vituli saginati, & aduentante hoste, terga dederunt. Chaldai. Paraph. principes eius. *vox eius quasi æris sonabit.* Septuagin. vox eius quasi serpentis sibilãtis. Theodo. de Aegyptijs interpretatur. Proprium, inquit, est miserorũ gemere & sibilare. Chal. Paraph. vox collisionis armorum eorum quasi serpentum raptantium. nõ satis ex-

plicat,

plicat an de Ægyptijs, vel de Chaldæis intelligat. In Heb. נחש כנחש chanachas, quasi serpētis, vel quasi ęris. nã eadē vox serpētē, & æs, vel chalybē significat. vt autē strepitũ armorũ significaret, noster interpres ęs trãstulit. *Quoniã cũ exercitu properabũt.* Sic Chal. Par. Sep. quia in arena ambulabunt. Theodo. Ex his debilitatē eorũ innuit; Et enim Dominus audiētem verbum suum & non facientem cõparat viro qui domum suam ędificat super arenam. Vox Heb. חיל chaũl, exercitum, & robur significat. חול chol, autem vicina vox arenã significat: vt facilè propter vocum vicinitatem potuerit error esse. *Succiderũt saltum eius.* Theodo. de Aegypto interpretatur: quam dicit assimilari saltui, & hostes syluæ cæsoribus. *Qui supputari non potest.* hoc est, exercitus qui numerari non potest. sic statim. Multiplicati sunt super locustas, & nõ est eis numerus. Theo. de Aegyptijs intelligit. In Heb. כי chi, quę dictio quoniã, & quia significat: Septuag. quia, habent. Sic etiã Chal. Par. Idem est sensus, siue quia, siue quę legas. Nõnulli interpretantur, succiderunt eam, vt syluam, ait Dominus: eò quòd non erit tantæ cęsionis inuestigatio. *Super tumultum Alexandriæ, & super Aegyptum.* Septuag. Ecce ego vlciscar Ammon filium eius super Aegyptum. Theodoretus. Aegyptij Iouem vocant Ammona, à quo etiã regio Ammoniaca nominata est. Huic autē delubrũ magnũ extruxerũt. Filiũ autē eius vocat Ammona, eò quòd ab ipsa cõstitutus sit Deus: Simulachrũ enim est manu factũ. Minat ergo se traditurũ Babylonijs solum Ammona, necnon alios Deos eorum. Chald. Paraph. habet sicut & nostra. In Heb. pro *tumultu*, est אמון amon: nutritũ & educatum significat.

Mat. 7. d.

cat. Sic Prouer. 8. vbi nos legimus, cuncta componēs, in Heb. est eadem dictio, quæ in hoc loco. Vnde non nulli trāsferūt, nutritus & educatus. Sed noster inter pres pro artifice perito & certo, atq; in arte sua fido, & exercitato sumpsit: q significauit trāsferēs, cuncta cōponēs. Alij trāsferunt, veluti pedagogus. Significat etiā, amō, multitudinē. Vnde Cap. 52. vbi nos legim⁹, & cęteros de multitudine, est eadē dictio. Sic Nahum 3. vbi nos legimus, Nūquid melior est Alexandria po pulorū. Sic sumitur in hoc loco: nā tumultus pro mul titudine sumit. Pro *Alexādria*, in Heb. 83. no. vrbē Ægypti interpretātur, quā noster interpres Alexandriā dixit. Alij Mēphin, vel Syenē, vel Thebas. Alij transfe rūt, Ecce ego visito Amō de No, intelligētes Amō re gē Alexādriæ. Alij, Ecce ego visito vulg⁹ Alexādrinū. *Et post hæc habitabitur sicut diebus pristinis*. Nēpe Ægypt⁹. post vastationē enim, quę facta est à Chaldæis, reuersi sunt in terrā suā Ægyptij, qui dispersi fuerāt, post finē quadraginta annorū, vt habes Ezech. 29. vbi dicit. Et erūt ibi in regnū humile. Et inter cętera regna erit hu milima. *Et tu nō timeas serue me⁹ Iacob, et ne paueas Israel*. Prospera Israeli promittit, & reditū è Babylone. Hęc omnia vsq; in finē Cap. habes supra Cap. 30. vide ibi.

ARGVMENTVM.

Prophetia contra Palæsthinos & confines eorum.

¶ CAP. XLVII.

QVOD factum est verbū Domini ad Ieremiam prophetam contra Palæsthinos, antequam percute ret Pharao Gazam: 2 Hæc dicit Dominus, Ecce aquæ ascendunt ab Aquilone, & erunt quasi tor rens inundans, & operient terram & plenitudinem eius vr-

bem

bem & habitatores eius: clamabunt homines, & vlulabunt omnes habitatores terræ, 3 à strepitu pompæ armorum & bellatorum eius, à commotione quadrigarum eius, & multitudine rotarum illius. Non respexerunt patres filios manibus dissolutis. 4 pro aduentu diei in quo vastabuntur omnes Philisthiim, & dissipabitur Tyrus & Sidon cum omnibus reliquis auxilijs suis: depopulatus est enim Dominus Palæsthinos, reliquias insulæ Cappadociæ. 5 Venit caluitium super Gazam: conticuit Ascalon, & reliquiæ vallis earum, vsquequo concideris? 6 O mucro Domini vsquequo non quiesces? ingredere in vaginam tuam, refrigerare, & sile. 7 Quomodo quiescet, cùm Dominus præceperit ei aduersus Ascalonem, et aduersum maritimas eius regiones, ibique condixerit illi?

vlulabit omnis habitator 3 MS. Rab. H. Textui autē cō formiter legunt G. & C.

EXPLANATIO.

QVOD factum est verbum Domini ad Ieremiā prophetam contra Palæsthinos, antequam percuteret Pharao Gazam. Palæsthini, & circumuicini infestabant populum Dei, & de illius calamitatibus gaudebant: vnde iusto Dei iudicio, & ipsi etiā calamitates experti sunt: quod hìc Ieremias prædicit. Facta autem est prophetia hæc, antequam Pharao percuteret Gazam, quę vrbs erat Palęsthinorum. Vide Iud. 16. & 1. Reg 6. Aiunt quidam prophetiā factam eo tempore, quo Nabuchodonosor obsidebat Ierusalem: illa enim obsidio soluta est, vt diximus Cap. 37. recedētibus Chaldæis vt obuiam irent Ægyptijs, quos acceperant venire, vt auxiliū ferrent Iudęis: Rex autem Aegypti non est ausus expectare Chaldæos, sed reuertens in Ægyptum in regressu Gazā diripuit, quæ in finibus Palæsthinorum versus Aegyptū sita erat. Et hoc est quod dicitur, *antequā percuteret Pha-*

rao

rao Gazam. vaſtatio autem, quæ hic prædicitur, ab Aſſyrijs facta eſt. *Ecce aquæ deſcendent ab Aquilone, & erunt quaſi torrens inundans.* De aduentu Chaldæorum loquitur, quorum numeroſum exercitũ aquis comparat, & torrenti inundanti à quo ſubuertuntur vrbes, & delentur incolæ earum. Sic Iſa. 8. Adducet Dominus ſuper eos aquas fluminis fortes, & multas. *A ſtrepitu pompæ armorum.* Septuag. à voce impetus eius, ab armis multis eorum. Chald. Paraph. A voce greſſus vngularum fortium eius. In Heb. שעטת ſahatath. ſonitũ, ſtrepitum, greſſum cum vehementia. פרסות parſoth, vngulas ſignificat. Vnde quidam transferunt, à ſonitu inceſſus vngularum fortium eius. Noſter interpres ſonitum & ſtrepitum vngularum, pompam armorũ interpretatus eſt, quòd vngulæ animãtibus ſint loco armorum. *Nõ reſpexerunt patres filios manibus diſſolutis.* Adeò, inquit, erunt exterriti, vt ne patres quidem de filiorum ſalute futuri ſint ſolliciti. diſſolutio manuum pauorem ſignificat. Hiſpanè dicimus, *Caher ſe las manos de temor.* Chald. Paraph. Non reſpiciunt patres, vt miſereãtur filiorum, propter remiſſionem manuum. Theodo. docet præ formidine patres oblitos eſſe naturæ, filioſq; neglexiſſe. *Et diſſipabitur Tyrus & Sydon, cũ omnibus reliquis auxilijs ſuis.* Theodore. Prædicit Tyrijs & Sidonijs exitium, qui venerant in auxilium Palæſthynorum. Alij transferunt ex Hebr. ad delendum Tyro & Sidoni omnem ſuperſtitem adiutorẽ, quaſi dicat. vaſtabuntur omnes Paleſthini: ſicq; fiet, vt deleantur qui auxilio eſſe ſolebãt Tyrijs & Sidonijs. Vnde ſubditur, *depopulatus eſt enim Dominus Palæſthinos.* Hebraica litera vtrãq; expoſitionẽ admittit. poteſt enim

Tyrus

Tyrus & Sidon per accusatiuum, & per datiuum vert ti. Sep. & Chal. Para. in eundem sensum transferunt, sicut noster interpres. quamuis quod nos legimus, *cũ omnibus reliquis auxilijs suis*, ad Palęsthinos potest referri, quasi dicat, cum omnibus qui auxilio esse solebant Tyro & Sidoni, Palęsthinis nẽpe. Tyr⁹ Heb. צור tsor. ciuitas est maritima, munita, metropolis Phœnices: quondã insula septingentis passibus diuisa à Cõtinente, mari præalto: sed vix credibili opere, comportatis aggeribus per Alexandrum Magnum adiuncta Cõtinẽti. Erat in tribu Nephthalim vicesimo fermè miliario à Cęsarea Philippi. Vide Ios. 19. Sidon vrbs est in Phœnicia ad mare sita in termino Iudæ, à Sidon filio Chanaan condita, eratq; in sorte tribus Aser: sed non possedit eam, quòd non potuerit hostes expellere. Vide Ios. 19. & Iud. 1. *Depopulatus est enim Domin⁹ Palæsthinos, reliquias insulæ Cappadociæ.* Cappadoces & Palęsthini fratres erant ex eadem gente progeniti. Gen. 10. dicitur, ex Chasluim egressos fuisse Philisthiim & Caphorim, qui sunt Cappadoces. Hi in auxiliũ venerunt Palęsthinis, quos vnà cũ illis vastandos prędicit Ieremias. Vocatur autẽ Insula, licèt sit in continenti, quia est maritima: Est enim Cappadocia Asię regio, Pontica, Armenię confinis, quam ab Oriente claudit, à Septentrione longo litore in Euxinum Pontum expanditur, sicut angusto excursu à Meridie Ciliciam attingit, ab Occasu Galatia & Paphlagonia reliqua terminata, nomen accepit à Cappadoce amne: Eius populi antè Leucosyri dicti sunt. Vide Ptolomeũ lib. 5. Cap. 6. Plinium lib. 6. Cap. 3. Strabum lib. 12. Põponiũ Melam lib. 1. *Venit caluitiũ super Gazam.* Theodo. Antiquo splendore

splendore priuabitur. Caluitium frequenter indicat luctũ. Sic infrà. Omne enim caput caluitiũ, & omnis barba rasa erit. &c. Suetonius scribit apud antiquos barbæ capitisq; rasuram luctus indicium fuisse. Suprà Cap. 41. habes octoginta viros venisse de Sichem rasos barba; in signum luctus propter vastatam Ierusalem. Chald. Paraph. Peruenit vindicta habitatoribus Gazæ. Expilare est etiã diripere, & spoliare: vnde per caluitium expilationem, direptionem, diuitiarũ spoliationem intelligere possumus. *Conticuit Ascalon; et reliquiæ vallis earum.* Septua. Proiecta est Ascalon, & reliqui vallis earum. Chald. Paraph. Contriti sunt Ascalonitæ, & reliquię roboris eorum. Eadem est sententia: nam quę succiduntur, & pereunt, ad silentium redigũtur. Vnde verbum דמה damah, succidere, excidere, deficere, & silere significat. Per reliquias vallis, eos intelligit, qui in valles propè Ascalon & Gazam se receperant: erant enim Gaza, & Ascalon in locis editis. Erat autem Ascalon ciuitas ampla Palęsthinæ, siue vt Iosephus ait lib. 5. Antiq. Cap. 3. superioris Idumææ, quam Iudas expugnauit. Iud. 1. Accepit nomẽ à Conditore Ascalo Hymenæi filio, Stephano teste. *Vsquequo concideris?* In Heb. incides te, vel lanies te. sub. præ luctu. Sic Chald. Paraph. Septuag. coniungunt cũ sequenti versu. Vsq; quo incides gladius Domini? vt sermo sit ad gladium; per quẽ Nabuchodonosorẽ intelligit, vt interpretatur Theo. Vocat autẽ Nabuchodonosor gladiũ Dñi, quòd permittẽte Deo ista fecerit, vt impij de se mutuas soluerent impietatis pœnas. *O mucro Domini vsquequo nõ requiesces, ingredere in vaginam tuã, et refrigerare, et sile.* Prosopopœia est, idest pſonę fictio. Allo

Inf. Cap. 48.

quitur

quitur gladium quasi rem animatam. Vel Nabuchodonosorem intelligit per metaphoram. ingredi in vaginam est, cessare à cæde. Idem significatur per id, quod subditur. *Quomodo quiescet, cùm Dominus præceperit ei aduersùs Ascalon, et aduersus maritimas eius nationes.* Theod. Prosopopœia est, vt doceret apertiùs creaturam non carere gubernatore: sed factorem eius omnibus præesse; qui interdum quidem suppeditat ipsis copiam bonorum: quandoq; verò permittit, vt delabantur in calamitates. *ibiq; condixerit illi?* Chald. Para. ibiq; præparauit eum. Verbum Heb. יעדה iehadah, constituere, condicere, designare significat. Rab. Dau. exponit, Constituit illi tempus. Condixit ergo, vel constituit gladio, vt grassaretur: & propterea quiescere non potest: oportet enim, vt mandato Dei obtemperet.

ARGVMENTVM.

Prophetizat vastationem Moab, & vrbium eius.

¶ CAP. XLVIII.

AD Moab. Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel, Væ super Nabo, quoniam vastata est & cõfusa: capta est Cariathaim: confusa est fortis, et tremuit. 2 Nõ est vltrà exultatio in Moab contra Hesebon: cogitauerunt malum, Venite & disperdamus eam de gẽte. ergo silens conticesces, sequeturque te gladius. 3 Vox clamoris de Oronaim: vastitas, et cõtritio magna. 4 Cõtrita est Moab: annũtiate clamorem paruulis eius. 5 Per ascensum enim Luith plorans ascendet in fletu: quoniam in descensu Oronaim hostes vlulatum contritionis audierunt. 6 † Fugite, saluate animas vestras: & eritis quasi myricæ in deserto. 7 Pro eo enim quòd habuisti

† Sup. 17 6.

biuisti fiduciam in munitionibus tuis, et in thesauris tuis, tu quoque capieris: & ibit Chamos in transmigrationem, sacerdotes eius, & principes eius simul. 8 Et veniet prædo ad omnem vrbem, & vrbs nulla saluabitur: & peribunt valles, & dissipabuntur campestria: quoniam dixit Dominus, 9 Date florem Moab, quia florens egredietur: & ciuitates eius desertæ erunt & inhabitabiles. 10 Maledictus qui facit opus domini fraudulenter, & maledictus qui prohibet gladium suum à sanguine. 11 Fertilis fuit Moab ab adolescentia sua, & requieuit in fæcibus suis: nec transfusus est de vase in vas, & in transmigrationem non abijt: idcirco permansit gustus eius in eo, & odor eius non est immutatus. 12 Propterea ecce dies veniunt, dicit Dominus: & mittam ei ordinatores & stratores laguncularum, & sternent eum: & vasa eius exhaurient, & lagunculas eorum collident. 13 Et confundetur Moab à Chamos, † sicut confusa est domus Israel à Beth-el, in qua habebat fiduciã. 14 Quomodo dicitis: † Fortes sumus, & viri robusti ad præliandum? 15 Vastata est Moab, & ciuitates illius succenderunt, & electi iuuenes eius descenderunt in occasionem: ait rex, Dominus exercituũ nomen eius. 16 Prope est interitus Moab, vt veniat: et malum eius velociter accurret nimis. 17 Consolamini eum omnes qui estis in circuitu eius: & vniuersi qui scitis nomen eius, dicite: Quomodo cõfracta est virga fortis, baculus gloriosus? 18 Descende de gloria, & sede in siti habitatio filiæ Dibon: quoniam vastator Moab ascẽdet ad te, dissipabit munitiones tuas. 19 In via sta, & prospice habitatio Aroer: interroga fugientem: & ei qui euasit dic, Quid accidit? 20 Confusus est Moab, quoniam victus est: vlulate, & clamate, annuntiate in Arnon quoniam vastata est Moab. 21 Et iudiciũ venit ad terram campestrem: super Helon, & super Iasa, & super Mephaath, 22 & super Dibon, & super Nabo, & super domũ Devlathaim, 23 & su-

† 3 Reg. 12.16.29.
† Isa. 16. 6.
ascẽderunt 14 M S. R. H. Aliàs legitur succiderunt: atq; & hoc vox Heb. significat.
ascẽdit (pręt tẽpo.) 2 M S.H. G. C.
dissipauit 1 M S.H. C.
euertẽs G.

per Cariathaim, & super Beth-gamul, & super Beth-maō, 24 et super Carioth, et super Bosra: & super omnes ciuitates terræ Moab, quæ longè et propè sunt. 25 Abscissum est cornu Moab, & brachium eius contritū est, ait Dominus. 26 Inebria te eum, quoniam contra Dominum erectus est: & allidet manū Moab in vomitu suo, & erit in derisum etiā ipse. 27 Fuit enim in derisum tibi Israel, quasi inter fures reperisses eum. propter verba ergo tua quæ aduersum illum locutus es, captiuus duceris. 28 Relinquite ciuitates, & habitate in petra habitatores Moab, & estote quasi columba nidificans in summo ore foraminis. 29 Audiuimus superbiam Moab (superbus est valde) sublimitatem eius & arrogantiam, & superbiam, & altitudinem cordis eius. 30 Ego scio, ait Dominus, iactantiam eius: & quòd non sit iuxta eam virtus eius, nec iuxta quod poterat conata sit facere. 31 Ideo super Moab eiulabo, & ad Moab vniuersam clamabo, ad viros muri fictilis lamentantes. 32 De planctu Iazer plorabo tibi vinea Sabama: propagines tuæ transierunt mare, vsque ad mare Iazer peruenerunt: super messem tuam, & vindemiam tuam prædo irruit. 33 † Ablata est lætitia & exultatio de Carmelo & de terra Moab, et vinum de torcularibus sustuli, nequaquam calcator vuæ solitum celeusma cantabit. 34 De clamore Hesebon vsq; Eleale et Iasa, dederunt vocem suam: à Segor vsque ad Oronaim vitulam conternantem: aquæ quoque Nenrim pessimæ erunt. 35 Et auferam de Moab, ait Dominus, offerentē in excelsis, et sacrificantem dijs eius. 36 Propterea cor meū ad Moab quasi tibia resonabit: et cor meū ad viros muri fictilis dabit sonitum tibiarum: quia plus fecit quàm potuit, idcirco perierunt: 37 † Omne enim caput caluitiū, et omnis barba rasa erit: in cunctis manibus colligatio, et super omne dorsum ciliciū. 38 Super omnia tecta Moab, et in plateis eius omnis plāctus. quoniā contriui Moab sicut vas inutile, ait Do-*

†Isai.16.

vitula conternātē M S.Q.n. cōsisternātē O.

*æris O.

†Isa.15,2 Eze.7,18

ait Dominus. 39 *Quomodo victa est, et vlulauerũt? quomodo deiecit ceruicem Moab, et confusus est? eritque Moab in derisum et in exéplũ omnibus in circuitu suo.* 40 *Hæc dicit Dominus: Ecce quasi Aquila volabit, & extendet alas suas ad Moab.* 41 *Capta est Carioth, et munitiones cõprehensæ sunt: et erit cor fortium Moab in die illa sicut cor mulieris parturientis.* 42 *Et cessabit Moab esse populus: quoniam cõtra Dominũ gloriatus est.* 43 *Pauor et fouea et laqueus super te ò habitator Moab, dicit Dominus.* 44 † *Qui fugerit à facie pauoris cadet in foueam: et qui conscenderit de fouea, capietur laqueo. adducã enim super Moab annũ visitationis eorũ, ait Dominus.* 45 *In vmbra Hesebon steterũt de laqueo fugientes: quia ignis egressus est de Hesebon, et flamma de medio Siõ: et deuorauit partem Moab, et verticem filiorum tumultus.* 46 *Væ tibi Moab, peristi popule Chamos: quia comprehẽsi sunt filij tui, et filiæ tuæ in captiuitatem.* 47 *Et conuertam captiuitatem Moab in nouissimis diebus, ait Dominus. Hucusque iudicia Moab.*

† Isai. 24. 28.

EXPLANATIO.

AD *Moab.* Hoc est, de Moabitis: vt sit titulus prophetiæ. Vel coniũge cum sequentibus. Ad Moab hęc dicit Dominus &c. Moab filius fuit Loth ex filia maiore Gen. 19. ab eo vrbs Arabię, quę teste Eusebio Areopolis dicta est, & regio nomen acceperunt. fuit afflicta ab Assyrijs, & à Chaldęis. de vtraq; sermo est hic, & etiã apud Isai. 15 & 16. Cap. *Væ super Nabo, quoniã vastata est & cõfusa.* prę teritũ pro futuro vastabit. Nabo ciuitas erat in terra Moab in tribu Rubẽ Num. 32. Est etiã nomen mõtis, & nomẽ Idoli Isa. 46. *Capta est Cariathaim.* vrbs est Moabitarũ in Tribu Rubẽ Ios. 13. Nũ. 32. de qua Ezech. 25. vbi gigãtes habitarũt. Gẽ. 14. Inter vrbes Nephthalim.

Leuitis cõcessas eēsetur.1.Paral.6.D.Hier.in Eclogã describit eam iuxta Medebam vrbem Arabiæ, & vocari Coraiatha. *Confusa est fortis.* In Heb. המשגב hamisgab. Quidam nomen vrbis esse volunt. Sic Rab. Dau. & Theodoretus. Alij, ciuitas in excelso sita, interpretantur. Septuag. confusa est fortitudo. Chal. Paraph. Confusi sunt à domo fiduciæ suæ. Dictio Hebræa à verbo שגב sagab, exaltationem, locum eleuatum, refugium, locum hostibus inaccessum quò sese homines recipiunt, vt tuti sint ab hoste: sicut Latinè arx dicta est, ab arcendo hoste. Nomen est mascul. & verbũ fœm. Vnde subaudiri volũt aliquid: vt, cõfusa est quę sita est in excelso, vel quę est propugnaculum, vel fortis. *Non est vltrà exultatio in Moab.* Chald. Paraph. Non est vltra laus Moab, perijt eius gloria. *Contra Esebon cogitauerunt malum.* Quidam legunt, Cõtra Esebon, hoc est, Prophetia de Esebon. Et sequitur, Cogitauerunt malum &c. Chald. Paraph. In Æsbon cogitauerũt cõtra eam malum, potest etiam cum distinctione legi. Septuag. iuxta Bib. Reg. legunt, coniungentes cum superiore sentẽtia: Non est vltra exultatio Moab in Esebon. hoc est, non vltrà gloriabitur Moab in Esebõ. Theodoretus legit. Non est vltrà medicamen Moab: insolentia in Esebon. & exponens ait. Erant vrbes pręclaræ, de quibus gloriabantur Moabitæ. Gen. 46. inter filios Gad filij Iacob annumeratur Esebõ. & 1. Paral. 8. inter filios Bela filij Beniamin annumeratur Esebõ. *Ergo silens cõticesces.* hoc est, vastaberis. Quod autẽ subditur, *sequeturq; te gladius,* significat ne fuga quidẽ salutẽ esse adepturos, vt interpretatur Theo. Alij trãsferũt, etiã Madmẽ silebis, vel succidẽris, ita vt sit nomẽ

vrbis,

vrbis. Vox Heb. מדמן madmen, silens, vel tacens exponi potest, sicut noster habet interpres, à verbo דמם damam, quod tacere, & silere significat, *Vox clamoris de Oronaim*. Sub. audietur. Duplicem Oron interpretantur nõnulli, erat enim Oron superior, & inferior, duæ vrbes Moabitarum. *Contrita est Moab, annunciate clamorẽ paruulis eius*. Chal. Paraph. annunciauerunt clamorem dominatores eius. Alij transferunt, Auditum facient clamorem minores eius. Intelligunt autem per minores, nobiles inferioris ordinis à regibus, quos minores vocat Propheta per ignominiã, quòd miseriores plebeijs futuri essent. *Per ascensum enim Luith plorans ascendet in fletu*. Sub. vir. quasi dicat, qui vertentur in fugam de Chaldæis, cum lachrymis ascendent in Luith locũ excelsum, vt ibi tuti esse possint. Luith Lyra vult mõtem esse in Moab. Eusebius vicũ inter Areopolin & Ioaran. Alij inter Petrã & Segor. *quoniam in descẽsu Oronaim hostes vlulatum contritionis audierunt*. hoc est, cùm descenderent ab Oronaim, vel cùm redirẽt hostes ad Oronaim, audierunt clamorem. Chald. Paraph. Nam per descensum Oronaim clamorem confractorum à prælio nunciabunt. *Fugite, saluate animas vestras, & eritis quasi myricæ in deserto*. Hortatur ad fugam, & vt se contineant in deserto, ne in hostium manus veniant. Septuag. Et eritis quasi asinus agrestis in deserto. Chald. Paraph. Estote sicut turris Aroer, & sicut qui morantur in tentorijs in deserto. Vide suprà Cap. 17. Hebr. ערוער haroer. nomen est ciuitatis Moab: sed & myricam, vel iuniperum significat. Aiunt quidam ex Strabone hoc etiã nomine vocari regionem arenosam & sterilem, quã Arabes Scenitæ Camelorũ pastores ha

birent, quæ frequenter acanthos & myricas profert: deniq; afflictum, & abiectum hominē significat. Psal. 101. vbi nos legimus, Respexit in orationem humiliū. in Heb. est, ad orationem myricæ. hoc est, solitarij, vel pauperis, & debilis: arbuscula enim illa per metaphoram debiles, miseros, & afflictos denotat. Significat etiam hominem excitantem se: vnde nonnulli sedulū vertunt. respiciet ad orationem excitantis se, vel seduli, & diligētis, nempe ad orationē. *Et ibit Chamos in trās migrationem* Chamos idolum erat Moabitarum. Vide Nu. 21. 3. Reg. 11. & 4. Reg. 23. Sūt qui hinc ductū conijciant Græcum κῶμος, qui deus fuit temulētiæ, quo nomine etiam commun procacius significatur, & cantationes, ac saltationes lasciuæ, vnde & κωμάζειν, & comœdia. D. Paulus ad Rom. 13. hoc nomine græco vtitur, pro quo nos comessationibus legimus. *Date florē Moab, quia florens egredietur.* Septuag. Date signa Moab, quia plaga succendetur. Theodo. Prædicit summam desolationem, quasi dicat. Erit deserta Moab, vt necessum sit signa ponere, sicut fieri solet in desertis locis, & nulli prorsus peruijs, vbi lapidibus erectis via demonstratur. Chal. Paraph. Auferte coronam à Moab, quia transmigrando transmigrabit. In Hebr. pro eo quod nos habemus, florem, est ציץ tsits. florem, & alā significat, & coronam. Quidam transferunt, Date alā Moab, quia volando volabit. Sed quia verbū ציץ tsaiats. significat etiam extare, prominere, dictio ציץ tsits, potest significare signa quæ prominent: in qua significatione acceperunt Septua. Nos verò nostram sequē do literam sic interpretabimur. Quantumcúnq; fuerit florida Moab, illustris, nobilis, diuitijs affluens, florens.

rens egredietur, hoc est, non diutiùs durabit eius gloria, sed adhuc florens vastabitur, & migrare cogentur incolæ eius, *Maledictus qui facit opus Dei fraudulenter, & maledictus qui prohibet gladium suum à sanguine*. Hoc est, Maledictus qui fraudulenter & dolosè se gesserit in vastāda Moab, & qui prohibuerit gladiū suū à sanguine Moabitarum, & illis pepercerit. Vocat opus Dei vastationem Moab, quemadmodum superiori Capite vocauit mucronem Domini, quòd hæc omnia mandato Dei fierent. Septuagin. pro *fraudulenter*, transtulerunt, negligenter. idem est sensus. Theodoretus. Si iussu Dei sermo propheticus subdit maledictioni eos, qui negligenter occidunt: quantas nos pœnas exoluemus, si munus spirituale parui penderimus. Sic etiam opus Dei est, quod ait Apostolus. Mortificate membra vestra, quæ sunt super terram. quod ipse diligēter faciebat. Vnde ait, Castigo corp⁹ meū, & in seruitutem redigo. Hic est gladius, de quo Christus, Non veni mittere pacē, sed gladiū, qui deuorare debet carnes, hoc est, carnales concupiscentias, & opera omnia carnis, quę manifesta esse dicit Apost. Maledictus autē qui opus hoc Dei facit fraudulenter, vel negligēter, & qui prohibet gladiū suū à sanguine. Si enim secundùm carnem vixeritis, moriemini: si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. Et, Qui amat animam suam perdet eam: Et qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam. *Fertilis fuit Moab ab adolescentia sua, & requieuit in fæcibus suis*. Prosperè, ait, & in summa pace huc vsq; egit Moab, neque coactus est migrare, & mutare solum: sed quietus mansit instar vini quod requiescit

Colos 3. à

1. Cor. 9.

Mat. 10.

Gal. 5. d.

Rom. 8. c.

Ioā. 12 d.

bem & habitatores eius: clamabunt homines, & vlulabunt omnes habitatores terræ, 3 à strepitu pompæ armorum & bellatorum eius, à commotione quadrigarum eius, & multitudine rotarum illius. Non respexerunt patres filios manibus dissolutis. 4 pro aduentu diei in quo vastabuntur omnes Philisthiim, & dissipabitur Tyrus & Sidon cum omnibus reliquis auxilijs suis: depopulatus est enim Dominus Palæsthinos, reliquias insulæ Cappadociæ. 5 Venit caluitium super Gazam: conticuit Ascalon, & reliquiæ vallis earum: vsquequo concideris? 6 O mucro Domini vsquequo non quiesces? ingredere in vaginam tuam, refrigerare, & sile. 7 Quomodo quiescet, cum Dominus præceperit ei aduersus Ascalonem, et aduersum maritimas eius regiones, ibique condixerit illi?

vlulabit omnis habitator 3 MS. Rab. H. Textui autē cō formiter legunt G. & C.

EXPLANATIO.

QVOD factum est verbum Domini ad Ieremiā prophetam contra Palæsthinos, antequam percuteret Pharao Gazam. Palæsthini, & circumuicini infestabant populum Dei, & de illius calamitatibus gaudebant: vnde iusto Dei iudicio, & ipsi etiā calamitates experti sunt: quod hic Ieremias prædicit. Facta autem est prophetia hæc, antequam Pharao percuteret Gazam, quę vrbs erat Palęsthinorum. Vide Iud. 16. & 1. Reg 6. Aiunt quidam prophetiā factam eo tempore, quo Nabuchodonosor obsidebat Ierusalem: illa enim obsidio soluta est, vt diximus Cap. 37. recedētibus Chaldæis vt obuiā irent Ægyptijs, quos acceperant venire, vt auxiliū ferrent Iudęis: Rex autem Aegypti non est ausus expectare Chaldæos, sed reuertens in Ægyptum in regressu Gazā diripuit, quæ in finibus Palæsthinorum versus Aegyptū sita erat. Et hoc est quod dicitur, *antequā percuteret Pha-*

vao Gazam. vastatio autem, quæ hic prædicitur, ab Assyrijs facta est. *Ecce aquæ descendent ab Aquilone, & erunt quasi torrens inundans.* De aduentu Chaldæorum loquitur, quorum numerosum exercitũ aquis comparat, & torrenti inundanti à quo subuertuntur vrbes, & delentur incolæ earum. Sic Isa. 8. Adducet Dominus super eos aquas fluminis fortes, & multas. *A strepitu pompæ armorum.* Septuag. à voce impetus eius, ab armis multis eorum. Chald. Paraph. A voce gressus vngularum fortium eius. In Heb. שעטת sahatath. sonitũ, strepitum, gressum cum vehementia. פרסות parsoth, vngulas significat. Vnde quidam transferunt, à sonitu incessus vngularum fortium eius. Noster interpres sonitum & strepitum vngularum, pompam armorũ interpretatus est, quòd vngulæ animãtibus sint loco armorum. *Nõ respexerunt patres filios manibus dissolutis.* Adeò, inquit, erunt exterriti, vt ne patres quidem de filiorum salute futuri sint solliciti. dissolutio manuum pauorem significat. Hispanè dicimus, *Caher se las manos de temor.* Chald. Paraph. Non respiciunt patres, vt misereãtur filiorum, propter remissionem manuum. Theodo. docet præ formidine patres oblitos esse naturæ, filiosq; neglexisse. *Et dissipabitur Tyrus & Sydon, cũ omnibus reliquis auxilijs suis.* Theodore. Prædicit Tyrijs & Sidonijs exitium, qui venerant in auxilium Palesthynorum. Alij transferunt ex Hebr. ad delendum Tyro & Sidoni omnem superstitem adiutorẽ, quasi dicat. vastabuntur omnes Palesthini: sicq; fiet, vt deleantur qui auxilio esse solebãt Tyrijs & Sidonijs. Vnde subditur, *depopulatus est enim Dominus Palæsthinos.* Hebraica litera vtrãq; expositionẽ admittit. potest enim

Tyrus

Tyrus & Sidon per accusatiuum, & per datiuum verti. Sep. & Chal. Para. in eundem sensum transferunt, sicut noster interpres. quamuis quod nos legimus, *cũ omnibus reliquis auxilijs suis*, ad Palęsthinos potest referri, quasi dicat, cum omnibus qui auxilio esse solebant Tyro & Sidoni, Palęsthinis nẽpe. Tyr⁹ Heb. צור tsor. ciuitas est maritima, munita, metropolis Phœnices: quondã insula septingentis passibus diuisa à Cõtinente, mari prœalto: sed vix credibili opere, comportatis aggeribus per Alexandrum Magnum adiuncta Cõtinẽti. Erat in tribu Nephthalim vicesimo fermè miliario à Cęsarea Philippi. Vide Ios. 19. Sidon vrbs est in Phœnicia ad mare sita in termino Iudæ, à Sidon filio Chanaan condita, eratq; in sorte tribus Aser: sed non possedit eam, quòd non potuerit hostes expellere. Vide Ios. 19. & Iud. 1. *Depopulatus est enim Domin⁹ Palæsthinos, reliquias insulæ Cappadociæ.* Cappadoces & Palęsthini fratres erant ex eadem gente progeniti. Gen. 10. dicitur, ex Chasluim egressos fuisse Philisthiim & Caphorim, qui sunt Cappadoces. Hi in auxiliũ venerunt Palęsthinis, quos vnà cũ illis vastandos prędicit Ieremias. Vocatur autẽ Insula, licèt sit in continenti, quia est maritima: Est enim Cappadocia Asię regio, Pontica, Armenię confinis, quam ab Oriente claudit, à Septentrione longo litore in Euxinum Pontum expanditur, sicut angusto excursu à Meridie Ciliciam attingit, ab Occasu Galatia & Paphlagonia reliqua terminata, nomen accepit à Cappadoce amne: Eius populi antè Leucosyri dicti sunt. Vide Ptolomeũ lib. 5. Cap. 6. Plinium lib. 6. Cap. 3. Strabum lib. 12. Põponiũ Melam lib. 1. *Venit caluitiũ super Gazam.* Theodo. Antiquo splendore

ſplendore priuabitur. Caluitium frequenter indicat luctū. Sic infrà. Omne enim caput caluitiū, & omnis barba rasa erit. &c. Suetonius ſcribit apud antiquos barbæ capitisq; raſuram luctus indicium fuiſſe. Suprà Cap. 41. habes octoginta viros veniſſe de Sichem raſos barba, in ſignum luctus propter vaſtatam Ieruſalem. Chald. Paraph. Peruenit vindicta habitatoribus Gazæ. Expilare eſt etiā diripere, & ſpoliare: vnde per caluitium expilationem, direptionem, diuitiarū ſpoliationem intelligere poſſumus. *Conticuit Aſcalon, et reliquiæ vallis earum.* Septua. Proiecta eſt Aſcalon, & reliqui vallis earum. Chald. Paraph. Contriti ſunt Aſcalonitæ, & reliquię roboris eorum. Eadem eſt ſententia: nam quę ſucciduntur, & pereunt, ad ſilentium redigūtur. Vnde verbum דמה damah, ſuccidere, excidere, deficere, & ſilere ſignificat. Per reliquias vallis, eos intelligit, qui in valles propè Aſcalon & Gazam ſe receperant: erant enim Gaza, & Aſcalon in locis editis. Erat autem Aſcalon ciuitas ampla Palęſthinæ, ſiue vt Ioſephus ait lib. 5. Antiq. Cap. 3. ſuperioris Idumææ, quam Iudas expugnauit. Iud. 1. Accepit nomē à Conditore Aſcalo Hymenæi filio, Stephano teſte. *Vſquequo concideris?* In Heb. incides te, vel lanies te. ſub. præ luctu. Sic Chald. Paraph. Septuag. coniungunt cū ſequenti verſu. Vſq; quo incides gladius Domini? vt ſermo ſit ad gladium, per quē Nabuchodonoſorē intelligit, vt interpretatur Theo. Vocat autē Nabuchodonoſor gladiū Dñi, quòd permittēte Deo iſta fecerit, vt impij de ſe mutuas ſoluerent impietatis pœnas. *O mucro Domini vſquequo nō requieſces, ingredere in vaginam tuā, et refrigerare, et ſile.* Proſopopœia eſt, id eſt, pſonę fictio. Allo

Inf. Cap. 48.

quitur

quitur gladium quasi rem animatam. Vel Nabuchodonosorem intelligit per metaphoram. ingredi in vaginam est, cessare à cæde. Idem significatur per id, quod subditur. *Quomodo quiescet, cùm Dominus præceperit ei aduersùs Ascalon, et aduersus maritimas eius nationes.* Theod. Prosopopœia est, vt doceret apertiùs creaturam non carere gubernatore: sed factorem eius omnibus præesse; qui interdum quidem suppeditat ipsis copiam bonorum: quandoq; verò permittit, vt delabantur in calamitates. *ibiq; condixerit illi?* Chald. Para. ibiq; præparauit eum. Verbum Heb. יעדה iehadah, constituere, condicere, designare significat. Rab. Dau. exponit, Constituit illi tempus. Condixit ergo, vel constituit gladio, vt grassaretur: & propterea quiescere non potest: oportet enim, vt mandato Dei obtemperet.

ARGVMENTVM.

Prophetizat vastationem Moab, & vrbium eius.

CAP. XLVIII.

AD Moab. Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel, Væ super Nabo, quoniam vastata est & confusa: capta est Cariathaim: confusa est fortis, et tremuit. 2 Nō est vlterà exultatio in Moab contra Hesebon: cogitauerunt malum, Venite & disperdamus eam de gēte. ergo silens conticesces, sequeturque te gladius. 3 Vox clamoris de Oronaim: vastitas, et cōtritio magna. 4 Cōtrita est Moab: annūtiate clamorem paruulis eius. 5 Per ascensum enim Luith plorans ascendet in fletu: quoniam in descensu Oronaim hostes vlulatum contritionis audierunt. 6 † Fugite, saluate animas vestras: & eritis quasi myricæ in deserto. 7 Pro eo enim quòd habuisti

† Sup. 17. 6.

buisti fiduciam in munitionibus tuis, et in thesauris tuis, tu quoque capieris: & ibit Chamos in transmigrationem, sacerdotes eius, & principes eius simul. 8 Et veniet prædo ad omnem urbem, & urbs nulla saluabitur: & peribunt valles, & dissipabuntur campestria: quoniam dixit Dominus, 9 Date florem Moab, quia florens egredietur: & ciuitates eius desertæ erunt & inhabitabiles. 10 Maledictus qui facit opus domini fraudulenter, & maledictus qui prohibet gladium suum à sanguine. 11 Fertilis fuit Moab ab adolescentia sua, & requieuit in fæcibus suis: nec transfusus est de vase in vas, & in transmigrationem non abijt: idcirco permansit gustus eius in eo, & odor eius non est immutatus. 12 Propterea ecce dies veniunt, dicit Dominus: & mittam ei ordinatores & stratores laguncularum, & sternent eum: & vasa eius exhaurient, & lagunculas eorum collident. 13 Et confundetur Moab à Chamos, †sicut confusa est domus Israel à Beth-el, in qua habebat fiduciã. 14 Quomodo dicitis: † Fortes sumus, & viri robusti ad prœliandum? 15 Vastata est Moab, & ciuitates illius' succenderunt', & electi iuuenes eius descenderunt in occasionem: ait rex, Dominus exercituũ nomen eius. 16 Prope est interitus Moab, vt veniat: et malum eius velociter accurret nimis. 17 Consolamini eum omnes qui estis in circuitu eius: & vniuersi qui scitis nomen eius, dicite: Quomodo cõfracta est virga fortis, baculus gloriosus? 18 Descende de gloria, & sede in siti habitatio filiæ Dibon: quoniam vastator Moab' ascẽdet ad te', dissipabit' munitiones tuas. 19 In via sta, & prospice habitatio Aroer: interroga fugientem: & ei qui euasit dic, Quid accidit? 20 Confusus est Moab, quoniam victus est: vlulate, & clamate, annuntiate in Arnon quoniam vastata est Moab. 21 Et iudiciũ venit ad terram campestrem: super Helon, & super Iasa, & super Mephaath, 22 & super Dibon, & super Nabo, & super domũ Deblathaim, 23 & su-

† 3 Reg. 12.16.29.
† Isa. 16. 6.
'ascẽderunt 14 M S. R. H. Aliàs legitur succiderunt: atq; & hoc vox Heb. significat.
'ascidit (pręt tẽpo.) 2 M S.H. G. C.
'dissipauit 1 M S.H. C.
'euertẽs G.

per Cariathaim, & super Beth-gamul, & super Beth-maō, 24 et super Carioth, et super Bosra: & super omnes ciuitates terræ Moab, quæ longè et propè sunt. 25 Abscissum est cornu Moab, & brachium eius contritū est, ait Dominus. 26 Inebriate eum, quoniam contra Dominum erectus est: & allidet manū Moab in vomitu suo, & erit in derisum etiā ipse 27 Fuit enim in derisum tibi Israel, quasi inter fures reperisses eum. propter verba ergo tua quæ aduersùm illum locutus es, captiuus duceris. 28 Relinquite ciuitates, & habitate in petra habitatores Moab, & estote quasi columba nidificans in summo ore foraminis. 29 Audiuimus superbiam Moab (superbus est valde) sublimitatem eius & arrogantiam, & superbiam, & altitudinem cordis eius. 30 Ego scio, ait Dominus, iactantiam eius: & quòd non sit iuxta eam virtus eius, nec iuxta quod poterat conata sit facere. 31 Ideo super Moab eiulabo, & ad Moab vniuersam clamabo, ad viros muri fictilis lamentantes. 32 De planctu Iazer plorabo tibi vinea Sabama: propagines tuæ transierunt mare, vsque ad mare Iazer peruenerunt: super messem tuam, & vindemiam tuam prædo irruit. 33 † Ablata est lætitia & exultatio de Carmelo & de terra Moab, et vinum de torcularibus sustuli, nequaquam calcator vuæ solitum celeusma cantabit. 34 De clamore Hesebon vsq; Eleale et Iasa, dederunt vocem suam: à Segor vsque ad Oronaim vitulam' cōternantem': aquæ quoque Nenrim pessimæ erunt. 35 Et auferam de Moab, ait Dominus, offerentē in excelsis, et sacrificantem dijs eius. 36 Propterea cor meū ad Moab quasi tibia + resonabit: et cor meū ad viros muri fictilis dabit sonitum tibiarum: quia plus fecit quàm potuit, idcirco perierunt: 37 † Omne enim caput caluitiū, et omnis barba rasa erit: in cunctis manibus colligatio, et super omne dorsum ciliciū. 38 Super omnia tecta Moab, et in plateis eius omnis plāctus. quoniā contriui Moab sicut vas inutile, ait Do-

† Isai. 16.

' vitula conternātē M S.Q.n.

' consternātē o.

+ æris o.

† Isa. 15, 2 Eze. 7, 18

ait Dominus. 39 *Quomodo victa est, et vlulauerũt? quomodo deiecit ceruicem Moab, et confusus est? eritque Moab in derisum et in exẽplũ omnibus in circuitu suo.* 40 *Hæc dicit Dominus: Ecce quasi Aquila volabit, & extendet alas suas ad Moab.* 41 *Capta est Carioth, et munitiones cõprehensæ sunt: et erit cor fortium Moab in die illa sicut cor mulieris parturientis.* 42 *Et cessabit Moab esse populus: quoniam cõtra Dominũ gloriatus est.* 43 *Pauor et fouea et laqueus super te ô habitator Moab, dicit Dominus.* 44 † *Qui fugerit à facie pauoris cadet in foueam: et qui conscenderit de fouea, capietur laqueo. adducã enim super Moab annũ visitationis eorũ, ait Dominus.* 45 *In vmbra Hesebon steterũt de laqueo fugientes: quia ignis egressus est de Hesebon, et flamma de medio Sĩõ: et deuorauit partem Moab, et verticem filiorum tumultus.* 46 *Væ tibi Moab, periisti popule Chamos: quia comprehẽsi sunt filij tui, et filiæ tuæ in captiuitatem.* 47 *Et conuertam captiuitatem Moab in nouissimis diebus, ait Dominus. Hucusque iudicia Moab.*

† Isai. 24. 28.

EXPLANATIO.

AD Moab. Hoc est, de Moabitis: vt sit titulus prophetiæ. Vel coniũge cum sequentibus. Ad Moab hęc dicit Dominus &c. Moab filius fuit Loth ex filia maiore Gen. 19. ab eo vrbs Arabię, quę teste Eusebio Areopolis dicta est, & regio nomen acceperunt. fuit afflicta ab Assyrijs, & à Chaldęis: de vtraq; sermo est hic, & etiã apud Isai. 15 & 16. Cap. *Væ super Nabo, quoniã vastata est & cõfusa.* prę teritũ pro futuro vastabit. Nabo ciuitas erat in terra Moab in tribu Rubẽ Num. 32. Est etiã nomen mõtis, & nomẽ Idoli Isa. 46. *Capta est Cariathaim.* vrbs est Moabitarũ in Tribu Rubẽ Iosu. 13. Nũ. 32. de qua Ezech. 25. vbi gigãtes habitarũt. Gẽ. 14. Inter vrbes Nephthalim.

Leuitis cōceſſas cēſetur. 1. Paral. 6. D. Hier. in Eclogā deſcribit eam iuxta Medebam vrbem Arabiæ, & vocari Coraiatha. *Confuſa eſt fortis.* In Heb. הַמִּשְׂגָּב hamiſgab. Quidam nomen vrbis eſſe volunt. Sic Rab. Dau. & Theodoretus. Alij, ciuitas in excelſo ſita, interpretantur. Septuag. confuſa eſt fortitudo. Chal. Paraph. Confuſi ſunt à domo fiduciæ ſuæ. Dictio Hebræa à verbo שגב ſagab, exaltationem, locum eleuatum, refugium, locum hoſtibus inacceſſum quò ſeſe homines recipiunt, vt tuti ſint ab hoſte: ſicut Latinè arx dicta eſt, ab arcendo hoſte. Nomen eſt maſcul. & verbū fœm. Vnde ſubaudiri volūt aliquid: vt, cōfuſa eſt quę ſita eſt in excelſo, vel quę eſt propugnaculum, vel fortis. *Non eſt vltrà exultatio in Moab.* Chald. Paraph. Non eſt vltra laus Moab, perijt eius gloria. *Contra Eſebon cogitauerunt malum.* Quidam legunt, Cōtra Eſebon, hoc eſt, Prophetia de Eſebon. Et ſequitur, Cogitauerunt malum &c. Chald. Paraph. In Æſbon cogitauerūt cōtra eam malum, poteſt etiam cum diſtinctione legi. Septuag. iuxta Bib. Reg. legunt, coniungentes cum ſuperiore ſentētia: Non eſt vltra exultatio Moab in Eſebon. hoc eſt, non vltrà gloriabitur Moab in Eſebō. Theodoretus legit. Non eſt vltra medicamen Moab: inſolentia in Eſebon. & exponens ait. Erant vrbes pręclaræ, de quibus gloriabantur Moabitæ. Gen. 46. inter filios Gad filij Iacob annumeratur Eſebō. & 1. Paral. 8. inter filios Bela filij Beniamin annumeratur Eſebō: *Ergo ſilens cōticeſces.* hoc eſt, vaſtaberis. Quod autē ſubditur, *ſequeturq́; te gladius,* ſignificat ne fuga quidē ſalutē eſſe adepturos, vt interpretatur Theo. Alij trāsferūt, etiā Madmē ſilebis, vel ſuccideris, ita vt ſit nomē

 vrbis.

vrbis. Vox Heb. מדמן madmen, silens, vel tacens exponi potest, sicut noster habet interpres, à verbo דמם damam, quod tacere, & silere significat, *Vox clamoris de Oronaim*. Sub. audietur. Duplicem Oron interpretantur nõnulli, erat enim Oron superior, & inferior, duæ vrbes Moabitarum. *Contrita est Moab, annunciate clamorẽ paruulis eius*. Chal. Paraph. annunciauerunt clamorem dominatores eius. Alij transferunt, Auditum facient clamorem minores eius. Intelligunt autem per minores, nobiles inferioris ordinis à regibus, quos minores vocat Propheta per ignominiã, quòd miseriores plebeijs futuri essent. *Per ascensum enim Luith plorans ascendet in fletu*. Sub. vir. quasi dicat, qui vertentur in fugam de Chaldæis, cum lachrymis ascendent in Luith locũ excelsum, vt ibi tuti esse possint. Luith Lyra vult mõtem esse in Moab. Eusebius vicũ inter Areopolin & Ioaran. Alij inter Petrã & Segor. *quoniam in descẽsu Oronaim hostes vlulatum contritionis audierunt*. hoc est, cùm descenderent ab Oronaim, vel cùm redirẽt hostes ad Oronaim, audierunt clamorem. Chald. Paraph. Nam per descensum Oronaim clamorem confractorum à prælio nunciabunt. *Fugite, saluate animas vestras, & eritis quasi myricæ in deserto*. Hortatur ad fugam, & vt se contineant in deserto, ne in hostium manus veniant. Septuag. Et eritis quasi asinus agrestis in deserto. Chald. Paraph. Estote sicut turris Aroer, & sicut qui morantur in tentorijs in deserto. Vide suprà Cap. 17. Hebr. כערוער haroer. nomen est ciuitatis Moab: sed & myricam, vel iuniperum significat. Aiunt quidam ex Strabone hoc etiã nomine vocari regionem arenosam & sterilem, quã Arabes Scenitæ Camelorũ pastores ha

rens egredietur, hoc est, non diutiùs durabit eius gloria, sed adhuc florens vastabitur, & migrare cogentur incolæ eius, *Maledictus qui facit opus Dei fraudulenter, & maledictus qui prohibet gladium suum à sanguine*. Hoc est, Maledictus qui fraudulenter & dolosè se gesserit in vastāda Moab, & qui prohibuerit gladiū suū à sanguine Moabitarum, & illis pepercerit. Vocat opus Dei vastationem Moab, quemadmodum superiori Capite vocauit mucronem Domini, quòd hæc omnia mandato Dei fierent. Septuagin. pro *fraudulenter*, transtulerunt, negligenter. idem est sensus. Theodoretus. Si iussu Dei sermo propheticus subdit maledictioni eos, qui negligenter occidunt: quantas nos pœnas exoluemus, si munus spirituale parui penderimus. Sic etiam opus Dei est, quod ait Apostolus. Mortificate membra vestra, quæ sunt super terram. quod ipse diligēter faciebat. Vnde ait, Castigo corp' meū, & in seruitutem redigo. Hic est gladius, de quo Christus, Non veni mittere pacē, sed gladiū, qui deuorare debet carnes, hoc est, carnales concupiscentias, & opera omnia carnis, quę manifesta esse dicit Apost. Maledictus autē qui opus hoc Dei facit fraudulenter, vel negligēter, & qui prohibet gladiū suū à sanguine. Si enim secundùm carnem vixeritis, moriemini: si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. Et, Qui amat animam suam perdet eam: Et qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam. *Fertilis fuit Moab ab adolescentia sua, & requieuit in facibus suis.* Prosperè, ait, & in summa pace hucusq; egit Moab, neque coactus est migrare, & mutare solum: sed quietus mansit instar vini quod requiescit

Colos 3. à *1. Cor. 9.* *Mat. 10.* *Gal. 5. d.* *Rom. 8. c.* *Ioā. 12 d.*

dit.nomini, vrbes, plural.nume. verbum singul.apponitur, per Synthesim Hebræis vsitatã.quasi dicat, quæque earum ascendit, ideſt euanuit.vel, ascendit fauilla ab illis ciuitatibus exuſtis.ſicut de Sodoma & Gomorrha dicitur Gen.19.vel excidit, ideſt cecidit. noſter interpres tranſtulit, ſuccenderunt: quamuis nonnulli codices habeant, aſcenderunt. & ita legitur in Bibl.Reg. *Quomodo confracta eſt virga fortis, baculus glorioſus?* Chald. Paraph. Quomodo confractus eſt rex malignus, dominator tribulãs. Per virgam, & baculum, regem vel regnum Moab intellige: ſceptrum enim regnũ ſignificat, vt diximus in Primum Cap. *Deſcende de gloria, et ſede in ſiti habitatio filiæ Dibon*. Summã rerum penuriam ſignificat, vt non poſſit etiam ſitim extinguere. Dibõ excelſum erat Moabitarũ, vbi colebãtur idola. Num. 21.& Iſa. 15. Eſt etiam vrbs Moabitarum primò, & poſtea Schõ regis Amorrhæorũ in tribu Rubẽ vltra Iordanem ad Orientem poſita. Vide Ioſ.13. *In via ſta, et proſpice habitatio Aroer.* Ciuitas erat Moabitarũ ſita ſuper ripam torrentis Arnon, extructa à filijs Gad. Vide Ioſ.12.& 13.& Iud.11. Sic & Arnon ciuitas etiam erat Moabitarum. Vide Num.21.& Ioſ 12. *Et iudicium veniet ad terrã cãpeſtrem ſuper Elõ, et ſuper Iaſa, et ſuper Mephaat.* Iudicium Dei, ideſt vltio diuina veniet ſuper regionẽ non tantùm montanam, ſed & campeſtrem Moab. Elõ ciuitas fuit in tribu Nephthali. Vide Ioſ.19. Iaſa in tribu Rubẽ. Vide Num.21. Iud.11. Ioſ.13. Sic Mephaat in tribu Ruben. Ioſ.13. *Et ſuper domum Deblathaim.* Ciuitas etiam erat Moabitarum: ſic etiam Bethgamul, & Bethmaon, & Charioth, & Boſra. *Abſciſſum eſt cornu Moab, et brachium eius contritum eſt.* Chal. Para, ſucciſum

rectius est Chal. Para. Adduc super eos, scilicet Moabitas, angustiam, vt sint similes ebrijs, quia cōtra Domini populu magnificati sunt. Ebrietas afflictionē magnam significat, vti diximus suprà Cap. 25. ó Chaldæi, ait, valde & prolixè affligite Moab, vsq; ad amentiam. *Et allidet manū Moab in vomitu suo, et erit in derisum etiā ipse.* Sep. Et applaudet Moab in manu sua, & erit in derisum. Theodore. Cùm Moabitę intellexissent quæ Iudæis acciderāt, subsannabāt, arguentes Deum vniuersorum imbecillitatis. qui deridebat ergo, ait, erit in derisum. Chald. Para. Et triturabuntur Moabitæ in loco suo, & erūt in derisum etiā ipsi. Heb ספק saphach, percutere volā ad volā, siue palmam ad palmam, plaudere, cōplodere, & inuoluere, & collidere significat. Rab. Dau. Plaudet Moab, & inuoluet se, vel vertet in vomitu suo, exponit: vt ebrio cōparet, q inuoluit se, vertit se de latere in latus, dū euomit vinum q bibit. Sic Moab propter multiplices afflictiones faciet, & erit in derisum, quemadmodū ebrij à sobrijs ridentur. *Fuit enim tibi in derisum Israel, quasi inter fures reperisses eū.* Sep. Et ipse & nobis in derisum fuit tibi Israel, si in furtis tuis inuentus sunt, quia debellasti eum. Theodo. legit. Atqui contemptui tibi erat Israel. An in furtis tuis inuentus est? quia oppugnabas eū. exponit autem, Quid ab illo dāni passus cum impetebas? parietū perfossores & prædatores reperisti? ita vt Moab alloquatur, qui Israelem cōtemptui habebat. Chal. Para. Et quia lætati estis super interitū Israel, cùm non peccauerint in vos, quasi inuenti essent inter latrones. In Heb. Et si non derisui fuit tibi Israel? hoc est, Nonne derisui fuit tibi ó Moab Israel? ū in furib' inuētus est? Non eet

inter-

interp̃s sine interrogatione legit. In derisum tibi fuit quasi in furto reperisses eũ. *Relinquite ciuitates, et habitate in petra habitatores Moab, et estote quasi colũba nidificãs in summo ore foraminis.* Hoc est, cogemini relinquere ciuitates, & habitare in rupiũ foraminibus, & in cauernis vt columbæ. Chal. Paraph. Estote sicut columba, quę dimittit ostium columbaris sui, & descendit, & moratˉ in pauimento laci. pro *in summo ore foraminis.* Heb. כעבר יפוחת cheheberephi phachath in lateribus oris foueæ. Vox עבר heber latus, vlteriorem partem, superiorẽ partem significat, à verbo עבר habar, quod trãsire, superare significat. Noster interpres, in summo ore foraminis, transtulit, hoc est, in superiori parte cauernæ. quasi dicat, quemadmodum columba nidum cõstruit in superiore loco orificij cauernę, vt securiùs ibi manere possit. *Audiuimus superbiam Moab.* hoc est, Intelleximus, vel norunt omnes. *Ego scio, ait Dominus, iactantiam eius, eò quòd non sit iuxta eam virtus eius; nec iuxta quod poterat conata sit facere.* Hoc est, Non tãtum potest, quantum sibi arrogat. Septuag. Ego autem cognoui, dicit Dominus, opera eius: nonne sufficiens eius non sic fecit? hoc est, qui potens inter illos erat, non sic fecit, quemadmodum iactabat: aduentante enim hoste aufugit. Theodo. legit. Nonne iuxta sufficientiam ipsius, sic & brachia eius. & exponens ait. Ostẽdit factũ verborũ ipsa rerum experientia conuictum esse: non enim ita fecit sicut loquebatur: ante bellũ enim magna cum arrogantia minabatur se fortiter facturũ, videns autem hostes fugit. Chal. Paraph. Corã me manifesta sunt, dicit Dominus, opera principum eorum: & non sunt recti nobiles eorum, nec fecerũt quod decebat.

tebat. Pro, *iactantia*, in Heb. עברתו hebratho. ardorem irę eius, excandeſcentiam, furorem eius, trãsferre poſſumus. Noſter interpres arrogantiam tranſtulit, quæ ſcilicet homines iracundos, & contumaces facit. Pro *eo quòd nõ ſit iuxta eã virtus eius.* Hebr. & non firmus, vel non ſtabilis, vel non ita. ſub. ſicut iactat. Senſum reddidit noſter interpres. Quod verò ſubdit, *nec iuxta quod poterat conata ſit facere*, in Heb. filij ei⁹, vel mẽdacia eius, vel fortes eius non ita fecerunt. ſub. vt loquuti ſunt. idem eſt ſenſus cum noſtra litera. *ad viros muri fictilis lamentantes.* Septuag. Clamate ad viros muri fictilis ſiccitatis. Theodo. legit, vlulate ſuper viros murorum, tonſos ſiccitatis, ideſt, qui muris olim vtebãtur, & mœnibus; nunc autem detonſi ſunt quantùm ad priſtinorũ dierum proſperitatem, & ſqualore circundati. Syrus, ait, ita interpretatus eſt, Capita eorum erant raſa; & barbæ eorum raſæ. is erat captiuorum habitus. Chald. Paraph. Super viros ciuitatis fortitudinis eorum dolebunt. In Heb. Chircheres. nomen ciuitatis volunt aliqui eſſe. Sic Iſa. 16. fortè ſic dicta, quòd muri ei⁹ eſſent fictiles. Sic etiam infrà hoc eodem Cap. *De planctu Iazer plorabo tibi vinea Sabama.* Hoc eſt, vaſtaberis ſicut Iazer: & plorabo ſuper te, ſicut ploraui ſuper Iazer. Theodo. Meminit, ait, cuiuſdam Hiſtoriæ, & declarauit lamentationis exceſſum. Iazer vrbs erat Moab, quam conſtruxerunt filij Gad. Vide Num. 21. & Ioſ. 13. Sabama locus erat vinetis abundans in vicinia Iazer: ideo ait, vinea Sabama. Vide Iſa. 16. Ioſ. 13. Nume. 32. Chald. Paraph. Idcircò ſicut adduxi exercitum cõtra Iazer, ſic adducam interfectores contra Sibnia. *Propagines tuæ tranſierunt mare, vſq; ad mare Iazer peruenerunt.*

sub. pro

sub.propagines Iazer. quasi dicat. Ciues tui trãs mare abducẽtur, & peius illis erit, quã ciuibus Iazer, qui ad mare tantùm peruenerũt. Theodo. amplitudinem vineæ comparat mari. *Nequaquam calcator vuæ solitum celeusma cantabit.* Depopulante nempe hoste vniuersa, lętum carmen in eiulatum vertetur. De nomine celeusma vide supra Cap. 25. *De clamore Hesebõ, &c.* Hoc est, qui ab vna ciuitate fugient, continuabunt vociferationem vsq; ad vrbes vicinas. *Oronaim vitulam conternantem* hoc est, ternam, vel tertiam. Septuag. trimã. Chal. Paraph. Vitula triennis grandis. Heb. עֶגְלַת שְׁלִשִׁיָּה selisiiah. triennem, vel trimam. Rab. Dau. vitulam magnam filiam trium annorum, quæ est bona. Sic Moab plena fuit omni bono, quãdo venit super eam malum. Rab. Sal. vitulam fortem, sicut vitula trima: aut vitulã principem, i. magnam. vel tertiaria, hoc est, quæ tertio puerperio effæta est. vel tertij ordinis, quasi illud obseruatum sit ab antiquis illis hominibus rei & artis pastoralis peritissimis, in stabulandis suis gregibus, & armentis, vt quædam in illis essent quæ primas, quædam quæ secundas, quædam quę tertias obtinerent: ita vt illud certis locis & spatijs designaretur. *aquæ verò Nemrim pessimæ erũt.* Regio erat irrigua in Moab Nemrim. propter vastitatem autẽ pessimæ, ait, erunt aquę, mixtæ nempe sanguine interficiendorum, aut propter cadauera quæ in aquas proijcientur. Septuag. Et aqua Nembrim in combustione erit. Chald. Paraph. quia etiam aquę Nemrim in desolatione erunt. Heb. לְמְשַׁמּוֹת limśamoth in desolationes, in turpitudines, perditiones. hoc est, pessimæ erunt, vel desolatæ manebunt consumptis habitatoribus, quibus visui esse solebant.

lebant. vel per aquas, regionē aquis abundātem intel lige. *Propterea cor meū ad Moab quasi tibia resonabit.* Hoc est, Propter calamitatem Moab, quæ grauissima erit, cor meum ędet vocem lugubrem, instar tibiarū quibus carmina funebria canuntur. Septuag. Propterea cor Moab quasi tibiæ resonabunt. Chald. Para. Propterea in corde suo Moabitæ quasi cithara sonabunt. In Heb. habetur, sicut nostra litera habet. *quia plus fecit, quàm potuit.* sub. defendere. quasi dicat, plura acquisiuit quàm potuerit conseruare, & defendere. vel plus facturam iactauit, quàm potuit opere perficere. Sep. ideo quę acquisiuit, perierunt ab homine. Chald. Paraph. ideo reliquæ facultates eorum quas possederūt, diripientur. In Heb. יתרת iithrath. abundantiam, substantiam, opes, & amplius significat. possumus ergo transferre, idcirco substantiam, aut opes fecit. i. congregauit. perierunt. Noster interpres trāstulit, *quia plus fecit.* Quod vero sequit̄, *quàm potuit,* additū est tāquam subaudiēdū in Heb. propter linguæ Heb. concisionē. *Omne enim caput caluitiū, et omnis barba rasa erit: ī cūctis manibus colligatio, & super omne dorsum ciliciū.* Magnus quidā luctus significat̄. vel eorū, qui captiui ducēdi erant, habitū exprimit, vt interpretatur Theo. Pro. *in cunctis manib⁹ colligatio.* Sep. Et oēs manus incidētur. Chal. Para. in cūctis turmis cōturbabūtur. Vox Hebr גדדת gedudot, incisiones, dilacerationes significat. Quidā exponunt de dilaceratione, qua quis propter tristitiā & mœrorē manus mordet, & dilacerat dētibus, vel vnguibus. potest etiā de dilaceratione, quę vinculis fit, interp̄tari, dū quis manus habet ligatas, & sic exponi potest nr̄a litera. *Ecce quasi aquila volabit,* de hoste loquit̄,

quem

quem aquilæ volanti ad prædam; & expandenti alas comparat. Vnde Chal. Paraph. Ecce ſicut aquila quæ volat, ſic aſcendet rex cum exercitu ſuo, & caſtrametabitur ſuper Moab. Sic Ezech. Nabuchodonoſor aquilæ comparat. Lyra ait prædici hìc vaſtationem à Chaldæis. *Sicut cor mulieris parturientis.* hoc eſt, plenum dolore, & mœrore. *Pauor, & fouea, & laqueus.* Varia calamitatũ genera intellige: vt qui vnam effugerit, in aliam incidat. Sic Amos. 5. Quomodo ſi fugit vir a facie leonis; & occurrat ei vrſus: & ingrediatur domũ, & innitatur manu ſua ſuper parietem, & mordeat eum coluber. *In vmbra Heſebon ſteterunt de laqueo fugientes, quia ignis egreſſus eſt de Heſebõ, & flamma de medio Seõ, & deuorabit partem Moab, & verticem filiorum tumultus.* Theodoretus. Prędicit etiam ipſorum bellum inteſtinũ. Ad Heſebon confugerant nonnulli, quòd munitiſſima vrbs eſſet, & etiam ad Seon: ſed hoſtis utrãq; incendit vrbem, & conſumpti ſunt ab igne qui eò cõfugerant. Per verticem filiorum tumultus, Moabitas primi ordinis interpretantur nonnulli. Chal. Paraph. per partem Moab, principem Moab intelligit: & per verticem filiorum tumultus, nobiliores filiorum turbæ. In Heb. primo loco eſt פאת peath. extremitatem, angulum, & ducem vel principem ſignificat. diximus de hac voce ſuper Cap. 9. & 26. ſecundo loco eſt קדקד chadchod. verticem ſignificat: & ſumitur pro capite, à parte totum ſignificando. & quia pręfecti, & principes, & reges capita ſunt in populis, principes & reges etiam ſignificat. Pro, *tumultus.* in Hebr. eſt שאון. Saon, quod nomen proprium eſſe quidam exiſtimãt: vnde interpretantur, verticem filiorum Seon. Chald.

Ezech. 17

Paraph.

Paraphra. Pro eo quòd abierunt habitatores Hesbō, & bellatores sicut flamma de medio Sehon: & interfecerunt principes Moab, & nobiliores filiorum turbæ. Et iuxta hanc interpretationem exponunt quidam. Stabunt qui fugerint sub vmbra Esebō: nam exibant olim, quando scilicet Esebō erat in ditione Ammorrhæorum, ex Esebon, & similiter ex Seon alia Amorrhæorum vrbe milites ardentissimi, alacritate & celeritate certantes cum ipso igne, qui vsq; ad angulum totam Moab deuorauerunt, ita vt neque exigua quidem portio relicta sit Moabitis habitanda; & Moabitas quosq; primi ordinis, siue proceres deleuerūt. *Væ tibi Moab, peristi popule Chamos*. Ita vocat Moab, quòd colerent idolum Chamos. *Et conuertam captiuitatem Moab in nouissimis diebus, ait Dominus.* Prospera tandem promittit post calamitates. Per nouissimos dies, tempus aduentus Christi intelligitur. Theodo. Ex sumpta vltione, per humanam etiam illorum tractationē, demonstrat se esse Dominum omnium diuitiarum erga omnes qui inuocant eum, neque Iudæorum dūtaxat esse Deum, sed omnium hominum. *Huc vsque Iudicia Moab.* Theodore. idest, prolata contra eum sententia. Chald. Paraph. vsq; ad faciendam vindictam Iudicij de Moab. iusta sententia, iustum decretū Dei contra Moab.

ARGVMENTVM.

Desolatio Ammon, Idumeæ, Damasci, Cedar, & Elam prędicitur.

¶CAPVT. XLIX.

AD filios Ammon. Hæc dicit Dominus: Nunquid nō filij sunt Israel? aut hæres nō est ei? Cur igitur hæreditate possedit Melchom Gad? et populus eius in vrbibus eius habitauit? 2 Ideo ecce dies veniunt, dicit Dominus: et auditum faciam super Rabbath filiorū Ammon fremitum prælij, & erit in tumultum dissipata, filiæque eius igne succendentur, & possidebit Israel possessores suos, ait Dominus. 3 Vlula Hesebon, quoniā vastata est Hai. clamate filiæ Rabbath, accingite vos cilicijs: plangite & circuite per sepes: quoniam Melchom in transmigrationem ducetur, sacerdotes eius, & principes eius simul. 4 Quid gloriaris in vallibus? defluxit vallis tua filia delicata, quæ cōfidebas in thesauris tuis, et dicebas: Quis veniet ad me? 5 Ecce ego inducam super te terrorē, ait Dominus Deus exercituū, ab omnibus qui sunt in circuitu tuo: et dispergemini singuli à cōspectu vestro, nec erit qui congreget fugientes. 6 Et post hæc reuerti faciam * captiuos filiorum Ammon, ait Dominus. 7 Ad Idumæam. Hæc dicit Dominus exercituū, Nunquid non vltrà est sapientia in Theman? perijt cōsilium à filijs: inutilis facta est sapientia eorū. 8 Fugite, et terga vertite, descendite in voraginem habitatores Dedā: quoniam perditionē Esau adduxi super eū, tēpus visitationis eius. 9 Si vindemiatores venissent super te, nō reliquissent racemum: si fures in nocte, rapuissent quod sufficeret sibi. 10 Ego verò discooperui Esau, reuelaui abscōdita eius, et celari nō poterit: vastatū est semē eius, et fratres eius, et vicini eius, et nō erit. 11 Relinque pupillos tuos: ego faciā eos viuere: et viduæ tuæ in me sperabūt. 12 Quia hæc dicit Dñs: Ecce, quibus nō erat iudiciū, vt biberēt calicē, bibētes bibēt: et tu quasi innocēs relinqueris? nō eris innocēs, sed bibens bibes. 13 Quia per memetipsum iuraui, dicit Dominus, quòd in solitudinem, in opprobriū, et in desertum, et in maledictionem erit Bosra: et omnes ciuitates eius erūt in solitudines

tumulū 1 MS. R.H.C.

inuium G.

* fugientes & o.

in lines sempiternas. 14 † Auditum audiui à Domino, et legatus ad gentes missus est. Congregamini, & venite contra eam, & consurgamus in prælium. 15 Ecce enim paruulum dedi te in Gentibus, contemptibilem inter homines. 16 Arrogantia tua decepit te, & superbia cordis tui: qui habitas in cauernis petræ, & apprehendere niteris altitudinem collis. cùm exaltaueris quasi Aquila nidum tuum, inde detraham te, dicit Dominus. 17 Et erit Idumæa deserta: omnis qui transibit per eam, stupebit & sibilabit super omnes plagas eius. 18 † Sicut subuersa est Sodoma & Gomorrha, & vicinæ eius, ait Dominus: non habitabit ibi vir, & non incolet eam filius hominis. 19 Ecce quasi leo ascendet de superbia Iordanis ad pulchritudinem robustam: quia subitò currere faciam eum ad illam: & quis erit electus quem præponam ei? quis enim similis mei? & quis sustinebit me? † & quis est iste pastor, qui resistat vultui meo? 20 Propterea audite consilium Domini quod iniit de Edom: & cogitationes eius quas cogitauit de habitatoribus Theman, Si non deiecerint eos paruuli gregis, nisi dissipauerint cum eis habitaculum eorum. 21 A voce ruinæ eorum commota est terra: clamor in Mari rubro auditus est vocis eius. 22 Ecce quasi aquila ascendet & auolabit: & expandet alas suas super Bosran: & erit cor fortium Idumææ in die illa, quasi cor mulieris parturiẽtis. 23 Ad Damascum. Confusa est Emath & Arphad: quia auditum pessimum audierunt, turbati sunt in mari: præ sollicitudine quiescere non potuit. 24 Dissoluta est Damascus, versa est in fugam: tremor apprehendit eam: angustia et dolores tenuerunt eam quasi parturientem. 25 Quomodo dereliquerunt ciuitatem laudabilem vrbem lætitiæ? 26 Ideo cadent iuuenes eius in plateis eius: & omnes viri prælii cõticescent in die illa, ait Dñs exercituum. 27 Et succendã ignẽ in muro Damasci, et deuorabit mœnia Benadad. 28 Ad Cedar, et

† Abd. 1, 1.

† Abd. 1, 4.

Gen. 19, 24.

† Inf. 50. 40.

† Iob. 41, 1.

Inf. 50. 44.

ad regna Asor, quæ percussit Nabuchodonosor rex Babylonis, hæc dicit Dominus: Surgite, & ascendite ad Cedar, et vastate filios Orientis. 29 Tabernacula eorum et greges eorum capient, pelles eorũ, & omnia vasa eorum, et camelos eorum tollent si bi: et vocabunt super eos formidinẽ in circuitu. *30 *Fugite, abi te vehemẽter, in voraginibus sedete qui habitatis Asor, ait Do minus: iniȷt enim contra vos Nabuchodonosor rex Babylonis cõ siliũ, et cogitauit aduersum vos cogitationes. 31 Consurgite, et ascendite ad gentẽ quietam, et habitantẽ confidenter, ait Domi nus: non ostia, nec vectes eis: soli habitant. 32 Et erũt cameli eorũ in direptionem, et multitudo iumentorũ in prædam: et dispergã eos in omnem ventum, qui sunt attonsi in comam: et ex omni cõ finio eorum adducam interitum super eos, ait Dominus. 33 Et erit Asor inhabitaculum draconũ, deserta vsque in æternum: non manebit ibi vir, nec incolet eam filius hominis. 34 Quod fa ctum est verbũ Domini ad Ieremiam prophetam aduersus Æ lam in principio regni Sedeciæ regis Iuda, dicens: 35 Hæc dicit Dñs exercituũ, Ecce ego confringã arcũ Ælã, et summã fortitu dinem eorum. 36 Et inducã super Ælam quatuor ventos à qua tuor plagis cæli: et ventilabo eos in omnes ventos istos: et non erit gens ad quam non perueniãt profugi Ælam. 37 Et pauere faciã Ælam corã inimicis suis, et in conspectu quærentiũ animã eorũ: et adducã super eos malũ, irã furoris mei, dicit Domin⁹: et mit tam post eos gladiũ, donec cõsumã eos 38 Et ponã soliũ meum in Ælam, et perdam inde reges et principes, ait Dominus. 39 In no uissimis autẽ diebus reuerti faciã captiuos Ælã, dicit Dominus.*

*eius, o.

EXPLANATIO.

AD *filios Ammon.* Titulus prophetiæ, sicut su periori Cap. de filijs, vel cõtra filios Ammõ. Vel coniungendũ cũ sequentibus. Ad filios Ammon hæc dicit Dominus. Ammõ filius

fuit

fuit Loth ex filia minore Gen. 19. à quo Ammonitæ, qui hic filij Ammon. Ammonitarum verò terra fuit à mõtibus Luith, vsq; ad montes Basan: ab ortu mõtes perpetuos Arcabiũ dictos cõtra terram Emim, ab occasu verò Amorrhæũ habuit, vrbibus frequẽs regio in plano & in mõte cõstructis. Ausi sunt Ammonitæ terrã Israel inuadere, & ideo digna eis vltio prænũciatur. *Cur igitur hæreditate possedit Melchõ Gad?* Terra Gad erat vltra Iordanẽ prope Ammonitas, quam violẽter occuparũt Ammonitæ. Melchõ verò erat idôlũ Ammonitarũ: significat vox Melchom regẽ eorum. Vnde nonnulli transferunt, Cur igitur hæreditate possedit rex eorum, hoc est, Ammonitarũ Gad? Sic Chald. paraph. Si verò idôlum intelligamus, vt noster interpres, ipsos Ammonitas per idôlum ipsorum intelligere debemus. *Ideo ecce dies veniunt dicit Dominus, & auditam faciam super Rabbath filiorũ Ammon fremitum prælij.* Rabbath præcipua ciuitas Ammonitarum erat, à populi & loci magnitudine sic dicta, in qua miræ magnitudinis lectus ferreus mõstrabat, in quo Og rex Basan magnæ staturæ iacuisse dicebatur. Eusebius Philadelphiam esse credit. *Et erit in tumultum dissipata.* Chal. Paraph. in aceruum desolationis. hoc est, in aceruum lapidum, testem ruinę, & desolationis. Septuag. in inuiũ & perditionem. Eadem est sententia. *filiæq; eius igne succendentur.* vicinas vrbes illi subditas intelligit. Chaldai. Paraph. Et habitatores vicorum eius. Septuag. Et altaria eius. Vox Heb. filias, & villas significat, à verbo בנה banah, quod ędificare significat: vnde ędificia transferre possumus. per ędificia verò Septuag. aras intellexerunt. *Vlula Hesebõ, quoniam vastata est Hai.* Quasi dicat,

cat, væ tibi Hesebon, quia iā vastata est: Hai vrbs tibi vicina, & breui tota terra Ammonitarum capietur, & tu inuaderis à Nabuchodonosor. Hai cum aain sine He, vt est hic in Heb. vrbs fuit Ammonitarū. Hai verò cum He, ciuitas fuit Amorrhæorum trans Iordanē supra Iericho sita iuxta Beth-auen: de qua Iosu. 7. & 12. Hesebō autem vrbs erat Ammonitarum, in qua habitauit Seon rex Amorrhæorum, de qua superiori Cap. mentio facta est. *Plangite & circuite per sepes.* pagorum nempe. Septuag. Et contristamini, & plangite. Chald. Paraph. plangite, & lacerate vos in turbis. Vox Hebrà verbo שוט sut, circuire, lustrare, & inuestigare significat. *Quid gloriaris in vallibus?* propter fertilitatem: sunt enim fertiles valles. *defluxit vallis tua filia delicata, quæ cōfidebas in thesauris tuis.* hoc est, desolata est. Sic Chal. Paraph. Ahi defluxit, nempe sanguine occisorum. Pro *filia delicata*, Septuag. filia temeritatis. Chald. Para. regnum insipiens. Heb. השובבה hasobebah. rebellem significat, quietā etiam: quam significationem secutus noster interpres delicatam trāstulit, hoc est, ociosam. *Et post hæc reuerti faciam captiuos filiorum Ammon.* Theodore. Prædicit illis reditum, ne superbiant Iudæi, vtpote soli regressum adepti. Sed & per Christum captiui sub peccato, & diabolo facti sunt liberi. *Ad Idumæam.* Hoc est, cōtra Idumæam. Idumæi ab Esau filio Isaac, qui & Edom dictus est, nomen acceperunt. Ioseph lib. Antiq. c. 3. duplicem ait esse Idumæam, superiorem, & inferiorem. Superiorē elegit tribus Iuda, quæ in longum extenditur vsque in Ierusalem, in latitudine vsque ad paludem Sodomæ: Palæstinam aliâs vocant. Inferior Idumæa sorte cedit Simeonis tribui:

Hæc circa Ægyptum est, & Arabię montem. Idumęi noluerunt filijs Israel transitum cōcedere per terram ipsorum Nume.20. quos Saul oppugnabit. 1. Reg.14. et Dauid sibi seruire fecit. 2. Reg.8. & 1. Paral.19. *Nunquid non est vltra Sapientia in Theman?* hoc est. Qui factum est, vt destituti sint sapientia, vt non potuerint se ab hostibus defendere? Sed non est Sapientia, non est consilium contra Dominum. Omnis enim Sapientia à Domino Deo est. Nouit Dñs telas quas prudentia (vel vt melius dicam) stultitia nīa ordiuntur dissoluere, & infatuare cōsilium nīm. Scriptū est enim, perdā sapientiā sapiētiū, & prudētiam prudētiū reprobabo. Themā ciuitas erat principū Idumæorū, quæ à Themā filio Eliphaz filij Esau nomē accepit. Quida pThemā Idumæā intelligūt. *Fugite, & terga vertite, descendite in voragine m habitatores Dedan.* Dedan nomen est vrbis. Septuaginta. Conculcatus est locus eorum, profundum facite vobis in sessionem habitantes in Dedan. Chaldai. Paraphra. Fugite, migrate, longè recedite vt habitetis habitatores Dedan. In Heb. habetur per præteritum, Fugite, versi sunt, in profundum ierunt. Rab. Dauid ait præteritum esse pro Imperatiuo, sicut noster habet interpres, & Chaldai. Paraph. idem Rab Dau. in Commen. exponit, Fugite habitatores Dedan: quia inimici vestri versi sunt, profundè egerunt, vel multiplicauerūt vt habitent in terra vestra, expellantq; vos, & captiuos ducāt. Alij exponūt. Quādo dixerunt fugite, ipsi versi sunt, & profundè egerunt, & roborauerunt locum habitationis suæ, ne attingeret eos inimicus. *Si vindemiatores venissent super te non reliquissēt racemū? Si fures in nocte, rapuissēt quod sufficeret sibi?*

Prou. 21.
Eccli.1.
1.Cor.1.

Sep. Qm̃ vindemiatores venerũt tibi, nõ relinquẽt tibi reliquias, quasi fures in nocte imponẽt man⁹ suas. Chal. Par. Si deprędatores quasi vindemiatores venissent super te, num reliquissent racemos? nonne latrones in nocte diripuissent quod sibi suffecisset? Pagni. si vindemiatores venerint tibi, non relinquent racemos: si fures in nocte, vastabunt quod opus est eis. potest cum interrogatione legi, quemadmodũ nostra habet litera. Oratio est cõcisa, subaudiẽdũ est aliquid. quasi dicat, maior tibi ruina imminet, & maiora accipies dãna, quàm accepisses à vindemiatoribus, vel à latronib⁹. vel pẽdet sẽtẽtia à sequẽti versu. vbi dicit, *Ego vero discooperui Esau, reuelaui abscondita eius, et celari nõ poterit,* quasi dicat. Nihil in te relinquam: diripiẽtur etiã quæ abscondita sunt, neq; tu poteris abscondi. Theodore. Appellat hostes vindemiatores, quos dicit omnia prędari, & depopulari: docet autem nocte venturos. Adiacent autem Idumææ maximi montes & excelsi: In his ergo fodientes spelũcas, ad illas confugiebant, aduenientibus hostib⁹, verùm exciderũt spe sua: cùm & ex eo loco Deus omnium tradidit illos. Vtemur hac sententia contra hypochritas, qui specie quadã sanctitatis scelera sua abscondere nituntur: & id tãtùm curant, vt homnibus iusti, & probi appareant, & interim interiora eorum plena sunt dolo. Sed ego, ait Dominus, discooperiam Esau, reuelabo abscondita eius, & celari non poterit. Reuelabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium. ait Apost. *Relinque pupillos tuos, et ego faciam eos viuere, et viduæ tuæ in me sperabunt.* Chald. Paraph. ad populum Israel refert: sic enim habet. Vos autę domus Israel, non relinquẽ

1. Cor. 4.

tur

tur orphani vestri: ego enim sustentabo eos, & viduę vestræ in me sperabunt. Quidam cōiūgunt cum fine præcedentis versus. Et nō erit, sub. qui dicat, relinque pupillos tuos. Theodo. ironicè dictum putat, nā subditur. *Ecce quibus non erat iudicium vt biberent calicem, bibentes bibent, et tu quasi innocens relinqueris? Nō eris innocēs, sed bibens bibes.* quasi dicat. Non viuent pupilli tui, neq; viduæ, sed calamitatem sentient, etiam qui nondū ad vsum rationis venerunt. vel per eos quibus non erat iudiciū, innocentes intellige, & qui non peccauerunt, qui aliquando calamitates experiuntur, occulto Dei iudicio. Alij Iudæos intelligunt, qui indignū existimabāt se calamitatibus affici, quòd populus Dei essent. Chald. Para. Ecce quorum non erat bibere calicē malectionis, bibendo bibent. &c. *Auditum audiui à Domino, et legatus ad gentes missus est.* Hoc est. Ita Deus decreuit, cuius voluntas est veluti legatus ad gentes missus, dum eos ad vastationem Idumęorū excitat. *Ecce enim paruulum dedi te in gentibus, contemptibilem inter homines.* Esau alloquitur, & in eo Idumęos eius posteros: quos paruulos & contemptibiles futuros prædicit, cùm antea eximij, & gloriosi fuerint. *Arrogantia tua decepit te.* Plus satis confidebant Idumæi, quòd loca haberent munitissima: sed fefellit eos spes. Sic etiā qui fiduciā collocant in potentia, in viribus corporis, in diuitijs, Principum fauore, & qui id tantùm cogitant, vt magni in hoc mundo euadant, obliti interim timoris Domini, fallet eos vana spes, & arrogātia. Et cùm exaltauerint quasi aquila nidū suum, inde detrahet eos Dominus, qui superbis resistit, & deponit potētes de sede. *Iaco. 4. b.* *Luc. 1. e.* Pro, *arrogantia*, in Heb. תפלצתך tiphlahthecha. idolum

eius

eius, interpretantur nõnulli. Dictio enim terrorẽ propriè significat: sed quia idola suis cultoribus sunt terrori, significat etiam idola. Aut irónicè sic vocantur, sicut sequenti Cap. portẽta, vel terrores. Rab. Dau. terror tuus, vel superbia tua. appellauit autem superbiã terrorem, per modum subsannationis. In Cõm. exponit, idolum tuum, vel idololatria tua. *Ecce quasi leo ascẽdet de superbia Iordanis ad pulchritudinem robustam, quia subitò currere faciam eum ad illã.* Nabuchodonosor leoni comparat. Idumæam verò pulchritudinem robustam vocat, quòd pulchras, & fortes haberet vrbes. de superbia autem Iordanis, ait, quia ab ea parte per Iordanem venturus erat Nabuchodonosor. vel, eum Iordani intumescenti comparat. Septua. de medio Iordanis. Chald. Paraph. Ecce rex cum exercitu suo ascendet contra eos, sicut leo qui ascendit de altitudine Iordanis, & redigetur in casam pastorũ. Pagni. Ecce quasi leo ascendet de eleuatione Iordanis ad habitaculum robustum, quia quiescere faciam: accurrere faciam eum ab ea. Quod quidam ita interpretãtur, Cum dabo quietem Israeli, currere faciam illum ab illa. Pro *subitò*, in Heb. ארגיעה argihah, idest quiescere faciam. interpretari etiam possumus, subitò, vel breui tempore, vt ait Rab. Ionah. & tũc aduerbiascet verbum: nam רגע regah, quod est ab eadem radice, momentum, breuissimum tempus, repente significat. *Et quis erit electus quem præponam ei?* Relatiuum, ei, potest exercitũ Chaldæorum referre. quasi dicat, qui elect⁹ fuerit, strenuus, fortis, & in bello edoctus, præficiam eum exercitui Chaldæorum. vel potest Idumæam referre, vt sit sensus. Quis erit electus, & eximius inter Idumæos,

Idumæos, qui possit resistere Chaldæorum exercitui? quasi dicat, omnes electi Idumææ quamuis in vnum coeant, non poterunt preualere aduersus Chaldæos. Sep. Et iuuenes in ea instruite. Theo. Iubet strenuos armari aduersus eam, nempe Idumæā. Chal. Para. Et dominatores constituam super eam. Pagni. ex Hebr. Et quisquis electus, ad eā præficiam. Idē est sensus. *Quis enim similis mei?* quasi dicat, Nullus poterit Nabuchodonosor resistere, quia ego per eū pugnabo: neq; est qui meū possit impedire consiliū. *Et quis sustinebit me?* qs mihi resistet? Sic etiā Sep. Theo. Neq; enim reges, neq; idola eorum, iubēte me, resistere poterūt. Chal. Paraph. Et quis occurret mihi? Pagni. ex Heb. Et quis prescribet mihi tempus? Verbū Hebr. יועידני iohedeni, idem est, quod cōuenire faciet me. sub. ad tempus cōstitutum. Vel, quis sustinebit me? Vel, quis constituet mihi tēpus, interpretari potest. *Et quis est iste pastor, qui resistet vultui meo?* hoc est, quis regū mihi resistere poterit? Chal. Par. Et nō est rex, qui habeat fortitudinē cōtrā me. *Si non deiecerint eos paruuli gregis.* hoc est, vilissimi exercitus Chaldæorum eos deijcient. vel, rapiēt illos, & trahēt per terram; id enim vox Hebræa sonat. *Ecce quasi aquila ascendet, et volabit.* Idem superio. Cap. Vide ibi. *Ad Damascum.* hoc est, Prophetia cōtra Damascū, vel de Damasco. Damascus potēs & insignis Phœnices ciuitas, quę quōdā in omni Syria tenuit principatum, terminis Iudęæ ad Septentrionem. Stephanus conditam ait à Damasco Mercurij & Alimedes filio. Iustinus lib. 36. a Damasco rege. Diuus Hieronymus in Hebrai. quęst. à Damasco Eliezer. de quo Genesis 15. nunc Sarracenorum est metropolis. Regio Da-

mascene totã illam partem Syrię complectitur, quę adiacet Libano mõti. Damasceni auxilio fuerũt decẽ tribubus contra Iudam: vnde vastati sunt à Chaldęis iusto Dei iudicio, ꝙ hic Propheta prædicit. *Confusa est Emath, & Arphad*. Vrbes sunt nõ procul à Damasco. Theodo. Emath ait nunc dici Emesan, & aliam dicit esse Emath, quæ nunc dicitur Epiphania. Arphad autem quidam aiunt esse, quę nunc dicitur Rephaneæ. *Turbati sunt in mari: præ solicitudine quiescere nõ potuit*. Audita vastatione Damasci, vrbes vicinę confusę sunt. insulę etiã maris vicinę, quæ sub ditione eius erãt, cõturbatę sunt. Sep. obstupuerũt, irati sunt, quiescere nõ potuerunt. Theodo. legit, obstupuerunt in mari: irati sunt, quiescere non possunt. Mare autem, ait, vocauit multitudinem exercitus. Chal. Paraph. contriti sunt, timor & sollicitudo apprehendit eos: ecce sicut descẽdentes in mare, qui nõ quiescunt, nec possunt fugere. Sic etiam nr̃a litera interpretari potest, Turbati sunt, sicut illi qui sunt in mari, prę sollicitudine; nec potuerunt perturbationem animi sedare. quasi dicat, ciues Arphath & Hemath audito rumore belli bono animo esse non potuerunt. *Et deuorabit mœnia Benadab*. Theodo. ait hunc fuisse regem Damasci, qui magnificis ędificijs eam exornauit, quibus Propheta incẽdiũ minatur. 3. Reg. 15. 2. Paral. 16. rex Syrię dicitur filius Tabremon. Chal. Paraph. Et disperdet palatia filij Hadad. vox ארמנות. armenoth, ędes, domos magnas & altas, palatia significat. Amos. 1. est eadem vox, pro qua nostra litera habet, ędes Ben-adad. *Ad Cedar, et ad regna Asor*. Hoc est, Prophetia cõtra Cedar, vel de Cedar, & regnis Asor. Cedar Arabię regio est in Sarracenorum

norũ ſolitudine, à Cedar filio Iſmaelis ſic dicta. Aſor nomen eſt vrbis, vel regionis Arabiæ. regna autem dixit Aſor, hoc eſt, diœceſes. *Et vaſtate filios Orientis.* filios Chedẽ. Fuit autem Chedem filius Iſmaelis, vt habes Gen. 25. qui habitauit Arabiæ partem vicinam Cedar verſùs Orientem. *Tabernacula eorum.* Arabes in ſolitudine morabantur, in tentorijs ſoli degebant, nõ habebant vrbes, nec milites in prȩſidium, nihil timẽtes: id quod ſignificat hoc in loco Propheta. *in voraginibus ſedete.* Vide ſuprà hoc eodem Cap. *qui ſunt attonſi in comã.* vide ſuprà Cap. 9. *Ego confrigam arcum Elam, & ſummã fortitudinem eorum.* Elam regio Perſidis erat, ab Elam filio Sem, à quo dicti ſunt Elamitæ. erant peritiſſimi in iaciendis ſagittis, & illorum robur erat arcus; propterea ait, confringam àrcum Elam, & ſummam fortitudinem. i. maximum robur Elamitarum. *Et inducam ſuper Elam quatuor ventos.* Chald. Paraph. quatuor regna à quatuor ventis cæli, & diſpergam eos in omnes ventos iſtos; & non erit populus quò non abeat profugus Elam, *Et ponam ſolium meum in Elam.* Hoc eſt, Dux ille quẽ mittã aduerſum Elamitas ponet ſòliũ in Elã. *In nouiſsimis autẽ diebus reuerti faciã captiuos Elã.* Hoc ipſum de filijs Ammõ dixit hoc eodẽ Cap. Theo. Exiſtimo bonum dominum per hanc & alias prophetias, quibus promiſit reuocationem, non modò polliceri liberationem à captiuitate corporis, ſed etiam à captiuitate mentis: vt pote qui maiorẽ curã habeat animarum: ea enim de cauſa caſtigationes infligit corporibus. Prȩdicit ergo deſtructionem diaboli, ceſſationẽ ab impietate, & liberationem hominũ à peccato in captiuitatem redactorum. Quam adepti collaudabi-

mus.

mus illius administrū: & liberā vitā amplectētes pristini seruitutē execrabimur: vt tribunali dominico securi possimus assistere, p grãi & beneuolētiā iusti iudicis.

ARGVMENTVM.

Predicit euersionem Babylonis, & reditum Iudæorum è captiuitate.

¶ CAP. L.

VERBVM quod locutus est Domin⁹ de Babylone, et de terra Chaldæorū in manu Ieremiæ prophetæ. 2 Annūciate in gentibus, & auditū facite, leuate signū, prædicate, & nolite celare: dicite, Capta est Babylon, confusus est Bel, victus est Merodach, confusa sunt sculptilia eius, superata sunt idola eorū. 3 Quoniam ascendit contra eam gens ab Aquilone, quæ ponet terrā eius in solitudinē: & non erit qui habitet in ea, ab homine vsq; ad pecus, & moti sunt & abierunt. 4 In diebus illis, & in tēpore illo, ait Dominus, venièt filij Israel, ipsi et filij Iuda simul: ambulātes & flentes properabūt, et Dominū Deū suū quærent. 5 In Siō interrogabūt viā, huc facies eorū: venient, et apponētur ad Dominū fœdere sempiterno, quod nulla obliuione delebitur. 6 Grex perditus factus est populus meus: pastores eorū seduxerūt eos: feceruntq; vagari in montibus: de mōte in collē transierunt, obliti sunt cubilis sui. 7 Omnes qui inuenerunt, comederunt eos: et hostes eorū dixerunt, Nō peccauimus: pro eo quòd peccauerūt Domino decori iustitiæ, & expectationi patrū eorū Domino. 8 Recedite de medio Babylonis, & de terra Chaldæorū egredimini: et estote quasi hœdi ante gregē. 9 Quoniā ecce ego suscito, et adducā in Babylonē cōgregationē gētiū magnarum de terra Aquilonis: et præparabūtur aduersus eā, et inde capietur: sagitta eius quasi viri fortis interfectoris, non reuertetur vacua. 10 Et

erit

erit Chaldea in prædã: omnes vastantes eã replebuntur, ait Dominus. 11 Quoniã exultatis, & magna loquimini, diripiẽtes hereditatẽ meã: quoniam effusi estis sicut vitulus super herbã, et mugistis sicut tauri. 12 Cõfusa est mater vestra nimis, et adæquata pulueri, quæ genuit vos: ecce nouissima erit in gẽtibus, * deserta, inuia, & arens. 13 Ab ira Domini nõ habitabitur, sed redigetur tota in solitudinẽ: omnis qui transibit per Babylonẽ, stupebit, & sibilabit super vniuersis plagis eius. 14 Præparamini contra Babylonem per circuitum omnes qui intenditis arcũ, debellate eã, non parcatis iaculis, quia Domino peccauit. 15 Clamate aduersus eã, vbique dedit manũ, ceciderunt fundamẽta eius, destructi sunt muri eius, quoniam vltio Domini est. vltionẽ accipite de ea: sicut fecit, facite ei. 16 Disperdite satorem de Babylone, & tenentem falcem in tempore messis: à facie gladij columbæ vnusquisque ad populum suũ conuertetur, et singuli ad terram suam fugient. 17 Grex dispersus Israel, leones eiecerunt eum: primus comedit eũ rex Assur: iste nouissimus exossauit eũ Nabuchodonosor rex Babylonis. 18 Propterea hæc dicit Dominus exercituũ Deus Israel, Ecce ego visitabo regẽ Babylonis, & terram eius: sicut visitaui regem Assur, 19 & reducam Israel ad habitaculum suum: & pascetur Carmelus' & Basan, & in monte Ephraim & Galaad saturabitur anima eius. 20 In diebus illis et in tempore illo ait Dominus, quæretur iniquitas Israel & non erit: & peccatũ Iuda, & nõ inuenietur: quoniam propitius ero eis quos reliquero. 21 Super terram dominãtium ascende, & super habitatores eius visita, dissipa, & interfice quæ post eos sunt, ait Dñs: & fac iuxta omnia quæ præcepi tibi. 22 Vox belli in terra, & cõtritio magna. 23 Quomodo cõfractus est, & cõtritus malleus vniuersæ terræ? quomodo versa est in desertũ Babylon in gentibus? 24 Illaqueaui te, et capta es Babylõ, et nesciebas: inuẽta es et apprehẽsa, quoniam Dñm prouocasti.

' vituli MS. R. G. numero singulari legũt Rab. H. & C.

* & MS q. R.

' Carmelũ o MS. Rab. H. G. C.

uocasti. 25 Aperuit Dominus thesaurum suum, & protulit vasa iræ suæ: quoniam opus est Domino Deo exercituum in terra Chaldæorum. 26 Venite ad eam ab extremis finibus, aperite vt exeant qui conculcent eam. tollite de via lapides, & redigite in aceruos, & interficite eam: nec sit quicquam reliquum. 27 Dissipate vniuersos fortes eius, descendat in occisionem: væ eis quia venit dies eorum, tempus visitationis eorum. 28 Vox fugiẽtium, & eorum qui euaserunt de terra Babylonis: vt annũtiẽt in Sion vltionem Domini Dei nostri, vltionem templi eius. 29 Annuntiate in Babylonem plurimis omnibus qui tendunt arcum: consistite aduersus eam per gyrum, & nullus euadat: reddite ei secundum opus suum: iuxta omnia quæ fecit, facite illi: quia cõtra Dominũ erecta est, aduersum sanctũ Israel. 30 Idcirco cadent iuuenes eius in plateis eius: & omnes viri bellatores eius conticescent in die illa, ait Dominus. 31 Ecce ego ad te superbe, dicit Dominus Deus exercituum: quia venit dies tuus, tempus visitationis tuæ. 32 Et cadet superbus & corruet, & non erit qui suscitet eum: & succendam ignem in vrbibus eius, & deuorabit omnia in circuitu eius. 33 Hæc dicit Dominus exercituum, Calumniam sustinent filij Israel & filij Iuda simul: omnes qui ceperunt eos, tenent, nolunt dimittere eos. 34 Redemptor eorum fortis, Dominus exercituum nomẽ eius, iudicio defendet causam eorum, vt exterreat terram, & commoueat habitatores Babylonis. 35 Gladius ad Chaldæos, ait Dominus, & ad habitatores Babylonis, & ad principes et ad sapiẽtes eius. 36 Gladius ad diuinos eius, qui stulti erunt: gladius ad fortes illius, qui timebunt. 37 Gladius ad equos eius, & ad currus eius, & ad omne vulgus quod est in medio eius: & erunt quasi mulieres: gladius ad thesauros eius, qui diripientur. 38 Siccitas super aquas eius erit, & arescent: quia terra sculptilium est, & in portentis gloriãtur. 39 Propterea habitabunt dracones cum

fatuis

fatuis sicarijs: & habitabunt in ea struthiones: & non inhabitabitur vltrà vsque in sempiternum, nec extructur vsque ad generationem & generationem. 40 † *Sicut subuertit* ' *Dominus Sodomam & Gomorrham, & vicinas eius, dit Dominus: non habitabit ibi vir, & non incolet eam filius hominis.* 41 *Ecce populus venit ab Aquilone, & gens magna, et reges multi cõsurgent à finibus terræ.* 42 *Arcũ et scutũ apprehendent, crudeles sunt et immisericordes: vox eorũ quasi mare sonabit, et super equos ascendẽt, sicut vir paratus ad prælium contra te filia Babylon.* 43 *Audiuit rex Babylonis famam eorũ, et dissolutæ sunt manus eius: angustia apprehendit eũ, dolor quasi parturientem.* 44 *Ecce quasi leo ascendit de superbia Iordanis ad pulchritudinẽ robustã: quia subitò currere faciã eũ ad illã: et quis erit elect⁹ quem præponam ei? † quis est enim similis mei? et quis sustinebit me? et quis est iste pastor qui resistat vultui meo?* 45 *Propterea audite consilium* Domini *quod mente concepit aduersum Babylonẽ: et cogitationes eius quas cogitauit super terrã Chaldæorum, Nisi detraxerint eos paruuli gregum, nisi dißipatum fuerit cum ipsis habitaculum eorum.* 46 *A voce captiuitatis Babylonis cõmota est terra, et clamor inter gentes auditus est.*

† Gẽ. 19. 24.
Sup. 49. 8.
' Deus. 4 M S. R. H. G.
† Iob. 41 1.
Sup. 49. 20.

E X P L A N A T I O.

VERBUM quod loquutus est Dominus de Babylone, et de terra Chaldæorum in manu Ieremiæ Prophetæ. Postquã de alijs gentibus vaticinatus est, vltimò vaticinatur de Babyloniis. & de Chaldæorum vastatione: de qua etiam prophetarunt Isaias & Ezechiel. *in manu Ieremiæ.* idest, per Ieremiã. phrasis Heb. ministeriũ significans. quasi dicat, opera Ieremię: quòd manus organũ sit, quo homines sua faciunt opera, & negotia. Sed et י, iad, vox Heb. quę manũ significat, pro prophetia quãdoq; po-

nitur. Ezech. 1. Et facta est super eũ ibi manus Domini. hoc est, prophetia. vel Spiritus sanctus qui per Prophetas loquutus est. & Cap. 2. Et vidi, & ecce manus missa est ad me. *Annunciate in gentibus.* Sub. ô vos Prophetę. Cùm rex Babylonis euertisset alia regna, suoq; subiugasset imperio, iubet significari gentibus regni Babylonici destructionem. *Leuate signũ.* vel vexillum, in signum nempe victorię. *Cõfusus est Bel.* idôlum erat, quod apud Babylonios summo in honore habebatũ, & nonnulli, ait Theodo. vocant eum Iouem, quidam verò Saturnum. Confusus est, ait, quòd scilicet cultoribus suis nequierit auxilium ferre, tum etiam quòd illis sit spoliatus. *Victus est Merodach.* Theodo. eum qui primus imperauit Babylonijs nominauerunt Merodach. Hoc ergo loco vel postremũ intelligit, sub quo euersum est regnum, vel primum qui trãstulit regnũ à Niniue in Babylonem. traditus autem dicitur, eò quòd regnum eius vastatum sit. Alij alterum ex præcipuis idôlis Babyloniorum esse aiunt. Isai. 39. rex Babylonis dicitur Merodach. idem. 4. reg. 20. vbi vocatur Berodach. *Quoniam ascendet contra eam gens ab Aquilone.* hoc est, à Media & Perside, quæ respectu Babylonis erat ad Aquilonem. *In diebus illis, et in tempore illo, ait Dominus, venient filij Israel ipsi, & filij Iuda simul.* Vastata Babylone, sub Cyro, & Dario, & Artaxerse regibus Persarum, reuersi sunt Iudęi in terrã suam, inter quos erãt nõnulli ex decẽ tribubus, qui ad Iudęam cõfugerant, quando in captiuitatem ductæ sunt decem tribus ab Assyrijs. Vel sermo est de cõuersione ad Christum. *flentes.* pręgaudio, vel peccata sua. vide in libr. Esdr. *fœdere sempiterno.* idest, vsque ad Christum. diximus.

mus enim alias sempiternum in Scriptura longum tempus, & tempus vsq; ad Christum significare. *Grex perditus factus est populus meus, pastores eorum seduxerũt eos.* Causam propter quam populus Iudæorum abierit in captiuitatem exponit, quòd scilicet totus esset vitijs deditus, & idololatriæ: cuius rei causam in pastores reijcit, hoc est, in reges, & sacerdotes, & legis doctores, sicut Cap. 2. huius lib. dixit Propheta. *de monte in mõtem transierunt, obliti sunt cubilis sui.* hoc est, Captiui ducti sunt de monte in montem, quô vsq; venerunt Babylonem, & multo tempore extra terram suam exularunt, vbi veluti in cubili quiescebant: eorum enim quæ per longum tempus relinquimus, obliuisci solemus. vel per cubile, templum intellige. Theodo. delubra idolorum appellat colles & montes, quoniam in eis adorabant idola: templum autem diuinum cubile corũ, inde enim cõsequebantur bonorum fruitionẽ. Error, inquit, ille tradidit eos hostib', propter ea quæ commiserũt in dominum. Chal. Par. Obliti sunt domus confidentiæ suæ. *decori iustitiæ & expectationi patrũ eorũ.* Sic vocat Deum, quòd populum suũ decoraret iustitia, & decor populi esset propter leges iustitiæ quas illi dederat, & quib' eũ gubernabat. Sep. Pascua Iustitiæ, ei qui cõgregauit patres eorũ Dño. Theo. interpretatur, q̃ fuerint Iudæi pascua Iustitiæ Dño, qui patres eorũ elegit. Chal. Par. longè recesserũt ab habitaculo veritatis eius, & ab expectatione patrũ suorũ Dño. Vox נוה naueh, habitaculũ, & decorẽ significat. diximꝰ de hac voce sup Cap. 31. eadẽ vox pascuũ significat, sicut trãstulerũt Sep. *Estote quasi hœdi ãte greges.* hoc est, Confidẽter egredimini de Chaldæa, sicut hœdi sine

mctu greges præcedunt. loquitur de egressu Iudæorũ ex Babylone, & reditu in Iudæam. Sep. Estote quasi dracones ante faciẽ ouium. Theodor. legit τοὺς κριοὺς, id est, arietes. Syrus autẽ interpretatus est τράγους id est, hircos. Hortatur eos, ait Theodor. vt sint potẽtiores Babylonijs, & patriam suam occupent; propterea cõparauit eos hircis: sunt enim hirci robustiores ouibus. Chal. Paraph. Estote quasi principes in capite populi. *Quoniam exultatis, et magna loquimini.* Causam exponit quare vastanda sit Babylon, quòd scilicet exultauerit in perditione hereditatis Domini, Iudęorũ nempe, & Ierusalem, & templi, & superba locuta sit; tribuens sibi victoriam, *quoniam effusi estis sicut vituli super herbã, et mugistis sicut tauri.* Auiditatem in expugnanda, & diripienda terra Iudæorum significat. Septuag. quoniam lasciuistis sicut vituli in herba, & cornu petistis sicut tauri. Chald. Paraph. quia exultatis quasi vitulus saginatus, & hinnitis quasi fortes. Pagni. ex Hebr. multiplicastis pinguedinẽ. vel, sumpsistis incremẽtum sicut vitula germinis. id est, quę pascit germina: & exultastis sicut fortes, vel tauri habita victoria. *Omnis qui transibit per Babylonem stupebit, et sibilabit super vniuersis plagis eius.* vim tribulationis immensam significat. *Clamate aduersus eam, vbiq; dedit manum.* Septuag. dissolutæ sunt manus eius. Chaldai. Paraphra. tradita est in manus eorum. Pagni. ex Hebræo. Clamate aduersus eam per circuitum, *dedit manum suam.* dare manum est, ferre auxilium. Est etiam seruituti se exponere, & victum offerre, quasi manus ligandas porrigere. Sic Threnorum. 5. Ægypto dedimus manũ, & Assyrijs. Est etiam diripere. Sic etiã vulgari sermone dicimus, *Dar mano.*

Potest

potest ergo præsens locus sic exponi. Vbique dedit manum, hoc est, alias omnes gentes diripuit, ideo omnes in eam insurgite, vel clamate aduersus eã vndiq; . dedit manum suam, hoc est, superata est. Vnde subditur, *Ceciderunt fundamenta eius, destructi sunt muri eius, quoniam vltio Domini est, vltionem accipite de ea: sicut fecit facite ei.*

Disperdite satorem de Babylone, & tenentem falcem in tempore meßis à facie gladij columbæ. Theodo. Non solùm milites, sed etiã agricolas interficite; idem enim ipsi perpetrarunt, dum bellum gererent aduersùs Israelem. Chald. Paraph. disperdite regem de Babylone, & tenentem gladium in tempore occisionis, *à facie gladij columbæ.* Septuag. à facie gladij græci. Theodo. Cyrus antè destruxit Lydos, quàm Babylonem: subiugauit etiam Iones, & Heloes, qui migrantes è Græcia habitauerunt in Asia. Hos ergo Cyrus ducens inijt expeditionem contra Babylonem. Nec certè frustra Græcorũ meminit sermo propheticus, verũ vt doceret nationes etiam vbicunq; procul habitantes diuina sententia cõgregatas esse aduersùs Babylonem. Chald. Paraph. à facie gladij inimici, qui est sicut vinum inebrians. Habes idem suprà Cap. 25. & 46. in quibus locis per gladium columbæ, Babylonicum gladium interpretati sumus. hoc in loco in eũdem sensum interpretari possumus, quasi dicat, propter iram quam gladius Babylonicus exercuit in Iudęos. Pag. verba hæc, à facie iræ columbæ, cum sequentibus coniungit. trãsfert autẽ in hunc modũ, à facie gladij opprimẽtis, vel depopulatoris, vnusquisq; ad populum suum reuertetur, & quilibet ad terram suam fugiet. quod ita expo

nunt, quasi dicat. Milites mercenarij, Chaldæorum ad uentu Persarum & Medorum audito, pedem referēt. *Grex dispersus Israel, leones eiecerũt eum, primus comedit eũ rex Assur, iste nouißimus exoßauit eum Nabuchodonosor rex Babylonis.* Pulchra metaphora. Leones vocat reges feros. *Quia grex dispersus Israel.* hoc est, quia errauit p mõtes colens idola. &c. Sed & nos cùm vnitatē relinquimus Ecclesiæ, cùm vnionem, quę per charitatem fit, scindimus; cùm dispergimur ad paleas colligēdas, vt caduca bona quæramus, in manus leonũ incidimus. 1. Pet. 5. b Sobrij ergo estote, & vigilate, quia aduersarius vester diabolus tamquam leo rugiens circuit, quęrēs quem deuoret. *Et reducam Israel ad habitaculum suum.* Liberationem promittit, & bonorum abundantiam. *In diebus illis, & in tempore illo, ait Dominus, quæretur iniquitas Israel, & non erit: & peccatũ Iuda, & non inuenietur; quoniã propitius ero eis, quos reliquero.* Liberationē spiritualem à peccato promittit, quod per Christum factũ est. *Super terram dominantium ascende.* Septuagin. super terram amarè ascēde super eam. Theodo. Terram Chaldæorum uocat terram exacerbantium. Chald. Paraphra. super terrã populi rebellis. In Heb. מרתים merataiim. rebellantium, vel rebelliorum. Prędicit rursus exitium Chaldęorum, & Babyloniorum. Quod verò nostra litera habet, *dominantiũ*, aiunt nonnulli sumptum ex lingua Syriaca, in qua מרא mare, significat dominũ. Sed & lingua Hebr. מרא mara, est eleuare, erigere, & signare: qui autē vi alijs dominat̄, eleuatur, & erigitur. *malleus vniuersæ terræ.* ita vocat Babylonios, ꝙ cunctas gētes plaga affecerint. Chal. Para. Quomodo succisus est, & cõtrit' est rex, qui cõmouebat vniuersam

terram.

terrã. *Aperuit Dñs thesaurũ suũ, et protulit vasa iræ, quoniã opus est Dño Deo exercituũ in terra Chaldæorũ.* hoc est, aperuit armarium suũ, Persidẽ nẽpe & Medã, è quibus tã quã ex armario deprõpsit Dñs Dariũ & Cyrum contra Babylonẽ, cuius euersionẽ opus Dei vocat. *Venite ad eã ab extremis finibus, aperite vt exeant qui conculcẽt eam.* Sep. qm̃ venerũt tẽpora eius: aperite apothecas eius. Theo. Nõ vltrà Dñs lõganimiter feret, sed de impietate sumet pœnas. post hęc vt doceat se esse qui pœnas irroget, mãdat vt scrutẽtur apothecas, & cuncta perdant, ac ne vestigiũ quidẽ prioris fœlicitatis relinquãt. Chald. Para. Ingredimini ad eã à latere; aperite horrea eius, absumite facultates ei⁹. In Heb. venite ei. i. ad eã à fine. Pag. Cùm venerit finis eius. Sed à fine possumus exponere, ab extremis finibus, sicut nr̃a habet litera. aperite horrea ei⁹ vel penora. Heb. מאבסיה maabuseah, horrea eius, potest esse à radice בוס bus, quod verbum conculcare significat, & sic possumus trãsferre, aperite cõculcatoribus eius, hoc est, vt exeãt cõculcatores eius, quemadmodum habet nr̃a lectio. quasi dicat. nullũ sit impedimẽtũ, nemo impediat, nemo portas claudat, quò minùs ex omnib⁹ gẽtibus veniãt ad cõculcãdã Babylonẽ. *Tollite de via lapides, & redigite in aceruos, & interficite eã, nec sit quicquã reliquũ.* Idẽ est sensus. Auferte lapides, & redigite in aceruos, vt via sit expedita, qua veniãt vastaturi & conculcaturi Babylonẽ. Sep. scrutamini eã quasi speluncã, & exterminate eã: nõ sit ei⁹ reliquũ. Chal. Par. Sicut absumũt aceruos tritici, sic absumite eã, nõ sint ei reliquiæ. In Heb. סלוה saluah, à verbo סלל salal, quod est exaltare, eleuare, viã sternere, ꝙ fit aggesta terra vel lapidib⁹. vñ

Prou. 15. nostra litera, tollite de via lapides. Sic in Prouer. Via iustorum sine offendiculo. vbi in Heb. est סלולה. sellulah, exaltata, eleuata. sequitur in Heb. כמו ערומים chemo haremim. sicut aceruos. noster interpres quò aptiùs sensum explicaret, transtulit, & redigite in aceruos. Pag. ex Heb. Calcate super eam, sicut calcauit triturans super manipulos. idest, quemadmodũ calcant triturantes aceruos manipulorum, quum illos triturant. Rab. Ioseph exponit. facite cumulos cumulos, hoc est multos cumulos, sicut aceruos, de spolijs ei⁹. i. accumulate spolia eius. *Ecce ego ad te superbe, dicit Dominus Deus exercituum, quia veniet dies tuus, tempus visitationis tuæ.* Chald. Paraph. Ecce ego mitto furorē meũ cōtra te rex impie. Regem Babylonis alloquitur. Sed in omnem superbum hac sententia vti possumus, sicut quod sequitur. *Et cadet superbus, et corruet, et non erit*

Iaco. 4. b *qui suscitet eum.* vtiq; quia Deus superbis resistit. *calumniam sustinent filij Israel & filij Iuda.* Chald. Paraphra. vi oppressi sunt. Theodo. Cùm populum Dei in seruitutem redegissent, noluerunt tempore opportuno concedere eis libertatem: sed Deus illorũ causam defendet, liberabitq́;, & oppressores perdet. *Siccitas super aquas eius erit, et arescent.* Theodo. Quōdã Euphrates vrbem ipsam mediam diuidebat: nũc autem fluuius cōuersus est ad aliam viam, & minimo alueo per rupes fluit. Sed etiam multitudinem figuratè vocauit aquã. Alij, In oppugnatione vrbis Euphrates fluuius diuisus est in multos alueos, qui facilè traijci poterãt sine scaphis, quo strategemmate reddidit Cyrus vrbem expugnabilem, quæ alioqui vix expugnari potuisset. *Propterea habitabunt dracones cum fatuis ficarijs, et habitabunt*

bunt in eis struthiones. Septuag. phantasmata in Insulis, & habitabunt in eis filiæ sirenum. Theodore. Insulas vocat domos ciuitatis, quasi aqua muros ambientes circumluat, rursumq; vrbs in medio flumen habet. Statuas verò dæmonum imaginationes vocat, filias Sirenarum Syrus interpretatus est Struthiocamelos: atque scriptura diuina solet ita vocare dæmones, eò quòd demulceant, & fallant homines. In Hebr. ziim cum iim, bestias syluestres deserta & insulas incolentes significant. Vbi verò nos habemus, struthiones, in Hebr. est filiæ יענה iahanah, quæ vox significat auē quandam deserta incolentem, cuius vox est vlulatus, vlula dicitur. Chald. Paraphra. filię struthionum. Deniq; Babylonem desolandam, vt habitatio sit ferarum solitudines & deserta incolentiū, significat. Quę sequuntur vsq; ad finem Cap. habes Cap. superiori.

ARGVMENTVM.

De vastatione Babylonis, & Chaldæorum.

CAP. LI.

HÆC dicit Dominus, Ecce, ego suscitabo super Babylonem, & super habitatores eius qui cor suū leuauerunt contra me, quasi ventum pestilētem. 2 Et mittam in Babylonem ventilatores, & ventilabūt eam, & demolientur terram eius: quoniam venerūt super eam vndique in die afflictionis eius. 3 Non tendat qui tendit arcum suum, & non ascendat loricatus. nolite parcere iuuenibus eius, interficite omnem militiam eius. 4 Et cadent interfecti in terra Chaldæorū, & vulnerati in regionibus eius. 5 Quoniam nō fuit

viduatus

mus illius administrū: & liberā vitā amplectētes pristini seruitutē execrabimur: vt tribunali dominico securi possimus assistere, per gratiā & beneuolentiā iusti iudicis.

ARGVMENTVM.

Predicit euersionem Babylonis, & reditum Iudæorum è captiuitate.

¶ CAP. L.

VERBVM quod locutus est Domin' de Babylone, et de terra Chaldæorū in manu Ieremiæ prophetæ. 2 Annūciate in gentibus, & auditū facite, leuate signū: prædicate, & nolite celare: dicite, Capta est Babylon, confusus est Bel, victus est Merodach, confusa sunt sculptilia eius, superata sunt idola eorū. 3 Quoniam ascendit contra eam gens ab Aquilone, quæ ponet terrā eius in solitudinē: & non erit qui habitet in ea, ab homine vsq; ad pecus, & moti sunt & abierunt. 4 In diebus illis, & in tēpore illo, ait Dominus, venient filij Israel, ipsi et filij Iuda simul: ambulātes & flentes properabūt, et Dominū Deū suū quærent. 5 In Siō interrogabūt viā, huc facies eorū: venient, et apponētur ad Dominū fœdere sempiterno, quod nulla obliuione delebitur. 6 Grex perditus factus est populus meus: pastores eorū seduxerūt eos: feceruntq; vagari in montibus: de mōte in collē transierunt, obliti sunt cubilis sui. 7 Omnes qui inuenerunt, comederunt eos: et hostes eorū dixerunt, Nō peccauimus: pro eo quòd peccauerūt Domino decori iustitiæ, & expectationi patrū eorū Domino. 8 Recedite de medio Babylonis, & de terra Chaldæorū egredimini: et estote quasi hœdi ante gregē. 9 Quoniā ecce ego suscito, et adducā in Babylonē cōgregationē gētiū magnarum de terra Aquilonis: et præparabūtur aduersus eā, et inde capietur: sagitta eius quasi viri fortis interfectoris, non reuertetur vacua. 10 Et

erit

erit Chaldea in prædã: omnes vastantes eã replebuntur, ait Dominus. 11 *Quoniã exultatis, & magna loquimini, diripiẽtes hæreditatẽ meã: quoniam effusi estis sicut vitulus super herbã, et mugistis sicut tauri.* 12 *Cõfusa est mater vestra nimis, et adæquata pulueri, quæ genuit vos: ecce nouißima erit in gẽtibus,* * *deserta, inuia, & arens.* 13 *Ab ira Domini nõ habitabitur, sed redigetur tota in solitudinẽ: omnis qui transibit per Babylonẽ, stupebit, & sibilabit super vniuersis plagis eius.* 14 *Præparamini contra Babylonem per circuitum omnes qui intenditis arcũ, debellate eã, non parcatis iaculis, quia Domino peccauit.* 15 *Clamate aduersus eã, vbique dedit manũ, ceciderunt fundamẽta eius, destructi sunt muri eius, quoniam vltio Domini est. vltionẽ accipite de ea: sicut fecit, facite ei.* 16 *Disperdite satorem de Babylone, & tenentem falcem in tempore meßis: a facie gladij columbæ vnusquisque ad populum suũ conuertetur, et singuli ad terram suam fugient.* 17 *Grex dispersus Israel, leones eiecerunt eum: primus comedit eũ rex Assur: iste nouissimus exossauit eũ Nabuchodonosor rex Babylonis.* 18 *Propterea hæc dicit Dominus exercituũ Deus Israel, Ecce ego visitabo regẽ Babylonis, & terram eius: sicut visitaui regem Assur,* 19 *& reducam Israel ad habitaculum suum: & pascetur Carmelus* *& Basan, & in monte Ephraim & Galaad saturabitur anima eius.* 20 *In diebus illis et in tempore illo ait Dominus, quæretur iniquitas Israel & non erit: & peccatũ Iuda, & nõ inuenietur: quoniam propitius ero eis quos reliquero.* 21 *Super terram dominãtium ascende, & super habitatores eius visita, dißipa, & interfice quæ post eos sunt, ait Dñs: & fac iuxta omnia quæ præcepi tibi:* 22 *Vox belli in terra, & cõtritio magna.* 23 *Quomodo cõfractus est, & cõtritus malleus vniuersæ terræ? quomodo versa est in desertũ Babylon in gentibus?* 24 *Illaqueaui te, et capta es Babylõ, et nesciebas: inuẽta es et apprehẽsa, quoniam Dñm prouocasti.*

'vituli MS. R. G. numero singulari legũt Rab. H. & C.

* & MS q. R.

' Carmelũ o MS. Rab. H. G. C.

uocasti. 25 Aperuit Dominus thesaurum suum, & protulit vasa iræ suæ: quoniam opus est Domino Deo exercituum in terra Chaldæorum. 26 Venite ad eam ab extremis finibus, aperite vt exeant qui conculcent eam. tollite de via lapides, & redigite in aceruos, & interficite eam: nec sit quicquam reliquum. 27 Dissipate vniuersos fortes eius, descendat in occisionem: væ eis quia venit dies eorum, tempus visitationis eorum. 28 Vox fugientium, & eorum qui euaserunt de terra Babylonis: vt annũtiẽt in Sion vltionem Domini Dei nostri, vltionem templi eius. 29 Annuntiate in Babylonem plurimis omnibus qui tendunt arcum: consistite aduersus eam per gyrum, & nullus euadat: reddite ei secundum opus suum: iuxta omnia quæ fecit, facite illi: quia cõtra Dominũ erecta est, aduersum sanctũ Israel. 30 Idcirco cadent iuuenes eius in plateis eius: & omnes viri bellatores eius conticescent in die illa, ait Dominus 31 Ecce ego ad te superbe, dicit Dominus Deus exercituum: quia venit dies tuus, tempus visitationis tuæ. 32 Et cadet superbus & corruet, & non erit qui suscitet eum: & succendam ignem in vrbibus eius, & deuorabit omnia in circuitu eius. 33 Hæc dicit Dominus exercituum, Calumniam sustinent filij Israel & filij Iuda simul: omnes qui ceperunt eos, tenent, nolunt dimittere eos. 34 Redemptor eorum fortis, Dominus exercituum nomẽ eius, iudicio defendet causam eorum, vt exterreat terram, & commoueat habitatores Babylonis. 35 Gladius ad Chaldæos, ait Dominus, & ad habitatores Babylonis, & ad principes et ad sapiẽtes eius. 36 Gladius ad diuinos eius, qui stulti erunt: gladius ad fortes illius, qui timebunt. 37 Gladius ad equos eius, & ad currus eius, & ad omne vulgus quod est in medio eius: & erunt quasi mulieres: gladius ad thesauros eius, qui diripientur. 38 Siccitas super aquas eius erit, & arescent: quia terra sculptilium est, & in portentis gloriãtur. 39 Propterea habitabunt dracones cum

fatuis

fatuis ficarijs: & habitabunt in ea struthiones: & non inhabitabitur vltrà vsque in sempiternum, nec extruetur vsque ad generationem & generationem. 40 † Sicut subuertit ' Dominus Sodomam & Gomorrham, & vicinas eius, dit Dominus: non habitabit ibi vir, & non incolet eam filius hominis. 41 Ecce populus venit ab Aquilone, & gens magna, et reges multi cõsurgent à finibus terræ. 42 Arcũ et scutũ apprehendent, crudeles sunt et immisericordes: vox eorũ quasi mare sonabit, et super equos ascendẽt, sicut vir paratus ad prælium contra te filia Babylon. 43 Audiuit rex Babylonis famam eorũ, et dissolutæ sunt manus eius: angustia apprehendit eũ, dolor quasi parturiẽtem. 44 Ecce quasi leo ascendit de superbia Iordanis ad pulchritudinẽ robustã: quia subitò currere faciã eũ ad illã: et quis erit elect9 quem præponam ei? † quis est enim similis mei? et quis sustinebit me? et quis est iste pastor qui resistat vultui meo? 45 Propterea audite consilium Domini *quod mente concepit aduersum Babylonẽ: et cogitationes eius quas cogitauit super terrã Chaldæorum, Nisi detraxerint eos paruuli gregum, nisi dissipatum fuerit cum ipsis habitaculum eorum. 46 A voce captiuitatis Babylonis cõmota est terra, et clamor inter gentes auditus est.*

† Gẽ. 19. 24.
Sup. 49. 8.
' Deus. 4 M S. R. H. G.
† Iob. 41 1.
Sup. 49. 20.

EXPLANATIO.

V*ERBVM quod loquutus est Dominus de Babylone, et de terra Chaldæorum in manu Ieremiæ Prophetæ.* Postquã de alijs gentibus vaticinatus est, vltimò vaticinatur de Babylonijs & de Chaldæorum vastatione: de qua etiam prophetarunt Isaias & Ezechiel. *in manu Ieremiæ.* idest, per Ieremiã, phrasis Heb. ministeriũ significans. quasi dicat, opera Ieremię: quòd manus organũ sit, quo homines sua faciunt opera, & negotia. Sed et יד, iad, vox Heb: quę manũ significat, pro prophetia quãdoq; po

 nitur.

mus enim alias sempiternum in Scriptura longum tempus, & tempus usq; ad Christum significare. *Grex perditus factus est populus meus, pastores eorum seduxerũt eos.* Causam propter quam populus Iudæorum abierit in captiuitatem exponit, quòd scilicet totus esset vitijs deditus, & idololatriæ: cuius rei causam in pastores reijcit, hoc est, in reges, & sacerdotes, & legis docto-res, sicut Cap. 2. huius lib. dixit Propheta. *de monte in mõtem transierunt, obliti sunt cubilis sui.* hoc est, Captiui ducti sunt de monte in montem, quò vsq; venerunt Babylonem, & multo tempore extra terram suam exularunt, vbi velut in cubili quiescebant: eorum enim quæ per longum tempus relinquimus, obliuisci solemus. vel per cubile, templum intellige. Theodo. delubra idolorum appellat colles & montes, quoniam in eis adorabant idola: templum autem diuinum cubile eorũ, inde enim cõsequebantur bonorum fruitionẽ. Error, inquit, ille tradidit eos hostib', propter ea quæ commiserũt in dominum. Chal. Par. Obliti sunt domus confidentiæ suæ. *decori iustitiæ & expectationi patrũ eorũ.* Sic vocat Deum, quòd populum suũ decoraret iustitia, & decor populi esset propter leges iustitiæ quas illi dederat, & quib' eũ gubernabat. Sep. Pascua Iustitiæ ei qui cõgregauit patres eorũ Dño. Theo. interpretatur, q' fuerint Iudęi pascua Iustitiæ Dño, qui patres eorũ elegit. Chal. Par. longè recesserũt ab habitaculo veritatis eius, & ab expectatione patrũ suorũ Dño. Vox נוה naueh, habitaculũ, & decorẽ significat. diximꝰ d hac voce sup Cap. 31. eadẽ vox pascuũ significat, sicut trãstulerũt Sep. *Estote quasi hædi ãte greges.* hoc est, Confidenter egredimini de Chaldęa, sicut hœdi sine

nietu greges præcedunt. loquitur de egressu Iudęorũ ex Babylone, & reditu in Iudęam. Sep. Estote quasi dracones ante faciẽ ouium. Theodor. legit τοὺς κριοὺς, idest, arietes. Syrus autẽ interpretatus est τράγους idest, hircos. Hortatur eos, ait Theodor. vt sint potẽtiores Babylonijs, & patriam suam occupent; propterea cõparauit eos hircis: sunt enim hirci robustiores ouibus. Chal. Paraph. Estote quasi principes in capite populi. *Quoniam exultatis, et magna loquimini.* Causam exponit quare vastanda sit Babylon, quòd scilicet exultauerit in perditione hęreditatis Domini, Iudęorũ nempe, & Ierusalem, & templi, & superba locuta sit; tribuens sibi victoriam, *quoniam effusi estis sicut vituli super herbã, et mugistis sicut tauri.* Auiditatem in expugnanda, & diripienda terra Iudæorum significat. Septuag. quoniam lasciuistis sicut vituli in herba, & cornu petistis sicut tauri. Chald. Paraph. quia exultatis quasi vitulus saginatus, & hinnitis quasi fortes. Pagni. ex Hebr. multiplicastis pinguedinẽ. vel, sumpsistis incremẽtum sicut vitula germinis idest, quę pascit germina: & exultastis sicut fortes, vel tauri habita victoria. *Omnis qui transibit per Babylonem stupebit, et sibilabit super vniuersis plagis eius.* vim tribulationis immensam significat. *Clamate aduersus eam, vbiq; dedit manum.* Septuag. dissolutæ sunt manus eius. Chaldai. Paraphra. tradita est in manus eorum. Pagni. ex Hebræo. Clamate aduersus eam per circuitum, *dedit manum suam.* dare manum est, ferre auxilium. Est etiam seruituti se exponere, & victum offerre, quasi manus ligandas porrigere. Sic Threnorum. 5. Ægypto dedimus manũ, & Assyrijs. Est etiam diripere. Sic etiã vulgari sermone dicimus, *Dar mano.*

Potest

pôteſt ergo præſens locus ſic exponi. Vbique dedit manum, hoc eſt, alias omnes gentes diripuit, ideo omnes in eam inſurgite. vel clamate aduerſus eã vndiq;. dedit manum ſuam, hoc eſt, ſuperata eſt. Vnde ſubditur, *Ceciderunt fundamenta eius, deſtructi ſunt muri eius, quoniam vltio Domini eſt, vltionem accipite de ea: ſicut fecit facite ei.*

Diſperdite ſatorem de Babylone, & tenentem falcem in tempore meſsis à facie gladij columbæ. Theodo. Non ſolùm milites, ſed etiã agricolas interficite; idem enim ipſi perpetrarunt, dum bellum gererent aduerſùs Iſraelem. Chald. Paraph. diſperdite regem de Babylone, & tenentem gladium in tempore occiſionis. *à facie gladij columbæ.* Septuag. à facie gladij græci. Theodo. Cyrus antè deſtruxit Lydos, quàm Babylonem: ſubiugauit etiam Iones, & Heloes, qui migrantes è Græcia habitauerunt in Aſia. Hos ergo Cyrus ducens iniјt expeditionem contra Babylonem. Nec certè fruſtra Græcorũ meminit ſermo propheticus, verũ vt doceret nationes etiam vbicunq; procul habitantes diuina ſententia cõgregatas eſſe aduerſùs Babylonem. Chald. Paraph. à facie gladij inimici, qui eſt ſicut vinum inebrians. Habes idem ſuprà Cap. 25. & 46. in quibus locis per gladium columbæ, Babylonicum gladium interpretati ſumus. hoc in loco in eũdem ſenſum interpretari poſſumus, quaſi dicat, propter iram quam gladius Babylonicus exercuit in Iudęos. Pag. verba hæc, à facie iræ columbæ, cum ſequentibus coniungit. trãſfert autẽ in hunc modũ, à facie gladij opprimẽtis, vel depopulatoris, vnuſquiſq; ad populum ſuum reuertetur, & quilibet ad terram ſuam fugiet. quod ita expo

terrã.. *Aperuit Dñs thesaurũ suũ, et protulit vasa iræ, quoniã opus est Dño Deo exercituũ in terra Chaldæorũ* hoc est, aperuit armarium suũ, Persidẽ nẽpe & Medã, è quibus tã quã ex armario deprõpsit Dñs Dariũ & Cyrum contra Babylonẽ, cuius euersionẽ opus Dei vocat. *Venite ad eã ab extremis finibus, aperite vt exeant qui conculcẽt eam.* Sep. qm̃ venerũt tẽpora eius: aperite apothecas eius. Theo. Nõ vltrà Dñs lõganimiter feret, sed de impietate sumet pœnas. post hęc vt doceat se esse qui pœnas irroget, mãdat vt scrutẽtur apothecas, & cuncta perdant, ac ne vestigiũ quidẽ prioris fœlicitatis relinquãt. Chald. Para. Ingredimini ad eã à latere; aperite horrea eius, absumite facultates ei⁹. In Heb. venite ei. i. ad eã à fine. Pag. Cùm venerit finis eius. Sed à fine possumus exponere, ab extremis finibus, sicut nr̃a habet litera. aperite horrea ei⁹ vel penora. Heb. מאבסיה maabuseah, horrea eius, potest esse à radice בוס bus, quod verbum conculcare significat, & sic possumus trãsferre, aperite cõculcatoribus eius, hoc est, vt exeãt cõculcatores eius, quemadmodum habet nr̃a lectio. quasi dicat. nullũ sit impedimẽtũ, nemo impediat, nemo portas claudat, quò minùs ex omnib⁹ gẽtibus veniãt ad cõculcãdã Babylonẽ. *Tollite de via lapides, & redigite in aceruos, & interficite eã, nec sit quicquã reliquũ.* Idẽ est sensus. Auferte lapides, & redigite in aceruos, vt via sit expedita, qua veniãt vastaturi & conculcaturi Babylonẽ. Sep. scrutamini eã quasi speluncã, & exterminate eã: nõ sit ei⁹ reliquũ. Chal. Par. Sicut absumũt aceruos tritici, sic absumite eã, nõ sint ei reliquiæ. In Heb. סלוה saluah, à verbo סלל salal, quod est exaltare, eleuare, viã sternere, ꝙ fit aggesta terra vel lapidib⁹, vñ

 nostra

Prou. 15. nostra litera, tollite de via lapides. Sic in Prouer. Via iustorum sine offendiculo. vbi in Heb. est סלולה. selulah, exaltata, eleuata. sequitur in Heb. כמו ערומים chemo haremim. sicut aceruos. noster interpres quò aptiùs sensum explicaret, transtulit, & redigite in aceruos. Pag. ex Heb. Calcate super eam, sicut calcauit triturans super manipulos. idest, quemadmodũ calcant triturantes aceruos manipulorum, quum illos triturant. Rab. Ioseph exponit. facite cumulos cumulos, hoc est multos cumulos, sicut aceruos, de spolijs ei⁹. i. accumulate spolia eius. *Ecce ego ad te superbe, dicit Dominus Deus exercituum, quia veniet dies tuus, tempus visitationis tuæ*, Chald. Paraph. Ecce ego mitto furorẽ meũ cõtra te rex impie. Regem Babylonis alloquitur. Sed in omnem superbum hac sententia vti possumus, sicut quod sequitur. *Et cadet superbus, et corruet, et non erit*

Iaco. 4. b *qui suscitet eum.* vtiq; quia Deus superbis resistit. *calumniam sustinent filij Israel & filij Iuda.* Chald. Paraphra. vi oppressi sunt. Theodo. Cùm populum Dei in seruitutem redegissent, noluerunt tempore opportuno concedere eis libertatem: sed Deus illorũ causam defendet, liberabitq́;, & oppressores perdet. *Siccitas super aquas eius erit, et arescent.* Theodo. Quõdã Euphrates vrbem ipsam mediam diuidebat: nũc autem fluuius cõuersus est ad aliam viam, & minimo alueo per rupes fluit. Sed etiam multitudinem figuratè vocauit aquã. Alij, In oppugnatione vrbis Euphrates fluuius diuisus est in multos alueos, qui facilè traijci poterãt sine scaphis, quo strategemmate reddidit Cyrus vrbem expugnabilem, quæ alioqui vix expugnari potuisset. *Propterea habitabunt dracones cum fatuis ficarijs, et habita-*

bunt in eis struthiones. Septuag. phantasmata in Insulis, & habitabunt in eis filiæ sirenum. Theodore. Insulas vocat domos ciuitatis, quasi aqua muros ambientes circumluat, rursumq; vrbs in medio flumen habet. Statuas verò dæmonum imaginationes vocat, filias Sirenarum Syrus interpretatus est Struthiocamelos: atque scriptura diuina solet ita vocare dæmones, eò quòd demulceant, & fallant homines. In Hebr. ziim cum iim, bestias syluestres deserta & insulas incolentes significant. Vbi verò nos habemus, struthiones, in Hebr. est filiæ יענה iahanah, quæ vox significat auē quandam deserta incolentem, cuius vox est vlulatus, vlula dicitur. Chald. Paraphra. filię struthionum. Deniq; Babylonem desolandam, vt habitatio sit ferarum solitudines & deserta incolentiū, significat. Quę sequuntur vsq; ad finem Cap. habes Cap. superiori.

ARGVMENTVM.

De vastatione Babylonis, & Chaldæorum.

¶ CAP. LI.

HÆC dicit Dominus, *Ecce, ego suscitabo super Babylonem, & super habitatores eius qui cor suū leuauerunt contra me, quasi ventum pestilētem.* 2 *Et mittam in Babylonem ventilatores, & ventilabūt eam, & demolientur terram eius: quoniam venerūt super eam vndique in die afflictionis eius.* 3 *Non tendat qui tendit arcum suum, & non ascendat loricatus. nolite parcere iuuenibus eius, interficite omnem militiam eius.* 4 *Et cadent interfecti in terra Chaldæorū, & vulnerati in regionibus eius.* 5 *Quoniam nō fuit*

viduatus

viduatus Israel & Iuda à Deo suo Domino exercituum: terra autem eorum repleta est delicto à sancto Israel. 6 Fugite de medio Babylonis & saluet vnusquisq; animā suam: nolite tacere super iniquitatem eius, quoniam tempus vltionis * est à Domino, vicißitudinem ipse retribuet ei. 7 Calix aureus Babylon in manu Domini inebrians omnem terram: de vino eius biberunt Gentes, & ideo commotæ sunt. 8 † Subitò cecidit Babylon, et cõtrita est: vlulate super eam, tollite resinam ad dolorē eius, si fortè sanetur. 9 Curauimus Babylonem, & non est sanata: derelinquamus eam, & eamus vnusquisq; in terram suam: quoniam peruenit vsque ad cælos iudicium eius, & eleuatū est vsq; ad nubes. 10 Protulit Dominus iustitias nostras: venite & narremus in Sion opus Domini Dei nostri. 11 Acuite sagittas, implete pharetras: suscitauit Dominus spiritum regum Medorum, et contra Babylonem mens eius est vt perdat eam, quoniam vltio Domini est, vltio templi sui. 12 Super muros Babylonis leuate signum, augete custodiam: leuate custodes, præparate insidias: quia cogitauit Dominus, & fecit quæcunque locutus est contra habitatores Babylonis. 13 Quæ habitas super aquas multas locuples in thesauris: venit finis tuus pedalis præcisionis tuæ. 14 † Iurauit Dominus exercituum per animam suam, Quoniam replebo te hominibus quasi brucho, & super te celeusma cātabitur. 15 † Qui fecit terram in fortitudine sua, & præparauit orbē in sapientia sua, & prudentia sua extendit cælos. 16 Dante eo vocem multiplicantur aquæ in cælo: † qui leuat nubes ab extremo terræ, fulgura in pluuiam fecit: & produxit ventum de thesauris suis. 17 Stultus factus est omnis homo à scientia, confusus est omnis conflator in sculptili, quia mendax est conflatio eius, nec est spiritus in eis. 18 Vana sunt opera, & risu digna, in tempore visitationis suæ peribunt. 19 Non sicut hæc pars Iacob, quia qui fecit omnia ipse est, & Israel sceptrum hæreditatis eius: Dominus

'vt M S. R.
* eius MS. R.
G.Q.N.
-M.S.H.
H.
Isa.21,9, Apoc. 14,8.
† Amos. 6, 8.
† Gen.1, 29.
† Sup.20 12.
† Psal. 134, 7.
Sup. 10. 13.

minus exercituum nomen eius. 20 Collidis tu mihi vasa belli, & ego collidã in te Gentes, & disperdã in te regna. 21 Et collidam in te equum, & equitem eius, & collidam in te currum, & ascensorem eius: 22 Et collidam in te virum & mulierem, & collidam in te senem et puerum, & collidam in te iuuenem & virginem. 23 Et collidam in te pastorem & gregem eius, & collidam in te agricolam & iugales eius, & collidam in te duces & magistratus. 24 Et reddam Babyloni, & cunctis habitatoribus Chaldææ omne malum suum quod fecerunt in Sion, in oculis vestris, ait Dominus. 25 Ecce ego ad te mons pestifer, ait Dominus, qui corrumpis vniuersam terrã: & extendam manum meam super te, & euoluam te de petris, & dabo te in montem combustionis. 26 Et non tollent de te lapidem in angulum, et lapidem in fundamenta, sed perditus in æternum eris, ait Dominus. 27 Leuate signum in terra: clangite buccina in gentibus: sanctificate super eam Gentes: annuntiate contra illam regibus Ararat, Memni, & Ascenez: numerate contra eam Taphsar, adducite equum quasi bruchum aculeatũ. 28 Sanctificate cõtra eam gẽtes: reges Mediæ, duces eius, & vniuersos magistratus eius, cunctamq; terrã potestatis eius. 29 Et commouebitur terra, & conturbabitur: quia euigilabit cõtra Babylonẽ cogitatio Domini, vt ponat terrã Babylonis desertã et inhabitabilẽ. 30 Cessauerunt fortes Babylonis à prælio, habitauerũt in præsidijs: deuoratũ est robur eorũ, et facti sunt quasi mulieres: incẽsa sunt tabernacula eius, contriti sunt vectes eius. 31 Currens obuiã currẽti veniet: et nũtius obuius nuntianti: vt annuntiet regi Babylonis quia capta est ciuitas eius à summo vsq; ad summũ, 32 & vada præoccupata sunt, et paludes incensæ sunt igni, et viri bellatores cõturbati sunt. 23 Quia hæc dicit Dñs exercituũ, Deus Israel, Filia Babylonis quasi area tẽpus trituræ eius: adhuc modicũ, et veniet tẽ-

montibus. O

pus mes-

*pus meßionis eius.34 Comedit me, deuorauit me Nabuchodonosor rex Babylonis, reddidit me quasi vas inane: absorbuit me quasi draco, repleuit vētrē suū teneritudine mea, & eiecit me. 35 Iniquitas aduersum me, & caro mea super Babylonem, dicit habitatio Sion: & sanguis meus super habitatores Chaldææ, dicit Ierusalem. 36 Propterea hæc dicit Dominus, Ecce ego iudicabo causam tuam, & vlciscar vltionem tuam: et desertum faciam mare eius, & siccabo venā eius. 37 Et erit Babylon in tumulos habitatio draconū: stupor & sibilus, eò quòd non sit habitator. 38 Simul vt leones rugient, excutient comas veluti catuli leonum. 39 In calore eorū ponam potus eorum: & inebriabo eos, vt sopiātur, & dormiāt somnū sempiternū, & non consurgant, dicit Dominus. 40 Deducam eos quasi agnos ad victimā, *quasi arietes cum hœdis. 41 Quomodo capta est Sesach & cōprehensa est inclyta vniuersæ terræ? quomodo facta est in stuporem Babylon inter gentes? 42 Ascendit super Babylonem mare: multitudine fluctuū eius operta est. 43 Factæ sunt ciuitates eius in stuporem: terra inhabitabilis et deserta, terra in qua nullus habitet, nec 'transeat' per eam filius hominis. 44 Et visitabo super Bel in Babylone, & eijciā quod absorbuerat de ore eius & non confluent ad eū vltrà Gētes, siquidem & murus Babylonis corruet. 45 Egredimini de medio eius populus meus: vt saluet vnusquisque animam suam ab ira furoris Domini. 46 Et ne fortè mollescat cor vestrū, & timeatis auditū qui audietur in terra: & veniet in anno auditio, et post hūc annum auditio: & iniquitas in terra, & dominator super dominatorem. 47 Propterea ecce dies veniunt, & visitabo super sculptilia Babylonis: et omnis terra eius confundetur, et vniuersi interfecti eius cadent in medio eius. 48 Et laudabūt super Babylonem cæli et terra, et omnia quæ in eis sunt: quia ab Aquilone venīēt ei prædones, ait Dominus. 49 Et quomodo fecit Babylon vt caderent*

occisi

*& 10. MS. Rab. G. Verū in R.H. & C. nō additur.

'transiet 4 MS. R.H.C.

occisi in Israel: sic de Babylone cadent occisi in vniuersa terra. 50 Qui fugistis gladium, venite, nolite stare: recordamini procul Domini, et Ierusalem ascendat super cor vestrum. 51 Confusi sumus, quoniam audiuimus opprobrium: operuit ignominia facies nostras: quia venerunt alieni super sanctificationem domus Domini. 52 Propterea ecce dies veniunt, ait Dominus: & visitabo super sculptilia eius & in omni terra eius mugiet vulneratus. 53 Si ascenderit Babylon in cælum, & firmauerit in excelso robur suum: à me venient vastatores eius, ait Dominus. 54 Vox clamoris de Babylone, & contritio magna de terra Chaldæorum. 55 Quoniam vastauit Dominus Babylonẽ, & perdidit ex ea vocem magnam: & sonabunt fluctus eorum quasi aquæ multæ: dedit sonitum vox eorum. 56 Quia venit super eam, id est super Babylonem prædo, & apprehensi sunt fortes eius, & emarcuit arcus eorum: quia fortis vltor Dominus reddens retribuet. 57 Et inebriabo principes eius, & sapientes eius, & duces eius, & magistratus eius, & fortes eius: & dormient somnum sempiternum, & non expergiscentur, ait rex, Dominus exercituum nomen eius. 58 Hæc dicit Dominus exercituum, Murus Babylonis ille latißimus suffossione suffodietur, & portæ eius excelsæ igne comburentur, & labores populorum ad nihilum, & gentium in ignem erunt & disperibunt. 59 Verbum quod præcepit Ieremias Propheta Saraiæ filio Neriæ filij Maasiæ, cùm pergeret cum Sedecia rege in Babylonem, in anno quarto regni eius: Saraias autẽ erat princeps prophetiæ. 60 Et scripsit Ieremias omne malum quod venturum erat super Babylonem in libro vno: omnia verba hæc quæ scripta sunt contra Babylonem. 61 Et dixit Ieremias ad Saraiam, Cùm veneris in Babylonem, & videris, & legeris omnia verba hæc, 62 dices, Domine tu loquutus es contra locũ istũ vt disperderes eum: ne sit qui in eo habitet ab homine vsque ad pecus, et vt sit perpetua solitudo.

63 Cùm

'Babylonis M S. q. R. Rab.

'altißimᵒ M S. Rab. Q. n.

63 Cùm q; cōpleueris legere librū istū, ligabis ad eū lapidem, et proijcies illum in mediū Euphraten, 64 & dices: Sic submergetur Babylon, & non consurget à facie afflictionis quam ego adduco super eam, & dissoluetur. Hucusque verba Ieremiæ.

EXPLANATIO.

HÆC dicit Dñs, *Ecce ego suscitabo super Babylonem, & super habitatores eius qui cor suum leuauerunt contra me, quasi ventum pestilentē.* Multis verbis prædicit vastitatem Babylonis, quia vrbs erat validissima, & propè inexpugnabilis, & imperatrix Orientis. leuare cor cōtra Dominum est, erigi in superbiā. Hostes ventū pestilentem vocat, & expugnatores & direptores vētilatoribus comparat. *Non tendat qui tendit arcum suum, & non ascendat loricatus.* Septuag. super eam extendat extēdens arcum suum, & circūponat cui sunt arma sua. Chald. Para. habet vt nostra lectio. In Hebr. אל el, significat ad. & ita transfert Pagni. Sed dictio hæc aliquando ponitur pro, al, quæ, ne, & non significat, vt nostra habet litera. Est ergo sensus. Non est quòd Babylonij nitantur se defendere, nam frustra id facient. *Quoniam non fuit viduatus Israel, et Iuda à Deo suo domino exercituum.* Hoc est, Deum habet qui causam illius agat. Chal. Para. Non sunt derelictæ domus Israel & Iuda à Deo suo, à Domino exercituū. *Terra autē eorū repleta est delicto à Sancto Israel.* De terra Chaldeorū loquitur. hoc est, propter iniuriā illatam Sācto Israel, dū populus eius indignissimè afflictus & tractatus est. *Nolite tacere super iniquitate eius.* Sep. ne proijciamini in iniquitate ei⁹. Chal. Par. Ne occidamini in peccato eius. Vtraq; interpretatio refertur ad superiorē sententiā. quasi dicat, Fugite, ne propter iniqui

ter iniquitatẽ ei⁹ proijciamini, vel occidamini. Pagni. in eũdẽ sensum trãsfert, Ne disperdamini propter ini quitatẽ eius. Verbũ Heb. דמם damas, silere, tacere, expectare, & succidi significat. Iuxta nrã literã erit sensus, Nõ est cur vltrà silẽtio prætereamus iniquitatem eius: venit enim iã tẽpus vltionis eius. *Calix aureus Babylon in manu Dñi, &c.* Hoc est, Per Babylonios Deus cæteras gẽtes afflixit, propterea omnes cõcitatæ sunt aduersus eã. Vocat autẽ calicem aureũ, ait Theo. sicut Daniel regẽ Babylonis dixit esse caput aureũ, nempe propter maximas diuitias, & eximiã fęlicitatẽ. Chald. Para. Ecce sicut calix aureus qui est desiderabilis prę cũctis vasis, sic supremũ est peccatũ Babylonis. Alij ca licẽ aureũ interpretantur vinũ purissimũ: quo genere dicẽdi acrem pœnã significari volũt. *tollite resinã.* ferte opẽ. sed frustra. *nõ est sanata.* nulli⁹ auxiliũ potuit eã de fendere; propterea recedũt q venerãt, vt eã defenderẽt. Sed & terribilis quędã cõminatio hæc est in eos qui diuina monita, consilia, adhortationes, & flagella cõtẽnũt, vt nulla ratione possint à vitijs & sceleribus retrahi: quos Deus tandẽ propter illorũ obstinationẽ & duritiã deserit, vt qui sordidus est sordescat & ampliùs, neq; possit aliquis corrigere quẽ Deus despexe rit. *Quoniã peruenit vsq; ad cælos iudiciũ eius.* Iudiciũ vocat iustã vltionẽ, quàm summã ad cęlos vsq, futurã prędi cit. *Protulit Dominus iustitias nostras: venite et narremus in Siõ opus Dñi Dei nostri.* Vox est populi Dei. Hoc est qđ superiori Cap. dixit, Iudicio defendet causam eorum. Iustitias autem vocat, pœnã iustè inflictã propter oppressionem populi Dei. Vnde statim subditur, *quoniam vltio Domini est, vltio templi sui.* *Super muros Babylonis le-*

Eccl. 7. b.

nis leuate signum. Adhortatur Medos ad expugnationem. Collocate vexilla vestra super muros in signum partę victorię. aut, erecto & explicato vexillo inuadite Babylonem. Sic etiã quæ sequũtur studium in bello gerendo significãt, vt nihil desit quod ad peritissimos bellatores spectet. *Quæ habitas super aquas multas, locuples in thesauris, venit finis tuus pedalis præcisionis tuæ.* Prope Euphratem erat Babylon locupletissima. finem pedalem pręcisionis vocat, finem & terminũ emensum veluti pedibus, in quo perdẽdam decreuerat Deus Babylonem. Septua. Venit finis tuus verè in viscera tua. Chald. Paraph. peruenit dies interitus tui, tempus visitationis malitiæ tuæ. Vox. Heb. אַמַּת amat, cubitum, mensuram significat. בֶּצַע betsah, cupiditatem, auaritiam, oppressionem violentam significat. Transferre possumus, venit mensura desiderij tui, vel oppressionis tuæ, vel auaritiæ. hoc est, pœna commensurata oppressioni tuę. Sic etiam interpretari possumus literã nostram. Venit finis tuus, qui erat pedalis pręcisionis tuæ. hoc est, commensuratus violentiæ tuæ, quam erga populum Dei exercuisti. Sep. verè in viscera tua, transtulerunt. nã emet, verè significat, & betsuch, cupiditatem, concupiscentiam: & quia in visceribus & adipe est vis concupiscibilis, viscera etiam significare potest. *iurauit Dominus per animã suã.* hoc est, per seipsum, per vitam suam. Sicut alibi, Viuo ego. Multitudinem militum brucho comparat. Celeusma autem vocat adhortationem, qua se mutuò adhortãtur milites ad pugnam, & occisionem. *Qui fecit terram in fortitudine sua. etc.* Sic suprà Cap. 10. vide ibi. *Collidis tu mihi vasa belli, et ego collidam in te gentes, et disperdam in te regna.* Sep. dispergis

Sup. Cap. 22.

dispergis tu mihi vasa belli, & ego dispergam in te gẽtes, & concitabo in te reges. Theodore. Syrus interpretatus est, pręepara mihi instrumenta bellica. At iuxta Grę̨cam interpretationem sic intelligendum est. Quoniam vsus es armis tuis contra populum meum, & tela hastasq; iaculatus es in eos: & ego dissipabo in te gẽtes, quæ venerunt in auxilium tuum. Chald. Para. Dissipator tu es coram me, ciuitas in qua sunt arma bellica: & dispergam in te populos multos, & dissipabo in te regna. In Hebr. malleus, vel contritio, vel dispersio tu mihi instrumenta belli, & conteram in te gentes, & disperdam in te regna. Eundem habet sensum nostra lectio. quasi dicat, tu mihi fuisti malleus, in quo multos cõtriui, & instrumenta belli, quibus alios debellaui, & nunc cõteram in te gentes &c. *Ecce ego ad te mons pestifer, ait Dominus, qui corrumpis vniuersam terrã.* Vocat Babylonem montem, non quòd esset sita in monte (erat enim in loco humili) sed quòd esset fortis, & inexpugnabilis. Theodo. Ob excellentiam Imperij, vel ciuitatem ipsam, in qua domus erãt magnę, & palatia ex lapidibus constructa, vocat mõtem. Vnde subdit, *Euoluam te de petris &c.* Chald. Paraph. Ecce ego mitto furorem meum contra te ciuitas dissipãs, dicit Dominus; quę dissipas vniuersam terrã. *Et euoluam te de petris.* Theodore. Hoc est, humilem reddam. Chal. Para. Consumã te à fortibus. In Hebr. vt in nr̃a litera. *Et non tollent de te lapidẽ in angulũ.* hoc est, Nullus ex te assumetur ad regiã dignitatẽ: peribit imperium tuũ. vel, lapides tui igne consumentur, vt nullus ex eis prodesse possit, vt in angulo vel in fundamẽto collocetur. Chal. Para. Et nõ tollent ex te regẽ in regnũ, &

principem in principatum. *Leuate signum in terra.* hoc est, vexillum. Indicite bellum, conscribite militem, pręparate gentes in bellum contra Babylonem. *Annunciate contra eam regibus Ararat. &c.* Ararat regio est Armeniæ, aut ipsa Armenia. 4. Reg. 19. Isa. 37. *Menni.* regio est vicina Armenię. vel, vt nonnulli volunt, est Armenia minor vel inferior. duplex est enim Armenia, maior, siue montuosa, & inferior vel minor. *Ascenez.* Regionem Gothicam sic vocari aiunt nonnulli, quæ est septentrionalis, & accedit ad Scythiam. Sic Eusebius. Sed & Germaniam nonnulli intelligunt. *Thaphasar.* Septuagin. iaculatores habent. Chaldai. Paraphra. populos bellatores. Vox Hebr. principem, & ducem significat. Vel nomen est regionis, & Prouinciæ. *adducite equum quasi bruchum aculeatum.* Septuagin. ascendere facite contra eam equorum quasi locustarum multitudinem. Chaldai. Paraphra. qui ascendant equos suos hinnientes instar bruchi inflãmati, *quia euigilabit cõtra Babylonem cogitatio Domini.* Sic suprà Cap. 1. Vigilabo ego super verbo meo, vt faciam illud. Chal. Para. Qm̃ confirmatę sunt contra Babylonẽ cogitationes Dñi. Euigilare cogitationẽ est, perficere opere quod cogitauerat. quasi dicat. pficiet opere Dñs q̃ cogitauerat contra Babylonẽ. *Cessauerũt fortes Babylonis à prælio.* hoc est, Non audebũt milites, qui defendent Babylonẽ, egredi ad pręliũ. *Currens obuiã currenti veniet,* Hoc est, discurrent nuncij à rege ad eos qui vrbem defendebant, & ab his ad regẽ, & sibi inuicem occurrent. *Capta est ciuitas à summo vsq; ad summũ.* id est, ab vno angulo qui pertinebat ad Euphraten, vsq; ad alium angulũ. Per alueũ Euphratis capta

est.

est Babylō, qui per medium fluebat. *Et vada præoccupata sunt.* Vada vocat transitus ex Euphrate in vrbem, quos aliò deriuans Persa, exustis carectis exalucis fluminum vt expeditior esset via ad vrbem, occupauit eam. & hoc est quod ait, *et paludes incensa sunt.* hoc est arundines, quæ apud Euphraten & Nilum crescũt in arborũ altitudinem. vel munitiones aliquas super paludes erectas intellige. *filia Babylonis quasi area tẽpore trituræ eius, adhuc modicum & veniet tẽpus messionis eius.* hoc est, opulenta est modò veluti area tempore trituræ, sed spoliabitur omnibus bonis. *Comedit me, deuorabit me Nabuchodonosor.* Verba sunt cœtus Iudæorum narrantium oppressiones, & calamitates quibus affecti fuerant à Chaldæis. *Impleuit ventrem suum teneritudine mea.* Septuagin. à delicijs meis. Chald. Paraph. Impleuit domum thesauri sui bonis terræ meæ. per teneritudinẽ, delicias, preciosa queq; intelligit. *Iniquitas aduersum me, et caro mea super Babylonem.* hoc est, iniquitas quam erga me ostendit, rapinæ, violentia, & caro interfectorum meorum erit super Babylonem, & dignas exoluet pœnas. *Et desertum faciam mare eius, & siccabo venam eius.* Opes immensas, & thesauros ex quibus veluti ex fonte opes dimanabant. Theodoretus per mare, subditorum multitudinem; per venam, vel fontem, regnum & dominationem in omnes interpretatur. *Simul vt leones rugient, excutient comas veluti catuli leonum.* Clamores Babyloniorum, cùm viderint Babylonem ab hostibus captam, rugitibus leonum cõparat, & catulis leonum, qui præ dolore & furore comas excutiunt. Hebr. נערו naharu, rugient, vel excutient significat. subaudiendum est, comas, quod

noster interpres expressit. *In calore eorũ ponã potũ eorũ, & inebriabo eos vt sopiãtur, et dormiãt somnũ sempiternum.* Chal. Para. Adducã super eos tribulationẽ, & erũt similes ebrijs, vt nõ sint fortes, sed moriãtur morte secunda, & non viuãt in seculo futuro. Alij interpretantur ponã in malũ cõuiuiũ eorum, cùm incaluerint in cõuiuio. Dan. 5. Balsasar iam temulẽtus pręcepit afferri vasa aurea & argentea, quæ asportauerat Nabuchodonosor pater eius de tẽplo quod fuit in Ierusalẽ, vt biberent in eis rex, & optimates eius, vxoresq; eius, & concubinę. Et in eadem hora apparuerũt digiti, quasi manus hominis scribentis sententiam contra regem. *Quomodo capta est Sesach.* hoc est, Babylon. Sic Chal. Paraph. & constat ex contextu literę. Miratur euersionẽ Babylonis vrbis inexpugnabilis. mare vocat exercitũ numerosum Medorũ & Persarũ. Chal. Para. rex cum copijs suis numerosis. *Et visitabo super Bel in Babylone.* hoc est, Idola destruã. Chal. Par. Et visitabo super eos qui colunt Bel in Babylone. *Et eijciam quod absorbuerat de ore eius.* Chal. Para. Et diripere faciã substãtiam eius ab ea. Quidã de donarijs, & anathematibus interpretãtur, quę direpta sunt ab hostibus. Theodo. de cibis quæ Bel idôlo dabãtur, vt in Daniele. *Et non confluẽt ad eã vltrà Gentes.* Chal. Paraph. Et non obedient ei ampliùs populi. Theo. ad cessationẽ erroris refert. idest, non cõfluent gentes ad venerandum Bel. *Et veniet in anno auditio. etc.* Theodo. Vno aut duobus annis antè denuntiatus est aduentus hostium, & tamen perseuerabant in iniustitia & iniquitate sua. Tertio anno Regis Balsasar vastata est Babylon. Primo anno rumor belli sparsus est. Secundo aduenerunt Persæ. Tertio

Dan. vlt.

expugnata

expugnata est Babylon. Quod autem ait, *dominator super dominatorẽ*, ideò dicit, quia Dario successit Cyrus. *Et laudabunt super Babylonem cæli*. Laudabunt iustã Dei vltionem sumptam de Babylone propter multiplicem iniquitatem eius angeli cæli. *Qui fugistis gladium venite, nolite stare, recordamini procul Domini, & Ierusalem ascendat super cor vestrum*. Ad Iudæos est sermo. Recordamini, ait, iam post septuaginta annos cultus Domini, & Ierusalem. ascendere in cor, pro recordari. *Confusi sumus quoniam audiuimus opprobrium*. Subaudi, dicite, Pudore affecti sumus, cùm audiuimus ignominiam maiorum nostrorum, & contumeliam qua barbari Deum affecerunt, destructo eius templo. *Et inebriabo principes eius*. hoc est, adducam super eos calamitates maximas, quibus cruciabuntur ad mortem vsque. *Et labores populorum ad nihilum, & gentium in ignem erunt*. Labores populorum vocat ædes magno labore constructas. Alij laborem in extinguendo ignem intelligunt. quasi dicat, frustra laborabunt in igne extinguendo: non enim poterunt illum extinguere. Quæ sequuntur aperta sunt. Quod autem dicit de profectione regis Sedeciæ in Babylonem, non est intelligendum de profectione illa, quando ductus est captiuus, sed de illa quam suscepit anno quarto regni sui, vt Nabuchodonosorem inuiseret, illumq; salutaret. Quod autem Saraias princeps dicitur prophetiæ, Septuaginta principem donorum, transtulerunt. Chaldaica Paraphasis, principem munerum. In Hebræo מנוחה menuchah. quietem, requiem significat. Vnde nonnulli volunt significari, quòd huius principis consortio vteretur, quoties rex animum

remittere volebat,,& recreare, & à serijs negotijs respirare. Dictio Hebræa si sit à verbo מנח manach, munus,& donum significat. Sicut Septuag.& Chald. Paraph. habent. & quia Prophetia donum Dei est, pro Prophetia potest etiã sumi, vt nostra habet litera. Lyra exponit, quòd esset princeps inter Leuitas, qui laudes diuinas à Dauide & alijs prophetis cõpositas decãtabant. Quod tandẽ dicitur, *Huc vsq; prophetia Ieremiæ.* intellige prophetiam de Babylone. Nonnulli volunt, vt diximus in præfatione, Caput sequens à Baruch ex libr. 4. Reg. mutuatum hoc in loco appositũ fuisse, vt ex commemoratione cladis Ierosolymitanæ, quæ in sequenti Cap. refertur, via sterneretur lectoribus ad proximè sequentem librum Lamentationum. Et iuxta horum sententiam hic finis esset Prophetiæ Ieremiæ.

ARGVMENTVM.

De Ierusalem vastatione, & Sedeciæ regis captione, vrbis incendio, Templi spoliatione, & Regis Ioachin captiui exaltatione.

¶ CAPVT. LII.

†4. Reg. 24.28. 2. Par. 36 13.

FILIVS † viginti & vnius anni erat Sedecias cùm regnare cœpisset: & vndecim annis regnauit in Ierusalem *: & nomen matris eius Amital, filia* Ieremiæ *de Lobna. 2 Et fecit malum in oculis Domini iuxta omnia quæ fecerat Ioacim. 3 Quoniam furor* Do*mini erat in Ierusalem & in Iuda, vsquequo proyceret eos*

à facie

à facie sua: & recessit Sedecias à rege Babylonis. 4 † Factum est autem in anno nono regni eius, in mense decimo, decima mensis: venit Nabuchodonosor rex Babylonis, ipse, & omnis exercitus eius aduersus Ierusalem, & obsederunt eam, & ædificauerunt contra eam munitiones in circuitu. 5 Et fuit ciuitas obsessa vsque ad vndecimum annum regis Sedeciæ. 6 Mense autem quarto, nona mensis, obtinuit fames ciuitatem: & non erant alimenta populo terræ. 7 Et dirupta est ciuitas, & omnes viri bellatores eius fugerunt, exieruntque de ciuitate nocte per viam portæ, quæ est inter duos muros, & ducit ad hortum regis (Chaldæis obsidentibus vrbem in gyro) & abierunt per viam quæ ducit in eremum. 8 Persequutus est autem Chaldæorum exercitus regem: & apprehenderunt Sedeciam in deserto, quod est iuxta Iericho: & omnis comitatus eius diffugit ab eo. 9 Cùmque comprehendissent regem adduxerunt eum ad regem Babylonis in Reblatha, quæ est in terra Emath: & loquutus est ad eum iudicia. 10 Et iugulauit rex Babylonis filios Sedeciæ in oculis eius: sed & omnes principes Iuda occidit in Reblatha. 11 Et oculos Sedeciæ eruit, & vinxit eum compedibus, & adduxit eum rex Babylonis in Babylonem: & posuit eum in domo carceris vsque ad diem mortis eius. 12 In mense autem quinto, decima mensis, ipse est annus nonus decimus Nabuchodonosor regis Babylonis, venit Nabuzardan princeps militiæ, qui stabat coram rege Babylonis in Ierusalem. 13. Et incendit domum Domini, & domum regis & omnes domos Ierusalem, et omnem domum magnam igni combussit. 14 Et totum murum Ierusalem per circuitum destruxit cunctus exercitus Chaldæorum qui erat cum magistro militiæ. 15 De pauperibus autem populi, & de reliquo vulgo quod remanserat in ciuitate, et de perfugis qui transfugerant ad regem Babylonis et cæteros de multitudine transtulit

† Sup. 39 1. 4. Reg. 25. 2.

Nabuzardan princeps militiæ. 16 De pauperibus verò terræ reliquit Nabuzardan princeps militiæ in vinitores & agricolas. 17 Columnas quoque æreas, quæ erant in domo Domini, & bases, & mare æneum quod erat in domo Domini, confregerunt Chaldæi, & tulerunt omne æs eorum in Babylonem. 18 Et lebetes, & creagras, & psalteria, & phialas, & mortariola, & omnia vasa ærea quæ in ministerio fuerant, tulerunt. 19 Et hydrias, & thymiamateria, & vrceos, & pelues, & candelabra, & mortaria, & cyathos: quotquot aurea, aurea: & quotquot argentea, argentea: tulit magister militiæ. 20 Columnas duas, & mare vnum, + vitulos duodecim æreos, qui erant sub basibus quas fecerat rex Salomon in domo Domini: non erat pondus æris omnium horum vasorum. 21 De columnis autem, decem & octo cubiti altitudinis erant in columna vna: & funiculus duodecim cubitorum circuibat eam: porrò grossitudo eius, quatuor digitorum: & intrinsecus caua erat. 22 Et capitella super vtramque ærea: altitudo capitelli vnius, quinque cubitorum: & retiacula, & malogranata super coronam in circuitu, omnia ærea. Similiter columnæ secundæ & malogranata. 23 Et fuerunt malogranata nonaginta sex dependentia: et omnia malogranata centum retiaculis circundabantur. 24 Et tulit magister militiæ Saraiam sacerdotem primũ, & Sophoniã sacerdotẽ secundum: et tres custodes vestibuli. 25 Et de ciuitate tulit eunuchũ vnũ, qui erat præpositus super viros bellatores: et septem viros de his qui videbãt faciẽ regis, qui inuenti sunt in ciuitate: et scribã principem militũ, qui probabat tyrones: et sexaginta viros de populo terræ, qui inuẽti sunt in medio ciuitatis. 26 Tulit autẽ eos Nabuzardã magister militiæ: et duxit eos ad regem Babylonis in Reblatha. 27 Et percußit eos rex Babylonis, et interfecit eos in Reblatha in terra Emath: et translatus est Iuda de terra sua. 28 Iste est populus quem

-H. C. *& MS. R.H.G. C. ;Similiter erat colũna secunda & malogranata. Et erãt super capitellũ in circuitu omnia ęrea, similiter colũnę alterius. 5MS.Q. n.

quem transtulit Nabuchodonosor: In anno septimo, Iudæos tria millia & viginti tres. 29 In anno octauo decimo Nabuchodonosor de Ierusalem animas octingentas triginta duas. 30 In anno vicesimo tertio Nabuchodonosor, transtulit Nabuzardan magister militiæ animas Iudæorum septingentas quadraginta quinque. omnes ergo animæ, quatuor millia sexcentæ. 31 Et factum est in tricesimoseptimo anno transmigrationis Ioachim regis Iuda, duodecimo mense, vicesima quinta mensis, eleuauit Euilmerodach rex Babylonis ipso anno regni sui, caput Ioachin regis Iudæ: & eduxit eum de domo carceris. 32 Et loquutus est cum eo bona, & posuit thronum eius super thronos regum qui erant post se in Babylone. 33 Et mutauit vestimenta carceris eius, & comedebat panem coram eo semper cunctis diebus vitæ suæ. 34 Et cibaria eius, cibaria perpetua dabantur ei à rege Babylonis statuta per singulos dies, vsque ad diem mortis suæ cunctis diebus vitæ eius.

EXPLANATIO.

F*ILIVS viginti & vnius anni erat Sedecias, cùm regnare cœpisset*. Nomen (filius) in sacris literis latè patet. In huiusmodi autem locutionibus, virum significat. 4. Reg. 24. Vicesimum & primum annum ætatis habebat Sedecias, cùm regnare cœpisset. de *Lobna*. Ciuitas erat sacerdotum in terra Iuda. Porrò hic Ieremias qui pater fuit Amital matris Sedeciæ, alius fuit à nostro Ieremia, qui virginitatem seruauit, neque filiorum generationi operam dedit. *Et fecit malum in oculis Domini*. hoc est, vidente Domino, cui omnes viæ nostræ patent, & in conspectu eius sunt. vel fecit quod summopere Domino displicuit. hoc genere dicendi solet sacra scriptura significare cædem, aut idololatriam.

Quoniam furor Domini erat in Ierusalem, & in Iuda. Dictio, *quoniam*, pro qua in Hebræo כי chi, multiplicem habet significationem: aliquando causam reddit, aliquando affirmat. hoc in loco exponi potest vt affirmet. quasi dicat. Et quidē furor Dñi erat. Chald. Par. Quia pro eo quòd irritassent Dñm, fuit ira Dñi in Ierusalē & Iuda. Quòd si reddat causam, sensus erit, permisisse Deum impiè agere reges Iuda, quoniam iratus erat in populum suum, eò quòd suis sceleribus iram eius prouocassent, vt dignas de eis pœnas sumeret. Nam interim dum reges & principes pietatem colunt, populus continetur in officio: & licèt aliqui impij sint, & scelerati, non potest impietas totam occupare Rēpublicam. vnde & Dominus propter paucorum peccata non solet communem calamitatem inferre, præsertim eam qua omnino regnum deletur. quando verò impietas reges & principes tenet, profligata res est. Sed etiam propter principum peccata solet Deus populum affligere, tunc præsertim quando & populus eisdem contaminatur sceleribus, quod vt plurimum accidit. Sic 2. Reg. 24. dicit. Et addidit furor Domini irasci contra Israël, commouitq; Dauid in eis dicentem, Vade, & numera Israël, & Iuda. quasi dicat. permisit Dauid in crimen illud incidere numerationis populi, quia iratus erat aduersus Israel, vt occasione illius criminis populum ob sua scelera puniret: quasi alioqui non esset id facturus, nisi Rex peccato suo Deum veluti dormientem ad vindictam excitasset. Atq; hæc quidem non modò Christianorum, sed & veterum quoq; Philosophorū fuit sententia, TALES esse in Repub. ciues, quales illorū

princi-

principes & gubernatores. Nam cùm boni principis & gubernatoris officium sit scelera punire, & malos ab impietate timore pœnæ abducere: quonam pacto id muneris præstare poterit princeps, qui non solùm sceleratorum animos ab impietate non reuocat, sed & prauo suo exemplo eosdem ad maiora scelera impellit? Deinde cùm Principes Pastores & gubernatores sale sapientiæ suæ subditorum corda condire debeant: qualiter huic officio satisfacient, si ipsi suarũ cupiditatum amore decepti omnem saporẽ amiserint? Si sal euanuerit, in quo salietur? Pertimescẽda sanè est illi Saluatoris illa sententia. Ad nihilũ valet vltrà nisi vt mittatur foras, & conculcetur ab hominibus. *Et recessit Sedecias à rege Babylonis.* Nabuchodonosor regẽ constituerat Sedeciã; qui iuramẽto promisit fidelem illis futurũ, neq; ab illius amicitia recessurũ, pactumq; tributũ soluturũ: ipse verò violato iuramẽto ab eo recessit. Vnde Par. 36. A rege quoq; Nabuchodonosor recessit, qui adiurauerat eũ per Deũ. *per viam portæ.* vide supra Cap. 39. *in Reblatha.* Ciuitas est Syriæ, quæ postea, auctore D. Hiero. Antiochia dicta est; quãuis sint qui aliter dicãt, postremò Iustiniani principis tempore Theopolis dici cœpit, auctore Vollaterrano lib. 11. *Emath.* Nomen est regionis in Syria, quæ ab vrbe Emath nomen accepit. *Et loquutus est ad eum Iudicia:* hoc est; durè eũ increpauit, eò quòd rupto fœdere ab eo recessisset. diximus de hac phrasi super Cap. primum. *Et posuit eum in domo Carceris vsq; ad diem mortis suæ.* Nihilominùs honorificè sepult⁹ est, sicut prædixerat Ieremias Cap. 34. *princeps militiæ.* Vide suprà in Cap. 39. De vasis verò tẽpli, de quibus hìc fit mentio, vide 3. Reg. 7. quot

Xenophõ lib. 8. de pædia Cyri & de Vectigal.

Matt. 5. b

7. quot

nis leuate signum. Adhortatur Medos ad expugnationem. Collocate vexilla vestra super muros in signum partę victorię. aut, erecto & explicato vexillo inuadite Babylonem. Sic etiã quæ sequũtur studium in bello gerendo significãt, vt nihil desit quod ad peritissimos bellatores spectet. *Quæ habitas super aquas multas, locuples in thesauris, venit finis tuus pedalis præcisionis tuæ.* Prope Euphratem erat Babylon locupletissima. finem pedalem pręcisionis vocat, finem & terminũ emensum veluti pedibus, in quo perdẽdam decreuerat Deus Babylonem. Septua. Venit finis tuus verè in viscera tua. Chald. Paraph. peruenit dies interitus tui, tempus visitationis malitiæ tuæ. Vox. Heb. אמת amat, cubitum, mensuram significat. בצע betsah, cupiditatem, auaritiam, oppressionem violentam significat. Transferre possumus, venit mensura desiderij tui, vel oppressionis tuæ, vel auaritiæ. hoc est, pœna commensurata oppressioni tuę. Sic etiam interpretari possumus literã nostram. Venit finis tuus, qui erat pedalis pręcisionis tuæ. hoc est, commensuratus violentiæ tuæ, quam erga populum Dei exercuisti. Sep. verè in viscera tua, transtulerunt. nã emet, verè significat, & betsuch, cupiditatem, concupiscentiam: & quia in visceribus & adipe est vis concupiscibilis, viscera etiam significare potest. *iurauit Dominus per animã suã*. hoc est, per seipsum, per vitam suam. Sicut alibi, Viuo ego. Multitudinem militum brucho comparat. Celeusma autem vocat adhortationem, qua se mutuò adhortãtur milites ad pugnam, & occisionem. *Qui fecit terram in fortitudine sua. etc.* Sic suprà Cap. 10. vide ibi. *Collidis tu mihi vasa belli, et ego collidam in te gentes, et disperdam in te regna.* Sep. dispergis

Sup. Cap. 22.

dispergis tu mihi vasa belli,& ego dispergam in te gẽtes, & concitabo in te reges. Theodore,Syrus interpretatus est,prępara mihi instrumenta bellica. At iuxta Gręcam interpretationem sic intelligendum est. Quoniam vsus es armis tuis contra populum meum, & tela hastasq; iaculatus es in eos: & ego dissipabo in te gẽtes,quæ venerunt in auxilium tuum. Chald. Para. Dissipator tu es coram me, ciuitas in qua sunt arma bellica:& dispergam in te populos multos,& dissipabo in te regna.In Hebr.malleus, vel contritio, vel dispersio tu mihi instrumenta belli,& conteram in te gentes,& disperdam in te regna. Eundem habet sensum nostra lectio.quasi dicat,tu mihi fuisti malleus,in quo multos cõtriui,& instrumenta belli, quibus alios debellaui,& nunc cõteram in te gentes &c. *Ecce ego ad te mons pestifer,ait Dominus, qui corrumpis vniuersam terrã.* Vocat Babylonem montem, non quòd esset sita in monte (erat enim in loco humili) sed quòd esset fortis,& inexpugnabilis. Theodo. Ob excellentiam Imperij,vel ciuitatem ipsam, in qua domus erãt magnę, & palatia ex lapidibus constructa,vocat mõtem.Vnde subdit, *Euoluam te de petris &c.* Chald.Paraph. Ecce ego mitto furorem meum contra te ciuitas dissipãs, dicit Dominus;quę dissipas vniuersam terrã. *Et euoluam te de petris.* Theodore. Hoc est, humilem reddam. Chal.Para.Consumã te à fortibus.In Hebr. vt in nr̃a litera. *Et non tollent de te lapidẽ in angulũ.* hoc est, Nullus ex te assumetur ad regiã dignitatẽ: peribit imperium tuũ.vel,lapides tui igne consumentur,vt nullus ex eis prodesse possit,vt in angulo vel in fundamẽto collocetur.Chal.Para.Et nõ tollent ex te regẽ in regnũ,&

principem in principatum. *Leuate signum in terra.* hoc est, vexillum. Indicite bellum, conscribite militem, preparate gentes in bellum contra Babylonem. *Annunciate contra eam regibus Ararat. &c.* Ararat regio est Armeniæ, aut ipsa Armenia. 4. Reg. 19. Isa. 37. *Menni.* regio est vicina Armeniç. vel, vt nonnulli volunt, est Armenia minor vel inferior. duplex est enim Armenia, maior, siue montuosa, & inferior vel minor. *Ascenez.* Regionem Gothicam sic vocari aiunt nonnulli, quæ est septentrionalis, & accedit ad Scythiam. Sic Eusebius. Sed & Germaniam nonnulli intelligunt. *Thaphasar.* Septuagin. iaculatores habent. Chaldai. Paraphra. populos bellatores. Vox Hebr. principem, & ducem significat. Vel nomen est regionis, & Prouinciæ. *adducite equum quasi bruchum aculeatum.* Septuagin. ascendere facite contra eam equorum quasi locustarum multitudinem. Chaldai. Paraphra. qui ascendant equos suos hinnientes instar bruchi inflāmati. *quia euigilabit cōtra Babylonem cogitatio Domini.* Sic suprà Cap. 1. Vigilabo ego super verbo meo, vt faciam illud. Chal. Para. Qm̄ confirmatę sunt contra Babylonē cogitationes Dn̄i. Euigilare cogitationē est, perficere opere quod cogitauerat. quasi dicat. pficiet opere Dn̄s ꝙ cogitauerat contra Babylonē. *Cessauerūt fortes Babylonis à prælio.* hoc est, Non audebūt milites, qui defendent Babylonē, egredi ad pręliū. *Currens obuiā currenti veniet,* Hoc est, discurrent nuncij à rege ad eos qui vrbem defendebant, & ab his ad regē, & sibi inuicem occurrent. *Capta est ciuitas à summo vsq; ad summū.* id est, ab vno angulo qui pertinebat ad Euphraten, vsq; ad alium angulū. Per alueū Euphratis capta

est.

est Babylõ, qui per medium fluebat. *Et vada praeoccupata sunt.* Vada vocat transitus ex Euphrate in vrbem, quos aliò deriuans Persa, exustis carectis exalueis fluminum vt expeditior esset via ad vrbem, occupauit eam. & hoc est quod ait, *et paludes incensae sunt.* hoc est arundines, quae apud Euphraten & Nilum crescũt in arborũ altitudinem. vel munitiones aliquas super paludes erectas intellige. *filia Babylonis quasi area tẽpore triturae eius, adhuc modicum & veniet tẽpus messionis eius.* hoc est, opulenta est modò veluti area tempore triturę, sed spoliabitur omnibus bonis. *Comedit mę, deuorabit me Nabuchodonosor.* Verba sunt coetus Iudaeorum narrantium oppressiones, & calamitates quibus affecti fuerant à Chaldaeis. *Impleuit ventrem suum teneritudine mea.* Septuagin. à delicijs meis. Chald. Paraph. Impleuit domum thesauri sui bonis terrae meae. per teneritudinẽ, delicias, preciosa queq; intelligit. *Iniquitas aduersum me, et caro mea super Babylonem.* hoc est, iniquitas quam erga me ostendit, rapina, violentia, & caro interfectorum meorum erit super Babylonem, & dignas exoluet poenas. *Et desertum faciam mare eius, & siccabo venam eius.* Opes immensas, & thesauros ex quibus veluti ex fonte opes dimanabant. Theodoretus per mare, subditorum multitudinem; per venam, vel fontem, regnum & dominationem in omnes interpretatur. *Simul vt leones rugient, excutient comas veluti catuli leonum.* Clamores Babyloniorum, cùm viderint Babylonem ab hostibus captam, rugitibus leonum cõparat, & catulis leonum, qui prae dolore & furore comas excutiunt. Hebr. נערו naharu, rugient, vel excutient significat. subaudiendum est, comas, quod

expugnata est Babylon. Quod autem ait, *dominator super dominatorē*, ideò dicit, quia Dario successit Cyrus. *Et laudabunt super Babylonem cæli*. Laudabunt iustā Dei vltionem sumptam de Babylone propter multiplicem iniquitatem eius angeli cæli. *Qui fugistis gladium venite, nolite stare, recordamini procul Domini, & Ierusalem ascendat super cor vestrum*. Ad Iudæos est sermo. Recordamini, ait, iam post septuaginta annos cultus Domini, & Ierusalem. ascendere in cor, pro recordari. *Confusi sumus quoniam audiuimus opprobrium*. Subaudi, dicite, Pudore affecti sumus, cùm audiuimus ignominiam maiorum nostrorum, & contumeliam qua barbari Deum affecerunt, destructo eius templo. *Et inebriabo principes eius*. hoc est, adducam super eos calamitates maximas, quibus cruciabuntur ad mortem vsque. *Et labores populorum ad nihilum, & gentium in ignem erunt*. Labores populorum vocat ædes magno labore constructas. Alij laborem in extinguendo ignem intelligunt. quasi dicat, frustra laborabunt in igne extinguendo: non enim poterunt illum extinguere. Quæ sequuntur aperta sunt. Quod autem dicit de profectione regis Sedeciæ in Babylonem, non est intelligendum de profectione illa, quando ductus est captiuus, sed de illa quam suscepit anno quarto regni sui, vt Nabuchodonosorem inuiseret, illumq; salutaret. Quod autem Saraias princeps dicitur prophetiæ, Septuaginta principem donorum, transtulerunt. Chaldaica Paraphasis, principem munerum. In Hebræo מנוחה menuchah. quietem, requiem significat. Vnde nonnulli volunt significari, quòd huius principis consortio vteretur, quoties rex animum

remittere volebat,,& recreare, & à ſerijs negotijs reſpirare. Dictio Hebræa ſi ſit à verbo מנח manach, munus,& donum ſignificat. Sicut Septuag. & Chald. Paraph. habent. & quia Prophetia donum Dei eſt, pro Prophetia poteſt etiã ſumi, vt noſtra habet litera. Lyra exponit, quòd eſſet princeps inter Leuitas, qui laudes diuinas à Dauide & alijs prophetis cõpoſitas decãtabant. Quod tandẽ dicitur, *Huc vſq; prophetia Ieremiæ.* intellige prophetiam de Babylone. Nonnulli volunt, vt diximus in præfatione, Caput ſequens à Baruch ex libr. 4. Reg. mutuatum hoc in loco appoſitũ fuiſſe, vt ex commemoratione cladis Ieroſolymitanæ, quæ in ſequenti Cap. refertur, via ſterneretur lectoribus ad proximè ſequentem librum Lamentationum. Et iuxta horum ſententiam hic finis eſſet Prophetiæ Ieremiæ.

ARGVMENTVM.

De Ieruſalem vaſtatione, & Sedeciæ regis captione, vrbis incendio, Templi ſpoliatione, & Regis Ioachin captiui exaltatione.

¶ CAPVT. LII.

†4. Reg. 24.28. 2. Par. 36 13.

FILIVS † viginti & vnius anni erat Sedecias cùm regnare cœpiſſet: & vndecim annis regnauit in Ieruſalem: & nomen matris eius Amital, filia Ieremiæ de Lobna. 2 Et fecit malum in oculis Domini iuxta omnia quæ fecerat Ioacim. 3 Quoniam furor Domini erat in Ieruſalem & in Iuda, vſquequo proyceret eos

à facie

à facie sua: & recessit Sedecias à rege Babylonis. 4 † Factum est autem in anno nono regni eius, in mense decimo, decima mensis: venit Nabuchodonosor rex Babylonis, ipse, & omnis exercitus eius aduersus Ierusalem, & obsederunt eam, & ædificauerunt contra eam munitiones in circuitu. 5 Et fuit ciuitas obsessa vsque ad vndecimum annum regis Sedeciæ. 6 Mense autem quarto, nona mensis, obtinuit fames ciuitatem: & non erant alimenta populo terræ. 7 Et dirupta est ciuitas, & omnes viri bellatores eius fugerunt, exieruntque de ciuitate nocte per viam portæ, quæ est inter duos muros, & ducit ad hortum regis (Chaldæis obsidentibus vrbem in gyro) & abierunt per viam quæ ducit in eremum. 8 Persequutus est autem Chaldæorum exercitus regem: & apprehenderunt Sedeciam in deserto, quod est iuxta Iericho: & omnis comitatus eius diffugit ab eo. 9 Cùmque comprehendissent regem adduxerunt eum ad regem Babylonis in Reblatha, quæ est in terra Emath: & loquutus est ad eum iudicia. 10 Et iugulauit rex Babylonis filios Sedeciæ in oculis eius: sed & omnes principes Iuda occidit in Reblatha. 11 Et oculos Sedeciæ eruit, & vinxit eum compedibus, & adduxit eum rex Babylonis in Babylonem: & posuit eum in domo carceris vsque ad diem mortis eius. 12 In mense autem quinto, decima mensis, ipse est annus nonus decimus Nabuchodonosor regis Babylonis, venit Nabuzardan princeps militiæ, qui stabat coram rege Babylonis in Ierusalem. 13. Et incendit domum Domini, & domum regis & omnes domos Ierusalem, et omnem domum magnam igni combussit. 14 Et totum murum Ierusalem per circuitum destruxit cunctus exercitus Chaldæorum qui erat cum magistro militiæ. 15 De pauperibus autem populi, & de reliquo vulgo quod remanserat in ciuitate, et de perfugis qui transfugerant ad regem Babylonis et cæteros de multitudine transtulit

† Sup. 39 1. 4. Reg. 25. 2.

*Nabuzardan princeps militiæ. 16 De pauperibus verò terræ reliquit Nabuzardan princeps militiæ in vinitores & agricolas. 17 Columnas quoque æreas, quæ erant in domo Domini, & bases, & mare æneum quod erat in domo Domini, confregerunt Chaldæi, & tulerunt omne æs eorum in Babylonem. 18 Et lebetes, & creagras, & psalteria, & phialas, & mortariola, & omnia vasa ærea quæ in ministerio fuerant, tulerunt. 19 Et hydrias, & thymiamateria, & urceos, & pelues, & candelabra, & mortaria, & cyathos: quotquot aurea, aurea: & quotquot argentea, argentea: tulit magister militiæ. 20 Columnas duas, & mare unum, * vitulos duodecim æreos, qui erant sub basibus quas fecerat rex Salomon in domo Domini: non erat pondus æris omnium horum vasorum. 21 De columnis autem, decem & octo cubiti altitudinis erant in columna una: & funiculus duodecim cubitorum circuibat eam: porrò grossitudo eius, quatuor digitorum: & intrinsecus caua erat. 22 Et capitella super utramque ærea: altitudo capitelli unius, quinque cubitorum: & retiacula, & malogranata super coronam in circuitu, omnia ærea. Similiter columnæ secundæ & malogranata. 23 Et fuerunt malogranata nonaginta sex dependentia: et omnia malogranata centum retiaculis circundabantur. 24 Et tulit magister militiæ Saraiam sacerdotem primũ, & Sophoniã sacerdotẽ secundum: et tres custodes vestibuli. 25 Et de ciuitate tulit eunuchũ unũ, qui erat præpositus super viros bellatores: et septem viros de his qui videbãt faciẽ regis, qui inuenti sunt in ciuitate: et scribã principem militũ, qui probabat tyrones: et sexaginta viros de populo terræ, qui inuẽti sunt in medio ciuitatis. 26 Tulit autẽ eos Nabuzardã magister militiæ: et duxit eos ad regem Babylonis in Reblatha. 27 Et percussit eos rex Babylonis, et interfecit eos in Reblatha in terra Emath: et translatus est Iuda de terra sua. 28 Iste est populus*

-H. C. *& MS. R.H.G. C. ;Similiter erat colũna secunda & malogranata. Et erãt super capitellũ in circuitu omnia ærea, similiter colũnę alterius. 5MS.Q. n.

quem

quem transtulit Nabuchodonosor: In anno septimo, Iudæos tria millia & viginti tres. 29 In anno octauo decimo Nabuchodonosor de Ierusalem animas octingentas triginta duas. 30 In anno vicesimo tertio Nabuchodonosor, transtulit Nabuzardan magister militiæ animas Iudæorum septingentas quadraginta quinque. omnes ergo animæ, quatuor millia sexcentæ. 31 Et factum est in tricesimoseptimo anno transmigrationis Ioachim regis Iuda, duodecimo mense, vicesima quinta mensis, eleuauit Euilmerodach rex Babylonis ipso anno regni sui, caput Ioachin regis Iudæ: & eduxit eum de domo carceris. 32 Et loquutus est cum eo bona, & posuit thronum eius super thronos regum qui erant post se in Babylone. 33 Et mutauit vestimenta carceris eius, & comedebat panem coram eo semper cunctis diebus vitæ suæ. 34 Et cibaria eius, cibaria perpetua dabantur ei à rege Babylonis statuta per singulos dies, vsque ad diem mortis suæ cunctis diebus vitæ eius.

EXPLANATIO.

F*ILIVS viginti & vnius anni erat Sedecias, cùm regnare cœpisset.* Nomen (filius) in sacris literis latè patet. In huiusmodi autem locutionibus, virum significat. 4. Reg. 24. Vicesimum & primum annum ætatis habebat Sedecias, cùm regnare cœpisset. de *Lobna*. Ciuitas erat sacerdotum in terra Iuda. Porrò hic Ieremias qui pater fuit Amital matris Sedeciæ, alius fuit à nostro Ieremia, qui virginitatem seruauit, neque filiorum generationi operam dedit. *Et fecit malum in oculis Domini.* hoc est, vidente Domino, cui omnes viæ nostrę patent, & in conspectu eius sunt. vel fecit quod summopere Domino displicuit. hoc genere dicendi solet sacra scriptura significare cædem, aut idololatriam.

Quoniam furor Domini erat in Ierusalem, & in Iuda. Dictio, *quoniam*, pro qua in Hebræo כי chi, multiplicem habet significationem: aliquando causam reddit, aliquando affirmat. hoc in loco exponi potest vt affirmet. quasi dicat. Et quidē furor Dn̄i erat. Chald. Par. Quia pro eo quòd irritassent Dn̄m, fuit ira Dn̄i in Ierusalē & Iuda. Quòd si reddat causam, sensus erit, permisisse Deum impiè agere reges Iuda, quoniam iratus erat in populum suum, eò quòd suis sceleribus iram eius prouocassent, vt dignas de eis pœnas sumeret. Nam interim dum reges & principes pietatem colunt, populus continetur in officio: & licèt aliqui impij sint, & scelerati, non potest impietas totam occupare Rēpublicam. vnde & Dominus propter paucorum peccata non solet communem calamitatem inferre, præsertim eam qua omnino regnum deletur. quando verò impietas reges & principes tenet, profligata res est. Sed etiam propter principum peccata solet Deus populum affligere, tunc præsertim quando & populus eisdem contaminatur sceleribus, quod vt plurimum accidit. Sic 2. Reg. 24. dicit. Et addidit furor Domini irasci contra Israël, commouitq; Dauid in eis dicentem, Vade, & numera Israël, & Iuda. quasi dicat. permisit Dauid in crimen illud incidere numerationis populi, quia iratus erat aduersus Israel, vt occasione illius criminis populum ob sua scelera puniret: quasi alioqui non esset id facturus, nisi Rex peccato suo Deum veluti dormientem ad vindictam excitasset. Atq; hæc quidem non modò Christianorum, sed & veterum quoq; Philosophorū fuit sententia, TALES esse in Repub. ciues, quales illorū

princi-

principes & gubernatores. Nam cùm boni principis & gubernatoris officium sit scelera punire, & malos ab impietate timore pœnæ abducere: quonam pacto id muneris præstare poterit princeps, qui non solùm sceleratorum animos ab impietate non reuocat, sed & prauo suo exemplo eosdem ad maiora scelera impellit? Deinde cùm Principes Pastores & gubernatores sale sapientiæ suæ subditorum corda condire debeant: qualiter huic officio satisfacient, si ipsi suarū cupiditatum amore decepti omnem saporē amiserint? Si sal eu[a]nuerit, in quo salietur? Pertimescēda sanè est illi Saluatoris illa sententia. Ad nihilū valet vltrà nisi vt mittatur foras, & conculcetur ab hominibus. *Et recessit Sedecias à rege Babylonis.* Nabuchodonosor regē constituerat Sedeciā, qui iuramēto promisit fidelem illis futurū, neq; ab illius amicitia recessurū, pactumq; tributū soluturū: ipse verò violato iuramēto ab eo recessit. Vnde Par. 36. A rege quoq; Nabuchodonosor recessit, qui adiurauerat eū per Deū. *per viam portæ.* vide supra Cap. 39. *in Reblatha.* Ciuitas est Syriæ, quæ postea, auctore D. Hiero. Antiochia dicta est; quāuis sint qui aliter dicāt, postremò Iustiniani principis tempore Theopolis dici cœpit, auctore Vollaterrano lib. 11. *Emath.* Nomen est regionis in Syria, quæ ab vrbe Emath nomen accepit. *Et loquutus est ad eum Iudicia* hoc est, durè eū increpauit, eò quòd rupto fœdere ab eo recessisset. diximus de hac phrasi super Cap. primum. *Et posuit eum in domo Carceris vsq; ad diem mortis suæ.* Nihilominùs honorificè sepult9 est, sicut prædixerat Ieremias Cap. 34. *princeps militiæ.* Vide suprà in Cap. 39. De vasis verò tēpli, de quibus hìc fit mentio, vide 3. Reg. 7. quot

Xenophō lib. 8. de pœdia Cyri & de Vectigal.

Matt. 5. b

7. quotquot aurea, aurea & quotquot argentea, argẽtea. Phrasis Hebræa. hoc est, tam aurea, quàm argentea. *Et fuerunt malogranata nonaginta sex depẽdẽtia, et omnia malogranata cẽtũ retiaculis circundabantur.* Videtur esse contradictio, sed nõ est. nã quę videbãtur erãt nonaginta sex, quatuor alia latebant. nã corpus sphericũ non potest vndiq; vno obtuto videri. 3. Reg. 7. dicitur fuisse ducẽta malogranata in qualibet colũna, cẽtum nempe dependentia, & centum apposita; ex quibus centum ordines malogranatorum efficiebantur: nam duo malogranata, vnum nempe appositum & alterum dependens, vnũ constituebant ordinem. Per retiacula verò, intelligunt nonnulli foramina vbi malogranata collocata erant. alij aliud, quod non est huius loci accuratè persequi. *Sacerdotẽ secundũ.* Vicariũ nempe summi Põtificis, secundę dignitatis ab ipso. *Eunuchũ vnum.* diximus suprà in Cap. 29. de nomine hoc. vide ibi. *de his qui videbãt faciẽ regis.* hoc est, ex domesticis, familiarib⁹, intimis, assiduis apud regem. *Iste est populus quem transtulit Nabuchodonosor in anno septimo, Iudæos tria millia & viginti tres.* Hoc sub Ioachin rege Iuda factum est. Vide 4. Reg. 24. Hic nonnullę se offerunt difficultates propter discrepantiam quæ videtur esse in numero annorum, & in numero eorum qui abducti sunt captiui, inter ea quę in hoc Cap. habentur, & quę in 4. volumine Regũ. Prima difficultas hæc est, Nã hoc in loco dicitˉ primã trãsmigrationẽ factã fuisse anno septimo Nabuchodonosor. & 4. Reg. 24. dicitur factam anno octauo. Secunda oritur dubitatio. Hic dicitur in prima transmigratione trãslatos fuisse Iudæorũ tria millia & viginti tres: & tamen loco allegato dicitˉ translatos esse

tos esse

tos esse decē millia. Tertia neq; alijs minor nascitur controuersia. Hic habes anno octauo decimo Nabuchodonosor factam fuisse secundam transmigrationem: et tamen suprà hoc eodem Capite legimus, Ipse est annus nonus decimus Nabuchodonosor. Sed diluuntur difficultates istæ: prima ex eo quòd hoc loco anni completi numerantur, in quarto verò Reg. anni incepti. Contigit ergo prima transmigratio, quę sub Ioachin rege Iuda facta est, anno septi. Nabuchodonosor iā cōpleto, & initio 8. anni. Sic etiā secunda absoluitē ea ratione, ꝙ Ieremias hic nobiliores tantū qui ducti sunt captiui annumerat: in 4. autē libr. Reg. numerantur alij qui nō erant ex nobilioribus. vel hic annumerantur illi tantùm, qui ex tribu Iuda transmigrarunt. Sic etiam & tertia absoluitur quemadmodū prima. Nā octauus decimus annus cōpletus regni Nabuchodonosor, fuit nonus decimus nondū cōpletus. Quidā has transmigrationes sic distribuunt iuxta Rabanum, vt primam factam dicant, quādo Ioacim vinctus catenis ductus est in Babylonē, vt habes 2. Paral. 26. neq; enim est verosimile, aiunt, nō etiam alios plurimos cum Ioacim Babylonem trāslatos fuisse: cùm id Daniel. 1. Cap. videatur apertè scribi. Secundam verò in transmigratione Ioachin, qui & Iechonias vocatur. Tertiam sub Sedecia, quando vrbs & Templum vastata sunt. Sed obstat huic sententiæ numerus annorum regni Nabuchodonosor à Ieremia positus. Respondent errorem esse in numeris, vitioque scriptorum accidisse: ita vt pro septimo anno, legendum sit, anno primo: pro octauo decimo, octauo: pro vicesimo tertio, decimo nono. Discrepantiam

verò

verò quæ videtur esse in hu iᵘero captiuorum inter ea quæ Ieremias scribit, & quæ 4. Reg. 24. legimus, sic conciliant: quòd Ieremias non vulgus promiscuum, aut milites quoslibet annumeret, sed Principes Iudæ, & eos qui erant in dignitate cōstituti, vt Iosephus lib. 10. Antiquit. Cap. 8. animaduertit. vel quòd Ieremias eos tantùm numeret, qui in libr. Regum non fuerant numerati. Nam primæ ac postremæ captiuitatis numerum auctor Libr. Regum omnino prætererat. In secunda autem posuerat numerum maiorem relicto minore, quem hîc supplet Ieremias, idest animarum octingentas triginta duas. Quod Iosephus intelligēs lib. 10. Antiquit. Cap. 9. vtrumq; numerū complectitur, asseritq; eos qui cum Iechonia ducti sunt, fuisse decem millia numero, & amplius octingentos triginta duos. Quamquam primam captiuitatem ad eum annum refert, quo rex Babylonis Ioacim interemit. tunc autem scribit tria millia Iudæorum in Babylonē in captiuitatem ductam esse: qui annus septimus Nabuchodonosor fuit. In octauo namq; Iechonias pro patre est constitutus 4. Reg. 24. Quam cōciliationē si accipimus, numerus primę captiuitatis in Ieremia rectissimè constabit, nullaq; inter ea quę in hoc Capite habentur, & quę in 4. libro regū recitata sunt apparebit contradictio, sed omnia optimè concordabūt. Vide Melchiorem Cano libr. 11. de locis Theologo. Capit. 5. vbi ait posse locum hunc Ieremię a mendi nota vindicari: si dicamus secundam captiuitatē anno octauo decimo Nabuchodonosor cōtigisse, annis scilicet integris numeratis, sicut & primam anno septimo: alioqui si de annis nō expletis sermo sit, prima in anno

octauo

octauo, secunda nono decimo Nabuchodonosor cõtigit. At tertia fuit anno vigesimo tertio Nabuchodonosor, & quinto post excidium Ierosolymitanũ, quãdo Nabuchodonosor inuasit Cœlen Syriã, Ammonitas Moabitasq; subegit, Ægyptios perdomuit, ac repertos ibi Iudæos captiuos Babylonem abduxit, vt auctor est Iosephus libr. 10. Antiq. Cap. 11. Sed quoniam Ieremias eos numerare videtur, non qui de Ægypto, sed qui de Iudæa translati sunt, & eas tantùm captiuitates recensere, quæ ex sacris Historijs colliguntur: quia demum eam quæ sub Nabuzardan facta est, (quæ fuit omnium celeberrima, templiq; & vrbis incendio maximè nobilitata) si quis dicat tertio loco recensitam à Propheta, vt eò redeat, vnde paulò antè digressus est: sicq; numerum annorum in secunda & tertia captiuitate ad formam 4. lib. Regum restituendum contendat: ei, inquit, ego non magnopere repugnarim. Nam si in prima captiuitate Iosephum, quàm Rabanum sequi malis, non equidem improbabo. Genebrardus libr. 1. Chron. primam transmigrationem sub Ioacim contigisse affirmat, in eaq; tractos in exilium à Nabuchodonosor è Iuda & Beniamin tria hominum millia & viginti tres, vniuersam ferè Ierosolymæ nobilitatẽ: è reliquis verò tribubus septena millia. Secũdã cõtigisse ait sub Iechonia post septenniũ, in qua ductus est in exiliũ Iechonias cum tota eius familia, & octodecim populi millibus. Tertiam verò post annos vndecim sub Sedecia, quãdo Nabuzardã cremauit tẽplũ, & interfecta sunt nonnginta & decẽ hominum millia, abductiq; in captiuitatem infiniti, omnes nẽpe, exceptis sex populi millibus quibus Godoliam

doliam præfecit. Nam vel ex Leuitis translata sunt sexcenta millia, vt habetur sub finem Chron. de regibus Israel. Diuus Hieronymus initio Commenta. in Ezechiel. primam transmigrationem vocat transmigrationem Iechoniæ, qui cum matre ductus est in Babylonem cum Daniele, tribusque pueris, & Ezechiele. Secundam verò & extremam, quando Sedecias captus est, & Ierusalem destructa. Sed ex primo Cap. Dan. constat anno tertio Ioacim ductos esse captiuos Danielem cum tribus pueris, septem nempe annis ante captiuitatem Iechoniæ. Habet insuper non modicam difficultatem, à qua transmigratione incipiendi sunt numerari Septuaginta anni captiuitatis Babylonicæ, quam Ieremias prædixit. In qua re multiplex & varia est Auctorum sententia. Quidam à tertio decimo anno Iosiæ incipiunt. Alij à quarto anno Ioacim; alij ab octauo, sic Lyra. Alij à transmigratione Iechoniæ. Sic Caieta. in Cap. 36. 2. Paral. Alij ab vndecimo Sedeciæ, atque adeò à desolatione: quorum sententia cum his quæ 2. Paral. 36. & Esd. 1. Cap. & Ierem. 25. scripta sunt, conuenire videtur: finitos autem in primo Cyri anno. quod defendit & probat Melchior Cano loco suprà allegato. Genebrardus vbi suprà à transmigratione Iechoniæ computandos existimat Septuaginta annos captiuitatis, propter auctoritatē Ieremię 29. Cap. & D. Matth. 1. Cap. vsq; ad primū Cyri annū, licèt Hebræi ab vndecimo Sedeciæ numerent, vt videre est apud Abben Esram in 1. & 9. Cap. Dan. vel à quarto Ioacim vnde Historiā suā orditur Daniel, qui fuit primus Nabuchodonosor. Vide auctores: neq; enim in his libet ampliùs immorari.

Et sa-

Et factum est in tricesimo septimo anno transmigrationis Ioachin regis Iuda, duodecimo mense vicesima quinta mensis. In 4. lib. Reg. Cap. 25. dicitur vicesima septima die mensis. Aiunt Hebræi obijsse Nabuchodonosor vigesima quinta, sed inhumatũ vigesima septima die. Sic ergo vigesima quinta die, mortuo iam Nabuchodonosor, Euilmerodach qui ei successit, egit de liberatione Ioachin, vigesima autem septima die post inhumatũ corpus illud pfecit. *ipso anno regni sui.* hoc est, primo anno regni sui. *Eleuauit caput Ioachin.* Calamitosi sunt capite demisso. Eleuare caput est, ansam præbere lętitię, in pristinam dignitatem restituere, honore & fauore aliquem prosequi. Sic Christus cùm de cõsummatione seculi loqueretur, dicebat discipulis suis, His autẽ fieri incipiẽtibus, respicite, & leuate capita vestra, qm̃ appropinquat redẽptio vestra. *Loquutus est bona.* Hoc est, consolatus est eum, & affatus amicè, loquutus est ei benignè. 4. reg. 25. egit cum illo de illius liberatione. *Et posuit thronum eius super thronum regum qui erant post se in Babylone.* Septuag. qui erant secum. Sic etiam Chal. Paraph. Erant alij reges in Babylone, qui captiui detinebantur, quibus antepositus est Ioachin. Theodor. dignatus est eum solio regio, quem etiam ante reliquos sedere præcipiens conuiuam habebat, omniũq; rerum necessariarum, quibus frui liceret, copiã suppeditabat. Quæ quidem res prædicat clementiam & benignitatem Domini. Puniens enim miseretur, & castigatione vtens consolatur, iustitięq; sententiam clementia temperat. Quare & nos de beneuolentia eius fręti non debemus de salute desperare; verùm misericordiam diuinam expectantes recta via incedere,

Lu. 21. f.

ERRATA SIC CORRIGE.

Pagina	linea	vbi legitur	lege
1	10	colligiſſe	collegiſſe
86	30	pedes	pedem
91	13	me	mecum
93	28	colēdi cauſa	colēdi me cauſa
134	12 & 18	oratione	aratione
164	29	*iuſtum*	*iſtum*
168	14	gurgiũt	gurgitum
179	24	mutaui	mutauit
268	vlt.	laga	plaga
300	vlt.	deieci	deieciſti
352	15	condoleri	condolere
391	24	nonis	nobis
411	28	vt	enim
413	27	manus	manans
418	16	tuæ	ſuæ
437	26	templorum	temporum
444	27	ſolitudinem	in ſolitudinē
456	15	dictum	ductum
541	11	domino	dominio
602	28	parentibu	parentibus
617	2	Veb.	Heb.
688	4	lacerere	lacerare.
745	15	malectiones	maledictiones.

INDEX SENTENTIARVM ET RERVM.

a Anti-

Ierusa-

Mile

Patien-

Perso

Regi

Trinita

FINIS.

FINE

996

Digitized by Google

FINIS.

R. SALVAREZZA
RESTAURO
Via Val Sassina, 68
Tel. 899.223 972

Digitized by Google